Digitized by Google

SITEITSBIBLIOTHEEK GENT
900000136475
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CODEX DIPLOMATICVS

EXHIBENS

ANECDOTA

AB ANNO DCCCLXXXI, AD MCCC.

MOGVNTIACA,

IVS GERMANICVM, ET S. R. I. HISTORIAM

ILLVSTRANTIA.


EX LATEBRIS IN LVCEM PROTRAXIT

NOTASQVE ADDIDIT

VALENT. FERD. DE GVDENVS,

IMMED. ORD. EQVESTRIS IMP.

CAMERAE IMPERIALIS ASSESSOR.



GOETTINGAE

SVMPTV REGIAE OFFICINAE LIBRAR. ACADEM.

MDCCXLIII.

Digitized by Google

BIBL. UNIV. GAND.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Quum præſens, quod orbi Erudito, antiquitatesque Diplomaticas amantibus exhibeo Opus, bina Volumina *Rerum Moguntiacarum*, Anno 1722 â Clariſſimo Viro GEORGIO CHRISTIANO *Ioannis* in lucem edita, ob mutuam cum *priori* connexitatem ſequi quantocyus decuiſſet; hinc muneris mei partes *imprimis eſſe* duxi, aliqualem pro publica notitia informationem præmittere; exponereque, non modo qualis circa dictas Res Moguntiacas concinnandas habita fuerit ratio; verum etiam cur iſthæc, perſpicacitati Lectoris ſubſtrata, Summorum Pontificum, Imperatorum, utriuſque ſtatus Principum, Comitum &c. &c. DIPLOMATA, utpote Eminentiſſimorum Archipræſulum in Vitis ſæpiſſime allegata *Adiuncta*, omni exſpectatione tardius ſubſequantur.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

I. Fluxerat Annus 1716, quo, in ordinario Nundinarum Francofurtenſium catalogo, inter Libros *futuris nundinis prodituros* promiſſam â Bibliopola *Ioanne Maximiliano von* SANDE novam Editionem celeberrimi Hiſtoriæ *Moguntinæ* Scriptoris & Anteceſſoris, NICOLAI *Serarii* S. I. *cum Notis & Continuatione*, obſervaveram.

II. Hac re valde lætabar; maxime quod ea quæ latuerant hactenus, tum in dulcis Soli natalis honorem, tum in charæ poſteritatis eximiam utilitatem, tandem aliquando eſſent proditura. Simulac vero curioſe circumſpiciebam, quis memoratas Notas ſuppeditandi par foret; Non ſine ratione dubitans, utrum ſubſidia huic fini inſervientia, ab alio magis exſpectari poſſent quam a me, qui ab ineunte ætate Rebus patriis indagandis, monimentisque colligendis privatum ſtudium impenderam.

III. Opportuna præfati librorum deinceps edendorum Catalogi occaſione, litteris ad Bibliopolam *Sande* exaratis de Operis Compilatore quam avidiſſime ſciſcitabar. Credebam enim, omnia eundem in promptu ita habere præparata, ut non niſi Typum res poſtularet. Et quoniam animo concipere nequivi, alium â Moguntino hoſpite, ſufficientem de *rebus Moguntinis* notitiam poſſidere; offerebam paratam officioſamque voluntatem meam, Subſidiis, ſicubi etiamnum per tempus liceret, ſuccurrendi, quinimo unitis cum Authore viribus negotium tam laudabile pertractandi, & ad optatum exitum promovendi.

IV. *San-*

Digitized by Google

IV. *Sandius*, percepta hac oblata opera ſibi applaudens, reſpondit, Operis prelo ſubdendi Auctorem, eſſe *Bipontinum* Profeſſorem nomine IOANNIS; & hunc â ſe facile perſuadendum, ut mecum ſuper Inſtituto communicet, atque ſerio deliberet. Ille non minus hac inſinuata propenſione delectatus, menſe Septembri (1716) ſe coram ſiſtit: Ex quo dum rationem diſpoſitionis materiæ præparatæ percontor, intelligo, eum unicam & ſolam parandæ novæ *Serarii* Editionis mentem fovere; eo quod liber iſte admodum rarus eſſet, ac ob præſtantiam oppido dignus, qui recudatur; ſed enim cum a temporibus *Serarii*, ſive ab Anno 1604 quo ille deſinit, ad noſtrum uſque ævum circa urbem Moguntinam eiusdemque ſtatum multifariæ procul dubio intervenisſent mutationes, neceſſario indicandæ; tanto gratius ſibi futurum, ſi huiuſcemodi momenta conferre non gravarer. Acquievi; hac in diſceſſu ſuo data fide, quod Notamina mea *Bipontum* ſubmiſſurus eſſem.

V. *Serarium* igitur mox arreptum evolvi, revolvi, & quæ huc illucque conducere videbantur, ex meis contuli; potiſſimum vero ad librum Primum addenda, vel explicanda; veluti Capite 7 *de Moguntinæ civitatis Deſtructionibus*, C. 13 *de eius Ornamentis*, C. 15 *de Antiquitatibus*, C. 30 & 31 *de Moguntinis templis, ſacellis, monaſteriis*; C. 34 *de Academia*, C. 35 *de Bibliothecis*, C. 40 *de Moguntinis Doctis* &c.

Digitized by Google

VI. Operis *Serariani* Pars, in qua rei cardo vertitur, eſt liber *Quintus*, ceu Archiepiſcoporum Geſta & Vitas perſtringens. De hoc præcipue illuſtrando, adminiculorum penuriâ ſufficientium ne quidem cogitare licebat.

VII. Commode autem accidit, quod inter familiares cum quodam Canonico ad D. *Petri*, Amicorum meorum dum vixit haud poſtremo, ſermones, conceptam intentionem inſinuarem; Hac quoque collaudatà, Canonicus ille, Eccleſiæ Collegialis librum Copialem (anno 1442 conſcriptum) eo ipſo temporis momento penes ſe cum haberet, mihique monſtraret; ſubitanea huius codicis inibique latentium magno numero Diplomatum antiquiſſimorum perluſtratio animum accendit, mentemque acuit ad ponderandum, quam inſigne hæc & id genus plura, ſubſidium, quantumque Operi pro dignitate expediendo ſplendorem ac ornatum adferre poſſent. Ipſe iuſtis deſideriis meis communicatione tam exoletarum vetuſtate chartarum, proin nulla Secreta continentium, ſatisfacturus, liberam concedit excerpendi poteſtatem: Quibus crebra ſalutatione peractis, avido promptoque calamo deſcripta, cum copiali libro diligenter contulimus.

VIII. Petrenſis itaque eccleſiæ Chartis eventu felici transſumptis, obverſabatur, quomodo ad Collegiales ceteras, uti & Monaſteria, viam ſternerem; quarum tamen meditationum ſucceſſus & executio, iniectis h. i. obſtaculis ſat gravis reddebatur. Quippe alter

Digitized by Google

alter propenſus ad velificandum & comis, petitioni honeſtæ aures præbebat benevolas; alter, adverſus & moroſus, ſuas obturabat. Quemadmodum vero in rebus Propoſiti boni Tempus & Patientia nullum non obicem perfringere ſolent, idipſum expertus didici; haud quieſcendo, donec præconceptam Scriniis reſerandis metam attingerem.

IX. In hoc tanto confluxu, *Ioannis* modum diſpoſitionis mecum expendens, apud animum conſtituerat, Opus in *duo* Volumina diſpartiri, & edere. *a*) *Serarium* cum Diplomatibus, *b*) Collectionem Scriptorum de Rebus Moguntinis tractantium; quales ſunt *Chronicon* CONRADI, *Moguntia devicta* HELWICHII, HUTTICHII *Antiquitates* &c; præter nonnulla Excerpta ex *Actis Sanctorum* PAPEBROCHII & HENSCHENII; de Eccleſiis utriusque Cleri Diſſertationes & Schediaſmata.

X. Veruntamen mens ac intentio erat, ſpectabatque primariò, ad illuſtrandas Vitas Principum; id eſt, qua ratione Serarius quoad librum quintum dignis acceſſionibus augeri poſſet, ac locupletari. Conſideratio heic ipſa loquitur, nullum Propoſito ſuccurrendi Medium fore aliud, præterquam, ut hactenus penes Collegia Canonicorum & Cœnobia proſpero ſucceſſu factum, ita ſimiliter Archivi *Electoralis* aditum eſſe impetrandum; Qui, dum clementiſſimo Principis annutu concedebatur; detectus ſenſim eſt tantus, tamque copioſus, ut par eſt credere, apparatus Diplomatum, Codicum, Chartarum, Actorum publi-

Digitized by Google

blicorum atque ad felicem Propoſiti executionem conducentium rerum; ut Idæas anteriores, primam, ſecundam, rurſus aliter diſpartiendi, conſilium captaremus: Eo nimirum ordine, quo Volumen *I.* Serario totum dicatur. *II*[um] ita componatur, ut ei, præter ſuperius iam indicata, inſeratur HELWICHII Chronicon *Sanctalbanenſe*, Eiusdem *Elenchus Nobilitatis Moguntinæ*; WITTLICHII hiſtorica narratio *Monaſterii S.* Iacobi *in Monte ſpecioſo*; una cum Prælatorum & Canonicorum Metropolitanæ ædis: inſuper Collegiatarum & Cœnobiorum: Catalogis, Chronicis, Deſcriptionibus. *III*[um] Volumen Codici diplomatico integrum deſtinetur. *IV*[tum] tribuatur parti Libellorum reliquæ, quos ad ſecundum Tomum (per ſe iam ſatis ſpiſſum) referre haud conveniebat; ut *Antiquitates* Laurisheimenſes HELWICHII, *Hiſtoria* Erfurtenſis GVDENI, SCHMIDIVS de *Conciliis Moguntinis*, TENZELII & HERRAEI Numiſmatica, iuxta cum iis, quæ adiecta noſtro huic Codici, Mantiſſa continet, præmiſſusque eidem Diſcurſus extantia huius generis ulteriora multa, ex Vero affirmat. Ac denique Moguntinis *Epitaphiis* per templa diſperſis compleatur & abſolvatur.

XI. Primam vaſto Operi manum Cl. *Ioannis* admovit *Biponti*; & quæ hebdomadatim per ordinarium illuc migrantem Nuntium faſciculis mittebantur, in ordinem redegit. Sic ſpatium trium annorum transactum eſt.

XII. An-

XII. Anno 1720 m. Aprili conferebat Ille ſe *Francofurtum*, â Bibliopola *Sande* hoſpitio & victu exceptus: Atque heic, Opus, longe imperfectum adhuc, prelo ſubdebatur. Quoniam vero in Archivis *Nova* continenter occurrebant, per compaginem Operis totius diffundenda; pariebant cauſam Additionum, utrique Volumini ſubiectarum.

Iuvat hic ſcire, quod lucubrationes Ipſi Ioanni *multum graves ac moleſtæ merito ceciderint.* a) *Ob bina prela quæ in Officinis ſeparatis ſimul inſtruere obligabatur;* [*Vnum* Serarianis, *Alterum* proviſione *Tomi II.*] b) *Propter concatenatas effuſe ſubminiſtratas acceſſiones* ad penſa quæ iam elaboraverat, ultimamque in iis lineam duxiſſe videbatur, præſertim ad vitas Principum. Ita ut loca non pauca, imo vix non omnia, bis ter & frequentius transponenda eidem fuerint, ac in aliam formam fundenda. Tædium auxit, quod* Sandius, *tametſi labore taliter ſuccreſcente, in puncto Didactri a pactione primitiva diutine nec latum unguem recedere vellet.*

* Submiſſi his operis faſciculi, litteræque ad *Ioannem* deſuper exaratæ, abſolvunt Summam CCCCLXXXVII. Annotationibus meis de die in diem teſtantibus.

XIII. Cum tandem poſt ſtudium utriuſque indefeſſum res in eum ſtatum digeſta crederetur, ut Continuatio, ab anno 1604 quo Serarium deſinere innui, uſque 1722 finem ſpectaret; contigit, â Principibus Catholicis *Circuli Franconici* me præſentari ad Cameræ Imperialis *Aſſeſſoratum:* Hoc Iuridico labore, conficiendo ſcilicet â Præſentatis conſueto Specimine diſtractus, nihilominus adigebar, Dni *Ioannis* Conceptus, ſive Adverſaria, mihi ante prelum ſemper communicata, revidere. Quamvis enim Ipſe

 â na-

â natura ita comparatus eſſet, ut Penſa ſua ſubiicere Cenſuris minime amaverit; his tamen circumſtantiis neceſſarium ſponte iudicabat; eo potiſſimum ex capite, quod compoſita fuerint alieno ſubſidio, ſeu materia aliunde accepta; atque ille ſine hac mea reviſione, ſenſum communicatorum genuinum oblique interdum capiendo, errare potuiſſet. De contemplationibus aliis ne dicam. Ponendus igitur huic periculo erat obex.

XIV. Typo in Nundinis Autumnalibus 1722 ad finem inter millena hinc inde devorata faſtidia perducto, bina iuſtæ molis Volumina in publicum emanarunt. *a*) *Serarius* ultra duplum auctus, *b*) *Opuſcula* n. X. recenſita. Et quoniam circa Continuationem actu aggrediendam res hærebat in incerto; ante omnia ſollicitus fui, de Diplomatibus a *Ioanne*, priuſquam ille Domum remearet, ad manus retrahendis.

XV. Frequentationem Archivi interea reaſſumebam, ſimulque acceſſum ad Reverendiſſimi Capituli Metropolitani *Bibliothecam* Codicibus *MSS.* abundantem, quæ cunctis præcluſa patuit nemini, benefica ſorte impetrabam.

Conf. Præfatio ad meam SYLLOGEN variorum Diplomatariorum, *p.* 40.

XVI. Atenim neſcio, cuius Zelotypiæ (ex acquiſitionibus meis ſic quaſi de novo inchoantibus) enatæ ductu, indeque anſa, ad contradicendum familiariter

ter communicatis his illis arrepta, conſuetudo noſtra frigeſcere ceperit; ac tandem, anno ineunte 1724, omne litterarium commercium inter ipſum *Ioannem* & me fuerit abruptum: Cui tamen ſubſidia præſtiteram cumulatiſſima, non modo ad Opus ſuo duntaxat Nomine præfixo impreſſum, ſed &, uſui ipſius particulari dicata, donata: Eorum nempe, quæ poſtea (1725) evulgavit hoc ſub Titulo: *Tabularum Litterarumque veterum, uſque huc nondum editarum* SPICILEGIUM. Cuius imo Spicilegii partem (potiorem) mihi debere, ipſemet in Præfatione animo candido denuntiat.

Conferri hic tamen velim Monitum ad Diploma XXIX, *p.* 67.

XVII. Hæc interim tacita, amicitiæ prius cultæ renuntiatio eo pronius diſſimulanda mihi erat, quo gratius evenit, ut m. Maio proxime ſecuto ad actualem ſupradicti Aſſeſſoratus ſpartam obeundam vocarer, & propterea domicilium *Moguntiâ* transferre cogerer *Wezlariam*; tot in novello Officio tantiſque occupationibus aſtrictus, ut præmeditata *Tertii* & *Quarti* Voluminis editio, recente cumprimis abrupti commercii memoriâ, ſucceſſu totali caruerit. Iamque tertius volvebatur annus, quo, quid ageret, quidque moliretur D. *Ioannis*, non audieram. Et ecce *Tomum* eiusdem *novum*, *ſubtenuem*, 1727 ex improviſo, & ſine minima huius rei obtenta notitia, Impenſis *Sandii* (1725 defuncti) Viduæ prodeuntem.

Recuſis his ſcriptoribus, iunctis marte proprio compilatis, nihil erat quod oggererem, dummodo in ſuo proceſſiſſent debito ordine.

Cum vero extra illum vagatum fuerit; effective Rapſodia *eſt eorum, quæ D. Profeſſor per ultimum quaſi conatum, & abſque concurrentia, quam neceſſariam iudicaſſet, meâ, evulgare, occulto in gaudio habuit.*

XVIII. Iſthic tam inexſpectatus eventus tanto magis inconveniens mihi apparebat, quanto manifeſtius per modo ſatum Opus præpoſterum, Diſpoſitio anterior, ſeu ſeries Tertii & Quarti adhuc reſtantis Tomi, in omnimodam confuſionem & perturbationem coniiciebatur. Id quod Noſter probe intelligens, partum ſuum non auſus eſt intitulare *Tomum III* Rerum Moguntiacarum; ex quo nempe meminerat, *Diplomata*, ceu ad Serarium pertinentia *Adiuncta* & *Probationes*, efficere debere Tomum III: Vt tamen Tertietatis aliquam præpanderet ſpeciem, his ſuis inſcio me extruſis Scriptoribus in libri fronte aſſuit: *Hiſtoriæ* Moguntinæ *vel maxime inſervientium.*

XIX. Vir mirus! utpote qui, paucis iisque amicis lineis fidum ſuum olim cooperatorem facillime excitaſſet, ad derelictum negotium reaſſumendum; & coadunatis porro, ut circa Tomos primos factum, conſiliis & auxiliis, viriliter promovendum. * Quem quippe in ſcopum omni meo labore atque cura unice collimabam.

* *Geſta Dni* Ioannis *in medium profero, quatenus veriſſime contigerunt, pernoſcendique mutuorum officiorum noſtrorum Tractus cauſâ memoranda veniunt. Minime intendens eximia Viri Merita obnubilare; quin, ut in vita, ſic etiam poſt mortem magni faciens ea. Is ſane Doctiſſimus, & Polyhiſtor nulli ſecundus*

Digitized by Google

dus inclareſcebat; & huic commenſurata rei Hiſtoricæ ac Litterariæ profunda ſcientia & penetratio, in circulos ſe diffundebat ampliſſimos. Ita quoque notitia librorum perfecta pollebat, quorum Ipſe non paucos in lucem edidit. Scribendo inſuper, characteres ducere norat adeo venuſtos, & tam plane æquales, ut contuentibus eſſent admirationi. Bipontino *domicilio tam tenaciter affigebatur, ut aliunde in celeberrimis Academiis ſibi oblatam Hiſtoricam Profeſſuram recuſaverit. Hoc unum diſplicebat, quod in converſationibus & diſcurſibus parcus verborum, fervori meo vultum non retulerit; & ſemel conceptum ex quavis leviſſimi motus umbra tædium Silentio ita concoxerit, ut nulla explicatione præbuerit anſam, quâ, a fautore ſuo quam addictiſſimo, ſcrupulus omni adbibita ſollicitudine potuiſſet eximi.*

Biographia eius typo vulganda dicebatur, aſt probabiliter ſine ſecuto effectu. Neque particularia alia reſcivi, præterquam quod Marckbreitæ, *Principis* Schwarzenbergenſis *Oppido, primam lucem hauſerit, & a laboribus ſuis quieverit,* Biponti, 1735 *d.* 23 *Febr. Ætatis, conie&urâ mea,* 76. *Vir fortuna meliore digniſſimus.*

XX. Cum nihilominus Dni *Ioannis* additionale Volumen pro *Tomo III* Moguntinarum rerum in mundo circumferatur, quinimo ita citetur â librorum Editoribus; hinc ad evitandam maiorem deinceps confuſionem, noſtrum Codicem peræque non intitulavi *Tomum III.* [eiuſve partem primam.] Vt præterea diſcrimen vel ex ipſo promineret obtutu, hac quoque diverſa forma in *Quarto* exhibendum duxi; ceu Opus aliquod ſeparatum, & *per ſe ſolum* commendabile; reſpectu potiſſimum copioſæ Acceſſionis, quæ, modo ad finem *Seculi XIII*, altero tanto locupletior evaſit.

Huc conf. Præloquium ad Supplementa, p. 376.

XXI. Interim haud neglexi, diplomatibus iis, quæ in Vitis Archiepiſcoporum citata ſunt tanquam Pro-

bationes, & *Adiuncta* propediem ſecutura, locum referentem Titulis immediate ſubnectere; *Nova* quæ ſint, ad exitum usque XII^{mi} ſeculi pariter indicando. Per XIII^{tium} autem de notamine illo, ob nimiam Acceſſionum multitudinem conſulto abſtractum; cum eo ipſo indigitetur, eſſe talia, atque ſic nullibi citata diplomata: Vt taceam inſerta plura, connexitatem cum Moguntinis rebus habentia nullam.

XXII. Tanti proinde refert, ut, qui bina Volumina *Ioannis* priora poſſidet, iſthæc *Adiuncta*, ceu magnam citatorum partem, habere quoque debeat; Qui vero iisdem caret, his noſtris frui ſeparatim poſſit.

XXIII. Ceterum titulus libri iam ſatis declarat, Adiuncta non omnia, attamen antiquiora Seculorum IX, X, XI, XII & XIII eodem comprehendi; reſidua vero diverſis Tomis reſervari in futurum. Cum, quia labor ſub manu ita crevit, ut omnia ſimul & ſemel exhiberi non potuerint; Tum, quia experiri prius iuvat, qualem Tomus præſens laturus ſit applauſum. DEVS T. O. M. ſecundet vota, ut Opus, felici nunc ſydere inſtauratum, incrementis beetur uberioribus, quò, improbo labore adornata Collectio, ad fundum uſque exhauſta ſiſtatur.

XXIV. Dolendum, quod â tempore vulgatæ *Sylloges* meæ, ſicque labentibus ab 1728 annis vegetioribus, nulla ſeſe aperuerit via, qua mediante Diplomata noſtra publici iuris fierent. Licet enim eo fine intentatum nihil ſinerem, tamen Bibliopolarum reperiebatur nemo, qui ſumptus conferre operæ pretium duxiſſet.

Digitized by Google

xiſſet. Excuſationis loco ſinguli oggerebant, id genus chartarum ſpeciales duntaxat, eosque pauciſſimos, habere fautores; ſibi exemplaria Emptoribus carentia relinqui; & plures eiusmodi putidas exceptiones prætexebant. Sic ſpe omni abſciſſa, dudumque decretò, fatis iniquis eſſe obſecundandum; En Tibi! ſerenior de repente effulſit Phœbus; ac tempus, quo diuturna ſua incarceratione liberarentur, advenit.

XXV. Conſilio ſiquidem & ſuaſu quorundam in florentiſſima Vniverſitate GEORGIA AVGVSTA *Gœttingæ* degentium Profeſſorum celeberrimorum accidit, ut præſens Diplomatum chartarumque theſaurus, cuius modo particulam viderant, illuc fuerit expetitus, quò typis iſtuc loci nitidiſſimis excuderetur, nec diutius otioſus latitaret. Probe enim intellexerunt Viri iſti doctiſſimi, quantum interſit Hiſtoriæ patriæ, hoc Cornu copiæ, longe plura Ævi Medii Diplomata complectens, quam in ulla quæ usque huc lucem aſpexit collectione deprehenduntur, in commune bonum effundere, deliciasque in eodem latentes, quas nulla niſi barbara & duriora abhorrent ingenia, cum omnibus rerum intelligentibus communicare.

Converto calamum ad ea, quæ circa ipſum, Diplomatis impenſum officium Lectorem ignorare haud oportet. Poſitionibus declaranda ſequentibus.

a) Diplomata numeramus XXIV, quorum publica-

catione IOANNIS in ſuis *Diſibodenbergenſibus** SCHANNAT, & Ill. *de* FALCKENSTEIN ** in *Petrinis Erfurtenſibus* nos prævenerunt.

* Spicilegio *ſupra relato.*
** Vindemiis. *Chron.* Thuring.

Quod hoc autem non obſtante ea retinuerim, huius ratio iis h. i. addita legitur. Veluti, quoad *Ioannem*, p. 67. *Reliquos*, p. 48. 107. 112. 186. 315. &c. Attamen quæ bini poſteriores publicarunt, non reproduxi omnia, ſed quandoque acquievi in nuda ad illos remiſſione. Vtcunque ſit, repetitionem meam vel ideo gratam & acceptam fore ſpero, quod loco *corruptorum*, dederim genuina, & *incorrupta.*

b) Sponſor eſſe nolim, præter chartas indicatas deprehendi plures, quæ alibi iam pridem editæ proſtent. Supereſſe tamen confido *Quadringentas*, quæ hactenus incognitæ latuerunt. Salva præterea diſparitate inter exemplaria generis communis fortuito nacta, †, Et, ex ipſis Autographis †† librisque Copialibus immediate deprompta.

† *De frequenter contingentibus loquor; Non, acſi præſumerem, a me Solo diplomata perfecta exhiberi.*
†† *Ex* his *quæ ſunt, cuilibet in margine fideliter annotavimus.*

c) Singula & omnia ipſemet, *abſque* ulla *vel* Vllius manu auxiliatrice deſcripſi; referendo me deſuper ad Notulam procemio *Supplementorum* proxime ſubiunctam; p. 340. In hac porro præfatione diſſeritur,

Digitized by Google

tur, quænam ſupplementi ſub ipſis operis enati fuerit occaſio.

d) Invigilavi ſtudioſiſſime, ne vel minima etiam littera immutaretur. Iſtis tantummodo in incertum poſitis, quæ diſtingui nulla arte ingeniove poterant; num V. gr. litteram *t* aut *c*, *a* vel *o*, Scriba primævus exprimere voluerit.

e) Chartas tanta induſtria deſcriptas cum fontibus ſuis rigida cenſura conferre ſategi; æque in prima deſcriptione, quæ raptim fieri ſolebat, ac in altera, tertia, ordinata ad typum. Abbreviatæ tamen ſyllabæ ad faciliorem captum ſine ſua ſyncope efformari debebant, utpote quas Cultor diplomatum exercitatus iam novit redintegrare. Nec offendere quempiam debet, ubi ſubinde in una eademque Charta Orthographiæ diverſitas obſervatur, maxime in nominibus Propriis; quippe Veteres, ſua ſcribendi methodo uſi, de uniformitate nihil curabant. Atenim *primum* & eſſentiale *requiſitum* eſt, Diplomata, quacunque demum orthographia ſe obiiciant, ad amuſſim reddere.

Hanc ſaltem licentiam diplomatum Deſcriptores habent, ut , , . . ; * *apponant, omittant, ſenſui congrua. Vbi tamen ſæpe fluctuamus, ac divinando immoramur, num etiam menti Scribæ priſtini noſtrum in interpretando arbitrium conveniat. Dici enim ſatis nequit, quam turpiter Illi, interpunctionibus ſuis*, vel factis vel omiſſis, *chartas depravaverint. Ita ſane, quodſi in hoc quoque articulo ſectari rigorem voluiſſem, Chaos confuſionis atque obſcuritatis reſultaret maximum. Seculi XI, XII Chartæ abſonis ſcatent punctis, poſt medium XIII accentibus & commatibus; aſt tam his quam illis cohærentiæ vocum naturali vim inferentibus. Alia contra vice integræ periodi interpunctionibus plane ſunt deſtitutæ.*

* Quoad hæc quidem, nunquam in uſu fuere.

 Repeto

Repeto igitur, & dico, num, quas ego feci, ad veterum Scribarum mentem comparatæ ſint, vadimonium præſtare non poſſe; ceu pro congruo hac in parte agens, quò ſenſus clarus & intelligibilis evaderet. Raro enim loca adeo crepera in Diplomatibus obviant, ut ab eorum interpunctatione ſubſtantia tota penderet. Quando tamen explicationem admittunt in utramque partem, ſibique contrariam, ut in Ita, & Non; *fateor, ex tunc Deſcriptorem anguſtiis extremis ſeſe agitatum ſentire; quorſum tandem deflectat hæſitans diu, ac ſecum deliberans. Exemplo ſit illa reſponſio, data ad interrogationem de Regina Scotiæ* Maria: Reginam occidere nolite dubitare ſi vos conſentieritis ego non diſſentio. *Aliud ex Diphthera Apollinis:* Ibis redibis non morieris in bello.

Licentiam eandem, atque ex eadem ratione adducta Deſcriptores ſibi recte attribuunt circa litteras Maiuſculas ſive Verſales; quarum parciſſimæ in antiquis membranis occurſitant.

A digreſſu filum reſumo.

f) Æras, quæ numeris arithmeticis nunquam, ſed verbis, mox in totum integris, mox dimidiatim numeris Romanis exprimebantur, his numeris plerumque efformare viſum fuit; ut ſic promicando, eo citius poſſent diſcerni. Earum certitudinem nemo in dubium vocare auſit, cum nullam formaverim, quam non accurate prius recognoverim.

g) Tametſi Veteres, ut palam conſtat, ſcriptiones ſuas nullo modo, & ne appoſitis quidem Teſtibus interpolarunt; ab hoc tamen more defleximus, ad evitandam nauſeam, quæ creari aſſolet, dum uno contextu cohærent omnia.

h) Obſervationes & Notas pro modulo tenuitatis noſtræ diplomatibus multis adiecimus. Add. p. 516. nuntiatio *florum ſparſorum* ex libro vetuſtiſſimo Bibliothecæ metropolitanæ.

i) Ta-

Digitized by Google

i) Tabularum codici accedit *Mantiſſa*, Moguntinenſes *Vicedominos*, nec non *ſupremos* provinciarum *Præfectos*, eorundemque ſucceſſiones longa Seculorum continuata ſerie exhibens.

Vid. *Diſcurſus præliminaris*, p. 932.

k) Quo remotior a nobis diſtabat Typographia, eo maior præcautio & vigilantia in transmiſſis lectu facillimis ſcripturis fuit adhibenda. Si Typotheta *MS*tum ad unguem fuiſſet aſſecutus, Sphalmata irrepſiſſent nulla, vel certe pauciſſima. Graviora, utpote nobis intolerabilia, plagulis denuo recuſis eliminata ſunt; Quapropter cum leviora tantum, & quidem pro libro ſex Alphabetorum pauca remanſerint; fiduciâ nitor, vix unum tam exacta ſollicitudine limatum opus Diplomaticum lucem aſpexiſſe. Quandoquidem omni tibi aſſeveratione affirmo, vel in ipſis nominibus Propriis, cum Perſonarum tum Locorum, uti & in Numeris, vitia typographica non niſi tria occurrere. Quæcunque ſint, ſtricte detegenda erant; conſideratò, quod in *Diplomatum* editionibus mendorum nihil occultare deceat, aut ſupprimere.

De arrogata ſibi per Typothetam licentia, in ponendo Maiuſculas pro litteris minoribus, hinc inde incongruenter, & vice verſa; uti &, exprimendo diverſo charactere nonnulla verba in Titulis, acſi Energia quædam iis denotari vellet; non eſt ut aliquid moveam. Quippe ſatis cognitum, Dominos iſtos, quacunque licet circumſpectione adhibita, ex mero beneplacito eiuſmodi rem peragere.

l) *Indices*, primus, ſecundus ac tertius, ſive Locorum, Nominum *barb.* & Perſonarum, quæ vel Di-

 gnita-

gnitatibus eccleſiaſticis eminent, vel Nobilitatis ſtatum reſpiciunt, hiſce in tabulis ac Mantiſſa e Mortuis reſurgentium, mei ſolius agnoſcunt operam. *Rerum* autem Index, docti cuiusdam Viri in impreſſionis loco debetur.

Quod ſupereſt, ut hæc Diplomatum congeries gratiam apud Eruditos inveniat, Ipſisque ac ipſorum commodo ad maiorem Dei gloriam inſerviat, conducat, & proſit; eo quidem redit votorum meorum Summa, laborum itidem ſcopus, ac Finis. Dabam *Wetzlariæ* 22 Sept. Anno Chriſti 1742.

* *

	Errata.	Correcta.
P. 113	l. 24 *Preb.* .	lege Præb. .
175	l. 26 *frater*	fratres
229	l. ult. cum ſq. *Heringerus*	Helingerus
266	l. 12 *XCVI*	XCV
281	l. 10 *encylica*	encyclica
295	l. 18 *plena*	plene
312	l. 5. *fuerint*	fuerit
359	l. 14 *Epiſcopum*	Epiſcopium
362	l. 3 *Ebem.* .	Eberm. .
377	l. 7 *rerrarum*	terrarum
410	l. 17 T. *II*	T. I.
430	in marg. *apographo.*	autographo.
432	l. 28 *Collogio*	Collegio
439	l. 12 *Ziegenhainiis.*	de Reichenbach.
447	l. 27 *obſorpta*	abſorpta
456	l. 11 *notiam*	notitiam
483	l. penult. *præ-*	pre-
555	l. 14 *infrigendo*	infringendo
P. 571	l. 6 *iisdem*	eisdem
577	l. 11 *Conſilio*	Concilio
587	l. ult. Vebung	Vbung
588	l. 2 alten	allen
633	l. 3 nobis &	*add.* noſtris
696	l. 23 *præſcriptam*	preſcriptam
713	l. 11 *Pario*	Paro-
743	l. 6 *urbemus*	turbemus
749	l. 23 &	*add.* quod
813	l. 8 *impendimentum*	impedimentum
887	l. 12 *Elencho*	Elenchos
960	l. 17 francofurti	*add.* 1717.
964	l. 19 Verbniſſes	Verbintniſſes
981	l. 19 *Duderſtddii*	Duderſtadii
in Ind. I. ante litt. F.	866	860

in Ind. I. lit. C. *Circulus* & lit. I *Ioppa* expungenda ſunt, & ad Ind. II referenda.

I. LVLLI

I.
LVLLI
ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI
Traditio quorundam prædiorum in pago Thuringiae, facta Coenobio Fuldenſi anno 7 . . .

[Citatur hæc Charta RER. MOGUNT. *Vol. ſive Tomo. I. p. 374. col. 2.* verſu: *Fuldenſe ceteroqui.*]

In nomine Domini. Regnante Domino *Carlo* Francorum & Longobardorum Rege ac Patricio Romanorum, die XXV. menſis Septembris, die Dominica, cum idem glorioſiſſimus Rex Carolus curiam haberet apud nos, ego LVLLVS Dei gratia Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus, tradidi Domno meo *S. Bonifacio* Archiepiſcopo & martyri, coemptionem prædiorum, quam coemi in villa *Fargalaba*, quæ ſita eſt in pago *Thuringiæ*, ſuper fluvium *Vnſtruth* nuncupatum, ea conditione, vt pars mea ſit cum domno & patre meo ſanctiſſimo Bonifacio, martyre & Archipontifice, in regno Dei, & vt fratres Fuldenſes mei perpetuo ſint memores. Dedique conſilium quibusdam fidelibus noſtris; quatuor videlicet nobiliſſimis viris, *Waltoni*, *Reginaldo*, *Warmundo*, *Burchardo*, qui prædia in confinio eiusdem villæ *Fargalaba* in proprietatem habebant, vt partes ſuas S. Bonifacio traderent, eumque ſuum heredem facerent in terris, vt ſui coheredes fierent in cælis, qui & ita fecerunt. Et hæc traditio coram Rege confirmata eſt.

Obiit autem LVLLVS *anno circiter 786, vel 787.*

Ex BROWERI Antiqv. Fuldenſ. p. 206.

Digitized by Google

II.

CAROLI Craſſi IMP.

Diploma fundationis Eccleſiæ S. Bartholomæi Franco-furtenſis. An. 882.

[Citatur RER. MOGVNT. Tom. I. p. 65. col. 2.]

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. CAROLVS diuina favente clemencia Imperator Auguſtus. Notum eſſe volumus cunctis ſancte Dei Eccleſie fidelibus, ac noſtris, preſentibus & futuris, qualiter piiſſimus genitor noſter ob amorem Domini & proprie mercedis augmento tradidit, traditasque firmavit quasdam res proprietatis ſue ad Capellam ſuam in *Franconofurd*, que eſt conſtructa in honore Salvatoris D. N. I. C. hoc eſt, illam capellam ad *Kuffſtein*, & illud monaſterium ad *Vrſella*, & illam eccleſiam in villa, que dicitur *Steti*, & illam eccleſiam ad *Plageſtat*, & illam villam, que dicitur *Pargilla* cum eccleſia & decima ad eam pertinente, ſicut eam *Ruotkerus* in beneficium habuit, & illam eccleſiam ad *Sprendilingun* cum manſo ad eam pertinente, & illam eccleſiam ad *Biſcofesheim* cum omni decimacione, cum mancipiis, & terris ad eam pertinentibus, & quicquid *Ruotkerus* habuit in *Seckibach*, & illam eccleſiam ad *Sweinheim* cum omni decimacione, cum mancipiis & terris ad eam pertinentibus, & tres manſos ad *Gelſtrebah*, & illam capellam ad *Nerinſtein* cum omnibus ad eam pertinentibus, ſicut eam *Aaron* ibi in beneficium habuit, & illam villam, que dicitur *Kadelcumf*, cum omnibus appendiciis, & illam capellam in *Bunna*, & ſicut *Heririb* in beneficium habuit in *Oſtrenaha*, & quicquid *Ruodlind* ad ipſam capellam tradidit, ſcriptoque firmauit.

Has itaque preſcriptas res cum omni integritate, id eſt, cum omnibus ad eas pertinentibus, in domibus, edificiis, mancipiis, campis, agris, pratis, paſcuis, vineis, ſiluis, cultis & incultis, aquis aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, ad iam dictam capellam pius genitor noſter tradidit, ut deinceps

ceps perpetualiter ad Dei ſervicium peragendum ibi permaneant absque vllius contrarietatis obſtaculo, & conſtituit, vt in eodem loco ad ſerviendum Domino conſtituantur Clerici XII, exceptis Presbiteris, qui in locis illuc pertinentibus Domino famulantur, & hy omnes de preſcriptis rebus habeant ſtipendia neceſſaria, & ab illo Abbate, cui ipſa Capella commiſſa fuerit, nulla unquam hoſtilis expeditio exigatur. Inſuper etiam precepit, vt Abba *Williberius*, cui ipſa Capella commiſſa eſt, diebus vite ſue eam ſecuriter habeat cum omnibus ad eam pertinentibus, nec ullus inde ei quicquam auferre preſumat, ſicut Regie poteſtatis tunc in beneficium habere viſus fuit, cum omnibus preſcriptis, & iure ac legitime ad eam pertinentibus in decimacionibus, ſeu aliis appendiciis.

Nos igitur paterne tradicioni conſencientes, iuſſimus fieri hoc noſtre conſenſionis conſcriptum, per quod volumus atque precipimus, ut ſicut pius genitor noſter preſcripta omnia conſtituit atque firmavit, ita deinceps firmata & ſtabilita permaneant absque ullius contradicentis inquietudine.

Nec non & inſuper pro retribucione eterne beatitudinis augmentamus ad preſcriptum ſanctum locum nonam partem de omni conlaboratu, videlicet de annona, vino, *friſckingis*, & argento, & in quibuscunque rebus ſit ex noſtris indominicatis villis, quarum hec ſunt nomina, *Franckonofurd*, *Triburias*, *Ingilenheim*, *Cruznacha*, *Lutra*, *Gerinesheim*, *Neriſtein*, & quicquid pertinet ad *Vvormacia*, & ex parte *Vogaſi*.

Et vt hec auctoritas noſtre confirmacionis & conceſſionis inviolabilem in Dei nomine optineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmauimus & annuli noſtri impreſſione aſſignari iuſſimus.

Signum Domini KAROLI Sereniſſimi Imperatoris.

Waldo Cancellarius ad vicem *Luitvvardi* recognovi.

Data IIII. Nonas Dec. Anno incarnacionis Domini DCCCLXXXII. Indictione XV, anno Imperii piiſſimi Imperatoris Karoli II. Acta *Franckonofurd* Curie Imperiali, in Dei nomine feliciter. Amen.

NB. Lerſnerus *P. 2. Chron. Francof.* Cap. XXX. p. 104. *itidem hocce antiquiſſ. Diploma profert, ſed exaratum vitioſiſſime. Siſtimus nos illud ex originali: tam in membrana, quam Sigillo (rotundo, quod cera craſſa ad inſtar farciminis circumſeptum eſt) optime adhuc conſervatum. In ſporta multas inter promiſcuas vulgares chartas iacebat.*

III.

ARNOLPHI IMP.

Diploma, quo monaſterium S. Maximini, ad preces Archiepiſcopi Mog. HATTONIS, *multis locupletavit poſſesſionibus. Anno* 893.

Citatur T. I. p. 418. fin.

[Diploma hoc neque in BROWERI *Annal. Trevir.* nec in ZILLESII *Defenſione* occurrit, ſed ex vetuſto Codice excerptum communicatur.]

In nomine Sanĉte & individue Trinitatis.

ARNVLPHVS divina predeſtinante clemencia Rex. Si ſervorum Dei peticionibus pie annuimus, & ea que pro utilitatis ſue commodo ſunt neceſſaria, uſque ad effeĉtum produxerimus, id nobis ad eterna vite premia feliciter promerenda futurum eſſe liquido credimus.

Vnde noverit omnium fidelium noſtrorum, preſentium ſcilicet atque futurorum induſtria, qualiter HATTO, venerabilis ac dileĉtus Archiepiſcopus noſter, pio monitu poſtulavit clementiam noſtram, ut collegio Fratrum in monaſterio Sanĉti *Maximini* Treueris conſtituto, Domino die ac noĉte famulantium, loca ſubnotata ſpecialiter ad ſua viĉtualia concederemus. Cuius iuſtam petitionem libenter implentes, hec loca illis ad ſuam peculiaritatem perpetualiter habenda, ut ex his viĉtum atque habitum conſequantur, pro noſtre anime abſolutione concedimus. Hoc eſt *Appula*, *Evernesheim*, *Prichena*, *Holshuſa*, in Moguncia una capella, *Thionenheim*, *Ruuonacha*, *Loabia*, *Decuna*, *Kamus*, *Alſunza*, *Embilaco*, *Touen*, *Beſiaco*, *Burnacha*, *Matribesdorff*, *Fulina*, *Eberlinga*, *Borſtat*, *Merol-*

Digitized by Google

Meroldulla, *Mariſch*, *Wimari* eccleſia, *Cruſſta*, *Scrauna;* cum omnibus Abbacie S. Maximini ſalicis decimacionibus, quas concedimus in uſus hoſpitum peregrinorum & pauperum.

Iuſſimus quoque hoc preſens preceptum inde conſcribi, per quod decernimus atque firmiſſime iubemus, ut ipſi Fratres prelibata bona cum omnibus pertinentiis ſub eorum cura teneant, atque ſecure & quiete iuxta ſuum arbitrium illis potiantur; & nec nobis, neque illi qui hanç Abbatiam tenuerit, *aliquod* ſervitium impendant; excepto hoc, quod more ſolito benedictionem ſuam illi offerant quicunque monaſterio preſit; poteſtatemque teneant, ſuper ipſas res ſuum prepoſitum ſpecialiter conſtituere, eumque pari modo, ſi bene officium prepoſiture ſue non expleat, degradare.

Et ut hoc preceptum noſtro iuvamine roboratum perpetualiter firmum & ſtabile perſeveret, manu noſtra illud firmavimus, annuloque noſtro conſignari precepimus.

Signum Domini ARNVLPHI glorioſiſſimi Regis.

ENGILPERO Notarius ad vicem *Diotmari* Archicapellani recognovi.

Data III *Idus Febr.* Anno dominice incarnationis DCCCXCIII. Indictione XI, anno vero VI Regni Domini *Arnulphi* Serenisſimi Regis. Actum *Ingelnebeim* Curte Regali, in Dei nomine feliciter, Amen.

IV.

HATTONIS Archiepiſcopi Mogunt.

Donatio variorum ſuæ proprietatis prædiorum erga eccleſiam FVLDENSEM. *An.* 910.

[*T. I. p.* 420. *n.* 2. verſu: *Quia Cancellarii.*]

Sanctarum auctoritate paginarum & divinarum monitis ſcripturarum fidelium aures multimodis admonitionibus pulſantur, ut huius peregrinationis tempore omni virtute ſatagant elaborare, ut bonis operibus & elemoſynarum largitate vitam manſuram acquirant. Multum enim eſt felix & laudabile com-

commercium, dum de vilibus & perituris rebus æternæ vitæ gaudium comparatur. Magna etenim pietas largitoris, quæ nos docet, ſpretis terrenis cæleſtem patriam theſaurizare.

Vnde ego HATTO, Dei gratia & miſericordia diſpenſante Moguntiacæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, regnante Domino *Ludvico* glorioſiſſimo Rege, & reſidente in palatio Triburienſi, cum Reuerentiſſimo Abbate *Huggi* Fuldenſis monaſterii, ceteriſque eiusdem monaſterii Fratribus & Clericis, ad eorum omnium præſentiam, quidquid proprietatis habui in *Maſſenheime* marcha, & in *Wiccrino* marcha, & in *Ruuenheime* marcha, & in *Geraha* marcha, & in *Lichſamene* marcha, hoc totum in manus *Gerhardi* Comitis & *Chunradi* Comitis dedi, ea ratione, ut cum omni integritate ad ſepulchrum pretioſiſſimi Chriſti martyris *Bonifacii*, in monaſterio Fuldenſi, contraderent. Quarum rerum traditiones legitime in præſentia glorioſiſſimi Ludvici Regis peractæ. Deprecor & obteſtor ipſum Abbatem, omnemque S. Bonifacii congregationem, per ineffabilem ſanctam Trinitatem, ſanctorumque amorem & reuerentiam, ut nunquam alicui hominum inbeneficientur, ſed ad generales uſus Fratrum perpetuo conſerventur. Si vero aliquis ſucceſſorum meorum contra has res aliquo modo generare calumniam præſumpſerit, primo iram Dei omnipotentis incurrat, & quod repetit, nullatenus vindicet, ſed quicunque litem vel controverſiam aliquam intulerit, auri libras XII, argenti XXXVI, coactus Regiæ Maieſtati reus exſoluat.

Datum palatio *Triburienſi*, coram Rege *Ludvico*, qui & conſcribi & ſigillo ſuo inſigniri iuſſit. Anno dominicæ incarnationis DCCCCX, Indictione XIII. Anno vero Domini *Ludvici* Sereniſſimi Regis XI, octauo Idus Aprilis.

Ego Dei nomine HATTO Archiepiſcopus & Cancellarius has litteras iuſſu meo ſcriptas recognovi, & manu propria ſubſcripſi.

† Signum GEBEHARDI & CHVNRADI Comitum, qui easdem traditiones fideli manu ſuſceperunt, & hoc coram Rege juraverunt, vt eas S. Bonifacio martyri fideliter delegarent, & præcepto regio confirmarent.

† Signum DITOLFI Wormatienſis Epiſcopi.
† Signum EINHARTI Spirenſis Epiſcopi.
† Signum GOTDANCKES Comitis &c.

E BROWERI *antiquitat. Fuldenſ. p. 255.*

V.

OTTONIS II. IMP.

Quibus Sedi Moguntinæ omnia ab anteceſſoribus ſuis conceſſa privilegia confirmat. An. 974.

[*T. I. p. 450. n. 2.* verſu: *Quo vero.*]

In nomine ſanĉte & individue Trinitatis. OTTO divina preordinante diſpoſitione Imperator Auguſtus. Cum noſtrae condignum Serenitati videatur, honeſtis quorumcumque petitionibus benigniter obtemperare, ſed maxime rebus eccleſiaſticis commoditates quaslibet auĉtoritativa ſtabilitate impendere, ultimi examinis discusſione premia divinitus capeſſenda liquido credi debeat; Omnium fidelium noſtrorum, tam preſentium quam & futurorum pateat induſtrie, qualiter nos ob interventum dileĉtiſſime coniugis noſtre *Theophanu*, nec non fideliſſimi noſtri *Willigiſi*, ſanĉte Mogontinenſis Eccleſiae Archiepiſcopi, cum ipſe omnia traditionum precepta ad eandem Eccleſiam a quibusquam anteceſſoribus noſtris, Regibus vel Imperatoribus, tradita nos antetuliſſet, omnes res & traditiones eiusdem Archiepiſcopi iterata auĉtoritatis noſtrae confirmatione, more Regio vel Imperatorio illuc dedimus & firmiſſime conceſſimus: id eſt Abbatias, tam canonicas quam monachicas, Eccleſias, Monetas & Thelonea, villas quacumque regione ſitas eidem Sedi appertinentes, colonos etiam, quacumque eiusdem poteſtatis terra poſitos, cum omnibus rebus ac poſſeſſionibus ad hanc Sedem iure legaliterque pertinentibus. *Ex autographo.*

Inde precipiendo iubemus, ut nullus Iudex publicus, aut quelibet celſa vel humilis perſona eius loca ingredi, vel familiis aliquam iniuriarum moleſtiam inferre, vel manſiones ſeu

Para-

Digitized by Google

Paratas * faciendas diſtringere, ſeu in colonos aliquatenus intromittere audeat. Familiae autem coram nullo, Placitis vel negotiis reſpondere cogantur, niſi coram Epiſcopo, ſeu potente Advocato eius.

Hoc namque renovationis noſtrae, ac iteratae confirmationis preceptum ut firmius ſtabiliusque cunctis Sanctae Dei Eccleſiae noſtrisque fidelibus perpetim credatur, ac diligentius obſervetur, hanc cartam inſcribi iuſſimus, ac anuli noſtri impreſſione ſignatam, manu propria noſtra ſubtus eam corroboravimus.

Signum Domini OTTONIS Magni Imperatoris Auguſti. *Folgmarus* Cancellarius vice *VVilligiſi* Archicapellani notavi.

Data VIII. Kal Februarii, Anno dominice incarnationis DCCCCLXXIIII, Indictione II, anno regni Domini Ottonis XIII. Imperii VII. Actum *Trotmenni*.

* Paratæ: ſignificat *Expenſas ad hoſpitum Suſceptiones, maxime Miſſorum, ſeu delegatorum publicorum.* du Fresne *Gloſſar. T. III. p. 172.*

Notandum a) loco poſt Titulum indicato inſertos eſſe nonnullos huius diplomatis verſus, ſive lineas; quæ, circa orthographiam dum non concordant, oportet ut corrigantur ex præſenti ad litteram deſcripto autographo. Quippe tunc temporis in nuda quadam copia acquieſcendum nobis erat. b) Haud debere vigilantem lectorem morari, quod modo ae, *mox vero* e *appareat ſimplex in vocibus, alias uniformiter diphtongum* ae *requirentibus. Etenim adhibitam diverſitatem ipſum venerandæ antiquitatis monumentum diſerte commonſtrat.*

VI.

Digitized by Google

VI.
BENEDICTI VII. P. M.

Quibus WILLEGISO *Archiepiſcopo transmittit Pallium, & proedriæ in tota Germania atque Gallia poſt ſummum culmen Pontificis largitur privilegium. Anno* 975.

[*Citatur d. pag. 450. n. 2. & n. 5.*]

BENEDICTVS Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Dilectiſſimo nobis in Xpo fratri, debitaque cum dilectione nominando, WILGISO, Venerabili ac digniſſimo Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopo, apoſtolicam ſalutem.

Si paſtores ovium ſolem geluque pro ſui gregis cuſtodia die ac nocte ferre coacti ſunt, ut, ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morſibus rapiatur; & pro hoc oculis ſemper vigilantibus circumſpectant; quanto ſudore quantaque cura, Nos, debemus eſſe pervigiles qui Paſtores animarum dicimur: Quapropter attendamus, & ſuſceptum officium ſtudioſiſſime erga cuſtodiam Dominicarum ovium exhibere non ceſſemus; ne in die divini examinis, pro deſidia noſtra, inde nos ante ſummun Paſtorem negligencie reatus excruciet, inde modo honoris reverentia ſublimiores inter ceteros iudicamur.

Hoc itaque, frater cariſſime, te conſiderare oportet, ut locum tanti culminis quem adeptus es, non ad requiem, ſed ad laborem te ſuſcepiſſe cognoſcas; adhortationis ope fidelium corda corrobora, infidelium vero ſummopere converte; quod ut facilius aſſequi merearis, exhortationem bonorum operum vita tua confirmet; atque, ut breviter dicam, opitulante Deo irreprehenſibilem te exhibere ſtude; quod efficaciter facere poteris, ſi caritatem magiſtram habueris, ſicut habere te credimus; quam, qui ſecutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit.

Monitio, eorum quæ Epiſcopi ſint propria.

Digitized by Google

Pallium quid denotet?

Pallii interea uſum, quem ad ſacerdotalis officii decorem, & ad oſtendendam unanimitatem quam cum beato PETRO Apoſtolo univerſus grex dominicarum ovium que ei commiſſe ſunt habere debet â Sede Apoſtolica, ſicut decuit propoſuiſti, libenter Fraternitati tue conceſſimus, atque illud tibi transmittimus, quo eo ita uti memineris, ſicut predeceſſores noſtri tuis predeceſſoribus conceſſerunt; ſervata dumtaxat privilegiorum tuorum integritate, quo in *tota Germania & Gallia, poſt ſummum culmen Pontificis, in omnibus eccleſiaſticis negotiis, id eſt in Rege conſecrando, & Sinodo habenda, ceteris omnibus tam Archiepiſcopis quam & Epiſcopis, Apoſtolica auctoritate, ſicut iuſtum & rectum eſſe videtur, preemineas:* Etenim decernimus, ut in NATALIS DOMINI, & ſolemnitate EPIPHANIE, PASCHE, ASCENSIONIS, PENTECOSTES, & in feſtivitate beatorum Apoſtolorum PETRI & PAVLI, & Domine noſtre ſemper Virginis MARIE, atque illius Sancti in cuius nomine veſtra Eccleſia dedicata eſſe videtur, & in eiusdem dedicatione eccleſie, & in die Natalitii tui, nec non in conſecratione Epiſcoporum Suffraganeorum tuorum, illo indui debeas: Adicientes etiam pro amore dilectiſſimi filii noſtri, Domini OTTONIS, piiſſimi Imperatoris Auguſti, ut in celebritate beatorum martirum LAVRENTII atque MAVRITII, VICTORIS, ALBANI, & Sanctorum Martirum SERGII & BACCHI ſpecialiter eo veſtiaris; cuius indumento honor cum modeſta actuum vivacitate ſervandus eſt. Hortamur, ut ei morum tuorum ornamenta conveniant, quatenus auctore Deo recte utrobique poſſis eſſe conſpicuus, conſiderantes animo paterno opus tibi credite eccleſie, & benevolenciam affectumque collatum ſumme Sedis apoſtolice.

Metropolitani Mogunt. Primatus.

Feſta uſui pallii ſubſervientia.

Sancta Trinitas Fraternitatem Veſtram gratie ſue protectione circumdet, & ita in timoris ſui via nos pariter dirigat, ut poſt huius vite triſtitiam, ad eternam ſimul perducat letitiam.

Scriptum per manum *Stephani*, Notarii ſancte Sedis apoſtolice; in menſe Martio, Indictione tertia.

VII.

VII.

OTTONIS II. IMP.

Donantis Collegio SS. Petri & Alexandri ASCHAFFENBVRGI *villam* ASCHAFFA. *An.* 980.

[*Cit. p. 451. n. 2.*]

In nomine Sancte & individue Trinitatis. OTTO divina favente clementia Imperator Auguſtus. Quicquid eccleſiis Dei Imperiali munificentia contulerimus, illud procul dubio ad ſtatum preſentis vite, & ad eterne beatitudinis premia capeſſenda nobis proficere ſperamus.

Noverit igitur omnium fidelium preſentium ac futurorum pia devotio, quomodo nos ad petitionem & interventum dilecti fratruelis noſtri, OTTONIS videlicet, Alamannorum & Bawariorum Ducis, noſtre proprietatis quandam villam *Aſchaffa* nominatam, in pago *Moynegowes*, & in Comitatu *Meingozi* conſitam, eccleſie que in honore S. Petri Apoſtolorum principis *Aſchaffinburgi* conſtructa eſt, noſtra Imperiali auctoritate in proprium & perpetuum uſum conceſſimus, firmiterque donavimus, cum utriusque ſexus mancipiis, edificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, campis, agris, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, vinetis, venationibus, piſcationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, & cum omnibus iure legaliterque ad hec pertinentibus; eo tenore, ut hec omnia ad Fratrum ibidem Deo ſervientium certas expenſas, ut cetere res a Regibus & Imperatoribus eccleſiis tradite, pertineant ac perpetuo deſerviant.

Vt autem dictum predium Fratribus ſtatutam expenſam plenarie poſſit appendere, ipſius ville, que *Aſchaff* vocatur, totam decimam ab eccleſia, que eſt in *Oſzenheim*, ad quam pertinebat, hoc reſtauro commutavimus: Videlicet, quod pro ſupplici rogatione WILLIGISI Archicappellani, & pro devotiſſimo ſervitio *Altmanni* Cappellani noſtri, qui dicte eccleſie

cleſie preſidebat, medietatem totius decime illius ville, que vocatur *Oſzenheim*, a fideli noſtro *Erphone*, qui illam in beneficio tenebat, tali tenore liberrime redemimus, ut ex tunc tota decima in *Oſzenheim* ad eccleſiam ipſius ville & ad prebendam Parochiani perpetuo iure debeat pertinere.

Et ut hec donationis ac commutationis ſeu diſpoſitionis inſtitutio omni tempore inconvulſa poſſit perdurare, hanc cartam conſcribi precepimus, annuloque noſtro ſignatam manu propria ſubtus eam firmavimus.

Signum Domini OTTONIS Imperatoris Auguſti. HILDEBALDVS Epiſcopus & Cancellarius ad vicem *Willigiſi* Archicappellani notavi.

Data pridie Nonas Novembris, Anno Dominice incarnationis DCCCCLXXX, Indictione VIII, anno vero Regni Dni OTTONIS *ſecundi* XVIIII, Imperii vero XIII. Actum *Goslarie* feliciter Amen.

VIII.

OTTONIS II. IMP.

Queis WILLEGISO *Archiepiſcopo iurium omnium, que Eccleſia Moguntina tunc habebat* BINGÆ, *largitus eſt confirmationem, aliaque.*

Anno 983.

[*Cit. p.* 451. *n.* 5. verſu *Tum vero Verone*]

In nomine ſancte & individue Trinitatis. OTTO divina comprobante clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Cum hoc iuris & legis ſemper apud Reges & Coimperatores, noſtros predeceſſores velut egregium extaret, eccleſias Dei roborare, eisque vtilitates quascunque pro loco & tempore ſedulo ſubminiſtrare; itidem etiam apud animum noſtrum induximus, omnibus poſtpoſitis earum commodis officioſius inſervire, ac divinis humana ſubdendo, primum ſervitia Dei amplius

Digitized by Google

plius & amplius ſublevare: deinde ſic promerendo, Regni noſtri ſtatum prolixius ſuſtentare.

Vnde quorumcunque noſtrorum fidelium induſtrie pateat, qualiter *Willigiſus* Archiepiſcopus *Verone* nos adierit, ſimulque & pro vtilitate quacunque in *Pinguia* civitate roboranda ab anteceſſoribus ſuis Archiepiſcopis, videlicet & a ſe hactenus detenta, quod ſua intererat, interpellarit. Cui nimirum petitioni quatenus aſſenſus fieret, liberalitas ipſius, que erga nos noſtraque omnia, devota ſemper extabat, ſecundum quod voluit, impetrata recepit. Ad hec Domine & venerande matris *Adelheidis*, rogatu, ac *Theophanu* dilecte noſtre conſortis interventu, nec non Archiepiſcopo *Giſelhero*, & *Theoderico* Metenſi Epiſcopo ſupplicantibus, non ſolum id corroboravimus, verum & quicquid proprii iuris ibidem hucusque continuimus, ad eccleſiam Archiepiſcopalem in vrbe Moguntina conſtitutam, & in honore Sancti *Martini* conſecratam, cui idem *Willigiſus* Archiepiſcopus preeſſe videtur, in proprium mancipando donavimus; hoc ſcilicet tenore, quod prenominatus Archiepiſcopus, aliique poſt eum eiusdem Eccleſie Protopreſules, prefatum ius poteſtative infra & extra *Pinguiam* ciuitatem, in omnibus rebus vbicunque poſitis, vel cuiuscunque beneficio detentis, illuc iure pertinentibus poſſideant, & banno ſub territorio eiusdem civitatis & in locis contiguis, dehinc eo banno, quod vulgariter *Bannpennick* dicitur, cis Renum a ponte ſuper *Saliſum* rivum extenſo vsque *Heimbach*, ac citra Rhenum, vbi *Eliſa* rivulus influit, vsque ad *Cubam* villam, ceterisque vtilitatibus omnibus in moneta, vinetis, mancipiis vtriusque ſexus, curtibus, edificiis, ſiluis, venatu, omnique ſilvatica vtilitate, pratis etiam & paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus & naulo ab vtrisque fluviis & Reno & Nava accipiendo, quod illam traditionem reſpiciat, nec non terris cultis & incultis, molendinis iam motis vel mouendis, viis & inviis, exitibus & reditibus, queſitis & acquirendis cunctis pertinentiis. Si quis autem auaritia vel alia malitia aliqua inſtigante, quicquam de his ſubripiat, dignam remunerationem offendat: pro quo traditionis dono firmiter ſtabili-

endo, privilegium iſtud conſcribi, noſtrique Sigilli impreſſione notari iuſſimus, quod etiam Imperiali manu noſtra ſubtus firmavimus.

Signum Domini OTTONIS magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti. *Hildebaldus* Epiſcopus & Notarius ad vicem *Willigiſi* Archicapellani conſcripſi.

Data XVIII. Kal. Iulii. Anno Dominice incarnationis DCCCCLXXXIII, indictione XI, anno vero regni ſecundi *Ottonis* XXV, Imperii autem XV. Actum *Verone* feliciter. Amen.

IX.

OTTONIS III. IMP.

Foreſti cuiusdam ſive nemoris in Eccleſiam Moguntinam translatio. An. 996.

[*Cit. p. 455. n. 6.* verſu *Neque vero.*]

In nomine Sancte & individue Trinitatis. OTTO divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus in Xpo fidelibus, quomodo nos ob interventum Domini *Hildebaldi*, venerabilis Wormatienſis Epiſcopi, nec non dilecte noſtre ſororis *Sophie*, Foreſtum & bannum noſtrum, & ejusdem banni uſum Sancto Martino, & eiusdem Eccleſie proviſori, ſcilicet fideli noſtro *Willigiſo* venerabili Archiepiſcopo, ſuisque ſucceſſoribus, cum conſenſu *Conradi* Ducis, ceterorumque quam plurimorum fidelium noſtrorum, in proprium poteſtative tradidimus. Foreſtum inquam, ut loca infra ſcripta demonſtrant: a ſemita, que de *Eberbach* ducit in rivulum, qui dicitur *Murga*: item de eadem ſemita per publicam plateam iuxta villam que vocatur *Canthey*: hinc in rivulum, qui dicitur *Dahdilebach*, deinde eundem rivulum ſurſum usque ad ipſius fontem: a capite autem fontis ad plateam que ducitur usque campum, qui dicitur *Eskiresfeld*, ab illa autem platea in fontem, qui dicitur *Heymbach*: de capite eius deorſum

ſum usque in Renum: Renum autem ſurſum, usque in *Murga*.

Hunc predictum foreſtum, ut diximus, ad altare Sancti Martini donavimus, ea ratione, ut nemo mortalium in eodem foreſto venari, vel feras inquietare audeat, niſi ab eiusdem eccleſie Prothopreſule licentiam accipiat.

Signum Domini OTTONIS invictiſſimi Imperatoris Auguſti. *Hildebaldus* Epiſcopus & Cancellarius vice *Willigiſi* Archicapellani recognovi.

Datum VIII. Idus Novembris. Anno Dominice incarnationis DCCCCXCVI, Indictione IX, anno autem tertii *Ottonis* regnantis XIIII, Imperii I. feliciter, Amen.

Nota: *Diploma iſthoc, ut apud* Lunigium, *ita penes alios iam quidem typis impreſſum reperitur. Arguenda nihilominus eſt dictio, intus aliquoties occurrens, ſcilicet* Foreſtum. *Quam vocem nonnemo turpiter depravavit, legendo & ſcribendo* Forenſtein: *inde error paulatim ſerpſit longius; usque adeo, ut in libellis privilegiorum Mogunt. de Cæſare ad Cæſarem confirmatis, vox corrupta* Forenſtein *conſtanter fuerit retenta. Namque* Foreſtum *apographum vetus genuinum habet*

X.

IOANNIS XIX (XX) P. M.

De transmiſſo Archiepiſcopo BARDONI *Pallio, &, quæ muneris ſint Epiſcopalis, præſcriptione. Anno* 1032.

[*T. I. p. 469. n. 1.* verſu: *Ariboni ſucceſſorem.*]

IOHANNES Epiſcopus, Servus ſervorum Dei. Confratri & Coepiſcopo BARDONI, ſancte Moguntine Eccleſie venerabili Archiepiſcopo, perpetuam in Domino ſalutem.

Licet omnibus Chriſtianis ſit conveniens, charitatem Xpi ſequi a quo nomen ducunt, qui in tantum nos dilexit, ut proprio ſanguine a poteſtate diaboli liberaret; nos precipue, qui ſacer-

ſacerdotali dignitate fungimur, ita per omnia ſequi charitatem debemus, ut, ſecundum divinum eloquium, proximum ſicut nos ipſos diligere demonſtremus.

Quod ſequentes ſanctiſſimi anteceſſores noſtri, decus ſacratiſſimum, ſingulariter in ſede beati Petri Apoſtoli preſulantibus divina providentia adinventum, Pallium ſcilicet, geſtandum inter Miſſarum ſollemnia dignitatis & ſanctitatis inſigne, & ad univerſorum honeſtorum morum cultum, aliis Coepiſcopis quos benigna opera ceteris clariores reddiderunt, indulgere honeſtum viſum eſt certis feſtivitatibus. Hoc vero quia petiit fraternitas veſtra, & anteceſſorum veſtrorum ducit exemplo geſtandum; vobis, certis feſtivitatibus, & ſubiectis, concedimus. Videlicet in die natalis Domini, in Epiphania, in die Cene Domini, in die ſancto Paſche, & in aſcenſione Domini: in die ſancto Penthecoſtes, in feſtivitatibus ſancte Marie, in nataliciis Apoſtolorum, in feſtivitate S. Martini, & ſanctorum Lamberti, Albani, Sergii & Bachi, Aurei & Juſtine, in ordinatione ſuffraganeorum tuorum Epiſcoporum, & Clericorum; in die natalis veſtri, & in dedicatione eccleſie veſtre.

Licentia equitandi.

Crucem ante vos portandam fraternitati veſtre concedimus, & in ſtationibus feſtivis ſuper Equum equitandi licentiam damus. Et ſi quid in eccleſia veſtra, vel Suffraganeorum veſtrorum acciderit, quod iudicium apoſtolicum vel apoſtolici Legati preſentiam competenter expetat, & tanta neceſſitas vos urget, ut expectare nulla ratione valeatis, noſtra vice terminare vos apoſtolica auctoritate iudicamus. Servata tamen in hoc, & in ſupra ſcriptis ea menſura, qua anteceſſores veſtros uſos eſſe per privilegia ſanctiſſimorum anteceſſorum noſtrorum cognoveritis. Quarum dignitatum honor cum modeſta actuum vivacitate ſervandus eſt. Hortamur tamen, ut ei cuncta morum veſtrorum ornamenta conveniant, quatenus auctore Deo recte utrobique poſſis eſſe conſpicuus.

Itaque vita tua filiis tuis ſit regula in ipſa; ſi qua tortitudo illis iniecta eſt, dirigant; in ea quid imitentur aſpiciant; in ipſa ſe ſemper conſiderando proficiant; ut tuum, poſt Deum, videatur eſſe, bonum quod vixerint. Cor ergo neque proſpera,

Digitized by Google

ra, que temporaliter blandiuntur, extollant, neque adverſa deiiciant, ſed quicquid illud fuerit, virtute patientie devincatur.

Iram iudicio refrena, & menſura diſcipline ſic utere, ut & culpas ferias, & a dilectione perſonarum quas corrigis, non recedas. Miſericordem te, prout virtus patitur, pauperibus exhibe, oppreſſis defenſio tua ſubveniat, opprimentibus modeſta correctio contradicat. Nullius faciem contra iuſticiam accipies, nullum querentem iuſta deſpicias. Cuſtodia in te *equitatis* excellat, ut nec divitem potentia ſua aliquid apud vos extra viam ſuadeat rationis audire; nec pauperem de ſe ſua faciat humilitas deſperare; quatenus Deo miſerante talis poſſis exiſtere, qualem ſacra lectio precipit, dicens: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.* Sed in his omnibus uti ſalubriter poteris, ſi magiſtram charitatem habueris; quam qui ſecutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit.

Ecce frater kariſſime, inter multa alia iſta ſunt Sacerdotii, iſta ſunt Pallii, & predictarum virtutum: que ſi ſtudioſe ſervaveris, quod foris accepiſſe oſtenderis, intus habebis. Sancta Trinitas fraternitatem tuam gratie ſue protectione circumdet, atque in timoris ſui viam nos dirigat, ut poſt vite huius amaritudinem, ad eternam ſimul pervenire dulcedinem mereamur.

Scriptum per manus *Sergii* Notarii, Regionarii & Scriniarii Sancte Romane Eccleſie; menſe Januario, Indictione quintadecima.

XI.

LEONIS IX

Argumenti eiusdem, intuitu Archiepiſcopi LUPOLDI *Anno* 1052.

[*T. I. p.* 493. *n.* 5. verſu: *Diebus vero*]

LEO Epiſcopus, Servus Servorum Dei. LUITHBALDO Archiepiſcopo Moguntino, dilecto filio noſtro, & fratri ſpirituali.

Si paſtores ovium ſolem geluque pro gregis ſui cuſtodia die ac nocte ferre contenti ſunt, &, ne qua ex eis, aut errando pereat, aut ferinis laniata morſibus rapiatur, oculis ſemper vigilantibus circumſpectant; quanto ſudore, quantaque cura debemus eſſe pervigiles Nos, qui paſtores animarum dicimur: Attendamus, & ſuſceptum officium exhibere erga cuſtodiam dominicarum ovium non ceſſemus, ne in die diſtricti examinis pro deſidia noſtra ante Summum paſtorem negligentie reatus excruciet, unde modo honore, reverentia, inter ceteros ſublimiores iudicamur.

Pallium autem Fraternitati tue ex more, ad Miſſarum ſollempnia celebranda concedimus, quo tibi, non aliter, Eccleſie tue privilegiis in ſuo ſtatu manentibus, uti concedimus, quam deceſſores predeceſſoresque tuos uſos eſſe, incognitum non habes. Videlicet in die Natalis Domini, in Epiphania, in Cena Domini, in Sabbato ſancto, in die Reſurectionis Domini, in Aſcenſione Domini, in die ſancto Penthecoſtes, in feſtivitatibus S. Marie, in natalitiis Apoſtolorum, in feſtivitate S. Martini, & SS. Albani, Sergii & Bacchi, Aurei & Iuſtine: in ordinatione Epiſcoporum & Clericorum, in die natalis tui, & in Dedicatione eccleſie.

Et quia in loco filii te diligimus, duos hos dies, quos predeceſſores tui non habuerunt, Octavam ſcilicet Domini, & feſtivitatem omnium Sanctorum, tibi caritative concedimus. Inſuper & *Cuphiam* * tibi permittimus, & ſuper *Nattum* † equitare concedimus, & Crucem ante te deferendi licentiam damus. Et ſi quid in eccleſia tua, vel Suffraganeorum tuorum acciderit, quod iudicium apoſtolicum, vel apoſtolici Legati preſentiam expetat, & tanta neceſſitas urget, ut expectare nulla ratione valeatis, noſtra vice vos terminare Apoſtolica auctoritate iudicamus.

* Cuphia, *idem ac*: Mitra ſeu tegmen capitis, quod caput totum ambiebat. DV FRESNE *Gloſſ. h. v. T. II. p. 1233.* edit. nov.

NAT-

† NATTVM) Nactum *vel* Nactus *proprie eſt Inſigne feſtivi equi, à quibusdam quoque* Naccum *vocatum. Inſternebatur enim ſtragulo totus equus in feſtivitate vel pompa. Atque inter eximia referebatur privilegia, ſi cui Epiſcopo in proceſſione Palmarum, & feria ſecunda poſt Paſcha, equo albo qui udone ſeu nacta coopertus erat, inſidere & procedere facultas data fuerat. Quod nulli plane licebat absque ſpeciali conceſſione.* IDEM *voce* Equus *T. III. p. 119.* Add. *T. IV. p. 1134.* v. Nactum.

Quarum dignitatum honor, quia modeſta actuum vivacitate ſervandus eſt, hortamur, ut ei cuncta morum tuorum ornamenta conveniant, quatenus auctore DEO recte utrobique poſſis eſſe conſpicuus. Itaque vita tua filiis tuis ſit regula [*& reliqua uti in priori, usque ad verbum* devincatur.] *porro*:

Nullum apud te locum odia, nullus favor indiſcretus inveniat. Diſcretionem mali agnoſcant. Inſontem, apud te culpabilem ſuggeſtio mala non faciat. Nocentem gratia non excuſet, remiſſum te delinquentibus non oſtendas; ne, quod ultus non fueris, perpetrari permittas.

Sit in te & boni paſtoris dulcedo, ſit etiam iudicis ſeveri diſcretio. Iram iudicio refrena, & cenſura diſcipline ſic utere, ut & culpas ferias, & a dilectione perſonarum, quos corrigis, non recedas. Miſericordem te in omnibus operibus exhibe, & non ſit perſonarum acceptio apud te. Nullius faciem contra iuſtitiam accipias, nullum querentem iuſta, deſpicias. Cuſtodia in te equitatis excellat, quatenus DEO miſerante & annuente talis poſſis exiſtere, qualem ſacra lectio precipit, dicens: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.* Sed his omnibus ſalubriter uti poteris, ſi caritatem, que eſt mater virtutum, habueris. Ecce, frater kariſſime, inter multa alia iſta ſunt Sacerdotii, iſta ſunt Pallii: que ſi ſtuodioſe ſervaveris, quod foris oſtenderis accepiſſe, intus habes.

Sancta Trinitas Fraternitatem veſtram gratie ſue protectione confortet, atque ita in timoris ſui via nos dirigat, ut poſt vite huius amaritudinem, pervenire mereamur ad eterne

 feli-

felicitatis interminabile gaudium, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit: omnibus Deum diligentibus, evidentiſſime, certiſſime promiſſum.

Data per manus *Friderici* Archidiaconi, Bibliothecarii & Cancellarii S. Romane Eccleſie Sedis Apoſtolice, vice Dni *Hermanni* Colonienſis Archiepiſcopi Archicancellarii. Quintadecima Kal. Novembr. Anno Dominice incarnationis MLII. Indictione VI, anno Dni *Leonis IX* Pape quarto.

XII

LVPOLDI Archiepiſcopi Mogunt.

Fundatio Eccleſiæ Collegialis in NÖRTHEN. *Anno* 1055.

p. 491. princip.

In Nomine Sancte & Individue TRINITATIS.

Notificare cupio tam preſentis quam future Eccleſie reverentie, qualiter ego LVPOLDVS, Dei gratia Moguntinenſis Eccleſie Archipreſul, Cleri mei, cui preeram, conſilio, ſimul eiusdem eccleſie Militum ac familie conſenſu, in loco *Northun*, Cenobium ſub honore genitricis DEI & perpetue Virginis *Marie*, pariterque B. *Petri* principis Apoſtolorum conſtruere incepi, Canonicosque bis ſenos, his bonis, que de menſa mea abſtracta ſubtus dinoſcuntur notata, Deo inibi ſervituros locavi.

In primis areas, que a rivo nomine *Bivere*, qui villam perfluit, verſus auſtrum ſunt ad veterem pontem, & deorſum ſecus fluvium *Leinam*, preter ſolam que interiacet curtem Epiſcopalem, fratribus, quo eorum edificia clauſtro vicina ponerentur, in ius canonicum dedi. Molendinum ſecus eundem rivum, rotis forinſecus binis, totidemque intus: Piſcationem in flumine *Leina*, ab imo ville termino ubi vallus incipit, rurſum ad rivum cui nomen inditur *Rode*, qui influit *Lei-*

Digitized by Google

Leinam, fratrum utilitati in ius proprium dedi. Mercati etiam annui ſub hac diſcretione fratrum augere Prebendam ego procurans, eiusdem Mercati cenſum omni anno, qui mee adminiſtrabatur menſe, eorum dilectioni ſic diviſi, vt, cum modium Epiſcopale in accipiendo preceſſiſſet, ſale, denariis, ferro, doliis, aliisque quibus uſus humanus arridet; fratrum modius in ſuſcipiendo ſale, denariis, ferro, doliis, ceterisque quibus ſuperior menſura componderari poſſet, ſubſequeretur. Decimam vero ſuper ipſam villam *Nortbun*, ſegregata illa decima ſuper *Vorwerck* Epiſcopi, que eſt fratrum S. *Victoris*, Northunenſi fraternitati univerſaliter conceſſi; alias decimas, quarum quantitatem ſubſcribere feci, addendo, & a plebeia ſtrata verſus orientem in *Meinsberck* monte, uſque in *Immigedal* valle, ubi rivus fluens quandoque non fluit, quicquid ab hodie raſtro excoli poterit, eorundem fratrum uſui contuli; & manſos octo dimidios, ac *Vorwerck*, quod eſt manſus integer. Decimam ſuper villam *Oſtersnen*, decimam ſuper villam *Sulingen*, decimam ſuper *Rotershuſen*, decimam ſuper *Aſcha*, ſuper *Abdigerod*, ſuper duo *Hiddenhuſen*, ſuper *Muneringehuſen*, ſuper *Aſpa*, ſuper *Hozzesbroth*, ſuper *Hildolveshuſen*, ſuper *Dudiggeroth*. Particulam ſuper *Hildiſſun*, particulam ſuper *Nigenſtede*, ſuper *Waddanroth*, ſuper parvam *Rotwigeshuſen*, ſuper *Oishuſen*, ſuper *Hatheberingeroth*, ſuper *Suerhuſen*. In *Biſcoppeshuſen* tres manſos dimidios, in *Muneringehuſen* quatuor manſos integros, & *Vorwerck*; in *Volpoldigeroth* duos integros & dimidios, & in *Medehem* dedi dimidium, in *Berchinevelt* ſex integros, in *Dalewinethun* decem manſos *Slavonicos* dimidios, in *Hattenroth* ſex dimidios, in *Selmanroth* unum *Vorwerck*. In *Roriberch* quatuor dimidios & molendinum ſub hac conceſſione dedi, ut in feſto S. *Michaelis* ex parte Prepoſiti in eodem molendino porcus immiſſus in natalis Domini pinguis reddatur, & nemus quod his bonis adiacet. *Faginum* * dedi in duobus locis agellos ſilveſtres *Thieppoldehuſen* & *Hoſſeroth*, in pratis, ſilvis, viis, exitibus, reditibus, porcisque paſcendis.

Manſi Sclavonici.

* *idem quod* eſus glandium. *du Freſne* T. II. p. 382. b)

Et ut erga eundem locum, quem ob interventum Principis allevavi, † mea devotio agnoſcatur benigna, duas eccleſias, Matrum vocabulo nuncupatas, unam in eodem loco, alteram in *Geſmaria*, cum omnibus que ad illas pertinent, eidem prefato apoſtolico patrocinio ſic obtuli, quo in Prepoſito qui ibi preeſſet, hanc dare conſiſteret, ſervitio Corepiſcopi ab eiusdem matris eccleſie decimas dando. Et capellam, nomine *Steina*, in campo poſitam, que eccleſie Heiligenſtadenſi fuerat, banno ſuper *Cluningam* pro hac eadem capella dato, cum omni oblatione *Noribunum* tradidi. Huius traditionis bona in noſtro quo utimur libro Miſſali inſcribere precipiens, eundem librum, & duas diſtincti coloris caſulas, purpuram dorſalem, aliamque que altare coperit, effigie beſtiali intextam, ſuper illud quod conſtruxi Altare, & ipſe dedicavi, ad confirmandum dedi. Et ex noſtra auctoritate, cui, Dei gratia in me miſericorditer urgente, non merito adheſeram, adverſus omnem iniquum auſum, quo hec infringantur ſe extollentem, noſtri anathematis Bannum obduxi.

Data Anno incarnationis Dominice MLV, Indictione VIII.

† Allevare, id eſt exonerare,

Nota: *Civitas vel Oppidum* Northun, *vulgo* Nörten*: ſpectaſſe olim fertur ad terram* Eichsfeldiæ. *Id quod ego ita capiendum reor, priusquam* Henricus *Comes* de Gleichen *eam an. 1294 emptionis titulo tranſtulit in Eccleſiam Moguntinam. Num vero tempore huius editi Diplomatis*, Nörten *partem integralem* Eichsfeldiæ *conſtituerit, dubio, ceu rem incertam, relinquimus. Pro negativa militare ſaltem videtur hoc, quod in Tabularum exordio*, Lupoldus *negotium peregiſſe aſſerat*, cum eiusdem eccleſiæ (*quam tunc probabiliter ex parochiali in Collegiatam evexit*) Militum ac familiæ conſenſu. *Quandoquidem alias utique etiam, imo principaliter, de conſenſu Domini territorialis mentionem facturus fuiſſet. Vt ergo veriſimile reddatur, quod Is*, Lupoldus *ipſemet fuerit, fundaveritque Canonicorum Collegium in territorio proprio. Interim conſtat, pare-*

parere hanc vrbem iam dudum imperio Sereniſſimæ Domus Brunſvicenſis.

Cæterum eccleſia, ad S.Petrum *nuncupata, in exercitio Religionis R. C. floret adhuc, quantumvis in reditibus, æque ac Canonicis, multum imminuta. An Decanum habeat, dicere neſcimus. De Præpoſito (quam dignitatem confert Archiepiſcopus Moguntinus) liquet.*

XIII.

HENRICI IV. IMP.

SIGEFRIDO *Archiepiſcopo Moguntino Abbatiam* SELGENSTADENSEM *iniuſte ablatam reſtituentis. Anno* 1063.

[*p. 497 ante § IV.*]

In nomine Sancte & individue Trinitatis. HENRICVS divina favente clementia Rex. Notum eſſe volumus omnibus Chriſti noſtriſque fidelibus, tam futuris quam preſentibus, qualiter fidelis *Sifridus*, Moguntine Sedis Archiepiſcopus venerabilis, moleſta inquiſitione noſtram preſentiam adiit, atque Abbatiam beatorum martirum Marcellini & Petri in loco *Selgenſtad* nuncupato a ſua Sede iniuſte ablatam eſſe proclamavit, & vt eius inquiſitio omni appareret veritate munita, predeceſſorum noſtrorum pie memorie Imperatorum *Ottonis* primi, *Henrici* ſecundi, *Conradi* avi noſtri chartas nobis & noſtris fidelibus preſentavit, que omnes eandem Abbatiam ad Eccleſiam ſuam pertinere firmaverunt. Ante omnes autem vna charta inter ceteras chartas fuit, que proximum anteceſſorem ſuum felicis memorie *Lutbaldum* Archiepiſcopum, ſupradictam Abbatiam vſque ad finem vite ſue firmiter poſſediſſe memoravit. Igitur pro ſuo fideli ſervitio, & conſultu fidelium noſtrorum recognoſcentes querimoniam eius iuſtam, reddidimus ei, quod iniuſte Eccleſie ſue erat ablatum; Nobis, noſtriſque ſucceſſoribus ſuum ſuorumque ſucceſſorum fidele confirmantes ſervitium

tium. Et vt huius nobis iuſte recognite inquiſitionis & noſtre redonationis autoritas omni evo rata & inconvulſa permaneat, iuſſimus hanc chartam inde conſcribi, manuque propria, vt ſubtus cernitur, corroborantes, Sigilli noſtri impreſſione fecimus inſigniri.

Signum Domini HENRICI *Quarti* Regis. *Fridericus* Cancellarius, vice *Sigefridi* Archicancellarii recognovi.

Data XVIII Kal. Iulii. Actum anno Dominice incarnationis MLXIII. Indictione I, anno autem ordinationis Domini HENRICI *Quarti* Regis octavo, Regni vero ſexto. Actum *Goslarie* in Dei nomine feliciter. Amen.

XIV.

EIVSDEM

Super donatione prædii ORBAHA, *facta Eccleſiæ S. Stephani & Martini Mogunt.* *Anno* 1064.

[*T. I. p. 500.* verſu: *Interim dum.*]

In nomine Sancte & individue Trinitatis. HENRICVS diuina favente clementia Rex. Notum eſſe volumus tam futuris quam preſentibus, qualiter ego *Henricus* Dei gratia Rex, piorum Regum qui eccleſias Dei ditaverunt morem ſecutus, pro remedio anime mee ac parentum meorum predium quoddam, de quo Advocatus meus *Vdalricus* in Placito Comitis *Bertholdi* bannum acquiſivit, propter amorem Dei ac Sanctorum ſuorum Stephani & Martini, & propter fidele ſervitium fidelis noſtri Archipreſulis *Sifridi*, ad eccleſiam * in *Moguntia* Stephani & Martini donavi. Situm eſt autem in pago quodam, *Wettereiba* nuncupato, in Comitatu *Bertholdi* Comitis, & locus ipſe *Orbaha* vocatur, quem cum caſtro & ceteris appenditiis, ſcilicet terris cultis & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, piſcationibus, ſalinarum fontibus, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis

* Eccleſias.

dinis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, & cum omni vtilitate, que vllo modo inde provenire poterit, ad eccleſiam ſupradictorum ſanctorum Dei tradidi & confirmavi. Et ut huius traditionis autoritas omnium mortalium contradictione remota omni evo rata & inconvulſa permaneat, hanc chartam ſcribi precepi, atque mee manus ſubſcriptione corroboratam, proprii Sigilli impreſſione inſigniri.

Signum Domini HENRICI *Quarti* Regis. *Sigebardus* Cancellarius vice *Sigefridi* Archicancellarii recognovi. Datum VI Nonas Octobr. Anno Dominice incarnationis MLXIIII. Indictione II, anno autem ordinationis Domini HENRICI *Quarti* Regis X, regni vero VIII. Actum *Halle*, in Dei nomine feliciter, Amen.

XV
EIVSDEM.

Abbatiæ CLINGA, *vulgo* CLINGENMÜNSTER, *à* DAGOBERTO *Rege fundatæ, & Eccleſiæ Moguntinenſi attitulatæ, iurium confirmatio.*

Anno 1080.

[*T. I. p.* 539. *n.* 5. verſu: *His etiam.*]
Vbi tamen per errorem annus 1084 *poſitus, prout in* Addit. p. 1011. *notatum.*

In nomine Sancte & individue Trinitatis. HEINRICVS divina favente clementia Rex. Anteceſſorum noſtrorum Regum vel Imperatorum decreta corroborare, eſt Reges & Imperatores ſibi in ſucceſſoribus ſuis providere, videlicet, ut ſicut Ipſi ſua ſtatuta firma permanere in poſterum cupiunt, ita ſuorum Anteceſſorum geſta nunquam labefactare preſumant; ea tamen, que rationabiliter & catholice eos feciſſe cognoſcunt.

Vnde & Nos anteceſſoris noſtri *Dagoberti* decreta confirmamus, ea videlicet, que ſuper Abbacia illa, que vocatur

Klinga, eum decreviſſe cognovimus. Cuius Abbacie idem Dagobertus fundator fuit devotus, et quam legem habitura foret a Prelatis eadem Abbacia, preſcripſit ſollicitus. Hanc ſiquidem Abbaciam *Klinga* Dagobertus Rex conſtruxit, & Moguntine Eccleſie eam attitulavit, talique iure & privilegio ſupradictum locum premunivit, ut Abbas ſimul cum familia ab omni ſervicio Regis, ſeu Epiſcopi, ſeu Advocati excuſatus, monaſterii ſui utilitatibus omnimodis intendat, excepto, quod Moguntinenſi Preſuli unum caballum, modium triticee farine portantem, ad regalem expeditionem transmittat. Quod ſi aliquis Advocatus, vel alia quelibet perſona maior vel minor, plus quam conſtitutum eſt, ab Abbate illius loci exigere preſumpſerit, ſex Talenta auri ad ſupradictum locum perſolvat, totidemque ob noſtram gratiam minuendam coactus reddat.

Que omnia decreta a DAGOBERTO Rege, LVDOVICO Rege, HEINRICO Secundo Imperatore,ſuper Abbacia *Klinga*, Nos quoque in eadem verba confirmamus. Et ut omni evo firma permaneant, hanc Cartam inde conſcribi iuſſimus, quam, ut infra videtur, manu propria corroboratam, & Sigilli noſtri impreſſione inſignitam, omnibus ſeculis notificandam relinquimus.

Data anno Dominice incarnationis MLXXX. Indictione IIII, VII Idus Decembris. Anno autem ordinationis Dni HEINRICI Regis XVII, Regni XXVI. Actum feliciter, *Spire*, in nomine Domini IHESV Xpi Amen.

Nota: *Situs celeberrimi huius quondam Monaſterii eſt in Palatinatu, ſub Satrapia* Germersheim. *Habet adhuc his temporibus, qui inde ſe ſcribit, Præpoſitum.*

XVI

Digitized by Google

XVI
RVTHARDI Archiepiſcopi Moguntini.
Littera fundationis Monaſterii quondam CAMBERGENSIS, *Dioec. Herbip. Anno* 1090.

[*T. I. p.* 526. *n.* 5. verſu: *Eodem monaſterium*] Notesque, *quod ad præſens ſit eccleſia Collegialis nobilium Canonicorum. Ex regulari in ſecularem ſtatum converſa anno* 1488 *Nonas Decembr. indultu Papæ* Innocentii VIII, *ſub* Rudolfo *de* Scherenberg *Epiſcopo Wirzburgenſi. Abbate ultimo* Sifrido.

In Nomine Sancte & individue TRINITATIS.

Ego RVTHARDVS Maguntinenſis Dei gratia Archiepiſcopus: Omnibus ſancte Eccleſie fidelibus notum eſſe cupio, tam futuris quam preſentibus, quod Dominus quidam BVRGHARDVS, in honore Sancte Dei genitricis *Marie* ac S. *Nicolai*, in monte qui *Kamberg* nominatur, Monaſterium quoddam conſtruxit, ad quod ipſum locum cum omnibus nunc in preſentiarum illuc collatis iuſtitiis, & pertinentiis prediorum & mancipiorum, ſeu quarumcunque rerum, ex toto ſuper Altare S. *Nicolai*, libera manu ſua & fratrum ſuorum, Comitis ſcilicet RVGGERI & HEINRICI, tradidit Deo & S. *Nicolao* in proprietatem, & predicti monaſterii Abbati in liberam diſpoſitionem, Monaſterio & Fratribus DEO ſub regula monaſtica inibi ſervituris ad utilitatem, & ne unquam a poſteris ſuis vel quibuslibet perſonis DEO ſerviencium deinceps illic deſtrui poſſet.

Poſtea D. *Burghardus* prudenter idem cenobium cum omnibus ſuis pertinentiis nunc collatis, & de hinc conferendis, tempore Domini mei felicis memorie WEZELONIS Archiepiſcopi, in preſentia ipſius, Archiepiſcopali Sedi *Moguntine* ſubdidit propria manu ſua, & fratris ſui predicti *Ruggeri*, tradendo abſque omni contradictione ad Altare S. *Martini*. Vbi etiam ab eodem Dno *Burghardo* firmiſſime ſtatutum eſt, &

& a Domino meo *Wezelone* laudatum, ut Fratres cenobii illius nunc ibidem congregati, & adhuc in Xpo congregandi, quandocunque Patre ſuo ſpiritali orbati fuerint, habeant liberam poteſtatem, ſecundum Regulam S. Benedicti, inter ſe vel undecunque, ſi opus fuerit, Abbatem eligendi, quem poſtquam Fratres regulariter elegerint, hoc ſolum faciendum eſt, ut eum cum magna veneratione perducant ad Archiepiſcopum, gratia ſuſcipiendi ab eo virgam Regiminis, absque omni prorſus contradictione Epiſcopi vel alicuius.

Preterea hoc etiam diligentiſſime notandum eſt, ſecundum ſtatuta Domini mei *Wezelonis*, & Domini *Burghardi*, nulli Abbatum huius Cenobii umquam licere de prediis ecclesie quicquam alicui ſecularium accomodare; ſed ſi quisquam Abbas diaboli conſilio, quod Deus prohibeat, hoc decretum infregerit, Fratres eiusdem cenobii hanc a Domino meo *Wezelone* & a me habeant licentiam, ut de hoc accuſatum & convictum deponant, & in eius locum iuxta predictam libertatem alium eligant.

De Advocati quoque electione hoc ſtatutum eſſe notandum eſt, ut, quemcunque Abbas loci illius cum conſilio fratrum ſuorum ad defendendum Monaſterii libertatem & iuſtitiam utilem invenire poſſit, qui non pro terreno commodo ſed pro eterna mercede hoc patrocinium ſuſcipere velit, hunc absque alicuius contradictione eligat, & bannum legitimum non iure hereditario eum a Rege ſuſcipere efficiat; cuius Advocati libero conceſſum eſt arbitrio, ut, ſi velit, ſemper poſt ſanctam ebdomadam Pentecoſtes ſecunda feria, Placitum habeat in villa, que dicitur *Dungental*, & non in anno ſepius, niſi ab Abbate invitatus. In predicto autem Placito, ad ſervicium eius debet Abbas maldrum frumenti, pro faciendo panem, & *friſingum* unum porcinum, & duos ovinos, & vinum, ceteraque ad hec ſufficientia. Si autem hic Advocatus temerario iure contra ſtatuta aliquem faciat Subadvocatum, aliasque calumpnias vel iniurias Monaſterio, Abbati, vel familie faciat, omnino poteſtatem habeat Abbas, cum adiutorio Epiſco-

Digitized by Google

piſcopi & conſilio fratrum, hunc reprobare, & alium ſibi utiliorem undecunque eligere.

Notum ſit & hoc, quid ſervicii Dominus *Burghardus* ſtatuiſſet Abbatem eiusdem cenobii debere ſingulis annis Domino meo *Wezeloni*, & eius Succeſſoribus, & Eccleſie ipſius: Scilicet ut ſemper in feſtivitate Sancti *Martini* ſuper Altare eius mittat mitram Archiepiſcopalem, & duo corporalia; ut nunquam cogatur Abbas in expedicionem ire, vel Curiam frequentare, aut ad colloquium Curiale ex iuſtitia venire, niſi forte Archiepiſcopus eius ſpiritali conſilio indigeat ad utilitatem Eccleſie. Qua neceſſitate cogente fraterne invitatus, debet ad Dominum ſuum cum paucis Monachis & ſervientibus inermibus karitative venire, niſi forte triduum proprio ſervitio, & non diutius, niſi diligenter ab Archiepiſcopo rogatus, et tunc alimenta ſibi & equis ſufficienter accepturus.

Hoc quoque ſtatutum eſſe recordamur, ſi forte Dominus Archiepiſcopus, ſemel vel bis in anno, ad predictum Cenobium, cauſa fraterne viſitationis, vel alia aliqua cauſa veniat, ut Abbas eum cum omni veneratione & ornatu, ſicut Dominum ſuum ſuſcipiat, & ſecundum facultates ſuas, una ſola die & non plus, ei ſervitium dare faciat.

Adhuc quoque ſtatutum eſſe intelligite, ut quicunque ſit Archiepiſcopus, in eodem Cenobio ſemper Prebendam ita plene ſicut Monachus unus habeat, que cottidie in Refectorio Fratrum ſuper menſam principalem ponatur, & poſtea pauperibus in elemoſinam eius erogetur, et ut obitus & anniverſarius eius, cum Miſſarum ac Vigiliarum ſolempniis ibi diligenter ſemper celebretur.

Ad horum omnium confirmationem, cum utrique, ſcilicet Dominus meus *Wezelo* & Dns *Burghardus*, omnia decreviſſent karta annotari, & kartulam ipſam ſigilli ipſius impreſſione inſigniri, priusquam hoc factum eſſet, perſolvit ſepedictus Dominus meus, ad tumulum detrimenti & doloris noſtri, corporali diſſolutione, debitum moriendi.

Cui cum ego indignus peccator, ad comparationem ipſius nec etiam vermiculus nominandus, neſcio qua divina diſpoſitione in Epiſcopum ſucceſſiſſem, primum duas vineas quas Dominus meus *Wezelo* illuc tradidit, unam ſcilicet in *Rudensheim*, alteram in *Lorcha*, cum areis duabus ad eas pertinentibus, pro anima eius, & mea, ego quoque tradidi ad idem Cenobium Sco *Nicolao* in proprietatem, & Fratribus ad utilitatem. Deinde, cum conſenſu & rogatu predicti Domini *Burghardi*, cartulam iſtam ſecundum predicta ſtatuta precepi diligenter componi.

Illud etiam ſecundum ſtatuta Domini mei *Wezelonis* addens ad confirmationem privilegii, ut, ſi ego, quod Deus prohibeat, vel aliquis Succeſſorum meorum, prenotatum ius & leges eiusdem Cenobii ex aliqua parte velim infringere, vel de prediis & aliis rebus nunc illuc collatis vel adhuc conferendis aliquid inde auferre, Abbas cum fratribus ſuis, primum caritative per principalem Prepoſitum, ceterosque principes meos, me ſtudeat avertere; quod ſi non proſit, ut deinde querimoniam faciat toto Conventui fratrum Sancti *Martini*; & ſi illud non proſit, ut poſtea faciat hoc idem privilegium recitari in Audientia tocius ſinodalis Concilii, ubi, ſi evidencia iniuſtitie, per interventum circumſedentium fratrum, meam pertinaciam, vel alicuius ſucceſſorum meorum, non poſſit emollire, tunc demum, auctoritate huius kartule, habeat licentiam eundi *Romam* ad Sedem Apoſtolicam, ut per eius auctoritatem cogamur ab incepta iniuſtitia deſiſtere. Huius ſancte Sedis legationi ſi citiſſime non prebeamus aſſenſum obediendi, nulla diutius utatur Abbas dilatione, quin, ſi velit, idem Cenobium ſub predicta iuſtitia & legibus tradat *Romane* Eccleſie ad altare Sancti *Petri*, ad formam huius cartule aliam ſuſcipiens ab Apoſtolica Sede.

Hec omnia, ut multis innoteſcant, ſtatutum eſt, ut ſemper Subcuſtos eccleſie Sancti *Martini* hanc kartam in duobus annuis Conciliis in audientia omnium circumſedentium & ſtantium legat. Pro hoc ſingulis annis in poſteriori Concilio *Bi-*

zan-

Digitized by Google

zantium ab Abbate vel nuntio eius accipiat, & ſi ipſe alterutra vice hoc negligat, nihil ſe ab eo accepturum fore, cognoſcat.

Et ut hoc ſuccedentium poſteritati melius notum fiat, & ſemper ſtabile & inconvulſum permaneat, placuit, nomina teſtium, tam Clericorum quam laicorum, qui eidem conſtituto & pacto interfuerunt, annotari, kartulam ipſam noſtri Sigilli impreſſione ſignari. Hi ſunt teſtes:

Adelmannus Abbas Sci Albani.
Godeboldus principalis Prepoſitus.
Embricho Camerarius [*urbis Moguntinæ: idem ac Præſes Iudicii civici: officium, perdurans ſub Camerarii titulo adhuc.* Des weltlichen Gerichts Cämmerer.]
Arnoldus Cuſtos [*Mogunt. ſimulque Præpoſitus Erfurtenſis. Quam ob rem, una cum Præpoſito ſequenti,* Volcoldo Decano, *utut Moguntinæ maioris, præponitur.*]
Anshelmus Prepoſitus [S. Stephani.]
Volcholdus Decanus.
Iohannes Magiſter [Scholaſticus.]
Embricho Cantor.
Eberoldus Prepoſitus [*ignotus.*]
Richardus Prepoſitus [B. Mariæ ad gradus.]
Drochmarus, *Guntramus*. *Godeſcalcus*.
Zeizolfus [al. Ceyzolfus.] *Regezo*.

LAICI

Gerardus Comes. *Wiggerus* Comes.
Rutgerus de *Huſun*, & frater eius *Heinricus*, & *Heinricus* de *Nuwenſtat*.
Borchard de *Widiſtat*.
Gozmarus Comes. *Heinricus* Comes.
Heinrich. *Diether*. *Sifrid*. *Folmar*.
Embricho. *Hartman*. *Wolfram*. *Marquart*.
Adelbrath. *Walther*. *Aru*. *Anſelm*.

Vdel-

Vdelrich. *Ludwich* Comes.
Harterad. *Gundebar.* *Heinrich.* *Morhart.*
Giſelbrat. *Erneſt.* *Elberich.*
Giſelbrat Vicedominus.
Embricho. *Dudo.* *Embricho.* *Volfverich.*
Stephan. *Volcnant.* *Wolfram.* *Zeizolf.*
Ruthard. *Humbrath.* *Arnolt.* *Wigant.*
Wolfbero. *Sigelo.* *Godebolt.* *Humbrach.*
Richolf. *Eigelwart.* *Heinrich.* *Eberhart.*
Aſinar. *Wezelo.* *Wolfart.* *Godebolt.*
Luzman. *Wolfbero.* *Gebezo.*
Hertwin. *Benzo.* *Wetil.*

Anno Dominice incarnacionis MLXXXX, Indictione XII, regnante HEINRICO magni *Heinrici* Imperatoris Auguſti filio acta ſunt hec. *Maguntie,* feliciter.

Notandum, *duo huius diplomatis apograpba antiqua nobis pre manibus fuiſſe, in quorum uno* Camberg, *in altero* Cachenberg, *locus appellatur. Vſi ſumus nos transſumpto de an. 137.. Cui porro ſequentia (manu eadem) ſubiuncta fuere, quorum communicationem lectori non inacceptam fore auguramur:*

„Proceſſu temporis, videlicet anno Domini MCCCIX quarto Idus Martii, pie memorie Dominus *Petrus* Archiepiſcopus Moguntinus preſcriptas litteras ſuo ſigillo confirmavit & innovavit; Dominum quoque *Conradum* quondam Abbatem in *Kamberg* confirmavit, virgamque regiminis eidem tradidit. Item anno Domini MCCC citra viceſimum quartum, iam dictus *Chonradus* Abbas pro utilitate ſui monaſterii per opidanos in *Hallis* captivatus, atrociter vulneratus, quem ſancte memorie Dominus *Mathias* Archiepiſcopus Moguntinus libertati reſtituit, & indempnem fecit, & ſolempnem emendam ſibi fieri ordinavit. Idem etiam Abbas per Pincernas *de Limpurg* infeſtatus, per iam dictum Dominum Archiepiſcopum eſt viriliter adiutus. Sepeſatus etiam Dn. Abbas pro caſtro *Nagelſperg* per *Kraftonem* de

Digitized by Google

„*de Hohenloch*, Avum nunc *de* Hohenloch, minus iuſte inva-
„ſus, quem Dominus *Baldewinus* Archiepiſcopus Treveren-
„ſis, tunc Tutor Archiepiſcopatus Moguntinenſis potenter
„defenſavit.

„Demum defuncto *Conrado* prefato Abbate, qui XLI annis
„Abbatiam bene rexit & gubernavit; cui *Rudolphus* Conven-
„tualis per electionem canonicam ſucceſſit, & per Dn. *Ger-*
„*lacum* pie memorie Archiepiſcopum Moguntinum fuit con-
„firmatus, ſed per alterum Monachum in Romana Curia pre-
„ventus, poſt decem annos mortuus, prefatus *Rudolphus*
„iterato canonice fuit electus, & propter reſervationes, *Ro-*
„*me* apud S. Petrum, per ſanctiſſimum in Xpo Patrem & Do-
„minum, Dn. *Vrbanum* Papam *V* proviſus, multas tribula-
„tiones, dampna & rapinas vicinorum ſuſtinet; quas, proch
„dolor! ſuo Domino *Adolffo*, Epiſcopo Spirenſi ac Admi-
„niſtratori Archiepiſcopatus Moguntinenſis non audet que-
„*ritare*, diſſipationem & detrimentum ſui monaſterii timens
„affuturum. Quas quidem iniurias oſtenſor preſentium ver-
„botenus poterit explicare.

Sequuntur DIPLOMATA *Seculi XII.*

RVTHARDI EIVSDEM

Quo univerſas poſſeſſiones & bona Monaſterii S. PETRI ERFORDIAE *in ſingularem protectionem recipit.* *Anno* 1104.

[*T. I. p. 528. n. 10.* v. Anno ſequenti] Quia in eo publicando alii nos prævenerunt, neque apographum noſtrum ex charta, quam propriis tractavimus manibus, antiqua deſcriptum fuerat; hinc ſuffecerit, ad Ipſos B. L. remiſiſſe: *Schannat* Vindem. *Collect. 2. p. 111.* *Falckenſtein* Thüringiſche Chronic Zweites Buch *p. 470.*

XVII
EIVSDEM.

De dedicatione Cellæ FALCKENAV, *nec non ad Coenobium D. Petri prælibatum donatione.* *Anno* 1104.

[*T. I. p. 527. n. 6. & p. 528. n. 10.*]

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Notum ſit omnibus Xpi fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod ego RVTHARDVS, Sancte Moguntine Eccleſie Dei gratia Archiepiſcopus, ſuperne remunerationis intuitu, cum conſilio fidelium meorum conſtruxi Altare, in ſpem ſuperedificande eccleſie, & dedicavi illud in honore Sti Martini iuxta *Falkanaba*, in loco usque ad id temporis inculto, & dotavi illud quatuor manſis in *Steinbeche*, recte ex oppoſito in altera parte ripe ſitis

Digitized by Google

ſitis, cum parte ſilve eidem loco contigue. Eſt autem eiusdem ſilve terminus ad hoc denominatus, ab eo loco qui vulgari lingua Wagenthal nuncupatur: das Wagenthal uff, und Kirchſtieg nieder. Dedimus item ſub eadem dote & ex altera parte ripe molendinum, et ſilve quid, quod interiacet inter molendinum & terminum *Frankenrode*, cum aque piſcatura. In *Honingen*, alias *Hones*, tres manſos; in *Etzenrode* quinque manſos, in *Snelmannesbuſen* vel *Almansbuſen* tres manſos.

Anno vero ſecundo poſt dedicationem altaris, beneficium cuiusdam noſtri Militis, nomine *Hermanni*, *exhereda- tum* (*a*) & a nobis retentum, in uſum Fratrum ibidem Deo famulantium contradidi. Eſt autem idem beneficium villa, que *Biſchofferode* nuncupatur. Poſtea vero non multum, viſum eſt quibusdam noſtris fidelibus, eoquod ipſa que tunc erat temporis inquietudo a propoſito noſtro nos diſturbaret, & rerum facultas ad preſens pro ſe ſtabiliendi minus ſuppeteret; Viſum eſt inquam illis, quod locum eundem alicuius providentie commendarem, quatenus & ab illius ſollicitudine regularis diſciplina gubernaretur, & quod nos minus contulimus, in rebus neceſſariis ſuppleretur.

(*a*) *Id eſt beneficium, Militi, propter delictum forte, ademptum.* Exhæredare *enim idem eſt, ac bonis poſſeſſis ſpoliare.* DU FRESNE Edit. nov. Tomo 2. p. 244.

Tali itaque nos uſi conſilio, locum eundem cum omnibus appendiciis ad Abbaciam in *Erffurt* in monte, in honorem beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli conſtructam, donavimus, et lege monaſtica deinceps diſponendum ſubiugavimus.

Illud etiam ſtatuimus, quod hec *Cella*, (*b*) & omnia ad eam pertinentia, ab omni exactione ſit libera. Nullum omnino Advocatum debet habere, niſi illum, quem Abbas & Fratres eius Erphesfordenſis cenobii in monte poſiti, ad quod illa cum omnibus appendiciis ſuis pertinet, ſibi elegerint. Placuit itaque Abbati *Burchardo*, qui tunc temporis eidem Abbacie paterna dilectione prefuit, ut he due ville, *Frankenrode*

et

et *Aſchera*, que prius ad eum pertinebant, ad locum noviter ſue collatum providentie, ſine aliqua diminutione perpetualiter deſervirent.

(*b*) Cella) *Varias huius vocis in medio ævo ſignificationes fuiſſe conſtat. Inprimis eadem, poſterioribus ſæculis uſurpata eſt pro* Monachorum domicilio, *atque adeo ipſo monaſterio, Græcis* Κελλία *vocato: Crebro quoque pro* monaſteriolis, *ſeu* abbatiolis *vel* obedientiis, *quæ maioribus ſuberant, ſumebatur. Quem ſignificatum retinuiſſe* Ruthardus *videtur, quod conſtruxerat altare ac dotaverat, in ſpem, ut ait,* ſuperædificandæ eccleſiæ. *Add.* DV FR. Tom. II. p. 471.

Concedimus etiam Fratribus in eadem Cella DEO militantibus verbum Dei populo annuntiare, baptizare, infirmos viſitare, mortuos ſepelire, et ſi quis ad Dominum converti voluerit, ſine alicuius contradictione recipere. Quod nos ratum & inconvulſum permanere volentes, Chartam hanc Sigilli noſtri impreſſione conſignamus, & interminabiliter ſancitum eſſe, ſub anathemate, mediante Patre, Filio, & Spiritu ſancto confirmamus. Huius rei Teſtes ſunt

Embricho Prepoſitus. *Otto* Prepoſitus.
Heinricus Moguntine Eccleſie Archidiaconus.
Wiger. *Annelinus*. *Egeloffus*.
Iſicho. *Ditmarus*. *Erkenbertus*.
Conradus Comes.
Ludevicus Comes & eius filius.
Erwinus Comes & eius filius.
Gozmarus Comes.
Bilgerim de *Trifurte*.
Vn . . . *Wulfhere*. *Embricho*.
Wulferich. *Dudo*. *Ruocho*.
Remboto. *Ditmar*. *Saxo*. *Hiltebrecht*.

Acta ſunt autem hec Anno incarnationis Dominice MCIIII, Indictione XIII.

XVIII.

Digitized by Google

XVIII
EIVSDEM,
Quaſi fundatio ſecunda Monaſterii DISIBODENBERG. *Anno* 1108.

[*T. I. p.* 332. *ad* §. *XI. n.* 1. *v.* Immo]

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Notum eſſe cupio omnibus fidelibus, tam preſentibus quam futuris in Xpo, qualiter ego RVTHARDVS, Sancte Maguntine Sedis Dei gratia Archiepiſcopus, mutatis Canonicis in monte S. *Disboti* Monachos ſubſtitui, & laxiorem & negligentiorem vitam artiori & meliori converſatione ex conſulto correxi; augens bona eiusdem eccleſie, & augere cupiens pro ſalute anime mee & omnium anteceſſorum meorum, tam Epiſcoporum, quam parentum meorum. Vt autem hoc ratum foret, et inconvulſum ſine iuſta querela permanere potuiſſet, proclamationem Canonicorum competenti recompenſatione eccleſiarum atque aliarum utilitatum pro placito eorum compeſcui. Accendit autem voluntatem meam ad hanc mutationem dextera Excelſi, et patrocinium ibi requieſcentis ſervi Dei, & amenitas loci, & maxime, quod vulgante fama eandem vitam & religionem in eodem loco fuiſſe comperi; ſed neſcio qua ira Dei ſuccenſum fuiſſe monaſterium, ac diſſipatis bonis, uſque ad tempora WILLIGISI, venerabilis Archiepiſcopi anteceſſoris mei, eundem montem ad ſervitium Dei in ſolitudinem pene fuiſſe redactum; qui quidem ibi Canonicos poſuit, ſed priorem converſationem non reparavit. Hac igitur occaſione permotus, regularem vitam religioſorum Monachorum, que antea ibi erat, reparare ſtudui, ad quod pro facultate mea predia eiusdem eccleſie, bonis inferius ſcriptis adauxi.

Tradidi enim ſollempniter, poteſtativa manu mea ſine omni contradictione ſuper Reliquias Sci *Disboti* omnem Deci-

Decimationem, que ad Epiſcopalem curtim, que eſt infra Caſtrum *S. Albani*, pertinebat; & quoddam novale vinearum in valle inter *Huſin* & *Haſemannesbuſen*, quod infra deſcriptis locis terminatur.

Incipit enim a *Radendich* ſuperius, & ita deorſum tendit uſque in *Huſerbach*, & inde uſque ad beneficium *Eigilwardi*, & aſcendit ſurſum uſque ad nemus Epiſcopi, atque inde extenditur uſque ad *Huſerbubun*, & ſic redit uſque in *Radendich*. Quicquid hoc ambitu continetur, totum cum omni iure & utilitate ſupradicto Sancto contuli. Inſuper & vineam quandam iuxta *Loreche* in *Buddendale*, que fuit beneficium *Wernberi* de *Gyſenheim*, in eadem donatione appoſui. Addidi etiam in ſupradicta traditione villam, nomine *Glesbardesberg*, iuxta montem S. Disboti ſitam, & Salicam decimationem in *Sovernheim*, quam a Prepoſito *Abone* et congregacione *S. Victoris* quodam concambio acquiſivi; reddens eis manſum unum in *Algesheim*, & tantum terre & vinearum in *Hilbridisheim*, ut per ſingulos annos cum ſupradicto manſo tres libras indubitata eſtimatione ſufficiant perſolvere, que *Vuolvrico* de *Winchela*, qui prius hanc decimationem habuit, idem Prepoſitus pro beneficio recompenſavit.

Tradidi etiam S. Disboto quicquid *Ludewicus* de *Hoſtega* in villa *Merchidisheim*, que eſt iuxta fluvium *Naa*, in agris, in vineis, in pratis, in ſilvis, in molendinis, in aquarum decurſibus habuit, exceptis ſervientibus & bonis eorum. Inſuper & manſum unum in *Studernheim*, qui erat *Embrichonis* de *Gyſinheim*, & quedam novalia in Thuringia iuxta *Erpheſpfurt*, ſex libras in feſtivitate Sci Martini ex debito ſolvencia. Et in Haſſia, iuxta *Wetteram* Abbaciam, *Fronenhuſin* & *Alſo*; ſcilicet quicquid in his duabus villis *Heinricus* de *Clingenburch* proprietatis iure poſſedit. Hec omnia legitime Sco Disboto tradidi, atque traditionem meam interpoſito Banno meo, ſicut iuſtum eſt, ad ultimum confirmavi.

Pro-

Digitized by Google

Porro hec traditio facta eſt V. Idus Maii. Anno Dominice incarnationis MCVIII. Indictione I. Regnante HENRICO Romanorum Rege *Quinto*. Regente Eccleſiam ſuam Domino IHESV XPO, a quo omnis bona voluntas preparatur, & ad quem reſpicit pietas actionum ac remuneratio premiorum. Huius rei Teſtes ſunt:

Diedericus Abbas de *S. Albano.*
Burchardus Abbas de *S. Iacobo.*
Embricho Prepoſitus maioris Monaſterii.
Anshelmus Prepoſitus de *S. Stephano.*
Ortdo Prepoſitus de *S. Victore.*
Regezo Prepoſitus de *S. Maria* in campo.
Fridericus. Richmundus. Capellani.
Arnoldus Vrbanus Comes.
Comes *Emmicho* de *Smideburch*, & filius eius *Emmicho.*
Bertolfus Comes *de Nuringen.*
Gerhardus Comes *de Berenbach.* (Berbach)
Ludewicus Comes *de Arenſtein.*
Cuno de *Mandendale.*
Henrich de *Cunradisdorf.*
Ortwin de *Butinisheim.*
Helich de *Haginhuſen*, & frater eius *Siewin.*
Arnold de *Quecbrunnen.*
Buobo de *Eltavilla.*
Ezzo de *Windniſſa.*
Wernher de *Rhode.*
Wuolferich. Ludewich. Ruthart.
Rachelo. Embricho Vicedominus.

XIX.

XIX
RICHOLFI
Comitis *Ringaugiæ* Charta,
Qua eccleſiam in CLINGELMVNDE, *a* RVTHARDO *Archiepiſcopo Leviro ſuo conſecratam, tradidit Cenobio Biſchoffsbergenſi.*
An. 1109.

[*Ex novis acceſſionibus*]

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Feliciter agi putamus res humanas, ſi noſtris ex facultatibus res adiuvemus divinas. Quam ſententiam nos *Richolfus* Comes *Rinckaugie*, & uxor mea *Danckmodis*, cum filio noſtro *Ludewico* & filia noſtra *Werdtrude* ante oculos ponentes & pia conſideratione attendentes, eccleſiam in villa noſtra *Clingelmunda*, infra *Winzellam* * haud procul a Reno factam, & a *Ruthardo* Archiepiſcopo *Leviro meo* in honorem Sancti Bartholomei conſecratam, Sco Iohanni Baptiſte in Epiſcopi monte, cum curte leproſorum officinis apta, & vinea, decimarum exactione immuni, prefate eccleſie adiacente, cum Comitis inſula vicina & certo predio ſubnotato, legali ſtipulatione tradidimus; eaque ratione confirmavimus, ut ibidem Miſſa per annum conſuetis temporibus celebretur, & leprodochium cum omnibus ſuis appendiciis a Sci Iohannis in Epiſcopi monte Prepoſito adminiſtretur.

* *Vinicella* vulgo *Winkel.*

Tradidimus etiam monachis DEO in prefato monte ſervientibus tres manſos in *Algesheim* marcha in pago *Gaugia*, & vineas duas in Comitis monte, & tria mancipia. Eiuſdem traditionis liberam poteſtatem illorum ſubtilitati conceſſimus, concedendo firmavimus, & quicquid huic traditioni Deo invante addere poterimus, una eademque confirmatione ſtabilivimus. Ad hec etiam eandem eccleſiam Sci Bartholomei, & eius atrium, ab omni ſervitutis iugo abſolvimus,

Digitized by Google

vimus, & tali libertati ſub prefati Archiepiſcopi *Ruthardi* anathemate adſcripſimus, ut etiam ab archiepiſcopali libera ſit ſervitio. Et atrium ipſius eccleſie neque baptismalis eccleſie presbiter, neque aliquis Clericorum aut laicorum, aut ſepultura aut alia occaſione inquietare preſumat.

Acta autem ſunt hec, & feliciter conſummata Anno ab incarnatione Domini noſtri IHESV XPI MCIX, Indictione II. Regnante HENRICO Imperatore *Quinto*; ſub RVTHARDO Moguntinenſi Archiepiſcopo, * ceterisque ſubnotatis Teſtibus:

Anshelmo maioris Eccleſie Prepoſito.
Richardo Cantore.
Menigone Camerario, ceterisque Fratribus.
de Sco ALBANO:
Gerbero Abbate, *Burchardo*, ceterisque.
de Sco IOHANNE in Epiſcopi monte:
Otfrido Prepoſito. *Theoderico*. *Cunrado*, ceterisque quam plurimis eiusdem Ordinis.

* *Hoc ipſo anno is diem ſupremum obiit, d. 30 Apr. De familia eius nil habetur certi.* Illuſtri *tamen proſatum fuiſſe, id ſatis liquet ex præſenti Diplomate, dum Richolfus*, Rhingauiæ Comes, *eum appellat* Levirum *ſuum, ſive fratrem uxoris. Vtinam igitur* Danckmudis *appoſitum fuiſſet cognomen. Succeſſit Ruthardo* Adelbertus, *Comes* de Sarbrücken, *Imperialis Aulæ Cancellarius; aſt, Sede Moguntina per biennium vacante, anno demum MCXI.*

XX

ADELBERTI I, Archiep. Mog.

Innovatio ac declaratio fundationis DAGOBERTINÆ, *reſpiciens monaſterium* CLINGENMÜNSTER, *de quo n. XV ſupra.* *An.* 1115.

[*T. I, p. 539. n. 5.* His etiam]

In Nomine Sancte & Individue Trinitatis. ADELBERTVS Dei miſericordia Moguntinenſis Archiepiſcopus, Apoſtolice Sedis Legatus. Dignum & rationi conſentaneum videtur, ut, qui ad Eccleſiarum regimen Deo diſpenſante vocati ſumus, ad bonam diſpenſationem in eis oculum conſiderationis adhibeamus; et ſicut noſtra ſtatuta firma manere inpoſterum cupimus, ita Regum noſtrorum geſta nunquam labefactare permittamus; ea que rationabiliter & catholice eos feciſſe cognoſcimus.

Vnde & nos, auctoritate apoſtolica cuius legatione fungimur, decreta Illuſtris Regis DAGOBERTI confirmamus, ea videlicet, que ſuper Abbacia illa que vocatur *Clyngen*, eum decreviſſe cognovimus; cuius Abbacie idem Dagobertus fundator extitit glorioſus, et, quam legem habitura foret a Prelatis eadem Abbacia, preſcripſit ſollicitus. Hanc ſiquidem Abbaciam *Clyngen* Dagobertus Rex conſtruxit, & Maguntine Eccleſie eam attitulavit, talique iure & privilegio, ut electus a Fratribus eiusdem Abbacie Clyngen in Abbatem, confirmationem temporalium & ſpiritualium a Maguntino Archiepiſcopo requirat, & Spirenſis Epiſcopus ipſi electo, a Moguntino confirmato, munus benedictionis, ſolummodo cum requiſitus fuerit, impendat; nichil tam Maguntinus quam Spirenſis Epiſcopus ſeu ſui ſucceſſores ratione ſue conſecrationis percepturi. Sepedictus vero Abbas cum familia, ab omni ſervitio Regis, ſeu Epiſcopi, ſeu Advocati excuſatus, monaſterii ſui utilitatibus omnimodis intendat, excepto quod Magun-

Digitized by Google

Maguntino Archiepiſcopo *unum Caballum,* * *modium triticee farine portantem,* ad Regalem expeditionem transmittat, in teſtamentum pactionis.

* Caballus) *vox nota* Iuvenali *Sat. II, aliiſque ſcriptoribus caſtæ latinitatis. Licet vero non quosvis equos ſic appellaverint Latini, ſed viliores tantum, cuiusmodi ſunt, qui piſtrinis, agriculturæ & mercium vecturis inſerviunt; alia tamen Francis Germaniſque fuit ratio, generoſos quoque & militares equos illa voce notantibus. Ita* Caballi domiti & domandi, *cum ſcuto, lancea &c. in clientelæ ſignum Regibus dati occurrunt in vetuſtioribus Chartis. Sed & medii pretii equus appellabatur* Caballus medianus; *Caſtratus autem in* Lege Salica Tit. 40. §. 3 *audit* Caballus ſpadatus.

Quod ſi aliquis Advocatus, vel alia quelibet perſona, maior vel minor, plus quam conſtitutum eſt, ab Abbate illius loci exigere preſumſerit, ſex Talenta auri ad ſupradictum locum perſolvat, totidemque ad gratiam Regis imminuendam coactus reddat. Que omnia decreta a *Dagoberto* Rege, *Ludvico, Henrico* Imperatore *ſecundo* ſuper Abbacia *Clyngen,* nos quoque in eadem verba auctoritate apoſtolica cuius legatione fungimur, confirmamus; Et ut omni evo firma permaneant, hanc Cartam inde conſcribi iuſſimus; quam, ut iuſta videatur, manu propria corroboratam, & Sigilli noſtri impreſſione inſignitam, omnibus notificandam relinquimus. Amen.

Acta ſunt hec, Anno ab incarnatione Domini MCXV, Indictione VIII. Regnante Sereniſſimo Imperatore Henrico *Quarto.* Spirenſi Epiſcopo *Brunone.* Data *Maguntie* Idus Maii.

Deſcripſi has litteras ex apographo, vidimato an. 1277 VI Kal. Iunii â Simone *Decano & Capitulo Mogunt. Proteſtantes ſe vidiſſe ipſas* in vero ſuo originali, non cancellatas, non abolitas, non vitiatas, nec ulla ſui forma ſuſpectas.

Quomodo Coenobium hocce ex ſtatu monachali converſum fue-

fuerit in ſecularem, *acriter perſtringit* TRITHEMIVS, *Chron. Hirſaug*. T. 2. p. 537 *ſequentibus verbis:*

„Eodem anno (1491) Monaſterium noſtri Ordinis quod „*Clingenmünſter* nuncupatur, in Diœceſi Spirenſi non pro„cul ab oppido *Landau*, ad inſtantiam perverſorum Ab„batis & monachorum inibi regularem vitam profeſſo„rum, ſed irregulariter viventium, in Eccleſiam ſecula„rem translatum eſt. Legitima translationis nulla extitit „cauſa; ſed falſis narrationibus mentem Papæ circumve„nientes, nihil aliud timebant quam reformari, nihil aliud „quærebant niſi pernitioſam vitæ libertatem. Nec diu ſu„pervixit ex Abbate malo Præpoſitus peior, apoſtatarum „dux, inimicus veritatis, mendacii cultor, amator tene„brarum; ſed brevi horrenda & ſubitanea ſublatus mor„te. Quam male fecerit, votum retractans ſolemniter „factum, tarde cognovit, cum eius iudicio aſtitit, cuius „normam violavit.

XXI
EIVSDEM,
De quibusdam prædiis Coenobio S. DISIBODI *olim ablatis, tum vero reſtitutis. An.* 1118.

[*Tom. I. p.* 518. *n.* 4. v. Ab his tamen]

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Ego ADELBERTVS gratia Dei Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Notum facio tam preſentibus quam futuris XPI fidelibus, qualiter Servientes B. Martini *Wolpero*, & frater eius *Rudeger*, de *Hatterheim*, in tempore predeceſſoris mei Domini *Ruthardi* Archiepiſcopi, ex conſenſu eius contradiderunt B. Dyſibodo & Fratribus inibi habitantibus, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum, quicquid habuerunt predii in villa *Wymindisheim*, in agris, in vineis, et curtim unam in eadem villa, cum omni paſcuali iure, in preſentia Dni *Burchardi* Abbatis.

At

At vero orta tempeſtate fluctuantis Eccleſie, predeceſſor meus *Ruthardus* Archiepiſcopus a Sede ſua eſt depulſus; et Fratres S. Dyſibodi, quos iſdem felicis memorie Archiepiſcopus ob amorem ſuperne remunerationis dilectione colebat, prediis ditavit, conſilio letificavit, ac omni miſericordiali paternitate confovit, etiam a ſuis habitaculis eiecti ſunt. Omnes ergo, qui S. Dyſibodi locum ſuis prediis propter Deum ditaverant, quia non erant ibi pro eis interceſſores, ſua, licet iniuſte, receperunt.

Ego autem *Adelbertus*, gratia Dei Archiepiſcopus pro Xpo afflictus, pietatis viſcera gerens compaſſibiliter ſuper afflictos, miſertus ſum loci ſepenominati Sancti, pro iuſtitia destructi; et ablata, que dictante equitatis ratione requirere potui, illis Fratribus reſtitui: inter que, me preſente, *Rutger* predictus *de Hatterheim*, & fratris ſui *Wolperonis* vidua, nomine *Adelheit*, cum filio ſuo *Wilhelmo*, ablata in *Wymindisheim* reſtituerunt.

Vt autem hec, inconvulſa omni permaneant evo, Cartam hanc inde conſcribi, & Sigilli mei impreſſione firmari precepi, & Banno meo conſtabilivi. Huius rei Teſtes ſunt

Eiusdem eccleſie Abbas, nomine *Adelhunus*.
Abbas de S. Iacobo *Wernboldus*.
Richardus Camerarius.
Prepoſitus S. Marie in *Erphesphurt*, nomine *Emercho*.
Dudo Prepoſitus S. *Victoris*.
Erneſt Centurio. *Arnolt*.
Wolfo, & frater eius *Folrat*. *Ebo*.

Vrbani

Hertwin, & frater eius *Arnolt* de Winckela. *Dieto*.

Hec autem acta ſunt Anno Dominice incarnationis MCXVIII, Indictione XI, II Kal. Maii.

XXII
HENRICI V. IMP.
Epiſtola ad Clerum populumque Moguntinum, ſuper imputatis ADELBERTO *malefactis.*

[*T. I. p. 536 ante n. 5. verſu:* Atenim Henricus: *ubi hac referuntur ad annum 1120. Immiſit nis eam Diplomatibus noſtris b. m. Profeſſor* Iohannis, *unde vero depromſerit eandem, neſcimus*]

HENRICVS Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Prepoſitis & Decanis, & omni congregationi, cunctis etiam Moguntinenſis Eccleſie civibus, tam maioribus quam minoribus, ſibi fidelibus, gratiam & omne bonum.

Confiteantur Domino miſericordie eius, & mirabilia eius filiis hominum, quia non eſt prudentia, non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra Dominum, qui ſancti Spiritus inſpirante gratia iam convertit corda patrum in filios, & corda filiorum ad patres ipſorum. Vnde & nos non ceſſamus Deo gratias agere pro vobis, cuius gratia & dono amara veſtra dulcia facta ſunt nobis: et ideo, licet per ineffabilem diuine pietatis inſpirationem luctum noſtrum in gaudium, & amaritudinem verteritis in dulcedinem, pro antiqua tamen fidelitate, quam in cordibus veſtris divinitus iam incaluiſſe cognovimus, Dilectionem veſtram admonere potius, quam rogare decrevimus.

Memores eſſe debetis in omnibus, qua fide, quo pacto, quibus ſacramentis & obſidibus *Adelbertum* illum periurum & traditorem, qui non meritis, ſed nomine dicitur Epiſcopus, fidelitati veſtre diligentiſſima conventione tradiderimus. Et cum vos omnia bona promitteretis nobis ab eo, & nos ex veſtro promiſſo nihil niſi bonum ſperaremus, ab ipſo expectavimus pacem, & ecce turbatio. Poſtquam enim *Spiram* ad nos, redintegrata ſibi corporis & honoris ſui poteſtate, veniens Obſides ſuos manu ad manum ipſe nobis preſentavit, & ſuis ſacramentis veſtra firmavit, ſtatim inde diſcedens, miſſis vbi,

vbique litteris ac nuntiis, nos & honorem noſtrum impugnavit, ac per totam Saxoniam ac Thuringiam, Bavariam & Alemanniam, amicos noſtros tanquam inimicos, contra nos vbique ſolicitare cepit; ſicque quaſi canis, qui revertitur ad vomitum, antique ſue perfidie recepit venenum, quod quaſi vipera, que virus reſumit poſt coitum, a mari vſque ad mare per totum Regnum diffudit & Imperium. Pro his igitur & aliis malis nobis reſponſurum, ſtatutis induciis, eum ad nos venire iuſſimus, & non venit. Sed inſuper apponens iniquitatem ſuper iniquitatem, *Spiram*, quod in cor noſtrum altius adſcendit, armata manu & erectis militaribus ſignis, violenter invadere voluit; ſed fruſtrato, Deo gratias, labore rediens, & congregatis, quos potuit, Caſtrum noſtrum *Strumburg* funditus deſtruxit. Deinde alia Caſtra noſtra contumaciter obſedit. Invaſorem Virdunenſis Eccleſie contra ius & fas conſecrati fecit: Regnum noſtrum & Imperium rapinis & homicidiis, cede & incendiis, quaſi aper de ſilva, ſic vbique devaſtavit, vt nihil iam in diverſis ipſius reſtet erroribus, niſi vt fiant noviſſima hominis peiora prioribus.

Hec igitur & alia mala, quorum non eſt numerus, licet ab oriente vsque in occidentem nota ſint omnibus, vobis tamen nota ſunt eo melius, quo ſecretis eius omnibus pre ceteris vos ſemper interfuiſtis familiarius. Sed & omnes, qui in Regno noſtro ſunt, ſciunt, omnes clamare poſſunt: & ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Et ideo dilectiſſimi nobis tam Clerici quam Laici, tam Milites quam Cives, qui hec omnia vidiſtis & audiſtis, diligenter apud vos cogitare & recogitare debetis, quam fidem & dilectionem, pro ſacramentis & obſitibus veſtris, veſtra ſibi dilectio debeat, qui nec proprio ſanguini ſuo, filiis ſcilicet fratrum ſuorum, debitam fidem ſervavit.

Verum, quia inter alia ſpecialiter hoc in noſtra conventione fuit, vt quando aliquid contrarii moliretur noſtre dignitati, ſtatim, determinatis induciis transactis, veſtro ſtudio & labore expelleretur ab vrbe; idcirco ſi veri fideiuſſores crediti

ti negotii eſſe deſideratis, monemus vos omnes per fidem & Obſides, quos dediſtis, & ſacramenta, que feciſtis, quatenus obſidibus veſtris conſulentes, & ſacramentis precaventes, eundem periurum veſtrum ac noſtrum, *Adelbertum* ſcilicet dictum Epiſcopum, civitatem nullatenus intrare permittatis, ſed quaſi ſcopis ab eo mundatam, cum *Friderico* Duce, & *Gothofrido* Palatino Comite, aliisque fidelibus noſtris diligentiſſime ſervare ſtudeatis. Quod ſi feceritis, & hec omnia diligenter ſervaveritis, pre omnibus, quos in Regno noſtro habemus, ex amicis amiciſſimos vos ſemper habebimus.

Et, ſi quid vnquam peccaſtis in nos, exemplo illius peccatricis mulieris, totum transibit inultum, cui dimiſſa ſunt peccata multa, quoniam dilexit multum. Quid plura? Deus, qui ad hoc venit in mundum, vt filios, qui erant diſperſi, congregaret in vnum, ita diſperſos noſtros ſub iugum fidei iam coacervando revocet, & revocando coacervet, vt in charitate Chriſti & diſperſa congreget, & congregata conſervet.

In hec igitur verba Deo vos & nos Deo & vobis intime commendamus, optantes, vt cum reverſi ad vos fuerimus, meliores vos filios invenire, quam reliquiſſe gaudeamus.

XXIII

Ordinatio Præpoſiti ad S. SEVERVM *Erfordiæ, circa miniſtrandam Canonicis quotidianam præbendam. Auctoritate Præſulis* ADELBERTI.

An. 1121.

[*Ex acceſſionibus poſteris.*]

Reperitur quidem præſens exemplar apud D. de Falckenſtein, *Chron Thur.* Lib. 2. Part. 2. p. 1004, *ita ut ſimpliciter nos illuc referre fors præſtaret. Quoniam vero 1) non habita ab ipſo fuit ratio orthographiæ genuinæ, 2) voces h. i. corruptæ apparent, 3) aliæ (quin uno loco contextus duarum linearum) tranſcriptoris oculos effugerunt; * qua de re acceptum nihilominus fore cenſui, ut Diplo-*

Digitized by Google

Diploma vitiatum reſtitueretur, examuſſim ad ductum autographi; *Quippe nobiscum an. 1730. Erfurti degentibus, a Rmo & Illmo Epiſcopo Suffraganeo, huius S. Severi Collegii Decano, benevole communicatum.*

* *Id quod propter idenditatem vocabuli in vicino, accidere poteſt facillime. Videlicet, dum verbo ultimo in mente retento ſcripto ex linea* A, *chartæ iterum ſe applicans oculus fortuito labitur in idem verbum, recurrens in linea* B. *Abin namque continuando, ecce quæ ſunt intermedia, inadvertenter omiſſa. Prout etiam Falckenſteinio, ob recurrentiam dictionis:* ad S. Mariam: *contigit. Incluſi locum uncinis,* [ ] *ad rem oculis ſubiiciendam. Ac eo ſane magis, quando antiquas deſcribimus chartas, invigilare oportet* accuratiſſimæ *earundem* collationi. *Ceu medium infallibile, imo unicum, ea quæ viſui clam ſe ſubduxerant, recuperandi, ſicque ſiſtendi Diplomata, in ſua perfectione.*

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS.

Notum ſit omnibus tam futuri quam preſentis temporis fidelibus, qualiter inter Canonicos eccleſie beati *Severi* & Prepoſitum ADELBERONEM, de danda cotidiana eorum prebenda convenerit. Deſtructis poſſeſſionibus eccleſie frequentibus incendiis & rapinis tempore Propoſiti *Embrichonis*, qui idem Embricho cotidianam eorum prebendam adminiſtrare non poterat, partitionem bonorum fieri elegit; unam ſub fratrum dicione & deliberatione ad ipſorum uſus relinquens, & alteram ſibi retinens. Sed Prepoſitus *Adelbero* poſt eum ſubſtitutus hanc particionem recuſavit, & cotidianam prebendam dare elegit.

Cotidiana vero prebenda talis eſt. Septem panes *ſigalini* (*a*) in ſeptimana; Dominicis diebus album panem per annum, in ieiunio vero cotidie. Et iſti panes, tam albi quam nigri, ad Convivia pertinentes, equales ſint panibus qui dantur ad Scam Mariam [in magnitudine & albedine. Carnes vero hiemales & eſtivales equales ſint carnibus que dantur ad S. Mariam.] In ſecunda feria dimidius caſeus & tria ova,

G ſimi-

ſimiliter in quarta & ſexta feria. Cerviſia equalis ſit cerviſie que datur ad S. Mariam. In feſto S. Martini inter gallos & gallinas duodecim unicuique. In ieiunio unicuique *bechariu m* (*b*) unum de piſis ad duos dies, & cotidie duo *allecia* (*c*) & quinque ratices. De *porro* (*d*) quoque, quantum vir unus ambabus manibus poteſt comprehendere.

Hec autem ſunt Convivia. Primum in feſto Sci Severi. II in feſto omnium Sanctorum. III in nativitate S. Martini. IIII, V, & VI in natali Domini. VII in Circumciſione. VIII in Epiphania. IX in natali S. Severi. X in Purificatione S. Marie. XI in Quinquageſima. In ſecunda feria unum caſeum & X ova unicuique; ſimiliter & in tercia feria. XII convivium in die Palmarum. XIII in Cena Domini, preter *Mandatum.* (*e*) XIIII, XV & XVI in Paſcha. XVII in Aſcenſione. XVIII, XVIIII & XX in Pentecoſten. XXI in natali S. Iohannis Baptiſte. XXII in dedicatione Monaſterii. XXIII in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli. XXIIII in Aſſumptione S. Marie. XXV in Natali eius. XXVI in die S. Michaelis.

In unoquoque autem convivio IIII fercula. Primum *ſalſamentum.* (*f*) II *pulmentum,* (*g*) ita ut in duas *capetas* (*h*) dividatur gallina. III due carnes calide, cum porro & lucanicis. IIII. aſſatura, & de cerviſia bona ad hec convivia, quantum fratres voluerint. In die S. Walburgis duo *camiſalia* (*i*) unicuique, aut VII Solidos pro illis. In feſto S. Marie unicuique *Phaltinam* (*k*) unam, que valeat XXX denarios, & in fine illius duos *denarios alligatos,* (*l*) & duo *tunicalia* (*m*) que inter fratres circumeant, quorum utrumque valeat III ſolidos. In feſto S. Michahelis unicuique II pelles ovinas ad calceos. In feſto S. Martini II *Soccos de Cottò.* (*n*) In feſto S. Thome duo plauſtra lignorum.

Huius cyrographi ſeries definita eſt, precipiente & confirmante eam venerabili Mogontine Eccleſie Archiepiſcopo & Apoſtolice Sedis Legato ADELBERTO. Preſentibus & conſulentibus Epiſcopis, Dno *Brunone* Spirenſi (*o*) & Dno

Buc-

Digitized by Google

Buccone Wormatienſi. Prepoſito quoque S. Marie *Embrichone*, aliisque illius eccleſie Canonicis: Decano *Dirolto*. Scolaſtico *Arnoldo*. Cantore *Erwino*. Archipresbitero *Gelberno*. *Adelgero*. *Hilterico*. *Theoderico*. *Walterico*. *Adelgero*.

Quod pene pretermiſſum fuit, de Vino ſic convenimus, ut Prepoſitus ſuis & ſumptibus & cultoribus vineam excoleret, & dimidietatem fratribus daret.

Data in *Erpesfurt* VII Kl. Octobr. Anno incarnationis Dominice MCXXI. Indict. XIIII.

[*Impreſſum iuxta cernitur* Adelberti *Archiepiſcopi Sigillum.*]

(*a*) Sicalvm, Sigala, Sigale: Vox trifaria; apud du Fresne *Tom. 6. edit. Pariſ. p. 482.* Vnaquælibet panibus noſtris accommoda. Vti 1) *Sicalum*: frumentum, ordeum, ſpelta, avena, ſiligo, faba, cicera. Eſſent igitur panes, de farina ex frugum genere vario compoſiti. 2) *Sigala*: Chron. Novalic. *Non ſunt nobis amplius præter quinque modia ſigalæ, & tria ſextaria tritici.* 3) *Sigale*: in Vita Aldrici —— *Debentur inde de paſtione inter frumentum & Sigale, modii XXXIIII.* Quæ ultima denotatio præ ceteris videtur aptior. Quod accedant ad nigredinem, qui ſequitur litteræ contextus, ſatis indicat.

(*b*) Becharium: *Inſtrumentum ad formam Calicis.*

(*c*) Allecia: In ſingulari *Allec*, pro *Halec*. *Piſciculus ad ſalſamenta idoneus.* du Fresne *T.I. p.308.* (Haleces)

(*d*) Porrum: *Allium.*

(*e*) Mandatum: *Ablutio pedum, quæ fit in Coena Domini; cum ſcilicet Chorus cantat illud Chriſti: Mandatum novum do vobis.* Vbi cruſtuli (Oblaten) cum vino diſtribui ſolent. Non modo præſentibus ex officio Clericis, ſed & ſpectatoribus laicis. In parvulos hinc inde amygdalæ & id genus bellaria ſparguntur.

(*f*) Salſamentum: Vox, tam ſalſam carnem, quam piſcem admittens.

(*g*) Pulmentum: *Vox veteribus cognita, ſed ſequiori ætate maxime in regulis monaſticis uſurpata; ubi pro quovis obſonio accipitur.* Du Fr. T. 5. p. 971. —— *Pulmentum dabimus, ſalſum, aſſum, vel coctum; —— olus, cerebrum, piſcem tenerum &c. —— Pulmentum vero ex mediæ qualitatis materia, ut ova, pultes, olera —— Quibus in menſam allatus eſt gallus; quod videlicet pulmentum unus illorum arrepto cultello, ut mos eſt, in fruſta diſſecuit.*

(*h*) Capetas: In duas æquales partes gallinam dividi vult; unamquamque in Capeta, ſive Scutella apponendam. *Providebit Cellerarius (in Refectorio) ſcutellas, ſcyphos, & Capetas.* Du Fr. T. 2. *p. 238.* Subdens, Capeta videri idem ac *Capis.* Quod alioquin connexitatem cum re gallinaria habeat, patet ex analyſi p. 244, ad d. vocabulum *Capis: Accipiunt ova gallinarum, & rumpunt ea; & in cacia vel Capice lignea aut ferrea, quæ tamen ſit ſtagnata, ponunt ea; ſed in rumpendo ovo, removent ſummitatem teſtæ ovi.* Nec errare putaverim, Capetam, fuiſſe ſcutellam, ferculo ex gallinis unice deſtinatam.

(*i*) Camiſalia: *Camiſale, interula, interior tunica, hoc eſt Supparum, quod vulgo dicitur Camiſia.* Et Iſidorus: *Camiſias vocamus, quod in his dormimus in camis, id eſt in ſtratis noſtris.*

(*k*) Phaltina: ſive *Cappa tunicata.* Reſpectu mulierum *Faile* vocatur. *Veſtimentum ſcilicet, quo caput & totum corpus vice pallii operiunt.*

(*l*) *Denarios alligatos:* Hos cum in Gloſſariis quæſiverim fruſtra, ſic interpretari licet de modico pecuniæ, ſeu denariis, qui in phaltinam: *& in fine illius:* ſubintellecto inferne, ſive in phaltinæ ſutura, (ſecundum mirabiles Veterum mores) alligari poterant. Et ex obſoleta iſthac conſuetudine derivari reor, quod etiamnum, *Bambergæ,* Canonicis ac Vicariis ſummæ ædis cuilibet *bini* diſtribuantur *denarii,* involuti linteolo, filoque conſuti; quos proin, denarios illigatos non abſone dixeris, in iiſque memoriam veterum illorum *alligatorum,* conſervatam.

(*m*) Tunicalia: *Clericorum veſtis propria, variæ ſignificationis.*

(*n*) Soc-

(n) Soccos de cotto: [non de corio.] *Soccus, ſive calceus, ea figura, ut diſtringat talum.* Item: *Socci non ligantur, ſed tantum intromittuntur. Cottum* alias culcitram indigitat. Rurſus: *Cotum vel coopertorium de groſſis ovium pellibus & panno groſſo coopertum.* Du Fr. T. 2. *p. 1131.* Vt dicam quod eſt: calceamentum hyemale.

(o) Brunone Spirenſi: *Fuit is* Adelberti *Moguntini frater.*

XXIV

EIVSDEM.

Littera fundationis Canoniæ ILBENSTADT *in* Wetteravia. *An.* 1123.

[*T. I. p. 543. n. 3.* v. His peractis]

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego ADELBERTVS Dei miſericordia Mogontinus Archiepiſcopus, & Apoſtolice Sedis Legatus. Notum facio omnibus Xpi fidelibus, tam poſteris quam preſentibus, qualiter Comes GODEFRIDVS de CAPHENBERCH, & frater eius OTTO, pro remedio anime ſue et parentum ſuorum, omne patrimonium ſuum quod habuerunt in villa que vocatur *Elevaſtat*, preter Miniſteriales, bto MARTINO contradiderunt; videlicet eccleſiam, cum univerſis decimationibus, mancipiis, & appenditiis ſuis. Inſuper etiam *dominicalia (a)* ſua, agros, vineas, ſilvam, prata, culta & inculta, que ſpecialiter ſuis uſibus mancipaverant. Preterea Manſionarios, cum manſis & omni ipſorum iuſticia. Quod factum eſt hoc tenore, ut ibidem de omnibus ſupradictis bonis, Fratres ſecundum Regulam B. AVGVSTINI, & ſecundum inſtitutionem venerabilis Fratris NORTHBERTI degentes, ordinaremus; et, ne decaleſcente rigore, Regulam & inſtitutionem unquam prevaricarentur, tam Nos, quam noſtri Succeſſores diligentiſſime provideremus. *Ex Autographo.*

 (a) Do-

(*a*) Dominicalia: *Pateſcit ex hacce Charta, Vocem* Dominicalia *in proprio ſignificatu, non niſi prædiorum materiam denotaſſe, nulla autem iura prædiis annexa, nec perſonas glebæ adſcriptas complexam eſſe.*

Concedimus etiam, atque firmamus, ut quotienſcunque eisdem Fratribus Pater monaſterii ordinandus fuerit, is tantum, quem communi conſilio et aſſenſu, dictante Spiritu ſancto unanimiter elegerint, ab Epiſcopo inveſtiatur. Si vero infra clauſtrum de perſona non conſenſerint, liceat eis in nomine Domini aſſumere perſonam eiusdem profeſſionis ac propoſiti, quemcunque magis idoneum invenerint. Parrochianus quoque presbiter, a Fratribus et eorum Patre de ipſorum Collegio conſtituatur, ut omni remota inquietudine, ſecura libertate perſeverent in Dei laudibus. Hac etiam libertate prefatam eccleſiam donavimus, ut predicare, baptizare & ſepelire habeat, ſolique Archiepiſcopo ſuo ſubiecta ſit, et de omnibus reſpondeat.

Inter cetera & hoc adiciendum putavimus, ut, quem voluerint, commodum & manſuetum ſibi eligant Advocatum; liberam habentes facultatem ipſum deponendi, & alium aſſumendi, ſi oneroſus & importabilis eis fuerit. Quod totum oportebit fieri conſilio & auxilio Archiepiſcopi.

Huius itaque pagine ſeriem ſtabilientes, Sigilli noſtri impreſſione ſignavimus. Precipientes, & ſub perpetuo anathemate omnibus interdicentes Xpianis, ne quis contra eam venire, impetere, ſive deſtruere preſumpſerit, ſed firma & inconvulſa permaneat omnibus evis, auctoritate omnipotentis Dei, & bti Petri Apoſtolorum principis.

Teſtes vero qui preſentes fuerunt, ſunt iſti.

EPISCOPI:

Bruno Spirenſis.
Bucco Wormatienſis.

Maio-

Digitized by Google

Maioris Eccleſie Prepoſitus *Dudo.*
S. Petri *Aſmarus.*
S. Stephani *Richardus.*
S. Victoris *Heinricus.*

ABBATES

S, Albani *Folbertus.*
S. Iacobi *Weremboldus.*
Magiſter ſcolarum *Torenbertus.*
Cantor *Ruthardus*, & ceteri Primores & maiores Eccleſie noſtre.

LAICI autem:

Comes Vrbis, & Eccleſie Advocatus *Arnoldus.*
Comes *Gerlachus*,
Embricho Vicedominus.
Scultetus *Erneſtus.*

MINISTERIALES

Folbertus. *Emecho.*
Vderbertus. *Gerhardus.* *Reinhardus.*
Hertwinus, & frater eius *Arnoldus*, et complures alii.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXIIII, Indictione XV, Regnante Domino IHV XPO, imperante HEINRICO *Quarto.* Data *Mogontie*, per manum *Heinrici* Notarii, S. Victoris Canonici, Pinguenſis eccleſie Prepoſiti.

Producimus Diploma hoc ex Autographo, nobiſcum â Rmo D. Andrea Brand, *Biſchoffsbemio, vigilantiſſimo huius Coenobii, dum vixit, Abbate an. 1722. perhumaniter communicatum. Vbi tamen notare debemus, quod* Richardus, *temporibus iisdem ad* D. Martini Moguntiæ *Cantor, perperam* Ruthardus *hoc loco audiat.*

XXV (a)

XXV (a)

EIVSDEM,

De concambio eccleſiarum in Apolde *&* Flogerſtet, *inter Præpoſitum* EMBRICONEM *ac* WIGMANNVM *Converſum.*
An. 1123.

[*ex acceſſionibus noviſſ.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego ADELBERTVS DEI miſericordia Sancte Maguntine Eccleſie Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Notum fieri cupio tam futuri quam preſentis evi XPI fidelibus, quomodo Frater WIGMANNVS noviter converſus, cum Dilecto filio noſtro, eccleſie bte Marie in *Erpheſphort* venerabili Prepoſito EMBRICHONE nos convenit; humiliter ſatis & devote uterque orans, ut facte inter eos commutationi aſſenſum prebere vellemus; & conſentiendo, noſtre ea auctoritatis privilegio confirmaremus.

Super ipſorum vero petitione, quoſdam Eccleſie Moguntine Priores, ceteroſque fideles noſtros convocantes, in hoc tandem verbo ſimul convenimus; ut Frater *Wicmannus*, qui amplo eccleſiarum ſuarum numero Eccleſiam bte *Marie* honorando ditavit; nichilominus etiam bto *Martino* multa de ſuo & magna contulit; ipſe pauca modo & parva oraturus exaudiretur, ita quod eius petitio efficaciter, & bona diſpenſatione adimpleretur.

Quod

Quod dum utriſque utile & ſanum fore intelligeremus, etiam nos conſulendo permiſimus, ut dilectus filius noſter EMBRICO Prepoſitus, inferiorem eccleſiam in *Appolde*, & ſuperiorem, que eſt in Caſtro, *Eideresburgenſi* eccleſie recognoſcendo traderet; et ipſe econtra eccleſiam in *Flogerſtet*, a Fratre *Wigmanno* & eius Prepoſito SYNZONE reciperet. Sed ne commutatio hec, eccleſie bte Marie incommoda, cuiquam vel tenuis videri poſſet; prenominatus Frater *Wigmannus*, cum prepoſito ſuo *Synzone* bona quedam in villa *Hucbeleiben*, que Illis pro marcis VII a quodam *Guntramo* de *Orla* poſita erant, in ſupplementum dicto Prepoſito addiderunt, et quod ipſi in bonis illis habere debuiſſent, recognoverunt.

Dictus autem Prepoſitus, ſicut homo catholicus, que DEI ſunt cogitans; Dilectis, & ſemper diligendis Eccleſie bte Marie fratribus, per manum noſtram, quod ſuum adhuc in bonis illis eſſe poſſet, donari poſtulavit; & quod poſtea devotus comprobavit; nichil quod ſuum erat requirens. Vnde Vos venerabiles eccleſie bte Marie Canonicos affectione paterna commonemus, ut huic commutationi aſſenſum perhibeatis, & omnibus ſucceſſoribus veſtris ſemper idem facere annuncietis.

Nec pretereundum & hoc eſſe decrevimus, quod nobis permittentibus, immo conſulentibus, ut fratres de *Eythersburc*, in ſuperiore eccleſia *Appolde* cineres & oſſa Comitis BEZELINI colligant, & uſque *Eytheresburch* delata, cum honore, ut dignum eſt, ſepeliant. Bona vero que ad eandem eccleſiam pertinent, ſtatuimus ut in uſus fratrum convertantur; Ea tamen conditione, ut bona prefati Comitis apud eos memoria in perpetuum habeatur.

Vt autem commutatio ſeu traditio hec rata ſemper & immobilis permaneat, pagina preſente conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Statuentes ſub anathemate, ut, ſi qua ſpiritalis ſecularisve perſona infringere eam attemptaverit, Anathema ſit, nec noſtre excommunicationis indulgentiam ab aliquo umquam hominum accipiat, niſi Dno Papa, cuius gratia & miſericordia legatione fungimur Apoſtolica. Huius ſic acte rei Teſtes ſunt,

CLERICI

Venerabilis frater noſter BVCCO, Wormatienſis Epiſcopus.

EMBRICO, Eccleſie bte *Marie* Prepoſitus.

Zynzo Prepoſitus in *Eyderesburc.*

Richardus Prepoſitus de *Dorlon.*

Meinzo Prepoſitus de Hoſpitali.

Ditholdus Decanus Eccleſie bte *Marie.*

Arnoldus Magiſter Scolarum.

Erwinus. Adelgerus.

Giſelbertus Archipresbiter.

Dithericus. Reinhardus. Heinricus.

LAICI

Digitized by Google

LAICI

Hermannus de *Wotbensberc.*

Vnargus. *Vdelricus.*

Ditberus Tribel de *Appolde.*

Ditmarus de *Bercha.*

Cunradus de *Azzemanneſt.*

Ludewicus de *Eydersburc.*

Dit*bericus* de *Appolde.*

Albecho de eadem villa.

Adelbret de *Ydersburc.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXIII. Indictione I. Regnante Domino noſtro Ihv Xpo. Imperante vero Heinrico huius nominis Rege V, Imperatore autem IIII.

Data XIIII Kal. Iulii, in *Erphort*, per manum *Heinrici* Pinguenſis Prepoſiti, & Sci Victoris Canonici.

XXV (b)
EIUSDEM,

Littera fundationis Monaſterii olim BREIDENAVIENSIS, *Ord. S. Benedicti. An.* 1123.

[*T. I. p. 543. n. 3.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego ADELBERTUS DEI gratia Moguntinus Archiepiscopus & Apoſtolice Sedis Legatus: Notum facio omnibus XPI fidelibus tam poſteris quam preſentibus, qualiter felicis memorie Comes WERNHERUS, Cenobium in *Bretenowe* a fundamento conſtruxit, & univerſo patrimonio ſuo, quod habuit inter tria iſta flumina, Werram, Renum & Mogonum, dotavit; videlicet Miniſterialibus, caſtris, agris, agrorumque decimationibus, ſilvis cultis & incultis, pratis, paſcuis, viis & inviis, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus, & univerſis ipſorum uſibus.

Religioſe quoque converſationis Fratres de Monaſterio *Hirſauienſium*, ibidem aſſumpſit, inter quos Fratrem DRUTTWINUM, quem ipſi dignum eſſe adiudicaverunt, a nobis Abbatem loci ordinari obtinuit; quod totum factum eſt cooperante, & per omnia ita fieri expetente, fideli coniuge ſua GISELA; cumque de prefato Cenobio nondum iuxta propoſiti ſui conſilium ad plenum terminaſſet, integer viribus, & totus adhuc ſanus & incolumis, providit, ut bona eius intentio ad bonum finem procederet; advocatoque de Militibus ſuis bone fidei & Nobili Viro ENGELBOLDO, ius & poteſtatem quam ipſe habebat de dando & contradendo Cenobio, quod vulgariter SALE vocant, eidem ENGELBOLDO dedit; fidei ſue committens, ut communicato conſilio cum uxore ſua, & Abbate, & Miniſterialibus ad locum pertinentibus, ſi forte ipſe de ſubito non eſſet, omnes pariter hoc inde providerent, quod ipſe pro remedio anime ſue & parentum ſuorum

rum

rum in eodem loco Deo obtulerat, ne inpoſterum periret. Quibus ita peractis, morte preventus eſt.

Poſtea vero fidelis Miles, & laudabilis mariti ſui Coniunx, cum Abbate, ſicut mandatum acceperant, conſilium inierunt, et piis Comitis deſideriis ſatisfacere ſtudentes, nos convenerunt, pepigeruntque nobiſcum, quatinus Nos & Eccleſia noſtra predicti Cenobii locum ſuſciperemus, dicaremus, edificaremus, ac promoveremus; et, ne ſerviencium ibidem Deo monachorum religio quandoque decaleſceret, tam nos quam noſtri ſucceſſores ſollicite provideremus.

Sicque ſupradictus miles Engelboldus, petente uxore Comitis, & Abbate loci cum Miniſterialibus, ipſum Cenobium cum omni poſſeſſione ſua B. *Martino* ſtabili et perpetua traditione donavit; cui nos in preſentiarum duas bonas curias contulimus, Lon & Engelmareshusen: addentes ad xx *libras* decimationum in Lon, & aliis locis congruenti-*bus*.

Inſuper baptizare & ſepelire conceſſimus; et ne alicui Archipresbitero ſive Archidiacono quicquam debeat, ſed ſoli Archiepiſcopo ſubiectum ſit, & de quibus oportuerit, reſpondeat.

Preterea adiecimus, ut eligendi Advocati habeant poteſtatem, & eundem deponendi, & alterum eligendi, ſi eum ſenſerint iuſto graviorem. Et hoc fiat conſilio & auxilio Archiepiſcopi.

Miniſterialibus quoque ius & legem dedimus quam meliorem habent quilibet Miniſteriales Sancti *Martini*. Et de dando theolonio, in omni foro quod ad nos pertinet, tam Miniſteriales quam reliquos, qui Monachorum utilitatibus officialiter ſerviunt, abſolvimus.

Obeunte vero monaſterii Patre, eligant in proprio Clauſtro communi conſilio & aſſenſu, quemcumque Spiritus Scs idoneum eſſe dictaverit. Quod ſi ibi eum non invenerint, de alio clauſtro, ubi ſit eiusdem converſationis & diſcipline rigor,

H aſſu-

mere licebit; quem repreſentatum, Archiepiſcopus inveſtiet & conſecrabit, ſemperque Archiepiſcopus diligenter providebit, ne vita HIRSAVIENSIS religionis ibidem tepeſcat: de cuius monaſterii poſſeſſionibus, tam collatis quam conferendis, ſi quod beneficium Archiepiſcopus ſive Abbas cuidam preſtiterint, omnino irritum ſit, niſi ſolis Miniſterialibus; et hoc ipſum non fiat, niſi forte neceſſitas aut eccleſie utilitas ita fieri expoſcat.

Servitium autem de eodem loco, & cenſus, erunt pro ſancta Moguntina Eccleſia; et pro perſona Archiepiſcopi cottidiana orationum ſuffragia, & annuatim aureus nummus, qui BISANCIUS dicitur.

Huius itaque Teſtamenti paginam, ut omnibus eius rata & inconvulſa permaneat, Sigilli noſtri impreſſione munivimus. Auctoritate omnipotentis DEI & B. *Petri* ſub perpetuo anathemate precipientes, ne quis contra eam venire, impetere, ſive infringere attemptaverit; ſi quis vero preſumpſerit, hic ſe ſenciat diſtricto Spiritus ſancti iudicio reſervari, & portionem habiturum cum diabolo, auctore iniquitatis. Huius rei Teſtes ſunt:

EPISCOPI

Bruno Spirenſis.
Bucco Wormatienſis.

ABBATES

Folmarus Hirſauienſis.
Ipſius cenobii, *Druttwinus*.

PREPOSITI

Emmercho, S. Marie in *Erpesfurt*.
S. Marie in campo *Godeſcalcus*.
de Northeim *Waltherus*.
de Sigeburg *Heinricus*.

COMI-

COMITES

de *Bumeneburg* Sigefridus.
de *Winceburg* Puer *Hermannus.*
de Thuringia *Ludewicus,* qui & Advocatus.
Erneſtus de *Eberſtein.*
Conradus, filius Comitis *Hermanni.*
Conradus de *Sconenburg.* *Adelbertus.*
Dudo de *Emmenshuſen.* *Giſo.* . . .

MINISTERIALES

Craft. *Cunradus.* *Nantherus.*
Arnoldus, & filius eius *Hugo.*
Adelbertus. *Habardus.* *Winimarus.*
Erckenbertus. *Sigefridus.* *Erneſtus.*
Dammo. *Folbertus.* *Wolffgangus.*
Beringerus, & complures alii.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXIIII. Indictione I, Nonas Iulii. Imperante HEINRICO huius nominis *Quinto.* Data per manum *Henrici* Notarii, Pinguenſis Prepoſiti.

Sequens ſubtus legitur Vidimatio:

„Auſcultata & collationata eſt preſens Copia, per me „Caſparum *Textoris* de *Dirmſtein,* Clericum Wormatienſis Dioceſis, publicum ſacra Imperiali auctoritate „Notarium; & concordat de verbo ad verbum cum ſuo „Originali, quod proteſtor manu mea propria. [*Charactere Sec. XV.*]

Ceterum de Cœnobio hoc (*iam dudum extincto*) *audire iuvabit* Trithemium *in* Chronico Hirſaugienſi *Tom. I. p. 367 ad annum* MCXIX *ſcribentem ita:*

„Anno *Brunonis* Abbatis XIV° *Wernherus* Comes quidam „dives, & Chriſto devotus, Monaſterium noſtri Ordinis „*Breydenau,* quod ante VI annos in eo *Haſſiæ* loco, ubi „confluunt duo fluvii, quorum alter *Fulda,* alter *Werra* „dicitur, pro Chriſti amore conſtruere coepit, & Domi-

„no cooperante feliciter conſummavit. Eſt autem coe-
„nobium illud in honore beatiſſimæ ac ſemper Virginis
„Dei genitricis Mariæ conſecratum, in loco amoeniſſimo
„ſitum, in Dioeceſi Moguntina conſtitutum, & a ſuo fun-
„datore pro ſuſtentatione ſervorum Dei in omnibus com-
„petenter proviſum.

Et rurſus p. 373, *ad ann. MCXXI.*

„Anno *Volmari* Abbatis primo mortuus eſt *Wernherus*
„Comes *de Griningen* fundator Monaſterii Divæ Parthe-
„nices in Haſſia, quod *Breidenawe* nuncupatur, & in di-
„cto coenobio ſepelitur. Hic, natione Suevus, cum
„Imperatore *Henrico V.* cuiusdam negotii cauſa profe-
„ctus in Haſſiam, cum vidiſſet amoenitatem loci campe-
„ſtris, ubi duo fluvioli Werra & Fulda confluunt in *Brei-*
„*denawe*, Spiritu ſancto inſpirante monaſterium noſtri Or-
„dinis, conſentiente & fundum tradente Imperatore, coe-
„pit conſtruere, & Monachos de congregatione Hirſau-
„gienſi tunc vere ſanctiſſima evocare. Ad quod coeno-
„bium a venerabili Patre Brunone miſſus eſt *Drutwinus*,
„monachus & Cantor, primus Abbas cum Fratribus XII,
„—— Comes autem *Wernherus* morte præventus ſtru-
„cturas incoepti monaſterii perficere non potuit; quas,
„impenſis ab eo præordinatis, *Drutwinus* Abbas & *Henri-*
„*cus* eius ſucceſſor —— magnifice perfecerunt.

XXVI

EIVSDEM,

De fundatoribus monaſterii GERODE, *in Eichsfeldia.* *An.* 1124.

[*T. I. p.543. n.7.* v. Dein]

EGO ADELBERTVS Dei miſericordia humilis Sacroſancte Moguntine Eccleſie Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Notum fieri cupio univerſis tam preſentibus quam futuris XPI fidelibus, quemadmodum Domina RIGGARDIS, poſt obitum felicis memorie RVDOLFI Marchionis * mari-

* *ex domo Stadenſi.*

ti

ti ſui, & filius eius Vdo, nec non frater eius Rvdolfvs, cum reliquis liberis eius & coheredibus, divina miſericordia ammoniti, pro ſe ſuorumque ſalute Monaſterium, in *Gerodia* ſitum, cum tota villa & foro populari inibi conſtituto, cum univerſis appendiciis eius longe vel prope poſitis, cum omni proprietate & iuſticia qua illud hereditario iure felicis memorie Widelo Comes, & filius eius Rvdigervs, primitivi illius eccleſie fundatores omnisque progenies uſque in illum diem poſſederant, libera voluntate Eccleſie Moguntine in perpetuam proprietatem tradiderunt; illa tamen condicione appoſita, ut Monachi ſecundum regulam Sci *Benedicti* inibi conſtituerentur, per quos indeſinenter Xpi laudes, & pro animabus ſuis totiusque parentele interceſſiones offerentur.

[*Hic nonnulla fuere reticita.*] ceterum ab omni exactione, vel ſervicio quantumcunque potentis perſone, congregatio ibi Deo militans libera in perpetuum permaneret; Et ut Senior eiusdem progeniei, Advocatus eiusdem eccleſie habeatur, cui tantum dimidium Talentum perſolvatur, qui nullo modo Placita certis temporibus, cum populo huic monaſterio ſubdito poſſideat; niſi forte vocatus ab Abbate, rebellionem populi, quod abſit, coerceat. Quod ſi predictus Advocatus eccleſiam diſſipaverit, & admonitus non emendaverit, liceat eis alium in loco eius ſubrogare.

Hec ſunt autem predia atque beneficia, que eadem Domina *Riggardis* cum heredibus ſuis in ſupplementum inibi Deo ſervientium ſuperaddidit. Curia una in *Budeſtete*, cum Miniſterialibus *Adelgero* & *Diemone*, & familia tota cum omni proprietate & iuſticia ad ipſam pertinente. Capella una in *Mulesburc.*, ville quedam novalium *Hildenhagen*, *Immedal*, *Iuzenbach*, *Haſelbach*, *Solebach*: *Walehagen* quoque, uſque ad *Wizenbrunnen*; qui cives terminum habent in ſilva Sci *Michaelis*, tantum quantum iactus ſecuris ſemel comprehenderit. Quatuor manſi in *Huppingeſteden*. Hec ſunt inquam que ſuperaddidit, in campis, in pratis, in paſcuis, in ſilvis, in

aquarum decurſibus, in molendinis, in decimis, in cultis & in colendis, in viis & inviis.

Porro hec ſunt predia atque beneficia decime Dominicalis terre, antiquitus ad prefatum monaſterium pertinencia. Tota villa *Gerodia* cum populari foro. Bona in *Furbeche*, in *Widelenrode*, in *Kizzenrode*, in *Aſcha*, —— Bona in *Lida*, in *Odelieben*. —— Decimationes in ——, —— in *Hildenhagen*. Decima & in *Imbedale*, & in *Guzenbeche* villa, & in *Guzenbeche* novali. Hec ſunt item antiquitus pertinencia in familia, in Tributariis, in Miniſterialibus, in decimis, in campis, in ſilvis, —— in *Bodungen* quoque quinque manſi.

Nos ergo, functi legatione Apoſtolice Sedis, & ex auctoritate omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. Martini & omnium Sanctorum hanc tradicionem, ſic Sacroſancte Moguntine Eccleſie data & determinata eſt, firmando laudamus, & laudando firmamus, atque Banni noſtri obligatione auctoriſamus; ut quicunque huic Monaſterio aliquid iniuſte abſtulerit, anathema ſit ſi Laicus eſt; ſi Clericus eſt, periculum ſui ordinis patiatur.

Inſuper & Abbaciam illam hac libertate donamus ut ceteris in Epiſcopatu noſtro, ut Fratres, ſpiritali Patre orbati, in ſua, ſi invenerint, congregatione idoneum Abbatem ſibi eligant; ſecus autem, in noſtra Dioceſi querant.

Inſuper quia popularis eccleſia in *Gerrodia* eſt, Epiſcopali hanc illi auctoritate iuſticiam remittimus, ut Clericus a ſolo Abbate conſtitutus, Altare a Corepiſcopo accipiens, in omnibus ſolum Abbatem reſpiciat.

Vt autem hec omnia rata & inconvulſa ſequenti evo permaneant, hanc Cartam iuſſi conſcribi, & Sigillo noſtro inſigniri. Huius rei Teſtes ſunt:

Buggo Wormatienſis Epiſcopus.
Dudo maior Prepoſitus.
Richardus Prepoſitus. *Embricho* Prepoſitus.
Wigmannus de *Nova cella*.

Cuno

Cuno Decanus.
Durinbertus Magiſter, & alii quam plures de Clero.

De LAICIS autem:
Adelbertus Marchio *in* Saxonia.
Ludevicus & *Heinricus* Comites *in* Thuringia.
Arnoldus Vrbis Prefectus.
Erneſt Advocatus Erpesfurtenſis, & *Ludevicus* Comes *de Lare* & *Hermannus* Comes *de Winzenburc*.

De MINISTERIALIBVS autem
Emicho Vicedominus, & *Erneſt* Sculcetus, & alii quam plures.

Suſcepta eſt autem hec Donatio in *Erpesfurt*, manu mea. Anno Dominice incarnationis MCXXIIII. Indictione ſecunda. Regnante HEINRICO Imperatore huius nominis *Quinto*. ARNOLDO urbis Prefecto, *Erneſto* Sculteto.

[*Ex communicatione Rmi D.* Æmiliani *p. m. Abbatis Gerodenſis.*]

XXVII (a)
EIVSDEM,

Traditio Caſtri MALSBVRG, *per* VDALRICVM *liberum hominem de* Wartbeche. *An.* 1124.

[*ex acceſſionibus noviſſ.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego ADELBERTVS DEI gratia Moguntinus Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Notum facio omnibus XPI fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter quidam liber homo, VDALRICVS de *Warthbeche*, hereditatem quam habuit in MALSBVRC, L manſos videlicet, & dimidietatem Caſtelli, cum Miniſterialibus, mancipiis, & omnibus prefate hereditatis appendiciis, Sce Moguntine Eccleſie & bto *Martino* libera & perpetua donatione contradidit; accipiens a nobis in

in beneficio propter hanc traditionem, quantum inter nos convenit.

Huius donationis poſſeſſionem, quia Folcoldus, ad quem reliqua prediorum hereditas pertinebat, tam diu Nobis & Eccleſie noſtre impedivit, donec miſericordia Dei, & intuentibus meritis bti Martini ad hoc eum perduximus, quod Moguntiam venit, & in conſpectu Eccleſie noſtre, preſidentibus Fratribus noſtris, Abbatibus, Prepoſitis, Canonicis, beneficiatis quoque, tam Liberis quam Miniſterialibus, talem bto Martino ſatisfactionem pro irrogata iniuria compoſuit:

Donationem predicti *Vdalrici*, quantum in ipſo erat, confirmando, ratam eſſe conceſſit. Hoc nobiſcum paciſcens, quod ipſe hereditatis ſue iuſticiam ab illo requireret; et, ſive etiam ex iure gentium optineret, ſive amitteret, traditio tamen, que facta fuerat Moguntine Eccleſie, ſemper firma & immobilis perſeveraret. Inſuper ſuam hereditatem, quam libere & poteſtative poſſidebat in altera ſupradicti Caſtelli dimidietate, & aliud integrum adiacens Caſtellum, quod *Scarpenberc* vocatur, cum determinata omni prediorum poſſeſſione, que fuerat cuiusdam Domine Ane, in miniſterialibus, mancipiis, agris, ſilvis, pratis, paſcuis, cultis, incultis & colendis, viis & inviis, aquis aquarumque decurſibus, & omnibus eorum uſibus & appendiciis, manu propria ſuper altare bti *Martini* obtulit, & perpetue delegationis ſtabilitate donavit.

Quibus ita peractis, caritatis recompenſatione omnia hec a nobis recepit in beneficium: Iurans manu dextera ſupra Reliquias Sanctorum, quod omni tempore utrumque ad honorem & utilitatem Eccleſie Moguntine, tam noſtris ſucceſſoribus quam nobis pateat, & ad mandatum Archiepiſcopi per omnia ſubſerviet. Si vero ipſe, vel heres eius, hanc infregerit paginam, in perpetuum amittat, tam beneficii quam hereditatis, ius & poteſtatem.

Vt autem omnibus eius inconvulſa permaneant, preſentis pagine teſtamentum conſcripſimus, & Sigilli noſtri impreſſione

ne munivimus. Auctoritate omnipotentis Dei, & bti *Petri* ac Noſtra, perpetuo anathemate interdicentes, ne quis contra eam venire, impetere, ſive infringere attemptaverit; Et ſi quis tante temeritatis auctor extiterit, hic ſe ſentiat eterna dampnatione involvi, & diſtricto Spiritus ſancti iudicio puniendum reſervari. Teſtes qui preſentes fuerunt iſti ſunt:

Dvdo maioris Eccleſie Prepoſitus.
Sci *Stephani* Richardvs.
S. *Victoris* Heinricvs.
Sce *Marie* Anshelmvs.
Cvno Decanus. Cantor Hermannvs.
Magiſter Scolarum Dvrenbertvs.
Comes Gozwinvs. Siboto. Tammo.
Walthervs de *Huſen*.
De Eſcenbruche Adelbertvs.
Siboto. Berengervs.
Gozwinvs, & filius eius Hermannvs.
filius Comitis Bertolfi Sigefridvs.
filius Comitis *Hermanni* de Saxonia Cvnradvs.

MINISTERIALES vero ECCLESIE:
Embrico Vicedominus. Comes Reni Embrico.
Emicho. Warmvndvs. Ernestvs Scultetus.
Dvdo. Wernhervs. Folbertvs. Arnoldvs,
& complures alii; Nobiles, Liberi, & Miniſteriales.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXIIII. Indictione II. Regnante Imperatore Heinrico huius nominis *Quinto*. Data *Moguntie* V. Idus Aprilis, per manum *Heinrici* Notarii, Pinguenſis Prepoſiti.

(I*) XXVII (b)

XXVII (b)
HENRICI V IMP.
De dimidia parte caſtri EPPENSTEIN, *collata Eccleſiæ Moguntinæ.* *An.* 1124.

[*p.* 543. *n.* 10.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

HENRICUS divina favente clementia Quartus, Romanorum Imperator Auguſtus. Eccleſiarum conſulere utilitatibus, DEO omnipotenti conſtat placere, ac hominibus.

Notum ſit omnibus XPI fidelibus, tam preſentibus quam futuris, qualiter Nos, interventu coniugis noſtre *Mathildis*, & petitione fidelis noſtri Moguntini Archiepiſcopi & Apoſtolice Sedis Legati ADELBERTI, medietatem caſtri *Eppenſtein* ſancte Moguntine Eccleſie & B. *Martino* tradidimus, & perpetua delegatione donavimus cum omnibus appendiciis ſuis. Eo tenore, ut illud libere teneat, & omni tempore quiete poſſideat, ſuisque neceſſitatibus, prout utilius noverit, inde provideat.

Vt autem huic noſtre traditioni maior addatur auctoritas, Principes noſtros, in quorum preſentia facta eſt, ſubſcribi iuſſimus.

Vdalricus Eyſtetenſis Epiſcopus.
Arnoldus Spirenſis Epiſcopus.
Folmarus Hirſauienſis Abbas.
DVX *Fridericus*.
Godefridus Comes Palatinus.
Arnoldus, Comes & Advocatus Moguntine Eccleſie.

Si quis vero hoc legale preceptum noſtrum infringere preſumpſerit, auri puriſſimi centum libras componat; medietatem Camere noſtre, & medietatem Moguntine Eccleſie. Et ut huius noſtre traditionis donatio ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc paginam inde conſcriptam manu propria corroboratam Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum HENRICI *Quarti* Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Philippus Cancellarius, vice *Adelberti* Moguntini Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXIIII, Indictone II. Data *ante Wormatiam* III Kal. Iunii feliciter. Amen.

XXVIII

Digitized by Google

XXVIII
ADELBERTI ARCHIEP.

Queis, iniuſtitiâ plebis repreſſa, Lege Synodali definivit, S. DYSIBODO, *de locis ubi creverint fruges, dandam eſſe decimam.*

An. 1127.

[*T. I. p.* 544. *n.* 4.]

ADELBERTVS Dei gratia Moguntinus Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Notum eſſe cupimus omnibus tam future quam preſentis generationis fidelibus, qualiter anteceſſor noſter, felicis memorie Dns *Ruthardus* Archiepiſcopus, inter cetera que pro remedio anime ſue, ac pro ſpe eterne retributionis contulit Fratribus in cenobio B. Disboti DEO militantibus, tradidit etiam Decimam omnium pertinencium ad Epiſcopalem curiam, que ſita eſt in monte B. Albani martiris, excepta dominicali terra epiſcopatus S. Albani, S. Victoris, S. Marie in campo, S. Nicomedis martiris. Quam laudabilem ac DEO placitam traditionem, Banni ſui obligacione Fratribus firmavit; Nos quoque auctoritate noſtra firmamus.

Eandem vero Decimam exterius perſolvendam, in agris ſcilicet vineisque, pro fecunditate aut ſterilitate anni & fundi prout iuſticie regula exigit, & iam frequentior uſus fere apud omnes obtinuit, ſuccedente mutabilitate temporum Plebs, ut ſemper in deterius prona eſt, poſtponens iuſticiam, collectis tantum frugibus, ac repoſitis, menſuram quandam ad placitum denominatam, perſolvere, uſurpavit potius, quam elegit. Et hec abuſio, perniciosior dantibus quam accipientibus, Iſtis quidem in dampno temporalium rerum, Illis vero in periculo animarum, multis annis perduravit; Fratribus illi pro poſſe renitentibus, nobisque annuatim de iniuria ſua proclamantibus.

Volentes ergo utriſque proviſum ac conſultum eſſe, reſpectu divine miſeracionis, & aſſidua Fratrum querela tandem devicti, tocius controverſie huius finem hoc ordine fecimus.

Queſita enim a Prelatis & Rectoribus Eccleſie noſtre ſententia & iudicio ſuper huiusmodi cauſa & diſſenſione, decretum eſt ab eis Lege ſynodali: *in locis ubi creverint fruges, dandam eſſe Decimam.* Quod tandem, cogente iuſticia, rogatu quoque & exhortationis noſtre efficacia, pace & aſſenſu illorum collaudatum & confirmatum eſt.

Ne vero aliquorum preſumpcio commutationem hanc, de non legali ad legale, de iniuſticia ad iuſticiam tam rationabiliter factam, infringere vel infirmare inpoſterum audeat, ſub anathemate interdiximus; Atque in ſignum ac teſtimonium totius actionis huius, hanc Cartam conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione inſigniri fecimus, proprie manus ſcripto roborantes eam. Sunt autem Teſtes huius rei:

Folbertus Abbas *S. Albani.*
Werenboldus Abbas *S. Iacobi.*
Adelhun Abbas *S. Disboti.*
Bernhelm Abbas de *Spanheim.*
Richardus maior Prepoſitus.
Cuno, Cuſtos & Decanus de *Domo.*
Thurimbertus Magiſter Scolarum.
Hartmannus Cantor, & Prepoſitus *S. Mauricii.*
Godeſcalcus Prepoſitus *S. Marie* in campo.
Heinricus Bingenſis Prepoſitus.
Ludewicus Prepoſitus de *Frankenevort*, et alii multi de Clero.

de LIBERIS autem

Eggebertus Comes.
Adelbertus de *Vchilbruccun.*
Wolfram de *Sueneburc.*
Gerync de *Alveldun.*

de

Digitized by Google

de Miniſterialibus & Vrbanis:
Ernolt Vicedominus. *Warmunt* Scultetus.
Rutbart Magiſter monete.
Emecbo. *Walthere*. *Cunrad* de *Hepenbeſte*.
Obbrecbt. *Luiffrit*. *Folbrecbt*.
Otto, & frater eius *Luiffrit*.
Eigelwart, & frater eius *Dudo*; & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXVII, Indictione V, Regnante Domino LOTHARIO huius nominis *Tertio*, anno Regni eius ſecundo.

Signum Domini ADELBERTI Moguntini Archiepiſcopi & Apoſtolice Sedis Legati.

Data *Maguntie*, per manum *Godeſcbalci* Capellani. VI Kal. Martii.

XXIX
EIVSDEM,

Diploma ampliſſimum, quo pias donationes & oblationes, ab Anteceſſoribus ſuis Benefactoribusque aliis monaſterio DISIBODENBERG *factas recenſet, ac iisdem confirmationis propriæ robur adiicit. An.* 1128.

[*T.I. p.* 544. *n.6.* v. Ceterum]

Quodſi Diplomata, coenobium S. Diſibodi *concernentia, tanquam* Adiuncta, *ſive in codice Diplomatico proditura, memoratim citata non eſſent; de iis penitus nos abſtracturos fuiſſe, profitemur. Idque ob hanc cauſam, quod D.* Iohannis, *cui ad elucubrandas Præſulum Mogunt. vitas omnium Diplomatum noſtrorum copia b. f. concredenda erat, eadem inſalutatis nobis deſcribere, et in* Spicilegio *ſuo* Tab. vet. *publicare, non erubuerit.*

I 2 *Quam-*

Quamvis enim ipſi litteras Diſibodenb. reliquas, *quibus tum Codice Diplom. Mogunt. connexitas eſt nulla, lubenti animo donaverimus; cæteras tamen, quæ ab* Archiepiſcopis *datæ ſunt, quæque dicto codici fuerant deſtinatæ,* illuc *merito reſervabamus. Nihilominus inter editionem* ſuam, *& hancce præſentem* noſtram *id diſcriminis adhuc intercedit; quod, quæ hic damus* Diſibodenb. *Diplomata, nos Ipſi, antequam* Moguntia (*1724*) *diſceſſimus, iterata vice recognovimus, cumque apographis antiquis, in* Librum *huius Aſceterii* Copialem *olim relatis, ſedula diligentia contulimus. Qua opera correximus errores, qui in prima feſtinataque Chartarum deſcriptione (nobis in arte enodandarum abbreviationum tunc necdum confirmatis) irrepſerant. Id quod propterea monere viſum, ut aliorum, qui de rerum iamdum editarum repetitione nos forſan arguere vellent, ſiniſtræ opinioni occurreretur.*

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego ADELBERTUS Moguntinorum Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus: Notum eſſe cupio omnibus Xpi fidelibus tam poſteris quam preſentibus, qualiter beate memorie predeceſſores noſtri venerabiles Archiepiſcopi, WILLIGISUS, LUPOLDUS, SIGEFRIDUS, RUTHARDUS, ceterique fideles, divino zelo accenſi, inter cetera pietatis ſue inſignia quibus ſe DEO & ſancte Eccleſie munificos exhibuerunt, eccleſiam quoque *S. Dyſibodi* ſuis impenſis ac beneficiis ampliaverunt, adauxerunt, & in meliorem ſtatum extulerunt. Quorum donationes ac devotas oblationes nos infra ſubſcribi & annotari fecimus; ea videlicet de cauſa, ut tantorum Patrum omni evo a cunctis criſtianam fidem tenentibus condigna, iugis, & rata eſſet & haberetur memoria.

Inter quos Reverendiſſimus WILLEGISUS Archiepiſcopus, omnipotentis DEI nutu, cuius miſericordie non eſt numerus, inſpiratus, volens devotionis ſue qualeſcumque pri-

primitias DEO offerri, prefati Confeſſoris montem, quia tempus miſerendi eius inſtabat, conſcendit; et cum locum penitus deſolatum, & omnem divinum cultum inibi in neglectum veniſſe conſpexiſſet, pietatis viſceribus motus, eccleſiam ibi fundari & exſtrui precepit; Et, qui religioſorum Monachorum funditus nequibat reſtaurare, duodecim tantum Clericos ſub canonica ibi conſtituit condicione; ratum quippe volens, ſi umquam locus aut facultas ſuppeteret, priorem vitam, quam prefatus Patronus in primordio inchoaverat, ex integro ſe velle reſtaurare.

Hec ſunt autem predia, que idem Heros mente benigna *S. Dyſibodo* contradidit: in *Sobernheim* duos manſos cum curte, quibus eccleſiam, quam ipſe dedicavit, dotavit. Ita videlicet, ut eiusdem terre Decimatio eidem doti aſſignaretur; ipſamque eccleſiam in *Sobernheim* cum omni decimatione obtulit. Ad eccleſie etiam reſtaurationem, & Tecta perpetualiter reſtauranda, hoc modo de ſingulis villis monti contiguis ſtatuit & ordinavit: de *Odernheim* dextra pars Sanctuarii; de *Studernheim* tegi debet ſiniſtra. Dextrum chorum *Odernheim*, et *Studernheim* ſiniſtrum tegere debet. *Boys* corpus. Decimatio de *Studernheim* dextram partem ſanctuarii capelle S. Marie, *Odernheim* ſiniſtram, *Studernheim* corpus. * Dextram partem *Huſen* & *Rode*, ſiniſtram partem *Robura*.

* *locus, ad quem ſequentia ſe referunt, videtur omiſſus.*

Addidit etiam eidem eccleſie, in *Oſterna* viginti manſos, annuum cenſum ſolventes, cum Salica terra, ſilvis, pratis, paſcuis, viis & inviis, aquarumque decurſibus & omni iure; ac inſuper duas eccleſias, una in eadem villa *Oſterna*, altera in *Ovenbach*, cum omni iuſtitia & utilitate dedit. Et quoniam omnis decimatio de omni novali que in Saltibus exſtirpatis, ad ipſum pertinebat; tres eccleſias in eodem Saltu exſtrui iuſſit; quorum hec ſunt nomina: *Bollenbach*, *Hundisbach*, *Merckenbach;* tribuens S. *Dyſibodo* cum omni decimatione agri tunc culti & poſtmodum colendi. Deinde quia in nemore, *Sone*

dicto, nil habebat, acquiſita huba una a quodam Clerico nomine *Wizelino* in terminatione ville, *Monzecho* dicte, eccleſiam conſtruxit, & dedicavit, nomen ei *Gebinkirche* imponens, & omnem decimationem agri tunc culti & poſtmodum colendi ad eandem eccleſiam offerens, cuncta S. *Dyſibodo* largitus eſt. Poſtmodum autem, quia pro longitudine latitudineque nemoris ex omnibus vicis qui in eo conſtituebantur, ad eandem eccleſiam confluere non poterant, in eodem Saltu curtile unum in huba S. *Albani* acquirens, Baſilicam in ea conſtruxit & dedicavit, nomen ei *Semendisbach* imponens, ipſamque cum ſuis appendiciis *Gebinkirche* eccleſie ſubdens, ab eodem Clerico qui *illam* rexerit, *hanc* ſemper et regendam conſtituit.

Eodem etiam tempore Dux CVNO de *Beckilnheim*, & uxor eius IVTTA, divitiis, potentia & nobilitate precipui, ob remedium animarum ſuarum, & pro recordatione filie ſue VDE, iam ibidem defuncte, inſtinctu & rogatu eiusdem venerabilis Archiepiſcopi duos agros, viginti iugera ſecundum veram ac firmam eſtimationem hominum continentes Salice terre, & duos manſos a colonis poſleſſos in *Boys*, S. *Dyſibodo* in proprietatem contradiderunt.

Idem etiam prefatus Archipreſul, utilitati Fratrum ſupra nominato Confeſſori famulantium, in perpetuum volens conſulere, quantumque Montis eorum iuri atterminaretur cupiens annotare; quicquid intra vetus foſſatum includitur, eorum proprietati aſſignavit. Item Advocatum eidem loco prefecit, et que iuſticie ſingulis annis debentur, ordinavit. Videlicet duodecim nummos pro carne, duodecim pro pane, urnam vini, & viginti garbas ad pabulum equorum; et hoc in nativitate S. Marie.

Cui etiam Reverendus Archipreſul LVPOLDVS ſuccedens, cognita predeceſſoris ſui largitate, ipſe quoque pietatis ſue manum S. *Dyſibodo* porrexit, predictis bonis adiciens quatuor hubas, duas apud *Sobernheim*, & duas apud *Crebezbul*, cum tali iuſtitia & utilitate, quali ſibi & ſuis predeceſſoribus ſubiacebant. Inſuper in eadem villa *Sobernheim* dimidiam obla-

oblationem, in Cena Domini *Moguntie* preſentandam addidit.

Cui etiam viam univerſe carnis ingreſſo, SIGEFRIDVS Archiepiſcopus animi largitate non minus in eiusdem Sedis regimine ſucceſſit. Hic, compertis ſanctorum Preſulum quos ſupra memoravimus geſtis & donationibus, miſericordia motus, pauperiem Fratrum & ipſe hoc modo relevavit. Nam quandam ſolutionem que ei de omnibus eccleſiis ad eundem Montem pertinentibus debebatur, omnes tres partes, videlicet duas ad Fratres, tertiam ad ipſos Sacerdotes parochianos pertinentem, ad eundem locum attitulavit. Inſuper beneficium cuiusdam Servientis ſui, nomine *Ringeberti*, apud *Sobernheim*, qui nuper obierat, S. *Dyſibodo* contulit.

Quo etiam ſuis anteceſſoribus adiuncto, non multo poſt Dns RVTHARDVS, ſancte recordationis Archiepiſcopus, ad cathedram Epiſcopalem ſucceſſit. Hi autem omnes, cum ſinguli ſecundum ſuam poſſibilitatem donis Sanctum venerarentur *Dyſibodum* & votis; nullus tamen illorum priorem Religioſorum monachorum vitam reparare ſtuduit, niſi is Archipreſul *Ruthardus*, omni memoria dignus. Hic, monaſticam converſationem qua idem Mons in primordio inſignitus erat, reſtauravit; amotis inde Canonicis competenti recompenſatione facta, tam eccleſiarum, quam aliarum utilitatum. Dein inito conſilio pie memorie Dn. *Borkardum* eidem titulo prefecit; Hoc ei muneris adiciens, ut, quoniam in partibus illis ob merita S. *Dyſibodi* locus ille nominatior & in maiori veneratione haberetur, ipſe in predicando, baptizando, ſepeliendo, in penitentibus etiam recipiendis, colligendis * cooperator eius eſſet, & omnino omnimodam vicem ſuam ſuppleret. Preterea hoc eis permiſit, firmavit, & ratum eſſe voluit, ut quociescunque eisdem Fratribus Pater monaſterii ordinandus eſſet, is tantum, quem communi conſilio & aſſenſu, dictante Spiritu ſancto unanimiter eligiſſent, eis preficeretur, & Epiſcopo inveſtiendus preſentaretur.

* *f. corrigendis.*

Hec

Hec autem ſunt donationes, quibus idem Archipreſul Sanctum veneratus eſt *Dyſibodum.* Primum quidem quedam novalia iuxta *Erfesfurt*, ſex libras & dimidiam in feſtivitate S. Martini ex debito ſolventia, ſupradicto Sancto pro remuneratione tradidit eterna. Poſt hec omnem Decimationem que ad Epiſcopalem curtim, que eſt infra caſtrum S. *Albani*, & ad villam que vocatur *Hechedisheim* pertinebat, & quoddam novale vinearum in valle inter *Huſen* & *Haſemanshuſen* eisdem bonis appoſuit.

Dedit etiam vineam unam iuxta *Lorecha* & *Butendale*, & villam unam nomine *Gleffardisberg*, iuxta montem S. *Dyſibodi* ſitam. Inſuper quoque tradidit eidem Sancto, in Haſſia iuxta *Wetteram*, Abbaciam, *Fronehuſen* & *Alſo;* ſcilicet quicquid in his duabus villis *Heinricus* de *Klingenberg* proprietatis iure poſſedit.

Addidit preterea ſue benignitatis magnificentia, quicquid *Ludewicus* de *Hoſteden* in villa *Merxheim*, que eſt iuxta fluvium *Na*, habuit in mancipiis, in agris, in vineis, in pratis, in paſcuis, in ſilvis, in molendinis, in aquis, in aquarum decurſibus; exceptis Servientibus eius, & bonis eorum.

Predium quoque duorum fratrum *Wezelini* & *Ruthardi*, apud *Wymendesheim*, hoc modo eiusdem Archipreſulis adiutorio in ius & proprietatem S. *Dyſibodi* tranſiit: Vnus enim illorum, nomine *Wizel*, ſe ipſum cum ſua parte Seculo abrenuntians, pro remuneratione eterna ultro obtulit; alter vero, mercede triginta Talentorum partem ſuam venundans, ſicut emptoribus placuit, in proprietatem eidem Sancto delegavit. Veruntamen utriusque delegatio per Advocatum ipſorum *Emichonem* Comitem, plurimorum adſtipulatione facta eſt. *Biſderiſcheit* autem idem venerabilis Archipreſul ab eodem Comite acquiſivit, ipſumque in preſentia *Ludewici* Advocati *de Hoſteden*, absque omni contradictione ſuper reliquias S. Dyſibodi coram haut modica teſtium multitudine ſua libera manu delegari fecit.

Tra-

Tradidit quoque manſum unum in *Studernheim*, qui erat *Embrichonis* de *Giſinheim*, et in eadem villa beneficium cuiusdam *Gebenonis*, & dimidiam hubam apud *Wimendisheim*, duorum fratrum Servientium ipſius, *Volperonis* & *Rudegeri*, condigna acquiſitam recompenſatione: Et in *Sinede* hubam, et in *Hegem* hubam unam, et quatuor iugera vinearum in eodem termino, que fuerunt *Diderici*, ſervientis eius, de *Studernheim*.

Appoſuit quoque omnem Salicam decimationem Dominicalium agrorum in *Sobernheim*, quam a Prepoſito *Ebone* & congregatione *S. Victoris* quodam concambio acquiſivit, reddens eis manſum unum in *Algesheim*, & tantum terre & vinearum in *Hilbersheim*, ut per ſingulos annos cum ſupradicto manſo tres libras indubitata eſtimatione ſufficiant perſolvere; que *Volverico* de *Winkela*, qui prius hanc Decimationem habuit, idem Prepoſitus pro beneficio recompenſavit.

Deinde predictus pie memorie *Embricho* ſue etiam pietatis devotionem oſtendens, petitione eiusdem Archiepiſcopi flexus, tradidit eidem Sancto manſum unum in villa *Hoſteden* dicta, quem a Prepoſito de *Ravingersburch* condigna acquiſivit pecunia; et apud *Monzecha*, quicquid Servus eius nomine *Hazecho* habuit, quod Ipſe eo mortuo in publico Placito acquiſivit. In eadem quoque villa filius eius *Embricho* pro remedio anime ſue eidem Sancto hubam unam tradidit.

Item Comes *Megenhardus* de *Spanheim* villam, *Nuwenkirchen* appellatam, cum omnibus ad eam pertinentibus; eccleſiam videlicet cum Decima, mancipiis, agris, ſilvis, pratis, paſcuis, cultis, incultis & colendis, viis & inviis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, ſororis ſue Dne *Iutte* laudabili voto ſatisfaciens, eadem liberalitate, qua mater eius Dna *Sophia*, et ipſe poſt illius obitum poſſederat, Deo ac *S. Dyſibodo* cum Ipſa obtulit; & eam, ſicuti deſideravit, & ardentius expetivit, omnibus ſecularibus pompis exutam, ut ibidem includeretur, obtinuit. Quorum mater Dna *Sophia*, mulier religioſa, prefate eccleſie libertatem, quam voluit, apud vene-

nerabilem *Ruthardum* Archiepiſcopum pro ſua devotione cum gratia obtinuit.

Domina *Berta* quoque, & filius eius *Engelbolt*, omne predium ſuum in *Pingwia*, videlicet curtim unam cum omnibus edificiis ad eam pertinentibus, vineis etiam, una in *Propbun*, altera in *Ethrun*; in *Wilre* quoque curtim unam cum capella & areis & decem manſis eidem Sancto tradiderunt.

Item Fratres *S. Dyſibodi*, omne predium in *Oberndorf* cuiusdam Domine, *Adelheid* nomine, & *Adelberonis* mariti eius, eccleſiam cum decimationibus, mancipiis, agris, ſilvis, pratis, paſcuis, cultis, incultis & colendis, viis & inviis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis; impenſis & elemoſinis fidelium comparatum ab eadem prefata Domina & marito eius, ad Altare prefati Sancti delegari fecerunt. In eadem etiam villa predium *Hereberti* & *Rudolfi*, & quicquid ibidem habuerunt, proprio ere comparatum, ut eidem Sancto traderetur, obtinuerunt.

Tantorum igitur Patrum ac ceterorum fidelium devotiones ac devotas oblationes nos pro remedio anime noſtre firmare & ſtabilire cupientes, huius pagine ſeriem conſcribi, & Sigillo noſtro ſignari precepimus. Sub perpetuo anathemate omnibus, qui Xpiana profeſſione eenſentur, interdicentes, ne quis eam attemptare, impetere, ſive deſtruere preſumat, ſed omnibus eius firma & inconvulſa permaneat, auctoritate omnipotentis Dei, & B. Petri Apoſtolorum principis. Teſtes vero huius rei ſunt iſti:

Heinricus maioris Eccleſie Prepoſitus.
S. Albani Abbas *Vulpertus*.
Abbas *S.* Iacobi *Werenboldus*.
Wernhelmus Abbas de *Spanheim*.
Hartmannus Camerarius.
Cuno Decanus. *Durimbertus* Magiſter.
Anshelmus Prepoſitus *S. Marie*.
Emicho Prepoſitus *S. Severi* in *Erfespfurt*.

CAPEL-

Digitized by Google

CAPELLANI

Gozbertus. Godeſcalcus. Arnolt.

LAICI autem: COMITES

Wilhelmus de *Lutzelnburch.*
Megenhardus de *Spanheim.*
Emicho de *Kirberch*, & frater eius *Gerlach.*
Sigebracht.

LIBERI

Rorich de *Merxheim*, & frater eius *Gerlach.*
Adelbero de *Hachenfels.*
Folmarus, & filius eius *Folmarus* de Sancto *Albino.*

SERVIENTES & VRBANI

Ruthardus Vicedominus.
Dudo Scultetus, & frater eius *Wignandus.*
Embricho de *Giſinheim.*
Cunradus de *Hepenheſde.*
Wernherus de *Rudensheim.*
Erneſt, & frater eius *Oprecht*, & alii multi.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXVIII, Indictione VI, Regnante Domino LOTHARIO huius nominis *Tertio*, anno Regni eius quarto. Regente Eccleſiam ſuam Domino IHESV XPO, a quo omnis voluntas bona preparatur, et ad quam reſpicit pietas actionum ac remuneratio premiorum. *Arnoldo* urbis Prefecto, *Dudone* Sculteto.

XXX
EIVSDEM,
Quo mediante Fratribus ſive Canonicis S. MARTINI *de* DOMO *largisſimas ad victum asſignat opes &c.*
An. 1128.
[*T. I. p. 544. n. 5.* v. Secuto,]

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego ADELBERTVS DEI gratia Moguntinenſis Archiepiscopus, & Sedis Apoſtolice Legatus: Notum facio tam futuris quam preſentibus omnibus Xpi fidelibus, qualiter ego, cum ſepiſſime animo revolverem, quantum Dominus omnium in me omnem ſuam miſericordiam mirificavit, & quante rei me diſpenſatorem fecerit, et quod ab eo, cui multum creditur, multum exigitur; conſtitui apud me ipſum, ut vel aliqua retribuerem Domino, pro omnibus que retribuit michi. Et cum noſtri officii fuerit, omnibus quibus poſſem, prodeſſe, nobis autem commiſſis in Domino precipue; condeſcendi ſpecialiter meis Fratribus *S. Martini* de *Domo*, quorum & laborem magnum in ſerviendo DEO, & Prebendam parviſſimam conſiderans, tradidi eis curiam in *Birgeſtadt*, que fuit Comitis VDALRICI * cognati mei, & uxoris ſue METTILDIS, etiam cognate mee; & quam ipſemet prius voto tradidit *S. Martino*; Ipſa autem poſt mortem eiusdem mariti ſui, ſicut uxor fideliſſima & devotiſſima, quod ipſe minus fecit, noſtro rogatu & perſuaſu, coram multis aſtantibus & idoneis teſtibus ſollemniter adimplevit.

* *Fuit is ortu Comes Naſſovius; notante* Libro Animarum *ad IV Non. Aprilis p. 163*: Obiit *Vlricus* Comes *in Naſſawe*, qui contulit nobis villam *Birgeſtat*.

Hanc ergo ut prediximus curiam, ſicut ipſi eam habuerunt quorum donatione in ius noſtrum tranſiit, cum omnibus appen-

appendiciis eius, mancipiis, domibus, agris, vineis, pratis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, viis & inviis, & ſilvis cultis & incultis, & cum omnibus acquiſitis & acquirendis, & eccleſie ibidem ſite, dono; et Decimationem preter Advocatum aliquem predictis noſtris fratribus donamus. Quibus etiam tradidimus predium quoddam in *Spurchenheym*, comparatum pecunia noſtra a Comitiſſa RICHARDA uxore Marchionis RVDOLFI, & filio eorundem VDONE, ſimiliter cum omnibus appendiciis eius, ſicut & ipſi & progenitores eorum illud & poſſederunt, ididem absque omni Advocato, & tantum ſpectans, ſicut & ſupradictum predium, ad tutelam & defenſionem Sedis noſtre ſucceſſoris, Moguntini Archiepiſcopi.

Addidimus etiam duodecim carratas vini; ſex de *Gyſenheim*, ſex de *Longeſtein*. Inſuper conſtituimus, ut deinceps ſingulis annis eisdem fratribus noſtris perſolvantur oblationes, quas curie noſtre ter in anno ſolvunt, in media quadrageſima & in aſcenſione Domini & in feſto S. Andree Apoſtoli. Quarum unaquaque ſubſcriptarum curiarum noſtrarum de oblationibus in anno perſolvet triginta Solidos Moguntinenſis monete: *Loricho* triginta Solidos. *Rudisheym* triginta Solidos. *Winkela* triginta Solidos. *Altavilla* triginta Solidos. *Chetricho* triginta Solidos. *Sobernheym* triginta Solidos. *Algesheym* triginta Solidos. *Beckelnheym* triginta Solidos. *Vlmena* triginta Solidos. *Hecbedesheim* triginta Solidos. Sola *Pinguia* novem Vncias. *h. Lohnſtein.*

Deinde dedi eisdem Fratribus noſtris ducentas Marcas argenti ad comparanda predia; quorum redditibus & predictorum prediorum, habeant unde deinceps cottidie in Refectorio ſimul comedant, ad minus tria fercula habentes, Fratres videlicet, & confratrum Vicarii, qui chorum S. Martini Moguntinenſis frequentant; Quod etiam ut inexcuſabilius facere poſſint, meo iuſſu, meo ſumptu, edificata eſt eisdem Fratribus, domus hyemalis, videlicet Stupa una cum appendiciis ſuis.

Digitized by Google

Et quia hec omnia minus ſuffecerunt ad tantum & cottidianum ſumptum ſupplendum; Ipſi etiam fratres ex ſui parte uoluntarie quedam addiderunt ex elemoſinis ſibi prius collatis, tam a predeceſſoribus noſtris Archiepiſcopis, quam ab ipſis eorundem fratribus, & aliis quibusdam. LVPOLDVS Archiepiſcopus, in *Crodeloben* duas Libras dedit, quarum unam in refectionem, aliam in anniverſario eius, fratribus. BARDO Archiepiſcopus, in *Biſchovesheim* novem modios frumenti, & quinque Libras, quarum quatuor in refectionem, & unam fratribus in anniverſario eius. ERCKENBOLDVS duas Libras, unam fratribus, & aliam in refectionem. RVTHARDVS Archiepiſcopus, in *Pingwia* decemocto Libras, unam fratribus in anniverſario eius, reliquas in refectionem. SIGEFRIDVS *Vlmeno* duas Libras, unam fratribus, aliam in refectionem. WEZELO Archiepiſcopus, in *Wizzelo* ſex Libras, quarum quatuor in refectionem, & unam in anniverſario ſuo, & alteram in anniverſario *Adelgeri* laici. *Wezelinus* in *Munzecho* tres Libras & dimidiam, unam fratribus in anniverſario eius, reliquas in refectionem, cum vino quantum inde provenerit. EMBRICHO Auguſtenſis Epiſcopus * duas Libras in *Pedernacho*, unam fratribus, aliam in refectionem. *Duzzeheim* duas Libras, unam fratribus, aliam in refectionem.

* *ante hac Præpoſ. Mogunt. Comes* de Leiningen.

Hec ſunt que a Fratribus collata ſunt in refectionem: *Hirzbach* decem Solidos. In minori *Chevela* decem Solidos. *Duthenhuſen* decem Solidos. *Solmeſo* decem Solidos. Item *Solmeſo* decem Solidos. *Gruningen* decem Solidos. *Mimilingen* decem Solidos. *Aldenſtadt* decem Solidos. *Ibingen* quinque Solidos. *Walbelacho* decem Solidos. *Germershem* decem Solidos. *Dolgeshem* decem Solidos. *Mumenhem* decem Solidos. *Vlnershem* viginti Solidos. *Herbersdeshofen* decem Solidos. De Orto uno decem Solidos. Item de Orto uno decem Solidos. De Piſtrino decem Solidos. Et hec omnia absque omni Advocato.

Et

Et ut hec rata & inconvulſa omni permaneant evo, poſtquam ea in audientia multorum Banno noſtro confirmavimus, etiam cartam iſtam de eisdem conſcriptam Sigilli noſtri impreſſione ſignare precepimus. Hoc adiecto in fine, quod quicumque hec dona & inſtituta noſtra infringere temptaverit, deleatur de libro viventium, & cum iuſtis non ſcribatur.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXVIII, Indictione VI, LOTHARIO *Tertio* Rege Romanorum, & tertio regni eius anno. Sub Prefecto urbis Moguntine Comite ARNOLDO: coram idoneis Teſtibus, Clericis & Laicis, quorum nomina ſunt hec:

Heinricus Prepoſitus *S. Martini* & *S. Victoris.*
Chuno Cuſtos & Decanus *S. Martini.*
Durimbertus Magiſter, & Prepoſitus *S. Iohannis.*
Hartmannus Cantor, & Prepoſitus *S. Mauricii*, & Camerarius.
Godeſcalchus Prepoſitus *S. Marie* in campis.
Anshelmus Prepoſitus *S. Marie* ad gradus.

CANONICI MAIORIS ECCLESIE:

Hazechinus. Humbertus.
Arnoldus. Gerlahus. Heinricus.
Ruthardus. Hartwicus. Gozbertus.

LAICI

Emicho Comes *de Smideburgh*, & frater eius *Gerlachus.*
Emicho Comes *de Liningen.*
Arnoldus, & frater eius *Rubertus* de *Lurenburgh.*
Dammo de *Buychen*, & *Sigeboto.*
Bertoldus Comes, & frater eius *Sifridus* de *Nuringen*, & alii Liberi.

MINISTERIALES autem

Warmundus Scultetus.
Ruthardus Vicedominus.
Erluwinus Walpodo.

XXXI

XXXI
EIVSDEM,

Similis cum priori argumenti, reſpectu Monaſterii S. IOHANNIS. (*Biſchoffsberg*) *Eiusque, ex ſtatu Præpoſituræ in Abbatialem, facta mutatio. An.* 1130.

[*T.I. p.*532. verſu Præpoſituram: *Item p.*545. *n.*4. v. Domi vero]

ex Autographo.

ADELBERTVS DEI gratia Moguntine Eccleſie Archiepiſcopus. Omnibus fidelibus, tam futuris quam preſentibus notum ſit, RVTHARDVM anteceſſorem noſtrum, eccleſie Sancti *Albani* montem quendam in *Rinegowe*, qui vocatur *Beſcovesberch*, poteſtativa manu tradidiſſe; Ea videlicet conditione, ut fidelium circumquaque poſitorum auxilio, monachice ibi vite inſtitueretur religio. Cumque ex parte Monaſterium in eodem monte conſtructum fuiſſet, & ad dedicandum Altare predictus anteceſſor noſter vocatus fuiſſet, volens laboris eorum, qui ad locum eundem edificandum adiuverant, particeps exiſtere; circumpoſiti nemoris aliquantam partem, ſcilicet uſque ad alveum, qui dicitur *Hunenclingun*, & ita deorſum, uſque ad locum qui vocatur *Kalevunberch* * in Septentrionali montis plaga, & in aliis tribus plagis uſque ad ruralia loca, in dotem ſuper ſacras reliquias delegavit. Inſuper & cenſum dimidii manſi in *Winchela*, qui ad ius Epiſcopale pertinebat, addidit, quem eidem monaſterio *Ruthardus*, filius *Regezonis*, & quidam *Rabodo* & *Danchurch* ibidem recluſa, pro remedio anime ſue contulerunt. Statutum eſt etiam a predicto Archiepiſcopo, ut ſingulis annis a mercatoribus, tam Moguntinis quam provincialibus, nundine in nativitate S. *Iohannis Baptiſte* ibi habeantur; omnem utilitatem que Epiſcopo inde provenire poſſet, Fratribus eiusdem loci derelinquens.

* *Kalvenberg.*

Preterea *Richolfus* Comes in *Rinegowe*, & uxor eius *Dancmut*, ac filius eorum *Lodewicus*, communi conſenſu bona infe-

inferius deſcripta Sancto Nykolao, in cuius honore principale Altare ſupradicti monaſterii dedicatum eſt, ſollempniter ſine omni contradictione donaverunt. Videlicet curtim quandam, que e regione montis proxima adiacet, cum appendente ſibi prediolo; vineis ſcilicet atque arboribus, molendino, vivario, * prato & hortis. Inſuper vineam unam iuxta *Winchela*, que vocatur *Ezelonis*; alteram in campo, tertiam iuxta curtim, quartam in *Chullersberch*, quintam in eiusdem montis latere orientali, ſextam ad radices montis iuxta aqueductum, & ipſum aqueductum, & arabilis terre partes quatuor. Optulerunt etiam filium ſuum & filiam in eodem loco, ad ſerviendum Deo & Sancto Nykolao, quibus predicta bona iure hereditario perveniſſent, ſi in ſeculo remanſiſſent.

* Vivarium: *ubi piſces nutriuntur.* Dacherii *Spicil.* *T.* 4. *p.* 2. fin.

Noſtris itaque temporibus, cum facultas eiusdem eccleſie divina operante clementia excreſceret, & ipſa ſibi ſufficiens, proprium Paſtorem habendum exigeret; viſum eſt, Spiritui Sancto et nobis, ut ſtatum ipſius in melius verteremus, & de adipiſcenda ei libertate ageremus.

Adhibito igitur nobiſcum *Heinrico*, maiore Prepoſito, & aliis quam plurimis perſonis religioſis & ſapientibus, Dominum Abbatem S. Albani *Wernerum* adivimus, eiusque, & Fratrum ſuorum omnium aſſenſu & voluntate optinuimus, ut prenotata ſancti Nykolai eccleſia, a priori ſubiectione deinceps libera, liberum de eligendo ſibi Abbate arbitrium retineret; libereque & canonice electum, nobis vel ſucceſſoribus noſtris, baculum de manu Epiſcopi ſuſcepturum, & conſecrandum, preſentaret. Hac ergo a predicto *Wernero* & eius Fratribus conceſſione impetrata, poſtquam de manu & poteſtate eorum premiſſam eccleſiam, Archidiaconorum, Abbatum, & aliarum perſonarum noſtrarum conſilio & approbatione abſolvimus, bona quedam in *Lorecha*, Fratrum de S. Ny-

KOLAO uſibus ante attributa, Decimationem quoque ab eisdem fratribus etiam poſſeſſam, Abbatie *S. Albani* iuſta & legitima recompenſatione, abſolute & nullo contradicente, donavimus. Inſuper filie *Richolfi* Comitis, iuxta monaſterium S. Albani *recluſe*, de *Chulleresberch* ſingulis vite ſue annis carratam vini, et marcam argenti donavi; et poſt ipſius obitum idem beneficium ad Sancti NYKOLAI eccleſiam referri ſtatuimus.

Conceſſum etiam ipſorum Fratum rogatu, ut quicunque fidelium ibi ſepeliri voluerit, remota omni exactione, conductu Presbiteri ſui, ſicut dignum eſt, illic ſepeliatur. Et poſt hec omnia, competenti obſervato ordine, primum a Monachis Sancti NYKOLAI ſancte & canonice electum, ſollempniter conſecravimus.

Huius autem rei ſeries ut ſtabilis et inconvulſa perſeveret, Paginam hanc ymagynis noſtre impreſſione ſignavimus. Si quis vero, quod tam legitime factum eſt infringere conabitur, eum anathematis gladio, donec reſipiſcat, percutimus. Nec non ipſius actionis Teſtes adnotavimus.

HEINRICVS, maioris Eccleſie & *S. Victoris* Prepoſitus.
Cuno, Cuſtos & Decanus.
Torinbertus Magiſter, & Prepoſitus *S. Iohannis*.
Hartmannus Cantor & Camerarius.
Heinricus Bingenſis Prepoſitus.
Emecho Prepoſitus de *Erpesphort*.

CAPELLANI

Arnoldus. Aſmarus.
Berengerus. Adelhartus. Fridericus.

LIBE-

LIBERI

Rutpertus Comes, & frater eius *Arnoldus* de *Lurenburch.*
Gerlaus de *Yſenburch.*
Heinricus de *Kazenelenbogen.*
Sigebodo de *Bucho.*
Bertolfus Comes de *Lindenveles.*
Sigefridus Comes de *Nuringes.*
Gerardus de *Scowenburch.*
Cunradus de *Walrreſten.*
Cunradus de *Biceenbach.*
Cunradus Spore.
Cunradus de *Hagene.*

MINISTERIALES

Ruthardus Vicedominus.
Dudo Scultetus.
Walbotus *Erluwinus.*
Erneſt, & frater eius *Obertus.*
Stephanus, & filius eius *Wulvericus.*
Heroldus, & frater eius *Burchardus* de *Hecheſtat.*
Emercho Comes de *Rinegowe.*
Hartwinus, & frater eius *Arnoldus* de *Winchela.*

Actum Dominice incarnationis anno, Milleſimo *CXXX.* Indictione VII.

In Sigillo *repræſentatur capite detecto, Pedum dextra, & Librum apertum ſiniſtra manu tenens.*

ADELBERTVS DEI GRA MOGONTINENSIS ARCHIEPS.

XXXII
EIVSDEM,
Priori connexa: locis hic notatis. An. 1130.

Ex præſentium binorum Diplomatum mutua collatione advertere poteſt lector diverſitatem, qua Veteres multum ſibi complacuere circa Ortographiam: Scilicet in difformi unius eiusdemque vocabuli, vel nominis expresſione. Quandoquidem ambo eadem manu, ac eodem tempore exarata ſunt. Et cum eorum unum, *Altare maius S. Nicolao,* alterum *vero idipſum* S. Iohanni *dedicatum perhibeat; dicendum eſt, Maiorem huius eccleſiæ aram,* SS. Iohannem *&* Nicolaum *ſimul, Patronos habuiſſe.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

ex Autographo. Ego ADELBERTVS DEI gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus, & Apoſtolice Sedis Legatus. Omnibus fidelibus, tam futuris quam preſentibus notum eſſe cupio, Dominum RVTHARDVM beate memorie predeceſſorem noſtrum, Eccleſie Sci *Albani* montem quendam in *Rinegowe*, qui vocatur *Biſchofesberc*, poteſtativa manu tradidiſſe; Ea videlicet ratione, ut fidelium circumquaque poſitorum auxilio, monaſtice ibidem vite inſtitueretur religio. Cumque ex parte monaſterium in eodem conſtructum fuiſſet, & ad dedicandum Altare predictus anteceſſor noſter vocatus fuiſſet, volens laboris eorum, qui ad locum eundem excolendum manum porrexerant, particeps exiſtere, circumpoſiti nemoris aliquantam partem, ſcilicet uſque ad alveum qui dicitur *Hunenclingon*, & ita deorſum, uſque ad locum qui dicitur *Kalvenberc* in ſeptentrionali montis plaga; & in aliis tribus plagis uſque ad ruralia loca, in dotem ſupra ſacras Reliquias delegavit. Inſuper cenſum dimidii manſi in *Winkela*, qui ad ius Epiſcopale pertinebat, addidit; quem eidem Monaſterio *Ruodhardus*, filius Regezonis,

nis, & quidam *Rabodo*, & *Damburc* ibidem recluſa, pro remedio anime ſue contulerunt. Statutum eſt etiam a predicto Archiepiſcopo, ut ſingulis annis a mercatoribus, tam Moguntinis quam provincialibus, Nundine in nativitate *S. Iohannis Baptiſte* ibi habeantur; omnemque utilitatem, que Epiſcopo inde provenire poſſet, Fratribus eiusdem loci contradidit.

Preterea *Richolfus* Comes in *Rinegowe*, & uxor eius *Dancmut*, & filius eorum *Ludewicus* communi conſenſu bona inferius deſcripta S. IOHANNI, in cuius honore principale Altare ſupradicti monaſterii dedicatum eſt, ſollempniter ſine contradictione donaverunt. Videlicet Curtim quandam, que e regione montis proxima adiacet, cum appendente ſibi prediolo; vineis ſcilicet atque arboribus, molendino, vivario, prato & ortis. Inſuper vineam unam iuxta *Wincla*, que vocatur *Ezelonis*, alteram in campo, tertiam iuxta Curtim, quartam *Culleresberc*, quintam in eiusdem montis latere orientali, ſextam ad radices montis iuxta aqueductum, & ipſum aqueductum, & arabilis terre partes quatuor. Obtulerunt etiam filium ſuum & filiam in eodem loco, ad ſerviendum DEO & S. IOHANNI, quibus predicta bona iure hereditario perveniſſent, ſi in ſeculo permanſiſſent.

Noſtris itaque temporibus, cum facultas eiusdem eccleſie divina operante clementia excreſceret, & ipſa ſibi ſufficiens, proprium Paſtorem expeteret; viſum eſt nobis, ut ſtatum ipſius in melius verteremus, & de adipiſcenda ei libertate ageremus.

Adhibito igitur nobiſcum *Heinrico*, maioris Eccleſie Prepoſito, & aliis quam plurimis perſonis religioſis & ſapientibus, Dominum Abbatem S. Albani *Wernherum* adivimus; eiusque & Fratrum ſuorum omnium aſſenſu & voluntate obtinuimus, ut prenotata S. IOHANNIS eccleſia, a priori ſubiectione deinceps libera, liberum de eligendo ſibi Abbate arbitrium retineret; libereque & canonice electum, nobis vel ſucceſſoribus noſtris, baculum de manu Epiſcopi ſuſcepturum, & conſecrandum, preſentaret.

 Hac

Hac ergo a predicto *Wernhero* & eius Fratribus conceſſione impetrata, poſtquam de manu & poteſtate eorum premiſſam eccleſiam, Abbatum, Archidiaconorum & aliarum perſonarum noſtrarum conſilio & approbatione abſolvimus, bona quedam in *Lorcha* predictorum Fratrum uſibus antea tributa: partem quoque decime in *Brunneheim*, ab eisdem Fratribus iam multis annis poſſeſſam, Abbati & Fratribus S. Albani iuſta & legitima recompenſatione, abſolute & nullo contradicente donamus.

Inſuper filie *Richolfi* Comitis, iuxta monaſterium S. Albani recluſe, de *Culleresberc* ſingulis annis vite ſue carratam vini, & Marcam argenti donari; & poſt ipſius obitum idem beneficium ad S. *Iohannis* eccleſiam referri ſtatuimus.

Conceſſimus etiam ipſorum Fratrum rogatu, ut, quicunque fidelium ibidem baptizari, ſepeliri voluerint, omni contradictione presbiteri ſive Parrochiani ceſſante, baptiſmum & ſepulturam quietam illic inveniant.

Preterea Colonos predictorum Fratrum, in eodem monte ſub eis commanentes, ea libertate donavimus, ut ſupra iuſticiam, quam vel de Capitibus ſuis, vel de prediorum Episcopalium reditibus perſolvere debent, nulli Officialium noſtrorum reſpondere habeant, quin potius ab omni exactione & pulſatione liberi, ſoli Abbati placitam & quietam ſervitutem exhibeant.

Inſuper etiam a predicto loco omnes Advocatos excluſimus, ſoliusque Archiepiſcopi patrocinio eum tutandum ac defenſandum reliquimus. Poſt hec, omnia competenti ordine obſervato, Abbatem eidem loco Dominum *Eigelwardum* ſollempniter conſecratum prefecimus. Concedentes, atque firmantes, ut quotienscunque eisdem Fratribus Pater monaſterii ordinandus fuerit, is tantum, quem communi conſilio & aſſenſu, dictante Spiritu ſancto unanimiter elegerint, ab Archiepiſcopo inveſtiatur.

Huius

Huius autem rei ſeries ut ſtabilis & inconvulſa perſeveret, Paginam hanc imaginis noſtre impreſſione ſignavimus. Si quis vero, quod tam legitime factum eſt, infringere conabitur, eum anathematis gladio, donec reſipiſcat, percutimus. Teſtes ſunt

Werinboldus, Abbas *S. Iacobi.*
Heinricus maioris Eccleſie Prepoſitus.
Cuno Cuſtos & Decanus.
Turinbertus Magiſter, & Prepoſitus S. *Iohannis.*
Hartmannus Cantor & Camerarius.
Heinricus Pingenſis Prepoſitus.
Godeſcalcus Prepoſitus.
Emmicho Prepoſitus.

CAPELLANI

Arnoldus. Aſmarus.
Godeſcalcus. Beringerus. Adelhardus.

LIBERI

Gerlachus Comes de *Feldenzun.*
Ruobertus & *Arnoldus de Lurenburc.*
Heinricus de *Kazenelenbogun.*
Berhtoldus Comes, & frater eius *Sygefridus.*

MINISTERIALES

Ruothardus Vicedominus.
Dudo Scultetus.
Erlewinus Waltbotus.
Dudo, & frater eius *Mengotus.*

DE PINGVIA

Embricho. Ottwinus.
Waltbertus. Gunthramus.

De

DE LORCHA

Hugo. Wyſo.

DE RVDENESHEIM

Erneſtus, & filius eius *Werinherus*.
Arnoldus, & frater eius *Ruodhardus*.
Giſelbertus.

DE GYSENHEIM

Embricho.
Cuonradus, & frater eius *Mengotus*.
Ruodhartus & frater eius *Humbertus*.
Ruodhardus. *Hartwicus*. *Heinricus*.

DE WINKELA

Hartwicus, & frater eius *Arnoldus*.
Ruobertus. *Wolfricus*. *Gerungus*.
Wolfgangus. *Marequardus*.
Burcardus. *Humbertus*.

DE HATTERHEIM

Wolfframus.

DE ALTAVILLA

Vdelbertus. *Robo*. *Erneſtus*.

DE STEYNHEIM

Eberhardus. *Embricho*.

DE WALDAFA

Franco, & frater eius *Cuonradus*.

DE ALGESHEIM

Ottmarus. *Hugo*.

DE OGGENHEIM

Bernewinus, & alii complures.

Facta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini MCXXX, Indictione VIII. Regnante LOTHARIO Romanorum Rege glorioſiſſimo, anno Regni eius VI.

XXXIII

Digitized by Google

XXXIII
EIVSDEM,
Littera fundationis Monaſterii Schwabenheim *in Palatinatu. An.* 1130.
[*T. I. p. 545. n. 5.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

ADELBERTVS Moguntinus Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Notum facio omnibus XPI fidelibus tam poſteris quam preſentibus, qualiter Comes MEGINHARDVS de *Spanheim*, pro remedio anime ſue, & uxoris ſue METHILDIS parentumque ſuorum, Monaſterium quod Comes EBERHARDVS cum Domina HADEWIGA matre ſua primitus fundaverant, quodque iure hereditatis eidem *Methilde* uxori ſue ab anteceſſoribus provenerat, cum eccleſia, in villa que vocatur *Suabenheim*, cum univerſis decimationibus, & nona parte Dominicalium, mancipiis & villis, agris, vineis, ſilvis, pratis, cultis & incultis; Colonis quoque cum manſis quibusdam, & omni iuſticia eorum, exceptis his quibus Miniſteriales ſuos inbeneficiauerat, bto *Martino* contradidit. Quod factum eſt hac conditione, vt ibidem de omnibus ſupradictis bonis, Fratres ſecundum Regulam bti *Auguſtini* degentes ordinaremus; et, ne decaleſcentes rigore, Regulam & inſtitutionem unquam prevaricarentur, tam Nos, quam noſtri Succeſſores diligentiſſime provideremus.

Concedimus etiam, atque firmamus, ut quociescunque eisdem Fratribus Pater monaſterii ordinandus fuerit, is tantum quem communi conſilio & aſſenſu dictante Spiritu ſancto unanimiter elegerint, ab Epiſcopo inveſtiatur. Si vero infra Clauſtrum de perſona non conſenſerint, liceat eis in nomine Domini aſſumere perſonam eiusdem profeſſionis ac propoſiti, quam unquam magis idoneam invenerint. Parrochianus quoque presbiter a Fratribus & eorum Patre de ipſorum Collegio conſtituatur; ut omni remota inquietudine, ſecura libertate perſeverent in DEI laudibus.

M Eadem

Eadem etiam libertate, qua cetere congregationes noſtri Epiſcopatus funguntur, prefatum Monaſterium & eccleſiam donavimus; ut predicare, baptizare, ſepelire poteſtatem habeant; ſolique Archiepiſcopo ſuo ſubiecta ſit, & de omnibus reſpondeat; & tam a ſervicio noſtro, quam ab Archidiaconi, quod Biſſextili anno perſolvitur, quod vulgariter *Girloſe* dicitur, conſenſu eiusdem Archidiaconi libera permaneat.

Inter cetera & hoc adiciendum putavimus, ut quam diu idem Comes *Meginhardus* vivat, ipſe Advocacie ius ſuper eos obtineat. Quo defuncto, ſi hereditas eius forte duabus heredum perſonis diſtributa fuerit; Is, qui predia illa pertinencia ad Caſtrum, videlicet ville, non uſurpative, ſed hereditario iure poſſederit, a Nobis ſive ab aliquo ſucceſſorum noſtrorum inveſtitus, absque ulla contradictione Advocatus eorum exiſtat.

Huius itaque Pagine ſeriem ſtabilientes, eam Sigilli noſtri impreſſione ſignavimus. Precipientes, & ſub perpetuo anathemate omnibus interdicentes Chriſtianis, ne quis contra eam venire, impetrare, ſive deſtruere preſumpſerit; Sed firma & inconvulſa permaneat omnibus eius, auctoritate omnipotentis Dei, & B. Petri Apoſtolorum principis. Teſtes vero qui preſentes fuerunt ſunt iſti:

CLERICI

Heinricus Prepoſitus de Domo.
Hartmannus Camerarius.
Cuno Decanus.
Godeſchalcus Prepoſitus *B. Marie* de campo.
Turenbertus Prepoſitus & Magiſter Scolarum.
Marcolfus Prepoſitus de *Aſcaffenburc.*
Heinricus Prepoſitus *Pinguenſis.*
Godeboldus Prepoſitus *Frideslarienſis.*
Richardus Prepoſitus *Durlonenſis.*
Emicho Prepoſitus *S. Severi.*
Heinricus Archipresbiter.
Ruthardus Cellerarius.

ABBA-

ABBATES

WERENBOLDVS Abbas *S. Iacobi.*
Folchardus Abbas *S. Thisbodi.*
Bernhelmus Abbas de *Spanheim.*

LAICI

EMICHO Comes. Item *Emicho* Comes.
Bertholdus Comes.
Roricus. Eberhardus. Hildebertus.

MINISTERIALES

Ruthardus Vicedominus.
Dudo Sculterus.
Embricho. Erneſtus.
Erlewinus. Folbertus.
Luthfridus, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXX, Indictione VIII. Regnante Domino LOTHARIO, glorioſo Romanorum Rege huius nominis Quarto.

XXXIIII
EIVSDEM,
De prædiis in Sulzheim *&* Brunichwilre, *ad augmentum refectionis* S. Martini *Canonicorum. An.* 1130.

[*ex acceſſionibus noviſſ.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

ADELBERTVS divina miſeratione Moguntinus Archiepiſcopus. Vniverſis ſancte Eccleſie filiis ſalutem in perpetuum. Cum ad noſtre ſalutis profectum Salomonis clamet auctoritas: Fili, quodcumque poteſt manus tua, inſtanter ope-

rare; nos tam ſalubri conſilio excitati, benefactis aliquando invigilavimus: Scientes, quia qui in benedictionibus ſeminat, de benedictionibus & metet.

Noverint igitur omnes Xpiani, quam preſentes tam futuri, qualiter pro Deo, & anime noſtre remedio ab Adelberto & Friderico de *Bruchmendingen*, nec non a Sifrido Wirzeburgenſi Prepoſito, fratre videlicet eorum, Canonicis Sci *Martini* Moguntinenſis, in augmentum refectionis eorum cottidiane Centum marcas comparavimus: Allodium quoddam, videlicet XVI manſos & dimidium in *Sulcehem*, in Pago *Nachgowe*, in Comitatu Emechonis Comitis *de Smedeburc*: & in *Cigerenhuſun* ſex manſos: & in *Brunichenwilre* octo, cum familia tota, & miniſterialibus ad eadem bona pertinentibus; ſcilicet ut ipſi miniſteriales eodem iure maiori Prepoſito ſerviant, quo prioribus dominis ſuis ante ſerviebant; familia autem tota ad fratres omnino pertineat.

Quisquis igitur miniſterialium manſum tenuerit integrum, pro dimidio, Dno Prepoſito ſerviat; pro parte reliqua in feſto S. *Martini* predictis Canonicis annuatim duas uncias perſolvat. Si vero manſus unus inter plures diſtributus fuerit; unusquisque pro parte ſua reſpondeat. Hoc ſemper proviſo, ut due Vncie, ſicut diximus, fratribus pro dimidio referantur, & pro reliquo dimidio, Dno Prepoſito ſerviatur.

Si quis, tam de familia, quam de miniſterialibus, non habens heredem, vel *ſue legis uxorem*, mortuus fuerit, bona eius omnia a fratribus recipiantur. De bonis autem que familia poſſidet, hoc provideatur, ut annuatim fratribus ipſis de ſingulis manſis IIII uncie perſolvantur. Et ſi quis eorum, herede ſuperſtite mortuus fuerit, de domo eius *optimum caput*, vel optima veſtis etiam fratribus repreſentetur. Miniſteriales & familia ab omni exactione liberi nullo domino vel advocato ſuper aliquo negotio, niſi Prepoſito & fratribus reſpondeant.

Vt

Vt igitur traditionis huius veritas indubitabilis & immota permaneat, Scriptum hoc Banno & noſtra imagine & teſtium appoſitione munivimus. Hi autem ſunt Teſtes:

HEINRICVS maioris Eccleſie & *S. Victoris* Prepoſitus.
Adelbertus S. *Petri* Prepoſitus.
Cuno Cuſtos & Decanus.
Godeboldus Curie Camerarius & Prepoſitus *S. Petri* in *Fritheslara*.
Torenbertus Magiſter.
Hermannus Cantor & Camerarius.
Marcolfus Prepoſitus *S. Petri* in *Aſchaffenburc*.
Heinricus Bingenſis Prepoſitus.
Emicho Prepoſitus *S. Severi*.

CAPPELLANI.

Arnoldus. *Aſinarus*.

LIBERI

Emicho Comes. *Conradus* de *Walleresſtein*.
Meinhardus de *Spanheim*.

MINISTERIALES

Wernherus de *Bolant*. *Conradus* de *Hagene*.
Heroldus de *Aſchaffenburc*, & frater eius *Burchardus*.
Emercho Ringreve. *Ruthardus* Vicedominus.
Dudo Scultetus, & alii quam plures.

Actum Anno Dominice incarnationis MCXXX. Indictione VIIII. Regnante LOTHARIO *Tercio* Rege Romanorum. Feliciter. Amen.

XXXV
EIVSDEM,

Quibus Canonici Regulares, primum in Eberbach *inſtituti, removentur, & bona quæ pro victu eorum delegata fuerant, conceduntur Monaſterio* Epiſcopi montis.

An. 1131.

[*T. I. p. 546. n.* 2. v. Eodem hoc]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus ſanĉte Dei Ecclefie filiis, quod Ego Adelbertus Sacroſanĉte Moguntine Ecclefie, licet indignus, tamen Dei gratia Archiepiſcopus, & Apoſtolice Sedis Legatus, conſiderans pondus mee diſpenſationis, optavi imitator fieri meorum Predeceſſorum, & divini cultus amplificatione, vi quorum merear particeps cum eis fieri in laboris remuneratione. Sciens quoque, res Eccleſſiarum patrimonium eſſe pauperum, & Ecclefie filios rebus ecclefie ſuſtentandos; delegavi Monaſterio Regularium Canonicorum, quod ſitum eſt in ſilva, *Hobe* vocata, iuxta villam que dicitur *Eberbach*, dimidium manſum pratorum, hereditario iure ad *Gerhardum* Miniſterialem meum pertinentem; ita tamen, ut ſingulis annis conſtitutus michi inde ſolvatur Cenſus, niſi forte michi, vel ſucceſſoribus meis, placuerit illum relaxare ad ſolatium Fratrum ibi Deo ſervientium.

Cetera vero que ad prefatum Monaſterium pertinent, ipſum ſcilicet monaſterii fundum, qui ab incolis Provincie Ipſi Deo oblatus eſt meo conſenſu; & preterea cum molendino & vinea, que *Wolframus* Miniſterialis meus per commutationem ipſi monaſterio contulit; & dimidium manſum in *Everbach*, a *Conrado* Miniſteriali meo in uſum Ecclefie compara-

paratum, ne quis infringere valeat, auctoritate mea confirmavi.

Poſtea vero, cum per incuriam & omnimodam negligentiam eorum quos eidem loco preſſe fecimus, inſtitutio regularis diſcipline decreſceret, & omnis prorſus divini cultus religio ibi deficeret; communicato conſilio Priorum Eccleſie noſtre, Abbatum, Prepoſitorum, Archidiaconorum, & ceterorum fidelium noſtrorum, Clericorum & Laicorum, Regulares, qui tunc pauci ibi fuerunt, removi; Idem prefatum Monaſterium Deo & Sco Iohanni in *Biſchovesberch* cum univerſis bonis ſupradictis: & preterea bonis illis, que *Hermannus*, *Wolbo*, *Waltherus*, in *Altavilla* eidem monaſterio contulerunt, delegavi; ita ut Abbas de divino ſervicio ibi provideat & ordinet, de bonis vero neceſſaria fratribus ſuis ſubminiſtret.

Preterea id etiam ex parte mea petentibus Conprovincia*libus*, cum predictis bonis Vallem, ſitam inter duas plateas, quarum una verſus *Keterecho*, altera deorſum uſque *Hattenheim* deſcendit, ſurſum a ſemita que dicitur *Rennephat*, uſque ad molendinum inferius, bto *Iohanni* donavi; ita ut quicquid utilitatis, in agris, vineis, pratis, hortis in eadem valle diligentia Fratrum noſtrorum in *Biſcovesberch* operari valeat, in perpetuum, cum omni Decima operis ſui, & ſine omni contradictione obtineant. Huius rei Teſtes ſunt

Wernhervs Abbas *S. Albani*.

Werinboldus Abbas *S. Iacobi*.

Heinricus maior Prepoſitus.

Anshelmus Prepoſitus Sce *Marie* ad gradus.

Cuno Decanus.

Turnpertus Magiſter.

Hermannus Cantor & Camerarius.

LAI-

LAICI

Embricho. *Guntramus.*
Ortwinus: de PINGVIA.
Embricho. *Conradus.*
Mengotus: de GISENHEIM.
Hertwicus. *Arnoldus.*
Embricho: de WINCKELO.
Vdelbertus. *Robo.*
Erneſtus: de ALTAVILLA.
Franco. *Conradus:* de WALDAFFO.

Inſuper etiam Comes ARNOLDVS traditioni huic interfuit; Qui, ſicut & ceteris bonum & utile viſum eſt, ad omnem hanc commutationem aſſenſum prebuit.

Facta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXXI, Regnante LOTHARIO Romanorum Rege glorioſiſſimo.

XXXVI

EIVSDEM,

Littera fundationis Coenobii, quod eſt in Rhingauia, EBERBACH. *Ord. Ciſterc.* *An.* 1131.

[*Tom. I. p. 546. n. 2.* v. Eodem hoc]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris ſancte DEI Eccleſie filiis, quod Ego ADELBERTVS Sacroſancte Moguntine Eccleſie, licet indignus, tamen DEI gratia Archiepiſcopus, & Apoſtolice Sedis Legatus, conſiderans pondus mee diſpenſationis, optavi imitator fieri meorum Predeceſſorum in divini cultus amplificatione, ſi quo modo merear particeps eis fieri in laboris remuneratione: Deſideravi enim ſpecialiter, fundare Abbaciam Ordinis Ciſtercienſis, in proprio fundo meo. Vocavi ergo per litteras meas ſupplicatorias ad partes Alemanie Venerabilem Virum, Orbi notum, pro

Digitized by Google

pro ſingularis gratie privilegio, videlicet Dominum BERNHARDVM, Abbatem de *Claravalle*: rogans eum ſuppliciter & attente, quatenus de ipſa Domo ſua transmittat unum Conventum Monachorum, quod & fecit; deputans eis Abbatem Dn. RVTHARDVM, Virum ſpectabilem, in omni Religione & virtutibus probatum; ut ſic in predictis Viris ſemen quoddam Ordinis Eccleſia Moguntina ſuſciperet, & in confinio ipſius, favente DEO ſemen Religionis pullularet.

Et per hunc modum Abbacia de *Eberbach* eſt fundata. Quam etiam cum bonis meis propriis dotavi: Scilicet cum *Grangia*, que *Lebeim* vocatur, cum omnibus attinenciis ſuis, in agris, in pratis, in paſturis, & ceteris ſuis tenimentis. Que quidem Grangia tali modo *priordiata* fuit, & initiata: *Anshelmus* quidam, liber homo *de Gumeldingen*, habuit allodium apud villam *Lebeim*, ad XV manſos: Hic aliquando profecturus *Iheroſolimam*, duos manſos contulit ex eis Eccleſie Sci *Albani* apud Moguntiam; reliquos XIII, cum eorum appendiciis vendidit michi Archiepiſcopo predicto, accipiens a me Marcas octoginta. De his inquam XIII manſis, & allodio, dotavi Abbaciam de *Eberbach* antedictam. Veruntamen dictum allodium, quoniam partim infra villam *Lebeim* in iurisdictione Advocatorum, & partim extra, in circuitu poſitum erat; propter maius ſecretum & Fratrum quietem, per commutationem & concambium, ſitum eſt & translatum in eum locum, in quo nunc ſita videtur ipſa curia, & pro aliis agris expoſitum, qui ſunt curie viciniores. Sciendum tamen, quod prefatum allodium, cum omnibus ſuis appendiciis, terra eſt libera, & omnino *proprecaria;* ita ut, preter ſolam Decimam, nulli quicquam debeat, neque ſolvat. Teſtes huius rei ſunt

WERNHERVS Abbas *S. Albani.*
Werinboldus Abbas *S. Iacobi.*
Heinricus, maior Prepoſitus.
Anshelmus Prepoſitus *S. Marie* ad gradus, & plures alii.

Facta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXXI. Regnante LOTHARIO Romanorum Rege glorioſo.

N XXXVII

XXXVII
EIVSDEM,
De oblatione Allodii in Woverbach, *per Matronam nobilem,* IDAM. *An.* 1131.

[*ex acceſſionibus noviſſ.*]

IN NOMINE PATRIS & FILII & SPIRITVS SANCTI.

ADELBERTVS divina miſeratione Sce Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Noverint omnes Eccleſie filii, preſentes & poſteri, qualiter quedam Matrona nobilis, IDA nomine, filia *Eberhardi* de *Fruſſdebrat*, que Virum habuit *Heinricum* de *Zorne;* poſt illum etiam *Sigfrido* de *Rendela* * matrimonio iuncta, honeſta videlicet mulier, de anime ſue ſalute religioſe cogitans, Allodium ſuum de villa *Woverebach*, que eſt in Pago WETEREIBA, in Comitatu BERTOLDI Comitis de *Nuringe*, ſcilicet manſos XX, terram cultam & incultam, nemus cum pratis, aquis, viis & inviis, exitibus & reditibus; & miniſteriales quotquot ad hec bona pertinent, & familiam totam ibidem appendentem; hec omnia quam libera poſſeſſione tenebat, tam libera poteſtate per manum mariti ſui *Sigfridi*, in cuius mundiburdio ipſa & bona eius habebantur, DEO & Nobis optulit.

* *vicus in Wetterav.*

Huic autem traditioni *Adelbertus*, frater eiusdem Domine, qui ad idem allodium iure hereditario reſpiciebat, adeo voluntatem & aſſenſum ſuum adhibuit, ut etiam bonis ipſis ſpontaneus & libens reſignaret; Sed nec aliquis alius, qui reclamaret vel calumpniaretur, ullo modo comparuit.

Nos igitur huic operi bono laborem & diligentiam noſtram ſpe retributionis eterne deſiderantes uniri, diligenter & attente proſpeximus, ut, quod illa recte optulerat, recte divideremus. Iuxta illud: ſi recte offers, & non recte dividis, peccaſti.

Quo-

Digitized by Google

Quocirca unum de predictis manſis XX exceptum, Eccleſie Sci *Georii* in *Elveſtat*, ubi eadem matrona ſepulta iacet, in memoriam anime eius donavimus. Ceteros X & VIIII, Eccleſie *S. Martini* Moguntinenſis ad augendam refectionem fratrum cottidianam contulimus. Videlicet ut de manſis ipſis annuatim CXC maldra tritici fratribus referantur; manſis ſingulis X maldra per annum reddentibus.

Miniſteriales igitur idem ſervitium maiori Prepoſito exhibeant, quod prioribus ſuis dominis exhibere ſolebant. Familia autem tota ad fratres, ut iuſtum eſt, reſpiciat. Quicunque igitur, tam de miniſterialibus quam de familia mortuus fuerit ſine herede, bona eius omnia fratres recipient. Si vero aliquis ſupervixerit heres, optimum caput, vel optima veſtis fratribus eisdem preſentabitur.

Vt igitur huius actionis ordo, inviolatus & integer perduret, ſcriptum hoc Banno & Sigillo noſtro munivimus. Teſtes etiam quibus approbatum eſt, ſuppoſuimus. Hi autem ſunt:

HEINRICVS maioris Eccleſie & *S. Victoris* Prepoſitus.
Adelbertus *S. Petri* Prepoſitus.
Cuno Cuſtos & Decanus.
Tornbertus Magiſter.
Hermannus Cantor & Camerarius.
Marcolfus Prepoſitus S. Petri in *Aſchaffenburc*.
Heinricus Prepoſitus Pinguenſis.
Emicho Prepoſitus *S. Severi*.

CAPPELLANI

Arnoldus. *Aſinarus*. *Berengerus*.

N 2 LIBE-

LIBERI

Bertolfus, & frater eius *Sigfridus* Comes *de Nuringes*.
Gerlacus de *Veldence*.
Emicho Comes *de Liningen*.
Bertolfus de *Lindenvelſe*.
Dammo & *Godefridus* de *Nithe*.
Sigebodo de *Bucho*.
Cunradus de *Walreſtein*.
Adelbertus de *Lude*.
Cunradus de *Bickebach*.
Gerardus de *Hagenbuſe*.
Gerardus de *Chelverowen*. (Kelberau)
Gerlaus & frater eius *Ortwinus* de *Budingen*.
Herimannus de *Stechelenberc*.
Gerardus de *Walenſtat*.

MINISTERIALES

Ruthardus Vicedominus. *Dudo* Scultetus.
Erluwinus Walpodo.
Embrico Ringreve.
Heroldus & frater eius *Burchardus*.
Wernherus de *Rudensheim*.
Wichant Vicedomimus de *Aſchafenburc*.

Actum Anno Dominice incarnationis MCXXXI. Indictione VIIII, ſub LOTHARIO III Rege Romanorum, feliciter, Amen.

XXXVIII

Digitized by Google

XXXVIII
EIVSDEM,
De variis BISCHOFFSBERGENSI *coenobio collatis donationibus.* *An.* 1132.

[*Non citatur, ob acceſſionem ſerotinam.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego ADELBERTVS divina preordinante clementia Sancte Moguntine Eccleſie humilis Miniſter, & Apoſtolice Sedis Legatus: Notum eſſe cupio omnibus tam futuris quam preſentibus, qualiter quidam XPI fideles dominici precepti non ſurdi auditores ſcientes vilibus & tranſitoriis regnum celeſte & beatitudinem glorie indeficientis comparari poſſe, DEO & Sancto *Iohanni Baptiſte* in *Biſſcofesberc* pro remedio animarum ſuarum & parentum ſuorum de poſſeſſionibus ſuis, que poſtea ſubſcribentur, contulerunt, noſque iuſtam traditionem ſuam auctoritate noſtra confirmare, petierunt. Nos vero, quemadmodum iuſtum eſt, omni re ordine inquiſita & diligenter diſcuſſa, poſtquam nullum contradicentem audivimus, dato iudicio ſecundum canonicam ſententiam, quatinus eccleſia predicta beati *Iohannis* ea cum perpetua pace obtineat, omnem inde contentionem ſub anathemate interdiximus. *ex Autographo.*

Wulfericus quedam vineta in declivo eiusdem montis *Biſcofesberc* predicto Sancto Iohanni contulit. Dominus *Richardus*, Sancti Martini Canonicus, per manum Mundiburdi ſui, *Arnoldi* de *Oggenheim*, quartam partem manſi in loco, qui dicitur *Merceſacger*, & in alio qui dicitur *Redelenberc*, & curtem unam cum pomerio in *Winkela:* molendinum in loco qui dicitur *Elſo*, in eodem loco tria iugera cum curte una. Domina *Helmburgis* per manum eiusdem *Arnoldi* fratris ſui, predicto Sancto Iohanni XVII iugera & unam curtim tradidit, ea conditione, ut poſt obitum ſuum Fratribus de *Biſcofesberc*

predicta bona ſubminiſtrent. Quedam Domina, *Lutgardis* nomine, in *Algesheim* XII iugera hereditario iure poſſeſſa cum curte una tradidit. Viginti quoque iugera ſecundum illam traditionem, que vulgo dicitur *Herbi*, ad *Appenheim*. Ad *Algesheim* quoque VIII iugera hereditarie poſſeſſa. XII etiam iugera, *Herbi* nominata. Ipſa autem ante obitum ſuum, ſuis et pauperum Xpi neceſſitatibus inde ſubveniat, poſtquam vero obierit, Abbas, omnem quam poteſt, inde Fratribus utilitatem diſponat.

Quidam *Embricho* iuvenis, cum matre ſua *Gunderada* ſe prefato ſancti *Iohanni* in *Biſchovesberc* obtulit, et monaſtice inſtitucionis regulam ſuſcipiens, quicquid predii et bonorum hereditariorum in *Tribelesheim* habuit, ante ſuſceptionem propria manu Sanctiſſimo Baptiſte Xpi tradidit, ipſamque tradicionem trium fideiuſſorum ſuorum manibus confirmavit. Iuvenis idem, in *Heidersheim* tres manſos, cum curte una, eidem prenominato Sancto obtulit; et iuvenis alter, *Hartmudus* nomine, in eodem monte monaſtice profeſſionis habitum ſuſcipiens, in *Acruſdelo* manſum unum tradidit. *Wolfgerus*, & uxor eius *Hizecha*, conſentientibus liberis ſuis, prefate Beati *Iohannis* eccleſie dimidium manſum in *Winkela* contulerunt. Teſtes rei huius ſunt:

Embricho
Cunradus } de *Giſenheim*.
Meingotus

Embricho
Guntramus
Ottwinus } de *Pinguia*.
Waltbertus

Arnoldus
Hartwinus } de *Winkela*.

Hec omnia, ſicut Banni noſtri auctoritate confirmavimus, ita carta Sigilli noſtri impreſſione ſignata roboramus. Data *Aſchafenburg*, Anno Dominice incarnationis MCXXXII.

XXXIX

Digitized by Google

XXXIX
EIVSDEM,
Littera fundationis Monaſterii SCHONAVIENSIS, *Ord. S. Benedicti. An.* 1132.

[*T. I. p. 546. n. 6.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego ADELBERTVS DEI gratia Moguntinus Archiepiſcopus, & Apoſtolice Sedis Legatus: Notum facio omnibus XPI fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter cognatus noſter *Robertus* de *Lurenburg* monaſterium *Schonaue*, in proprio predio ſuo fundatum, et monaſtice converſationi ſub conſtituto Abbate *Hildelino* attitulatum, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum B. *Martino* contradidit, et cum omnibus ad ipſum pertinentibus, familiis, eccleſiis, agris, vineis, cultis & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarumque decurſibus, glandaticis, introitibus, exitibusque, Eccleſie Moguntine in perpetuam poſſeſſionem delegavit.

Preſenti quoque privilegio noſtro ad poſterorum notitiam transire curavit, quomodo liberam et ab omni ſervicio abſolutam, hanc Abbatiam permanere, a nobis obtinuerit. Mortuo videlicet loci Abbate, Fratres eiusdem cenobii, quem inter ſe idoneum invenerint, libere eligant; ſi vero, quod abſit, in eorum collegio minus aptus inventus fuerit, facultatem habeant, in aliud monaſterium transire, quod conſtet eorum Religioni et diſcipline concordare: Electus autem, a nobis ſive a poſteris noſtris inveſtiatur, et a proprio ſuo Archiepiscopo conſecretur, qui annuatim in feſto B. Martini mundum corporale ſuper ipſum Altare repreſentabit, in memoriam & argumentum, quod eius cenobium de patrimonio ſit *B. Martini.* Placuit quoque Abbati & Fratribus, ut diem Ordinationis noſtre, dum viveremus, celebrarent, et poſt obitum, noſtrum quam ſucceſſorum noſtrorum Archiepiſcoporum anniverſarium ſollempnibus obſequiis peragerent.

Ipſe

Ipſe vero Comes Advocaciam de manu noſtra ſuſcepit hoc pacto, ut, quicunque ſucceſſorum eius, predium de *Milene* cum eius Miniſterialibus et familia tenuerit; et Dominus in caſtro *Lurenburg* hereditarius, & legitimus Advocatus ſit eiusdem monaſterii; ita tamen, ut ipſe ſit, et non habeat facultatem, ſecundi vel tertii Advocati poſt ſe ordinandi.

Et ut omnibus eius huius traditionis tenor firmus & inconvulſus permaneat, preſentis chirographi paginam inde conſcripſimus, et Sigilli noſtri impreſſione munivimus. Authoritate omnipotentis DEI Patris, Filii, & Spiritus ſancti, & B. Petri Apoſtolorum principis et noſtra, ſub perpetuo anathemate interdicentes, ne quis contra eam venire, impetere, demoliri, ſive in aliquo incruſtare preſumpſerit; quod ſi quis fecerit, ſciat ſe reſervari tremendo iudicio Spiritus ſancti, et in extremo examine portionem habiturum cum Diabolo, authore totius iniquitatis. Teſtes quoque huius rei hic annotavimus, quorum hec ſunt nomina:

Henricus, maioris eccleſie, et *S. Victoris* Prepoſitus.
Adelbertus Prepoſitus *S. Petri.*
Cuno, Cuſtos & maioris Eccleſie Decanus.
Tornbertus Magiſter, et Prepoſitus.
Emercho, Prepoſitus *S. Severi.*
Arnoldus, urbis Prefectus.
Meginhardus de *Spanheim.*
Gerlacus de *Veldenſe.*
Robertus de *Lurenburg.*
Godefridus de *Nidebe.*
Ruthardus Vicedominus.
Dudo Sculterus.
Irliwinus Walbodo, & alii quam plures.

Actum Dominice incarnationis Anno MCXXXII, Regnante Domino LOTHARIO Rege Romanorum, eiusdem nominis *Tertio*, anno regni ſui ſeptimo, feliciter. Amen.

Data per manum *Henrici*, Prepoſiti in Moguntia.

XL

Digitized by Google

XL
EIVSDEM,
De eccleſia in PRAVNHEIM: *Decimationibus in* VRSELO & HETTERSHEIM. *An.* 1132.

[*ex noviſſime acceſſis.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

ADELBERTVS DEI gratia Moguntinus Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Noverit tam futurorum poſteritas, quam preſentium memoria, quod Ego ADELBERTVS Mogontinenſis Archiepiſcopus, Eccleſie bti *Martini* de Domo, & Canonicis ibidem DEO ſervientibus, divina opitulante gratia, de prediis propria acquiſita pecunia, pro remedio animę mee quantum potui diligentius contuli. Preponentes itaque temporalibus eterna, tranſitoriis manſura; & illud attendentes: Qui uſque ad finem legitime certaverit, coronabitur: dulce, non grave duximus, ut collatis aliqua adderemus. Conſiderantes, immo confidenter ſperantes, nos per uberrimam DEI miſericordiam, que numquam deeſt ſperantibus in ſe, in diſtricti Iudicis remunerandos examine.

Scientes igitur, quia Mundus iſte tranſibit, & concupiscentia eius; in pago qui *Wetereibia* dicitur, in Comitatu SIGEFRIDI Comitis *de Nuringes*, ipſo preſente, erga liberum hominem quendam, *Godefridum* de *Bruch*, & uxorem eius, & Generum eius *Heinricum* de *Wicmannesdorf* & eius uxorem, X manſos in *Prumheim*, cum inveſtitura eiusdem eccleſie, & attinentibus cultis & incultis; trium villarum decimationes in *Vrſelo*, in *Hetdernheim*, in *Huſun*, ad inveſtituram prefate eccleſie pertinentes, ſine omni contradictione proprio pretio comparavimus.

His ita definitis, & firmiſſime coram Liberis & Miniſterialibus ſtabilitis, idem predium fratribus Canonicis bti *Mar-*

tini libera traditione donavimus. Ea videlicet ratione, ut in die anniverſarii mei fratres karitative reficiantur, Pauperes Xpi trecenti pro oportunitate temporis paſcantur, IIII Luminaria diem cum nocte continuantia ponantur in eccleſia. Placuit autem, ut Prepoſitus eiusdem Eccleſie de Domo, inveſtiture prefate eccleſie *Prumheim*, & omni huic inſtitutioni preſit; et ſi ipſe in hoc negotio, ut fieri poteſt, aliquid neglexerit, ammonitione fratrum, ſi eos audierit; ſin autem, coram Epiſcopo, reſipiſcat.

Hec, ut in futura ſecula ab omni vexatione intacta permaneant; Sigilli noſtri impreſſione ſignavimus. Omnemque, quod abſit, qui manum invaſionis huic actioni impoſuerit, auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli, & Noſtra, omniumque fidelium anathematizamus. Teſtes huius rei qui interfuerunt, approbantes hi ſunt:

HEINRICVS, eiusdem eccleſie de Domo, & Sci *Victoris* Prepoſitus.

Adelbertus, *S. Petri* & *S. Stephani* Prepoſitus.

Cuno Decanus. *Turenbertus* Magiſter.

Hartmannus Cantor & Camerarius.

Godeſcalcus Sce *Marie* Prepoſitus, quod dicitur extra campum.

Godeboldus Frideslarienſis Prepoſitus.

Emicho, de *Durlobun* (Dorla) Prepoſitus.

Godeſcalcus de *Mugeſtat* Prepoſitus.

Gozbertus & *Adelhartus* Cappellani.

WILLEHELMVS Comes Palatinus.

Heinricus, Marchionis *Luibaldi* filius.

Arnoldus Mogontinus Comes.

Ludewicus Comes Thuringie.

Erneſt

Digitized by Google

Erneſt Comes, & *Sizzo* Comes.
Sigefridus & frater eius *Bertolfus*, Comites *de Naringes*.
Emicho Comes, & frater eius *Gerlabus*.
Megenbardus de *Spanheim*.
Wolframus de *Wertheim*.
Embricho Vicedominus. Scultetus *Dudo*.
Erlewinus Walpodo.
Dudo, & frater eius *Meingotus*.
Volpertus. *Ernoſt*. *Ruthardus*. *Ebo*.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXXII. Regnante LOTHARIO huius nominis III, VIII autem Regni ſui anno. feliciter, Amen.

XLI
EIVSDEM,

Queis hortos quosdam, ERFVRTI, *à compaſcui ſervitute, & Mareſchallorum poteſtate liberos pronuntiat. An.* 1133.

[*T. I. p.546. n.5.* ubi vero annus, menſis & dies, quibus res geſtæ dicuntur, mendoſe ſunt expreſſa: quæ proin ad epochas præſentis Chartæ genuinas reduci debent.]

Cum Diploma hoc, apud D. de Falckenſtein *Chron. Thur.* Lib. 2. p. 484 *occurrens*, a) *non concordet orthographiæ iſto ævo uſitatæ*, b) *Is, a quo illud conſecutus eſt, voces haud paucas in deſcribendo corruperit ac depravaverit*, c) *contra alias plane omiſerit, ut ſenſus h. i. reddatur lectori obſcurus; ac tandem*, d) *qui negotio adſtiterunt, Teſtium, mentio facta ſit nulla; hinc Diploma taliter vitiatum reſtituere, eidemque locum in noſtris concedere, opportunum duximus.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego Adelbertus Dei gratia Moguntinus Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Notum facio tam futuris quam preſentibus, pro remedio anime mee, & peticione cuiusdam fidelis noſtri, *Criſtani* Cantoris, aliorumque Confratrum eccleſie B. *Severi* in *Erpeſfortb*, Ortos illos qui ſiti ſunt inter duos fluvios *Geraham* & *Crislacham*, a ponte illo qui ad introitum eorumdem ortorum factus eſt, uſque ad locum illum qui vocatur *Horlacha*, paſcuis noſtre Epiſcopalis copule additos, ab omni copule iure, & Mariſcalcorum poteſtate in perpetuum me abſolviſſe; & predictorum ortorum undecim, qui inter prefatum pontem & viam illam, que tranſit *Werneſchehoven* interiacent, ad officium Cantoris qui communi conſilio fratrum eligatur, Epiſcopali auctoritate conceſſiſſe: ita ut, ſalva ortulanorum lege, cum omni fructuario uſu de cetero ad ipſius Cantoris poteſtatem & utilitatem reſpiciant. Ea videlicet conditione, ut, quicunque Cantor predicte eccleſie exiſtat, de redditibus ſupra dictorum ortorum X Solidos annuatim fratribus perſolvat; qui nunquam inter fratres ſint dividendi, ſed ad communem fratrum & ſcolarium refectionem, & pauperum conſolationem, in feſtum S. Egidii reſervandi.

Preterea eorumdem ortorum cenſuales poſſeſſores ea poſſidendi libertate donavi, quam habent ceteri cives & homines noſtri, qui in *Erpeſfort* de manu Archiepiſcopali liberas ſortiti ſunt hereditates: Duos autem ortos, qui a ſupra dicta via *Werneſcheboven* uſque ad *Horlachen* continentur, & locum molendini, *Criſtano* ſuisque heredibus in eandem libertatem tradidi. Ea ſcilicet conditione, ut, poſtquam illud molendinum ad uſum molendi perductum fuerit, poſſeſſor eius in memoriam Dni Archiepiſcopi quinque Solidos annuatim fratribus inde perſolvat. Hanc autem gratiam *Criſtano* & ſuis heredibus ideo conceſſi, quia ipſe ſuo magno labore hec omnia, quaſi de nichilo, ad tantam redegit utilitatem.

Quod ut inconvulſum omni tempore permaneat, preſentem paginam conſcribi fecimus, & Sigilli noſtri impreſſione muni-

Digitized by Google

munivimus. Auctoritate Dei, & B. Petri & S. Severi ac noſtra, ſub perpetuo anathemate interdicentes, ut nullus in futurum hoc infringere preſumat. Cuius conceſſionis Teſtes ſunt:

PREPOSITI

Adelbertus Sce *Marie.*
Heinricus Iecheburgenſis.
Godeboldus Frideslarienſis.

CAPELLANI

Berengerus. *Rudolfus.* *Giſelbertus.*
Fridericus. *Mezzelinus.*
Ego quoque *Heinricus* vidi & ſcripſi.

COMITES

Erneſtus. *Sizzo.*

LIBERI

Hermannus de *Wodenesberg.*
Gunzelinus.

MINISTERIALES

Adelbertus. Herimannus *Northelach.*
Ruthgerus Sultetus,
Widelo, & filius eius *Herimannus.*
Bertholdus.

Anno Dominice incarnationis MCXXXIII facta ſunt hec. Indictione XI. Regnante Romanorum Rege Lothario II, Regni eius octavo anno. Data in *Erpeſſort*, per manum *Heinrici* Prepoſiti Iecheburgenſis, XIIII Kal. Iulii.

XLII
EIVSDEM,
De acquiſitione prædii in ZOZENHEIM *in Pago* NACHGOWE. *An.* 1133.

[*ex acceſſionibus noviſſ.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

ADELBERTVS DEI gratia Mogontinus Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Notum eſſe volumus omnibus XPI & Eccleſie fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter Nos, ob ſpem retributionis eterne amplificare diſponentes ſtipendia fratrum DEO beatoque Martino in *Moguntia* inceſſabiliter ſervientium; Simulque conſiderantes, quantum divine reſpectu clementie nobis collatum ſit; et iuxta Apoſtolum, dicentem: qui ſeminant in benedictionibus, de benedictionibus & metent vitam eternam; Comparavimus pecunia noſtra predium quoddam, ab HVGONE quodam Ingenuo homine, filio *Gerlaci*, qui dicebatur *Volans*, quod ſitum eſt in villa que dicitur *Zozenheim*, in Pago *Nachowe*, in Comitatu *Emmechonis* Comitis *de Smedeburch;* & DEO Scoque Martino famulantibus abſque ullius contradictione contulimus, quatinus ipſorum aſſiduis adiuti orationibus, eterne beatitudinis recompenſationem pro piis laboribus optineamus.

Predictus igitur *Hugo*, cum fratribus ſuis *Gerlao* & *Adelberto*, idem allodium nullo contradicente, bto *Martino* & nobis contradidit. Et ut hec traditio rata & inconvulſa omni permaneat evo, Chartam hanc ſuper his conſcribi, & impreſſione Sigilli noſtri inſigniri iuſſimus; teſteſque huius rei ſubter adnotavimus, quorum & nomina & ob futurorum diligentiam hic plenius adnotavimus.

HEIN-

Digitized by Google

HEINRICVS maioris Eccleſie & *S. Victoris* Prepoſitus.
Marcolfus Prepoſitus *S. Petri* in *Aſchaphenburc.*
Godeſcalcus Prepoſitus de *Mucſtat.*

CAPELLANI

Berengerus. *Adelhardus* & *Fridericus.*

COMES *Arnoldus* de *Lurenburg.*
Thidericus de *Geilenhuſen.*
Gerhardus Comes, & frater eius *Heinricus* de *Berbach.*
Dammo & *Sigebodo* de *Bucho.*
Cunradus de *Bichenbach.*
Gerhardus de *Hagenhuſen.*
Gerhardus de *Kelberhowe.*
Berewicus & frater eius *Meginlaus.*
Embrico Vicedominus.
Wernherus de *Ruthenesheim.*
Burchardus & frater eius *Rudolfus* de Hegeſtat.
Eigelwardus, & frater eius *Rudolfus*,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXXIII. Regnante Rege LOTHARIO eiusdem nominis III, VIII autem Regni ſui anno. Feliciter. Amen.

XLIII

XLIIII
EIVSDEM,

Quomodo DITHMARVS *de* KIRCHBERG *Petrenſibus* ERFORDIÆ *tradiderit propriam famulam ſuam, una cum liberis, ea conditione, ut Coenobio ſervitia, iure Miniſterialium præſtent.*

An. 1134.

[*T. I. p. 546. n. 9.*]

Reperitur quidem hæc Charta in d. Chronico p. 485; deprompta ex Schannati *Vindem.* Coll. 2. p. 1. *Quia vero circa illam, eædem quas modo indicavimus, cauſæ concurrunt; eandem à mendis reſtitutam hic ſiſtere viſum eſt. Nulli curantes, quod iam ab aliis, ſed minus accurate, publicata fuerit.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego ADELBERTVS DEI gratia Moguntinenſis Eccleſie Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Notum facio omnibus futuris & preſentibus, quendam Virum, *Dietmarum* ſcilicet *de Kireberg*, liberis progenitum parentibus, tradidiſſe per propriam liberam manum ſuam, ſuper Altare Sanctorum Apoſtolorum *Petri & Pauli* in *Erpesfurt* ad monaſterium Cenobitarum in monte, propriam famulam, nomine *Hermengart*, cum filio ipſius *Ruckero*, duabusque filiabus, quarum iſta ſunt vocabula, *Bilihilt*, *Irmintrut:* Ea conditione, ut predicto Cenobio iure deſervirent (& ipſi nepotesque eorum) Miniſterialium.

Dederat eodem die predictus homo ad prefatum altare decem manſos, quorum duo & dimidius iacent in *Wachſteti*, & duo in *Kirebere*, tres quoque in *Hirzwinkili*, tres nichilominus in *Culaba:* ea tamen pactione, quatinus predicti homines quos tradiderat ad Miniſteriales, beneficiarentur, tam ipſi quam illorum ſucceſſores, de predicto predio, iure hereditario

rio; videlicet in hominibus ad ſepedictum predium pertinentibus, edificiis, pratis, paſcuis, aquarumque decurſionibus.

Huius traditionis plurimi extiterunt Teſtes.

WERNHERVS DEI gratia tunc ſupra nominati monaſterii Venerabilis Abbas, cum cunctis Fratribus ſibi ſubiectis.

LIBERI vero

Folrat, & frater eius *Hertac*. . . .
. . . . *Reinolt*. *Meinwart*.
Ortwin. *Walthere*.

Ne quis autem, quod non optamus, predictam preſumat falſificare traditionem; noſtri Sigilli impreſſione, rogatu ipſorum, perpetuam deliberavimus, eis providendo, preparare tuitionem.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXXIIII. Indictione XII. Regnante LOTHARIO Imperatore Romanorum Auguſto, ſub Advocato predicti Cenobii *Erneſto*, feliciter. Amen.

XLIV
EIVSDEM,

Quomodo prædium in BIRBACH, *ſibi comparatum a novella plantatione* ILBENSTADENSI, *contulerit* D. MARTINI *Canonicis in augmentum Prebendarum.*

An. 1135.

[*ex acceſſionibus noviſſ.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Ego ADELBERTVS Moguntinus Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Notum eſſe cupio tam futuris

P quam

quam preſentibus etatis fidelibus, qualiter Comes GODEFRIDVS *de Capenberch*, & frater eius OTTO, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum, omne patrimonium ſuum quod hereditario iure poſſederant in villa que vocatur *Elveſtat*, preter miniſteriales, bto *Martino* contradiderunt: Eccleſiam videlicet, cum univerſis decimationibus, inſuper dominicalia ſua, agros, vineas, ſilvas, prata, culta & inculta, que ſpecialiter ad uſus ſuos reſpiciebant. Preterea manſionarios, cum manſis & omni eorum iuſtitia. Addiderunt etiam eisdem bonis quoddam predium ſuum, cum manſionariis, in villa que dicitur *Burebach;* videlicet XX manſos, annuatim XXIII porcos, & duas libras perſolventes. Quod quidem eo tenore factum eſt, ut in ſupra nominata villa *Elveſtat* de omnibus his bonis, Fratres ſecundum regulam bti *Auguſtini*, & iuxta inſtitutionem Fratris NORBERTI ordinarentur. Quod & ſic factum eſt.

Poſtmodum vero, aliquo ſpatio temporis interlabente, Fratres ibidem in nomine Domini congregati, commoda & incommoda diligenti conſideratione pertractantes, communicato conſilio tandem in hoc convenerunt; quatenus predium illud in *Burebach*, quod longo tractu ab eis ſepoſitum erat, & cum magna difficultate ipſorum uſibus deſerviebat, aut venderent, aut in vicino aliquam terram conmutarent.

Sed quia conſilium in conmutanda terra procedere non poterat, preſentiam noſtram adeuntes, venale illud obtulerunt: Quod & nos, CXX marcis comparatum, fratribus noſtris in eccleſia bti *Martini*, ſicut & alia complura, pro voluntate tamen noſtra perpauca, in augmentum Prebende, libere & abſque contradictione contulimus. Ea videlicet ratione, ut in perpetuum apud eos memoria noſtri vigeret, & pro noſtris exceſſibus preces & ſupplicationes ad DEVM funderent.

Hoc etiam in arbitrio fratrum noſtrorum poſuimus, ut, ſi in beneplacito eorum ſederet, Advocatum ſibi, quem vellent, eligerent; ſin autem eo carere mallent, in manibus Suis, omnem iuſtitiam & defenſionem eiusdem predii retinerent.

Et

Digitized by Google

Et ut huius traditio rata & inconvulſa omni evo permaneat; nos hanc chartulam inde conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Precipientes, & ſub perpetuo anathemate omnibus Xpianis interdicentes, ne quis eam impetere ſive deſtruere preſumat. Nomina etiam fidelium teſtium qui interfuerunt inſeruimus.

HEINRICVS maioris Eccleſie & *S. Victoris* Prepoſitus.
Cuno Cuſtos & Decanus.
Burcardus Scolarum Magiſter.
Hartmannus Cantor.
Gozbertus Prepoſitus *S. Iohannis* Bapt.

CAPPELLANI

Hertwinus. *Arnoldus* Archipresbiter.
Giſelbertus. *Adelbartus.*

LAICI

Arnoldus Vrbis Prefectus.
Comes *Gerhardus* de *Berbach*, & frater eius *Heinricus.*
Rupertus, & frater eius *Arnoldus*, Comes *de Lurenburc.*
Heinricus de *Cazenelenboge.*
Dammo de *Bucho.* *Sigebodo.*

MINISTERIALES

Camerarius Civitatis *Meingoz.*
Vicedominus *Embrico.*
Walpret de *Bingo.*
Burchart de *Eggeſtat*, & frater eius *Hermannus.*
Wernherus de *Ruthenesheim.*
Eigelwart, & frater eius *Rudolfus*, de *Giſenheim.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXXV. Indictione XI. Regnante Dno LOTHARIO Imperatore: Anno IX°. Regni ipſius, Imperii vero primo. Feliciter. Amen.

XLV
EIVSDEM Charta,

Tractans de ipſius captivitate, ex eademque liberatione, Civium Mogunt. opera & auxilio obtenta: In cuius facti gratitudinem peculiari eosdem Privilegio donat. An. 112... & 1135.

Notari præliminariter iuvabit, impertitum hocce Moguntinenſibus Privilegium, ut eo ſecurius ab omni oblivionis iniuria præſervaretur, circumſpecta ADELBERTI *ac Civium ſuorum cura, æri perenni fuiſſe inciſum; & quidem Valvis æneis, quas* WILLIGISVS *olim ad B. Virginis Baſilicam opere eximio fieri fecerat.* * *Inde evenit, ut Moguntini Cives poſtero tempore, cum ſubiectionis vinculum, quo Principi Domino ſuo tenebantur, inficiari: perque attentata enormia excutere ſæpenumero, anniſi ſunt, aſſerendæ huic quam obtendebant libertati, provocaverint in primis ad iſtud privilegium, veluti titulum, & baſin imaginariæ ſuæ exemptionis ac immunitatis: Quam deinceps independentiam, per impetrata, imo vero extorta, â* SIGEFRIDO III *an.* 1244 *varii generis nova privilegia, (ſuo loco & ordine ſecutura) planam eſſe redditam vafre prodiderunt; ac magis magisque ſuſtinere, manibus ad arma, in quacunque ſibi viſa opportunitate poſitis, pro innata eorum Nequitia* ** *non erubuerunt.*

* Teſte hac, in earundem medio, ab una valva ad alteram procurrente ſcriptura:

WILLIGISVS ARCHIEPISCOPVS VALVAS EX METALLI SPECIE EFFECERAT PRIMVS.

** En

** En originem genuinam famoſi iſtius Diſterii: MOGVNTIA *ab antiquo* NEQVAM. Qualem Parœmiam *Immanuel Weber*, Profeſſor *Gieſenſis*, utpote ignarus ſeditioſæ indolis pravorumque morum, Moguntinenſium (in medio ævo) CIVIVM; accommodatam proin fuiſſe rebatur ipſis *Archiepiſcopis*: In Schediaſmate, ſub titulo: *Moguntia ab antiquo Nequam.* Quodque non parum ſcandali peperit, ac offenſæ; cum periculo ignominioſæ combuſtionis.

Licet vero Albertinas *præſentes Tabulas*, SERARIVS Rer. Mogunt. p. 547 *iam produxerit; nos tamen easdem illas noſtro Diplomatico codici quoque inſerendas eſſe putavimus; partim, ut cum* Sifridianis *queant conferri; deinde, quia ſingulares malorum, quæ pius* Adelbertus *ab* HENRICO *Imp. perpeſſus eſt, circumſtantiæ ex eis colligi poſſunt, queis hiſtoria ipſius illuſtratur. Denique, quod Cælator non una vice erravit, ac tot mendis & vitiis opus ſuum inquinavit, ut de genuino ſenſu ſubinde non conſtet. Advertit iamdum, monuitque hoc ipſum* Serarius; *aſſerens, adiuvandæ ſcripturæ in Valvis conſpicuæ, Manuſcriptum quoddam contuliſſe; Atenim nec ſic quidem errores correcti ſunt omnes, quin plures adhuc in Serariana editione deprehenduntur; Quos, beneficio apographi antiquiſſimi, nuper admodum ex codice quodam membranaceo Capituli Metropolitani deſumpti, reſtituimus ex integro.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

ADELBERTVS Moguntine Eccleſie Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Quia huius mundi curſus & gloria mutabilitati aſſidue ſubiecta ſunt, multorum exemplo didicimus: Sed ne proſpera extollant, vel adverſa deiciant, cuiusdam Sapientis conſolatione admonemur, dicentis: quod Viri ſit prudentis privilegium, nil magni ducere tranſitorium.

Novit utique tam preteritorum quam preſentium conſcientia, que vel quanta in me, DEI fecerit miſericordia: Cognos-

gnoſcat etiam, queſo, futurorum per me ſucceſſio, quantus ex alto proſperitatem comitetur caſus & deiectio. In medio etenim mee proſperitatis curſu, HEINRICVS *Quintus*, ut noſtis, Imperator, poſt multa beneficia, non niſi propter Romane Ecclesie obedientiam, Carceris etiam mihi captivo tenebras intulit & latibula. Ibi profecto longo manens tempore, primi Paſtoris omnium conſolationem, dicentis: *Si quid patimini propter Iuſtitiam, beati:* reduxi memorie. Memini etiam in merore, *Yſaiam* incarceratum inſectioni ſerre ſervatum, *Danielem* innocentem de lacu leonum liberatum. Denique poſt multas tribulationes contritos corde viſitans ex alto DEVS, corda fidelium Moguntine Metropolis ad hoc permovit, ut ſuum liberare conarentur Captivum.

Tam diu itaque Clerus, Comites, Liberi, cum Civibus & familia prefato Imperatori HEINRICO inſiſtentes elaboraverunt, donec me tandem, datis Obſidibus caris filiis & propinquis, corpore ex toto attenuatum, vix ſemivivum, ſicut fideles filii Patrem, in ſua receperunt. Sed quam caute, quam honeſte, quam iuſte * Obſides haberentur, ſine merore nemo loqui poterit. Nam alii membris truncati redierunt, alii fame, alii exilio deputati, alii nuditate & corporis egritudine preoccupati perierunt. Hec, & his ſimilia fideles Moguntine civitatis Cives pro iuſtitia paſſi ſunt. Que vero in defenſionem Civitatis, ſuique honoris pertulerint, ſatis omni Regno patet.

* *Ironice* Adelbertus *heic loquitur.*

Michi igitur cogitanti, quid eorum bonis & tantis recompenſarem meritis; occurrit, ut, ſicut ipſi pariter meo communicaverant labori, ſic omnium conferrem aliquid honori & utilitati.

Communicato ergo Primorum conſilio, Clericorum dico, Comitum, Liberorum, familie & Civium; habitantes infra murum prefate Civitatis, & manere volentes, hoc iure donavi;

„Vt

„Vt nullius Advocati placita vel exactiones extra Murum „expeterent, ſed infra ſui nativi iuris eſſent ſine exacto„ris violentia. Quare cui Tributum, Tributum: cui „Vectigal, Vectigal, gratis, nullo exigente perſolve„rent. *

* In veteri quæ nobis obtigit verſione germanica, hæc ita reddita invenimus: Daſ alle Die, die da wonent binne der Muren zu Mentze, und auch darinne verbliben wollen; Keins Vauts Tetinge uzwendig der Muren halden ſoln; noch keinerley Schetzunge oder Bete me geben ſoln. Danne Sie ſoln fürbaz me Irs angebornen Rechtes ſin ane allerley Schetzunge. Danne Sie ſolln nur alden rechten Zinß geben, und en ſol Sie niemand fürbaz ſchetzen. [Obſcurum per æque obſcurum]

Vt autem hec Donatio rata & inconvulſa ad poſteros tranſeat, Sigillo noſtro confirmantes, ſubſcriptis Teſtibus ſignari iuſſimus. Huic quidem prime traditioni interfuerunt Viri venerabiles, videlicet

BRVNO *Spirenſis* Epiſcopus.
BVCCO *Wormatienſis.*
E . . . *Erbipolenſis.*
Ansbelmus maioris Eccl. Prepoſitus.
Ceizolfus Decanus. *Richardus* Cantor.
Arnoldus Prefectus Civitatis.
Friderich Comes *de Arnesberc.*
Heriman de *Winzenburc.*
Sigbret & *Friderich* Comites *de Sarebrucken.*
Comes *Gozwinus* de *Stalecke.*
Comes *Bertoldus* de *Nuringen.*
Comes *Gyſo* de *Vdenesberc.*
Vdelricus de *Edechinſtein.*
Reinboldus & *Gerlaus* de *Yſenburc.*
Folcolt de *Nithe.*
Wicher de *Haſelſtein.*
Walthere de *Huſen.*

MINI-

MINISTERIALES:

Embrico & filius eius.
Embrico Vicedominus.
Ruthart de *Waltaſo*.
Lutfrid. Orto. Reinhart.
Dudo. Hertwicus. Emecho. Dudo.
Ernoſt Villicus. *Ruthart* Walpodo.

Secunde autem confirmationi interfuerunt

HEINRICVS maioris Eccleſie & *S. Victoris* Prepoſitus.
Adelbert Prepoſitus.
Heinricus Cuſtos.
Hartmannus Decanus.
Gozbertus Prepoſitus.
Willehelm Comes *de Luzelenburc.*
DVX *Fritthericus.*
Item Prefectus Civitatis *Arnoldus.*
Arnoldus Comes, & frater eius.
Rutbertus de *Lurenburc.*
Comes *Hermannus* de *Salmis*, & frater eius.
Otto de *Rineche.*
Emmecho Comes, & frater eius *Gerlaus.*
Comes *Gerhardus*,
& frater eius *Heinricus* de *Berbach.*
Heinricus de *Cazenelenboge.*
Dammo & *Sigebodo* de *Bucho.*

MINI-

Digitized by Google

MINISTERIALES

Embrico Vicedominus.

de GISENHEIM

Dudo Sculteetus. *Obret.*
Richelin. *Arnolt.* Item *Arnolt.*
Helperich. *Herman.*

OFFICIALES

Folpreth. *Ebo.* frater eius *Ruthart.*
Wernherus. *Eigelwart.* *Dudo.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXXXV. Indictione XII; Et confirmata regnante Domino LOTHARIO Imperatore eiusdem nominis III. Anno Regni eius VIIII, Imperii vero II. feliciter, Amen.

✿ ✿ ✿

Diplomatum Albertinorum *noſtra ex penu hiſce reddidimus ultimum. Supervixit* Adelbertus *(Princeps, erga Eccleſias, præſertim Moguntinam ſuam longe beneficentiſſimus) annos adhuc binos. Illo an. 1137 Coelitibus aggregato, Regiminis Moguntiaci habenas capeſſivit, ipſius ex fratre* Friderico, *Comite* Saræpontano *Nepos, æqualis nominis* ADELBERTVS II, *primum D.*Petri, *aliquo etiam tempore D.* Stephani *Moguntiæ, poſtea autem ad B. Virginem* Erfurti *Præpoſitus.*

XLVI
CONRADI IMP.
Protectorium, favore Coenobii S. Ioannis.
An. 1140.

[*T. I. p. 551. n. 10.* v. Nec dedignatus]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

ex Autographo. Ego Cunradus Dei miſericordia Romanorum Rex me Sanctorum patrocinio commendans, Xpi famulatum manutenendum ſuſcepi. Notum itaque eſſe volumus omnibus Xpi fidelibus tam modernis quam futuris, Nos Regia manu noſtra, pro remedio anime noſtre, ad protegendam & conſervandam Beati Iohannis *Baptiſte* in *Biſchovesberc* ſuſcepiſſe Eccleſiam, in omnibus acquiſitis & acquirendis, tam prediis, quam ipſorum prediorum incolis, ubicumque locorum Regni noſtri ſitis.

Donavimus igitur hoc ius Fratribus prefate Eccleſie, ut ſi quiſquam hominum, dives ſeu pauper, divino ductus amore hereditatem prediorum ſuorum eidem eccleſie donaret; nullius Advocati, nullius Villici Placito quicquam deberent, aut intereſſent; Sed ſemel in anno, vel bis, reditum ſuum pro quantitate prediorum perſolventes, reliquum temporis absque vexatione cum quiete poſſideant.

Preterea iudicio Principum eisdem Fratribus recognovimus quedam predia, iniuſte eis ablata, & quondam eis donata a quodam Miniſteriali noſtro Gerlaho, nomine *de Ingilnheim*, per manum predeceſſoris noſtri Imperatoris Lotharii, ſita in prenominata villa.

Ne autem hanc traditionem noſtram, vel traditionis conditionem quiſquam violenter infringere conaverit; hoc ſuperſcriptum Sigilli noſtri impreſſione roborantes, Regalis Banni noſtri auctoritate confirmavimus. Huic autem noſtre donationi idoneos adhibuimus Teſtes, quorum nomina hec ſunt:

Adel-

ADELBERTVS *Mogontinus* Archiepiſcopus.

ADELBERO *Trevirenſis* Archiepiſcopus, Apoſtolice Sedis Legatus.

BVGGO *Wormatienſis* Epiſcopus.

SIGEFRIDVS *Spirenſis* Epiſcopus.

GEBEHARDVS *Argentinenſis* Epiſcopus.

FRIDERICVS Dux.

ADELBERTVS Dux *Saxonie.*

GODEFRIDVS Dux *Lotaringe.*

WILLEHELMVS Palatinus Comes.

EMICHO Comes *de Liningin.*

CVONRAT Comes *de Chirberc* & frater ſuus.

HEINRICH de *Cazenellinbogo* Comes, & ceteri quam plures, tam Liberi, quam Miniſteriales.

Signum Domini CVONRADI Regis Secundi Romanorum invictiſſimi.

Ego *Arnoldus* Cancellarius vice ADELBERTI Mogontini Archicancellarii recognovi.

Anno Dominice incarnationis MCXL. Indictione II. Regnante CVONRADO Romanorum Rege II, anno vero Regni eius II. Data *Wormatie* in XPO feliciter. Amen.

XLVII
ADELBERTI II.

Plurium S. IOHANNI *in* EPISCOPI MONTE *factarum oblationum recenſus, earumque confirmatio.*

An. 1140.

[*T. I. p. 551. n. 10.* v. Sequenti]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autographo. EGO ADELBERTVS ſecundus, divina preordinante clementia Mogontine Sedis Archiepiſcopus. Sanctorum patrocinio commendari deſiderans, ſanctum ſuum famulatum manutenere, & donata ſibi bona, ſeu donanda per manus XPI fidelium, auctoritate Paternitatis noſtre protegere ſuſcepi.

Notum itaque eſſe volumus omnibus, tam futuris quam preſentibus Catholice fidei profeſſoribus, qualiter quidam DEO devoti, dominici precepti non ſurdi auditores, ſcientes, vilibus & tranſitoriis regnum celeſte ad beatitudinem glorie indeficientis comparari poſſe; DEO & *Sco* IOHANNI *Baptiſte* in *Biſcovesberc*, pro remedio animarum ſuarum & parentum ſuorum de poſſeſſionibus ſuis, que ſubtus annotate ſunt, contulerunt.

Matrona quedam, BERTHA nomine, filia *Embriconis*, Kamerarii quondam Civitatis noſtre, per manum mariti ſui *Godefridi*, nuncupati *de Imizelmeswilre*, prefato Sco Iohanni Baptiſte abſque omni contradictione tradidit curtem in *Winchelo*, cum omnibus ad eam pertinentibus vineis, agris, pratis, cultis & incultis, & Capellam in ea ſitam cum omnibus ad eam pertinentibus, molendino, & manſo uno in *Longesheim.* Ad huius ergo traditionis confirmationem prefata Matrona, marito ſuo *Godefrido* in idem conſentiente, agros quosdam ſitos in declivo montis, qui dicitur *Breitenrot*, in ipſa traditione in uſum Fratrum predeſignate eccleſie conceſſerunt.

Hoc

Digitized by Google

Hoc condicto, ut, quoad ipſi vivant, reliquos eorundem prediorum reditus in manu ſua tenentes, neceſſitatibus pauperum & egenorum inde ſubveniant; eis vero utrisque defunctis, predicti Fratres curiam deſignatam, cum omnibus ad eam pertinentibus & in ea inventis, in quiete & absque calumpniatore poſſideant.

WERNHERVS quidam, Miniſterialis noſter *de Roudenisheim*, prefate ecclefie, coniuncta manu uxoris ſue *Gerdrudis* & ibidem incluſe, tradidit duos manſos in *Algesheim*, & duas curtes in *Pinguia*, cum quibusdam mancipiis utriusque ſexus a DEO ſibi conceſſis.

LVDEWICVS Comes in *Rineguowe*, cum uxore ſua LVDGARDIS ſubdens ſe in predicto loco *S. Benedicti* Regule, manſum unum terre, que vulgo dicitur *Erbe*, cum duabus curiis ad eum pertinentibus, & curtim unam in *Loricho*, cum omnibus ad eam pertinentibus vineis, agris, pratis, domibus, domorumque areis, prefate donavit ecclefie.

HERCHINBERTVS quoque, quidam Miniſterialis noſter *de Hedersheim*, in prefato Cenobio ſe devote cum uxore ſua ſubiciens vite monaſtice, tradidit Monachis in eo DEO famulantibus novem manſos; IIII ſitos in *Sundelingun*, & duas curtes. III in *Acrufthero*, cum tribus areis curiarum. III in *Hedersheim*, & III curtes cum XXXVI mancipiis utriusque ſexus.

HENRICVS de *Werſtat* manſum unum in eadem villa ſitum, cum duobus molendinis.

WOLFRAMVS de *Alngesheim*, coniuncta manu uxoris ſue *Berthe*, curtim unam, cum prediis ad eam pertinentibus, vineis, agris, pratis. WICGNANDVS, eiusdem olim Villicus, duas curtes ibidem ſitas, cum dimidietate omnium prediorum ſuorum.

ADELBERO de *Alzeia*, adhibita manu uxoris ſue *Gude*, manſum & dimidium in *Heſenesheim*, & curtim unam in *Winthelo*, cum prediis ad eam pertinentibus.

Heberhardvs quidam Curtim unam in eadem villa ſitam, cum ſexta, & ſexta decima parte unius manſi terre, quam appellant *Erbe*, & manſum unum in *Wolferestal.*

Mengervs quidam in *Altavilla* curtim unam, cum quarta parte unius manſi. Item Henricvs quidam eiusdem ville, cognominatus de *Wedereiba*, curtim unam ibidem ſitam, cum quarta parte manſi unius.

Godefridvs quidam curtim unam in *Hebrensheim*, cum manſo uno ad eam pertinente. Henricvs curtim unam in *Winterheim*, cum quarta parte manſi in *Winchelo.*

Wicgervs quartam partem: Godefridvs octavam partem unius manſi legitime & absque omni contradictione tradidit Deo & S. *Iohanni Baptiſte* in *Biſcovesberc.*

Horum vero pie devotionis donatione cupientes participari, auctoritate noſtra traditiones ſuas roboravimus. Hanc Cartam Sigilli noſtri impreſſione ſignantes, & ſub anathemate confirmantes.

Acta ſunt autem hec, multis idoneis Teſtibus aſtipulantibus, tam Laicis quam Clericis, quorum nomina hec ſunt:

Henricvs maioris Eccleſie Prepoſitus.
Ludewicus Sci *Petri* Prepoſitus.
Hartmannus Prepoſitus *S. Stephani.*
Henricus Cuſtos maioris Domus.
Arnoldus Kamerarius,
Hartwinus Capellanus.
Adelbero presbiter. *Wernherus* presbiter.

LAICI LIBERALES

Henricvs Comes *de Cazenellenbogen.*
Sigefridus Comes *de Nuringes.*
Conradus Comes *de Chireberc*,
& alii quam plures.

MINI-

MINISTERIALES

EMBRICO Comes *de Rinegowe.*
Conradus, & frater ſuus *Mengodus.*
Craſt. Heribort. Henricus. Diedo. } de *Giſenheim.*
Hartwicus, & frater ſuus *Arnoldus.* *Giſelbertus.* *Embricho*, filius *Hartmanni.* *Embricho* & frater ſuus *Heinricus*, filii *Heinrici.* *Marcquardus. Wulfericus.* *Adelbertus. Hunbertus.* } de *Winchelo.*
Giſelbertus. Arnoldus. *Ruothardus. Engelſalc.* *Embricho. Wicgnant.* *Embricho* } de *Ruodenesheim.*

Facta ſunt hec Anno incarnationis Domini MCXL. Indictione tertia, ſecundo anno Regni CVONRADI Regis Romanorum Auguſti.

Nota: *Quod attinet nonnullas intus memoratas Matronas, quæ hoc in Coenobio ſeſe ſubdidiſſe dicuntur vitæ monaſticæ, &* Incluſæ *audiunt; intelligendum eſt de Cluſa* S. GEORGII, *ſive clauſtro Virginali, iſti Virorum (D. Ioannis Bapt.) â primæva ſui fundatione adſtructo. Subiit illud tractu temporis (anno 1452) totalem mutationem, redditibus eius, proventibusque ipſis Monachis in Epiſcopi monte aſſignatis.* T. I. *Rer. Mogunt.* p. 764. n. 2. 4.

Quibus fatis obnoxium fuerit Monaſterium hoc, paucis iuvabit perſtringere. [Stylo Dni IOHANNIS, *Vol. I. Rer. Mogunt. p. 545. Vtpote ſcientes, hunc librum, ex quo maxi-*

maxima exemplarium pars an. 1726 Francofurti *apud Carmelittas, ubi repoſita erant, incendio periit, in manibus reperiri fere paucorum.*] *Sic autem ille*: „Cum id ALBERTVS Marchio Brandenburgicus incendio, [*an.* 1552] „aliisque modis ad extremam redegiſſet paupertatem, & „*Valentinus Horn*, qui tum ei præerat, non ea, qua par „erat, cura ſuo fungeretur officio, vel penſi haberet, ut „ſtudioſe, diligenterque, quod fortuna in malis reliqui „fecerat, conſervaret, quamvis & Lacenſis & D. Iacobi „Abbas omni contendiſſent opera, ut eum una cum „contubernio Fratrum ad frugem revocarent meliorem; „contigit, ut Decreto PP. Ordinis in monaſterio Werthinenſi anno 1563 congregatorum ab munere removendus iudicaretur. Id quod dein DANIEL Archiepiſcopus effectui dedit, ac *Valentino* gubernaculis depulſo, „atque in clauſtrum D. Iacobi detruſo, * adminiſtrationem rerum Oeconomo ab ſe inſtituto commiſit. Archidioeceſi dein Moguntina bello Suecico miſerum in „modum afflicta, immo foediſſime exhauſta, ANSELMVS CASIMIRVS id an. 1641 *Huberto* de *Bleymann*, „pecuniarum Imperii publicarum Receptori, (Reichs „Pfennig Meiſter) pignori oppoſuit; quo ante quatuor „hoſce annos, Congregationis Burſfeldenſis, cum maxime vero Eminentiſſimi Archiepiſcopi & Principis Electoris conſenſu, ære præſenti ſolutum, Reverendiſſimus Abbas Fuldenſis nunc reficit, ad Præpoſituræ conditionem traductum.

* *Extat Epitaphium eius ibidem in periſtylio, ſequentis tenoris:*

Reverendo ac Religioſo Domino VALENTINO HORN, quondam huius Monaſterii Priori, poſtea Abbati *S. Ioannis* in Rinkavia, qui hic, XXV. Iulii 1567 fatis conceſſit, *Leonhardus Adelhartus* huius monaſterii Abbas F. F.

XLVIII

Digitized by Google

XLVIII
EIVSDEM.
De concambio inter Eccleſiam ILBENSTADENSEM, *& quendam hominem Archiepiſcopi*, EMBRICONEM. *An.* 1141.

[*Ex acceſſionibus poſteris.*]

✝ IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego ADELBERTVS DEI gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Dilectis in Domino filiis, ANTONIO Elveſtadenſi Prepoſito, eiusque fratribus ibidem DEO famulantibus in perpetuum. *ex Autographo.*

Servorum DEI pius affectus, & ſancte Religionis ſtudioſus fervor debet maiorum patrocinio contueri, & ſubſidio confoveri. Sic enim ſummo Paſtori grata erit noſtre paſtoralitatis cura, ſi eccleſiaſtica proſperitas noſtro favore vires accipiat, & beneficiorum noſtrorum opitulationibus accreſcat.

Notum itaque eſſe cupimus omnibus tam futuri quam preſentis evi XPI fidelibus, qualiter Nos, divine remunerationis intuitu, concambium inter iam dictam Eccleſiam Elueſtadenſem & quendam noſtrum hominem, EMBRICONEM nomine, conceſſimus. Reddidit enim idem *Embricho* in manus noſtras feodum, quod a nobis habebat in territorio ville *Welversheim*, & ab ipſis Fratribus recepit vineas pro commutatione, in *Hatterheim* & *Winklo*. Vt igitur ſecundum illud apoſtolicum neceſſitatibus factorum communicantes, in hoc pauperum XPI neceſſariis conſulamus, & ipſorum memorie apud IHESVM nos adtentius commendemus; pro noſtra noſtrorumque ſalute hoc idem beneficium Elueſtadenſi Eccleſie in liberam poſſeſſionem libere contradimus, ſervorum Do-

Digitized by Google

mini ibidem regulariter viventium futuris perpetuis temporibus uſibus modis omnibus profuturum.

Vt igitur hec noſtra elemoſina firma & inconvulſa permaneat, preſens ſcriptum noſtre imaginis impreſſione, & ſubſcriptorum Teſtium aſtipulatione roborari, in memoriam teſtamenti dignum duximus. Adnectentes inſuper ſub perpetui anathematis obligatione, ne qua Secularis Eccleſiaſticave perſona, in hoc noſtro donativo pacem Fratrum invadendo, vel ullis vexationibus fatigando, ſollicitare vel inquietare preſumat.

Actum *Glizberch.* Anno Dominice incarnationis MCXLI, Indictione quarta concurrente II°. Epacta XI^a^. Anno vero Domini ADALBERTI pontificatus III°. Amen.

HEINRICVS Prepoſitus Domus.
Arnolfus Prepoſitus.
Marcolfus Prepoſitus.
Gozbertus Cantor.
Heinricus Prepoſitus & Cuſtos.
Hartmannus Decanus.
Cuonradus Magiſter.
Godeſcalcus. *Bervych.*

LAICI vero

Sigebertus Comes. *Sigefridus* Comes.
OTTO Palatinus *de Widelingsbach.*
Cuonradus *Spor.*
Embricho Comes *Reni.*
Dudo, *Meingotus:* fratres.
Item *Dudo*, item *Meingotus.*
Cuonradus, *Ortwinus:* fratres.
Gerlagus.

Haud

Digitized by Google

✿ ✿ ✿

Haud diu ALBERTVS II *habenas tenuit. Immaturo quippe fato abreptus an.* 1141 *in Vigilia S. Iohannis. Ex tunc Archipræſul renuntiabatur* MARCOLFVS, *de cuius genere & conditione nihil conſtat, niſi, quod* Præpoſitus *uſque huc fuerit* Aſchaffenburgenſis; *prout hocce titulo conſpicuum, eundem in Chartis anterioribus obſervavimus frequenter. Reddi quidem heic debuiſſent*

MARCOLFI

Tabulæ, queis multas contulit Decimas Eccleſiæ *Altenberg.*

Citatæ T. I. p. 552. n. 5. ex Paullini *Annal. Iſenac.* §. XXVII. p. 21. *Atenim corruptæ cum ſint, nullique adſcripti appareant Teſtes; Easdem noſtris adiungere ſuperſedemus. Maiori pretio dignas (ne* Marcolfi *regimen in re Diplomatica prorſus ſterile videatur) ſurrogantes ex* Rethmeieri *Chron. Brunſv. p. 1783.*

XLIX

MARCOLFI ARCHIEPISCOPI.

De traditis Ædi ſacræ in FRIDENSELE *duabus eccleſiis baptiſmalibus. An.* 1142.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego MARCOLFVS divina diſponente clementia Sancte Moguntine Eccleſie Archiepiſcopus. Fidelia anteceſſorum noſtrorum vota operibus optimis feliciter & in multis intelligentes approbata; videlicet quomodo Religioſorum omnium neceſſitati ſic ſemper ſtudebant conſulere, ut & pro temporis qualitate, & pro facultatum ſuarum quantitate, ſinguli ſingu-

 lis

lis in eccleſiis, Xpi pauperibus ſua curarent ſolatia ſubminiſtrare; Eorum quippe piis commoti exhortationibus, quin potius caritas Xpi urget nos, ut ex noſtra qualicunque habundantia, veneretur utrumque Fratrum religioſorum, & ſuppleatur inſufficientia.

Vnde tam future quam preſenti omnium fidelium Xpi generationi notum fieri cupimus, quomodo piis duorum Principum inducti poſtulationibus, Comitis videlicet Sigfridi & Comitis Hermanni, duas Eccleſias matrices ſeu baptizales, una in villa *Stocheim*, altera in villa *Aldendorph*, Eccleſie Dei genitricis & ſemper virginis Marie & S. Blasii martiris, in loco qui dicitur *Fridesſele*, tali conditione tradidimus atque delegavimus, ut omnium anteceſſorum & poſterorum noſtrorum, & noſtri, memoria ibidem haberetur in perpetuum. Prefati vero Principes easdem Eccleſias prius in beneficium poſſidentes, nobis idcirco eas reſignaverunt, ut ſuperius nominate eccleſie traderentur, & ſi quid inde utilitatis proveniret, in uſus pauperum Xpi id totum converteretur.

Nec pretereundum & hoc credimus, quod Domina Gertrvdis, *totius Saxoniæ Duciſſa*, cum filio ſuo Duce Heinrico duos de predio ſuo manſos in villa *Bukkenhuſun*, pro remedio anime ſue, & Ducis *Heinrici* coniugis ſui eidem eccleſie tradidit. Anneſtentes & hoc, quod caritas in cordibus fidelium habundans otioſa eſſe non poteſt: Vt apparet manifeſte in duobus liberis hominibus, *Ortgiſo* videlicet & *Luthero*, qui bona ſua que poſſedebant in villa *Sultheim*, in agris, in pratis, culta & inculta, bte *Marie* & SSmo Xpi martiri *Blaſio* in loco ſuperius nominato, ſola tantum ſpe celeſtium inducti, contulerunt. Quibus non in corporis, ſed in aure cordis ... locutus eſt ſpiritus: Credite, quia mundus tranſit & concupiſcentia eius.

Vt autem hec noſtra traditio, & nichilominus anteceſſorum noſtrorum privilegia, Eccleſie B. Marie & S. Blaſii legitime & rationabiliter tradita, evis omnibus rata & inconvulſa

per-

permaneat, preſentem paginam conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Statuentes ſub anathemate, ut ſive eccleſiaſtica ſecularisve perſona huic noſtre traditioni auſu temerario contraire preſumpſerit, ſecundo tertiove commonita, uſque ad condignam ſatisfactionem & a corpore XPI aliena remaneat, & diſtricte excommunicationi ſubiaceat. Huius autem ſic acte rei Teſtes ſunt:

CLERICI

WIGERVS Brandenburgenſis Epiſcopus.
Heinricus maioris Eccleſie Prepoſitus.
Hartmannus Decanus, & Prepoſitus *S. Stephani.*
Henricus Cuſtos. *Berwicus.* *Rudingus.*
Abbas Eberbacenſis (*Ruthardus.*)
Guntherus Prepoſitus de *Lupoldesberg.*
Ditmarus Prepoſitus de *Hildwardeshuſen.*

LIBERI HOMINES

Comes *Sigefridus.* Comes *Hermannus.*
Comes *Ludevicus.*

MINISTERIALES

Embrico Comes *Reni.*
Meingotus. *Dudo.* *Erneſtus.*
Ruthardus Vicedominus. *Helfericus.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLII. Indictione V. Regnante Rege CONRADO huius nominis *Secundo*, anno Regni eius quinto. Data *Moguntie* VII Kal. Iunii, per manum *Reinhardi* Notarii.

Idem, Præſuli Marcolpho, *quod anteceſſori ipſius, fatum obtigit brevis admodum regiminis. Præpropera ſiquidem ſublatus morte an. 1142, d. 9. Iulii. Excepit vero eundem* HENRICUS, *Præpoſitus maior, qui licet* Felicis *(verius* infelicis) *nomen in hiſtoria nactus fuerit; incognitum tamen uſque huc manſit genus ipſius & proſapia.*

L

Perpetua pronuntiatio ſuper Decima in BERGTHUNNA: *reſpiciens Canonicos* S. SEVERI ERFORDIÆ. *An.* 1143.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

ex Autographo. Notum ſit omnibus fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter Certamen, quod fuit diu de Decima in *Dunaa*, inter Confratres Sci *Severi*, quorum Prebenda eſt, & inter Cives eiusdem loci, intervenientibus conpluribus bonis tandem ſedatum eſt. Scilicet ea condicione, ut ex ipſis civibus aut ſex aut plures nunciis fratrum oſtendant, & nominent omnes illos qui eandem Decimam perſolvere debeant; & quid quisque iure dare debeat, pronuncient. Et hoc, ſuper Reliquias Sanctorum iuramento confirment, ut neminem propter amiciciam ſilentio tranſeant, nec aliquem inculpabilem propter inimiciciam nominent, ſed ſicut veriſſime in ingenio ſuo providere poſſint, edicant.

Hec pactio facta eſt coram Prepoſito ADELHARDO, conſenſu Decani GOTDEFRIDI, Magiſtri VOLBERTI, Cantoris CRISTANI, WILLEHELMI, RODOLFI, DIETMARI, ceterorumque fratrum.

Huius pactionis & concordie preordinator, & tante litis Mediator fuit Archipresbiter CUNRADUS; cum ſuo coadiutore CRISTANO, Archipresbitero in *Wandersleiben* & SIGEFRIDO eiusdem loci presbitero.

Hec

Digitized by Google

Hec ſunt nomina Civium, qui ſupra dictam rem teſtari, & iuramento conprobare debent. *Ludeger*, *Godefrit*, *Elbewin*, *Diemo*, *Gunderam*, *Eggehart*, *Huc.*

Vt autem hec conditio rata & inconvulſa uſque permaneat, huic carte conſcripta eſt, & impreſſione Sigilli ipſius Prepoſiti, & Sci *Severi* rogatu fratrum, & Civium illorum, Carta conſignata, & tota res confirmata eſt.

Hec facta ſunt ſub Rege CONRADO. Moguntine Sedis Archiepiſcopo HEINRICO. Provinciali Comite LODEWICO *Puero.* Advocato ERNESTO.

Data Anno Dominice incarnationis MCXLIII. Indictione VI.

LI
HEINRICI I. ARCHIEP.

Qualiter ſedaverit diuturnam altercationem Coenobitarum D. PETRI *&* *D.* DISIBODI, *ſuper prædio in* BISCHOFFEROD. *An.* 1143.

[T. *I.* *p.* 553. *n.* 3. verſu: Anno ſequenti]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS DEI gratia Moguntinenſis Eccleſie Archiepiſcopus. Notum fieri volumus cunctis XPI fidelibus, preſentibus & futuris, quomodo Sancti Spiritus inſpiratione, & noſtro aliorumque Venerabilium & Religioſorum virorum conſilio determinata ſit diuturna altercatio Fratrum Sanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* in *Erphesfurt*, & Fratrum de *S. Diſibodo*, ſuper iniuſta predii ablatione in *Biſcoferode.* Multis annis plures Synodos predictorum monaſteriorum Abbates frequentaverunt, utrique privilegia & vivos Teſtes legitime traditionis coram preſentare ſe poſſe proclamaverunt; ſed nec iuſtitiam nec concordiam obtinere valuerunt. In generali ergo Synodo, quam apud *Moguntiam* habuimus in menſe Mar.

Martio, prediĉtorum cenobiorum Abbates in Synodo ſurrexerunt, antiquam querimoniam ſuper depredatione locorum ſibi commiſſorum replicaverunt, & iuſtitiam Synodus ſuper hoc poſtulaverunt.

Placuit igitur Nobis, & Venerabilibus Abbatibus, Religioſisque Prepoſitis utriusque Ordinis, aliisque ſapientibus Viris, tam ecclesiaſticis quam ſecularibus, ut non iuſtitia, ſed conſilio, duarum Partium altercatio terminaretur. Quod cum utreque Partes laudaſſent, in id conſilii totus Conventus unanimiter concordavit; ut, quicquid predii de *Biſcoſerode* poſſeſſores iniuſti, noſtra auĉtoritate cogente, ſine precii quantitate, equitate ſuadente remitterent, prediĉtorum Fratres Cenobiorum inter ſe caritative perpetim dividerent; Si aliquid pro redemptione dandum eſſet, equaliter darent, redemptumque equaliter poſſiderent; Si una Congregatio aliquid ex hoc predio reacquireret, redemptum itidem cum alia partiretur.

Ergo notum ſit unicuique, nos eiusdem predii partem, curiam videlicet, a *Giſelberto*, quondam Vicedomino, recepiſſe, & eam prediĉtis Abbatibus equaliter diviſiſſe.

Item notum eſſe volumus, quod Cella *S. Martini* iuxta *Falcanaha*, & predia ad illam pertinentia non ſunt cum hoc predio dividenda; Quoniam Dns RVTHARDVS Archiepiſcopus, cuius nos vicem gerimus, ante plures annos, cum predium in *Biſchoferode* ad *Erpheſſurt* delegaret, ſuadente *fratre ſuo*, Dno videlicet DIEDONE, qui eam ſibi ſpecialiter manſionem elegerat, eandem Cellam cum prediis ad illam pertinentibus Sanĉtorum Apoſtolorum principibus delegavit.

Et ut hec omnia que a nobis determinata ſunt, & in hac Carta prenotata, rata & inconvulſa permaneant, auĉtoritate & Sigilli noſtri impreſſione corroboravimus; ut nulli poſt hec liceat horum aliquid permutare, vel irritum facere. Harum autem rerum Teſtes ſunt

BVR-

Digitized by Google

BVRCHARDVS *Argentinenſis* Epiſcopus.
ANSHELMVS *Havelbergenſis* Epiſcopus.
HARTMANNVS maioris Eccleſie Decanus,
& *S. Stephani* Prepoſitus.
HENRICVS maioris Eccleſie Cuſtos,
& *Erphesfurdenſis* Prepoſitus.
GERLACVS S. *Victoris* Prepoſitus.
ARNOLDVS Prepoſitus & Camerarius.
GOTEBOLDVS *Frislarienſis* Prepoſitus.
Magiſter WILEHELMVS.
GOZBERTVS Cantor & Prepoſitus. [*S. Iohannis*]
ADELHARDVS *S. Severi* Prepoſitus.

CAPELLANI

Goteſridus. Conradus. Giſelbertus.

ABBATES

WERNHERVS de Sco *Albano.*
FOLMARVS *Hirſaugienſis.*
CVNO Sci *Diſibodi.*
HENRICVS *S. Iacobi.*

REGVLARES PREPOSITI

ERENFRIDVS de *Winckele.*
ANTONIVS de *Eleveſtat.*
GVNTHERVS de *Lupoldesberg.*

COMITES

Emicho de *Liningen*.
Conradvs de *Chireberch*.
Dammo de *Hagenowe*.
Wigger, & frater eius.
Gotefridvs de *Huſſe*.
Rethervs de *Werede*.
Dvdo de *Ruſteberg* Vrbis Prefectus.

MINISTERIALES

Embricho *Ringravius*.
Dvdo, & Meingot frater eius.
Rvthardvs Vicedominus.
Conradvs de *Geſmare*.

Acta ſunt autem hec Anno Dominice incarnationis MCXLIII. Indictione VI. Regnante Rege Conrado huius nominis *Tertio*.

EIVSDEM,

De Canonicis in Monte Petrino Erfvrti *loco motis, illicque ſubſtitutis Monachis; Nec non beneficiis compluribus aliis, queis Locum cumulavit eundem. An.* 1143.

[p. 553. n. 4. Habes eas, licet non absque vitiis ſubſtantialibus, apud SCHANNAT Vindem. *Coll.* 1. *p.* 181. *n. XII.* Add. *Falckenſtein* Chron. Thur. *Lib.* 2. *P.* 2. *p.* 1018.]

LII

Digitized by Google

LII
EIVSDEM.
Littera fundationis Monaſterii (olim) Georgen-Thal *Ord. Ciſterc. An.* 1143.

[*T. I. p. 553. n. 5.* v. Tum vero]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS gratia DEI Mogontinenſis Eccleſie Archiepiſcopus. Omnibus quidem ratione caritatis debitores ſumus; ſed quia iuxta petitionem Sponſe in Canticis ordinanda eſt ipſa caritas, pronioris animi circa eos eſſe debemus, quos divina gratia noſtre humilitatis ſollicitudini ac tutele commiſit.

Omnibus itaque notum eſſe volumus, tam preſentibus quam futuris XPI & Eccleſie fidelibus; qualiter Vir Nobilis & induſtrius, SIZZO Comes *de Keverenberc*, una cum coniuge ſua GISILA, divino tacti ſpiritu, in loco poſſeſſionis ſue qui *Vallis S. Georgii* nuncupatur, Cenobium conſtruere & vitam monaſticam inſtituere cupientes, noſtrum ſuper hoc conſilium expetierint, & auxilium.

Nos ergo pio faventes propoſito, & felicibus adſpirantes initiis; Religioſis Viris, tam Abbatibns quam Prepoſitis, deſiderium eorum patefecimus. Et communi omnium conſilio Ciſterc. Ordinem elegerunt; In quo, cum mundi huius contemptu voluntaria paupertas principatur, in quo cum humilitate & obedientia caritas dominatur.

Adductis itaque de *Morimundo* probabilis vite tam Monachis quam Converſis, Virum admodum religioſum ac boni teſtimonii, nomine EBERHARDVM, *memorati Comitis*

Cognatum, * unanimi voto parique eorundem Fratrum conſenſu in Patrem ſpiritualem electum, in Abbatem per pontificalem benedictionem promovimus.

Proinde prefatus Comes SIZZO, cum Coniuge ſua *Giſila*, DEO, a quo bona cuncta procedunt, gratias exſolventes, locum ipſum, conſenſu filiorum ſuorum HEINRICI & GVNTHERI, & legitimorum heredum omnium, IHESV XPO eiusque Sanctiſſime genitrici MARIE, Sanctoque GEORGIO

* *Mira huius* Eberhardi *fata expoſuit* PAVLLINI *in* Diſſert. Hiſtor X. p. 93. *Digna omnino, quæ, renovando, propagentur ulterius.* „Everhardus (*ait*) Comes *de Altena*, generoſus Martis pullus, ex acie „domum reverſus, vitâ antegeſta ſcrupuloſe examinata, omnium „vanitatum pertæſus, more Seculi, pro expiandis delictis ad limina „Petrina & Paulina, ad ædem Iacobæam, fanumque Ægidianum ambulabat. Tandem cum Filio perdito, ob remedium animæ ſuæ, in „villa monaſterio *Morimundenſi* ſubdita porcos pavit. Accidit autem, ut duo Nobiles ex eius ditione locum illum aliquando tranſituri in bivio ſtarent, nec, quo eundum foret, exputare quirent. „Præmittunt ergo famulum, qui in vicinia ductorem indicemve itineris conquireret. Hic eminus forte conſpiciens Subulcum cum „grege in colliculo ſtantem, accedit, ſtatimque ex cicatrice in facie „EBERHARDI, Comitem ſuum agnoſcit. Narranti talia nulla „habebatur fides. Propius vero Equites venientes & fantes cum illo, „rem ita ſe habere magnâ animi lætitia percipiunt. Famâ novellarum ad Abbatem Morimundenſem ocius perlata cauſam huiusmodi mutationis indagat ille. *Everhardus* & peregrinantes cuncta recenſent prolixius. Ita deductus ille in Cœnobium, & inter Fratres reformationis *Ciſtercienſis* receptus, religioſiſſime vixit, nulli „moleſtus, omnibus charus.

„Volens autem germina inſtituti ſui etiam in *Thuringiam* plantare, „cum licentia Superiorum venit primo ad fratrem ADOLFVM, „eumque monet movetque, ut Caſtrum *Aldenbergenſe* in coenobium „huiusmodi congregationis converteret; mox easdem meditationes „conſanguineo ſuo SIZZONI, Comiti *Kevernbergico*, & *Giſela*, „coniugi eius, ſuggeſſit, nec ſine optato ſucceſſu. ——— ——— „Adductis igitur *Morimundo* (quod Monaſterium in Gallia eſt Diœceſis *Lingonenſis*, fundatum anno MCXIV) probabilis vitæ tam Monachis quam Converſis, [*&c. uti in Charta*] ipſum *Everhardum* Abbatem conſtituerunt.

Digitized by Google

ORGIO Martiri, & bto *Benedicto*, in odore ſuavitatis obtulerunt. Nos quoque invocato nomine Domini initiati inibi ſacri Ordinis tenorem noſtra Pontificali auctoritate confirmantes, incommutabiliter ſtatuimus, ut a modo & per futura tempora ipſe liber & devotus ſecundum Ciſtercienſium Fratrum obſervantias permaneat, nulliusque terrene perſone poteſtati vel dominio ſubditus fiat, & nullum penitus, tam Nobis quam Succeſſoribus noſtris, ſeculare ſervitium debeat.

Verum quia iam dictus Comes, negotiis ſecularibus implicitus militare DEO pro voto ſuo non potuit, Cenobium hoc illi conſtruxit; quatenus, qui in hoc illi tabernaculo deſerviunt, ſine intermiſſione Dominum pro ipſo interpellent, ut, ſicut hic eos abſcondit in tabernaculo ſuo in die malorum, ita non immemores ipſius, recipiant eum in eterna tabernacula in die bonorum ſuorum.

Sunt autem hec, que . . . loco illi contulit, & poteſtativa manu, quo ea iure poſſedit, ei absque omni refragatione delegavit. *Herwerith*, cum terminis ſuis uſque *Hirzberc*, verſus Orientem: uſque *Schonowe* verſus Septentrionem: usque *Sundere* verſus Meridiem, ſylvoſos duos montes ad ſe pertinentes habentes ad Occidentem. Item *Aſolveroth* cum omnibus pertinentiis ſuis, — — — cum tota ſylva, *Louba*, dicta; ſcilicet a porta cimiterii Ville, que dicitur *Altenberg*, per viam que ducit ad flumen *Line* ad ſiniſtram; dein per aſcenſum eiusdem fluminis verſus Occidentem ad callem qui ducit ad arborem *Ahorn*. Inde ad plateam - - [*ſicque terminos in longum & latum percurrendo.*]

Vt autem hec, pretioſo Martiri *B. Georgio* delegata, uſui pauperum XPI tanto perennius profutura & inconcuſſa permaneant; ſepe dictus SIZZO, annuente pia coniuge ſua GISILA Comitiſſa, conniventibus quoque filiis HEINRICO & GVNTHERO conſtituit, & Nos ipſorum petitione auctoritate noſtra ſtatuimus, ut predictum Cenobium cum pertinentiis ſuis, & aliis omnibus modo traditis & adhuc tradendis, ſub B. MARTINI mundiburdio & Mogontini Pontificis tutela

ſecurum, ſemper ſtabiliatur & defendatur; ſi forte quiſpiam —— quod abſit, ſtatutum hoc ullo ingenio aut legum argumento infirmare vel infringere preſumpſerit.

Huius rei ſanctionem ratam & inconvulſam eſſe, preſentis Privilegii noſtri pagina ſtatuimus; Et ſub invocatione Sce & individue Trinitatis, ſub auctoritate Scor. Apoſtolorum Petri & Pauli; ſub iudiciaria omnium Sanctorum diſtrictione: ſub Domni Apoſtolici Noſtroque pontificali Banno: ſub intimatione perpetui Anathematis, & illius Tremendi Examinis confirmavimus; & hec ſcripta Sigilli noſtri impreſſione ſignavimus.

Hec autem ſunt Nomina eorum, quorum teſtimonio confirmata eſt hec actio.

BVRCHARDVS *Argentinenſis* Epiſcopus.
BVCCO *Wormatienſis* Epiſcopus.
ANSHELMVS *Havelbergenſis* Epiſcopus.
HARTMANNVS maioris Eccleſie Decanus,
& S. Stephani Prepoſitus.
HEINRICVS maioris Eccleſie Cuſtos,
& *S. Marie* in *Erpesphort* Prepoſitus.
GERLACVS Prepoſitus *S. Victoris.*
ARNOLDVS Prepoſitus & Camerarius.
GOTEBOLDVS *Fritzlarienſis* Prepoſitus.
GOZBERTVS Cantor, & *S. Iohannis* Prepoſitus.
Magiſter WILLEHELMVS.
LVDEVICVS *S. Gingolfi* Prepoſitus.
ADELHARDVS Prepoſitus *S. Severi.*

CAPELLANI

Gotfridus. Cunradus. Giſelbertus.

WERN-

Digitized by Google

Wernhervs Abbas de *S. Albano.*

Folmarvs *Hirſaugienſis* Abbas.

Wernhervs Abbas de monte *S. Petri* in *Erpeſphort.*

Cvno Abbas *S. Diſiboti.*

Heinricvs Electus *S. Iacobi.*

REGVLARES PREPOSITI.

Antonivs de *Elvſtat.* Erenfridvs de *Winckele.* Gvnthervs de Lupoldisberc.

COMITES

Emicho de *Liningen.* Sizzo Comes de *Kevernberc.* Cvnradvs de *Kirchberc.* Tammo de *Hagenowa.* Wiggervs, & frater eius Godefridvs de *Hoſte.* Rethervs de *Werde.* Dvdo de *Ruſteberc* Vrbis Prefectus. Folradvs & Sigfridvs de *Cranichfeld.*

MINISTERIALES

Embricho *Ringravius.* Dvdo, & frater eius Megingor. Rvthardvs Vicedominus. Dvdo Sculcetus. Cvnradvs de *Geiſmare,* & alii quam plures.

Facta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLIII. Indictione VI. Regnante glorioſo Rege Cvnrado huius nominis II. Data *Mogontie* XIII Kal. Aprilis per manum *Sigeloî* Notarii feliciter Amen.

LIII
EIVSDEM.

De contentione, inter Coenobium GERODE *& Comitem* de HIRSCHBERG, *Igniti ferri iudicio deciſa. An.* 1143.

[*p. 554. princip.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego HEINRICVS DEI miſericordia Sacroſancte Moguntine Eccleſie Archiepiſcopus. Notum fieri cupio univerſis tam preſentibus quam futuris XPI fidelibus, quemadmodum Cenobium GERODENSE a diuturna quorumdam oppreſſione liberaverim; Quod cenobium dudum Dna RIGGARDIS, poſt obitum felicis memorie RVDOLFI Marchionis mariti ſui, & filius eius VDO, nec non frater eius RVDOLFVS, cum reliquis liberis & coheredibus, divina miſericordia ammoniti, apud *Erpesfurt*, Eccleſie Moguntine in perpetuam proprietatem ſub ADELBERTO Archiepiſcopo *ſeniore* tradiderunt.

BECELINVS ſiquidem *de Bokelinhagen*, & tres filii ipſius, *Berchtolfus*, *Hartmannus*, *Gozwinus*, mortuo ADELBERTO Archiepiſcopo iuſſu Comitis HERMANNI de *Hirzberc* invaſerunt predia ſupradicti monaſterii, licet iam in prima fundacione privilegii auctoritate firmata: ſcilicet *Solebach*, *Haſelbach*, & *Hildenhagen*. Pro quibus tam diu contenderunt, donec importunitate prefati Comitis *Hermanni*, & ſupra dictorum Fratrum & noſtro conſilio, conſenſu quoque HERMANNI, Gerodenſis Abbatis, *Igniti ferri examinacione* Cauſam determinandam ſtatuimus.

Ergo apud *Erpesfurt*, XVIII Kal. Iulii, cum aliis DEI famulis, Epiſcopis Prepoſitis Abbatibus, Ferrum in monaſterio Sanctorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* benediximus; Quod

Digitized by Google

Quod ferrum *manum portantis* non ſolum *non combuſſit*, ſed ut videbatur, poſtmodum ſaniorem reddidit.

Ne autem ab his, poſtmodum, ſive ab aliis hoc poſſit irritari; iuſſimus hoc conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione corroborari. Precipientes ex auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. Martini & noſtra, ut quicunque contra hanc paginam poſt peractum Dei iuſtum iudicium venire temptaverit, Anathema ſit. Huius rei Teſtes ſunt:

Anshelmvs *Havelbergenſis* Epiſcopus. Heinricvs Prepoſitus de *S. Maria*, & Adelhartvs Prepoſitus de *S. Severo* in *Erpesfurt*. *S* . . & Wolpertvs, Prepoſiti. Heinricvs Prepoſitus. Anshelmvs Prepoſitus de *S. Maria* Moguntie.

ABBATES

Wernhervs *Erpesfurtenſis*.
Cvno de *S. Diſibodo*,

CAPELLANI

Hartwigus. *Sigiloch.* *Gumbertus.*
Rudigerus. *Conradus.*

COMITES

Ernestvs, qui & Advocatus, & frater eius Lambertvs.

MINISTERIALES

Ludewicus. *Wernherus.* *Giſilbertus.*
Heinricus de *Mollesberg.*
Hugo. *Conradus.*
Adelbertus de *Ruſteberc.*
Sigebolt. *Hartung.* *Gernot.* *Wernherus.*

T Acta

Acta ſunt hec me preſente. Anno Dominice incarnationis MCXLIII. Indictione VI. Regnante Rege CONRADO huius nominis *Tertio.*

RVDOLFVS, *qui in præſenti recurrit Diplomate,* [*conf. ſupra n. XXVI,* & *p.* 77.] *Marchio* STADENSIS *fuit, quod ſequentibus confirmatur teſtimoniis coævis, proſapiam ipſius & gentes illuſtrantibus.*

ANNALISTA SAXO, *apud* Eccart *Scriptor. Rer. German.* Tom. I. p. 562. *ad ann. MLXXXII*: „VDO ſenior, „Saxonicus Marchio defunctus eſt IIII Non. Maii. Vxor „eius ODA dicebatur. —— Hæc genuit predicto „Vdoni, *Heinricum*, *Vdonem*, *Sigifridum*, *Rodulfum.* „—— —— Igitur defuncto *Vdone* ſeniore, ſucceſſit „ei filius eius *Heinricus* Marchio. ——

Ad annum MLXXXVII p. 569: „HEINRICVS Mar„chio *de Stadhe*, filius Vdonis defunctus eſt ſine filiis, „& factus eſt Marchio frater eius *Luitgerus*, cognomen„to *Vdo.* Hic dedit Comitatum ſuum *Stadhe* Frideri„co, quem habuit quadraginta annis. Iſte *Vdo* & ma„ter eius *Oda*, & frater eius *Rodolfus*, & maritus ſoro„ris ipſorum *Fridericus* Comes Palatinus de *Putelendorp*, „conſilio *Herraudi* Halberſtadenſis Epiſcopi . . . expu„lerunt Clericos de loco ſuæ conſtructionis *Herſeveld*, „& poſuerunt illic Monachos. ——

Ad ann. MCVI. p. 614 fin. „In Saxonia *Vdo*, Mar„chio Aquilonaris —— vehementi infirmitate repente „cepit laborare, qua ingraveſcente, ad locum, qui *Ros„ſenvelde* dicitur, delatus, IV Non. Iunii de hoc ſæculo „migravit. —— —— *Rodolfo* fratri illius *commiſſa eſt „Marchia* per octo annos ab *Heinrico* Rege, ut nutriret „filium eius Heinricum.

Ad ann. MCX p. 625 fin. „ODA Marchioniſſa, filia„ſtra Ducis Ottonis, uxor *Vdonis* Marchionis ſenioris „*de Stadhen*, mater autem *Heinrici* & *Vdonis* iunioris & „Rodolfi, Marchionum, eodem anno obiit.

Ad

Digitized by Google

Ad an. MCXXIV p. 655. Rodolfvs Comes frater „*Vdonis* Marchionis, Marchio aliquandiu, et ipſe obiit. „Erat ei uxor, nomine Richardis, *filia* Herimanni „*Magedaburgenſis Comitis*, de qua ſuſcepit filios *Rodol-* „*fum*, *Vdonem*, & *Hartwigum*, Bremenſem Archiepis- „copum, & filiam nomine *Luiccardem* ——.

Ad ann. MCXXX. p. 663 lin. ult. „Vdo Comes de „*Frekenleve*, filius Rodolfi Marchionis, apud *Aſcherleve* „ab hominibus *Adalberti* March. occiſus eſt &c.

Add. Albertvs Stadensis *ad an. MCXXIV. apud* Boeclerum *p. 264.* "Rodolfus Marchio obiit VIII Idus Decembris.„ *Hæcce roborantur* Adalberti Archiepiſcopi Bremenſis *confirmatione Coenobii S. Georgii in* Stade, *quam primus edidit M.* Georgius Roth, *Gymnaſii Stadenſis Rector, in Programmate invitatorio ad ſolemnia anni ſecularis ſecundi 1717. p. 23, ubi* Adelbertus *ſic loquitur:* „Noſtro conſilio per *Rodolfum* „Comitem & matrem eius Richardim, Marchioniſ- „ſam, quo Fratres, ſecundum canonicam regulam B. „Auguſtini, a loco qui *Dei gratia* dicitur, in noſtram „Dioceſin adduxerunt, —— pro remedio animæ Co- „mitis Vdonis *nuper occiſi*, nec non & omnium pro- „pinquorum ſuorum, ſe præcedentium & ſubſequen- „tium. —— Et capellam Sanctorum Coſmæ & Da- „miani *Rodolfo* Comite ex antiquo paternæ hereditatis „iure accedentes —— —— Acta ſunt hec a *Rodolpho* „Marchione anno Domini MCXXXII, & a Venerabili „Archiepiſcopo *Adalberone* an. Dni MCXXXVII.

LIV
EIUSDEM.
Qualiter Monaſterium de CAPELLA *ſubditum fuerit Sedi Moguntinæ.* *An.* 1143.

[Ex acceſſionibus noviſſ.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

HEINRICUS DEI gratia Moguntinorum Archiepiſcopus omnibus in eadem fide permanentibus ſalutem in Domino. Cum ad noſtre ſalutis profectum bonis operibus invigilare neceſſe habeamus; ſcientes, quia qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet; pro eiusdem benedictionis conſolatione devote in vinea Domini laborare, & alios in idipſum exhortari dignum duximus.

Notum ſit igitur omnibus XPI fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter Prepoſitus NOTH, Pater Monaſterii de *Capella*, Vir religioſe converſationis, cauſam eccleſie ſue neceſſariam ad nos perduxit. In Domino poſtulans, ut bonam operis ſui initiationem cooperantibus XPI fidelibus auctoritatis noſtre Privilegio confirmando corroboraremus. Et pro debita Filialis ſue obedientia, qua eccleſiam ſuam Moguntine Sedi ſubiectam eſſe recognovit, tuitionis noſtre ſubſidium, tam de collatis quam in poſterum conferendis, in caritate XPI exoptavit.

Nos itaque illud, quod ſcriptum legimus attendentes, Omni iuſta petenti retribuere: ex debito caritatis conſenſimus. Superaddentes Fratribus prefate eccleſie, in augmentum Prebende ſue, Decimationes que ad nos ſpectabant de Novalibus ſuis, ſive cultis, ſeu adhuc colendis, in ſilva que dicitur *Hocholze.* Hoc ſiquidem tenore, quod in cottidianis orationum ſuarum ſuffragiis, ſeu Miſſarum celebrationibus, Noſtri, tam vivi quam defuncti, ſicut Fratris, fraternam habeant memoriam, & diem anniverſarii noſtri ſingulis annis devote concelebrent.

Et

Et ut huius rei veritas firmior & ſtabilior in perpetuum permaneret; hanc Paginam noſtri Sigilli munimine conſignatam confirmavimus. Obligantes Banno bti Petri & Noſtro huius traditionis violatores, & felicis actionis diſſipatores. Teſtes enimvero ſunt

GERLACVS Sci *Victoris* Prepoſitus.
GODEBOLDVS *Frideslarienſis* Prepoſitus.

ABBATES

CVNO Sci *Diſiboti*. HERIMANNVS *Gerodenſis*.

REGVLARES PREPOSITI

ERENFRIDVS de *Winchela*. BRVN de *Wizenſteine*. *

CAPELLANI

Gervicus. *Godefridus*. *Cunradus*.

COMITES

RETHERVS. GEVEHARDVS.
DVDO Prefectus Vrbis, de *Ruſteberc*.

MINISTERIALES

EMBRICO *Ringravius*. MEINGOTVS.
CVNRADVS. HVGO. WOLVERICVS.

Acta ſunt hec quoque Anno Dominice incarnationis MCXLIII. Regnante Rege CVNRADO huius nominis II. Indictione VI. Data *Geiſmarie* VIIIX Kal. Ianuarii.

* Weiſſenſtein: *olim Coetus Canonicorum Regularium in* Haſſia. *Ipſum vero Coenobium* Capella *quod attinet, fuit illud* Ordinis Præmonſtratenſis; *probabiliter in eadem terra, vel vicina (fors* Brunſvicenſi*) ſitum. Ita ut ſuſpicer, Charta viſitatoria Archipræſulis Moguntini* BERTHOLDI facit; *Quippe quà, Abbatibus de* CAPELLA *&* de *Ilfelt, ſimulque* Wigando *Goſwin* Decano Frizlar. *in mandatis dat, reformandi parthenonem* Bermerode, *eiusdem Ordinis: An. 1494 d. 3. Iunii.*

LV
EIVSDEM,

Confirmatio Donationis prædiorum in HOCHSTET, *factæ* PETRENSIBVS *per Miniſterialem Marchionis Miſnenſis,* DIEMONEM, *Benefactoreſque alios. An.* 1144.

[*p.* 554. *n.* 2. *de Falckenſtein* Chron. Thur. *L.* 2. *p.* 503. *Schannat* Vind. *Coll.* 1. *p.* 183. *n. XIII.* Aſt ſine Teſtibus: Non item ſine vocibus corruptis, omiſſis.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Sancte Moguntine Eccleſie Archiepiſcopus. Notum fieri volumus cunctis XPI fidelibus, quibus traditionibus legitimis predia in *Hochſtede* iacentia, principibus Apoſtolorum *Petro* & *Paulo* in *Erphesfurt* ſint delegata.

DIEMO quidam, Miniſterialis Dni CONRADI Marchionis, gratia Spiritus ſancti inſpiratus, deliberavit mutare terrena pro celeſtibus; adiensque predictum Marchionem, rogavit, ut illius permiſſu ſe ſuaque bona liceret tradere *Erphesfurdenſi* cenobio in honore ſupra dictorum principum Apoſtolorum edificato. Cuius precibus Nobilis Marchio devotiſſime aſſenſum prebuit, atque omnia predia & homines que predictus *Diemo* in *Hochſtede* poſſedit, liberis manibus duorum Comitum, videlicet SYZONIS Comitis & LAMPERTI, tradidit; ut ipſi nichilominus ſuper Altare predictorum Apoſtolorum ipſa predia contraderent.

Eſt autem ipſum predium VIII manſi, cum hominibus, & una vinea in *Hochſtede*, & tres manſi in *Vrleyben*. Qua traditione legitime peracta, & predeceſſoris noſtri ADELBERTI Archiepiſcopi *Senioris* Banno confirmata, ſepedictus *Diemo* monaſtice vite regulam ſubiit in ſupra dicto cenobio, in quo dormit feliciter in Domino.

In

In prediċta villa habent iidem Fratres aliud predium, quod Dns HERMANNVS de *Wocenesberc*, Iheroſolimam peregrinare deſiderans, DEO & Sanċtis Apoſtolis delegavit, multis Nobilibus & Liberis & Religioſis viris cum Advocato aſſiſtentibus. Tradidit autem XX manſos cum omni utilitate, domi & foris, viis & inviis, agris cultis & incultis, paſcuis, pratis, aquis, piſcinis, aquarum decurſibus, ſilvis, molendinis: Deditque unam vineam cum pomerio, & homines ſuos, quosdam ad *miniſterium*, quosdam ad *cenſum*.

Tradidit preterea *Reinhardum* quendam *de Berchaba*, cum dimidio manſo & curtilibus, tali conditione, ut perpetuo due quadrige de hoc predio ligna in uſus Fratrum exportarent. De quo predio, & predii iure parum diſſidens Lantgravii Mater cum Filiis, aliquantis annis legitima illius predii, Fratribus impediverat; verum a nobis & aliis religioſis Viris commonita, idem predium dividi permiſit; & dimidiam partem curtilium in *Berchaba*, & agrorum cultorum & incultorum, & eveċtionem unius quadrige de ſilva, libere & publice, cum Filiis, Sanċtorum Apoſtolorum principibus remiſit; & pro dimidia quam ſibi retinuit, dimidium manſum in *Hochſtede* tradidit; Et hec omnia Banno & Scriptis firmari rogavit.

Harum rerum veritatem reſpeċtu pacis & ſtabilitatis Litteris demandavimus, & Sigilli noſtri impreſſione corroboravimus: Et in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſanċti, banno Anteceſſorum noſtrorum Bannum noſtrum addidimus. Huius rei Teſtes ſunt:

VDO *Gurcenſis* Epiſcopus.
Comes SIZO.
ERNESTVS Comes, & Advocatus prediċti Cenobii.

ABBATES

HEINRICVS *Herſveldenſis*.
WERNHERVS *Erphesfurdenſis*.
WEZEL *Northeimenſis*.
HERMANNVS *Gerodenſis*.

PRE-

PREPOSITI

HEINRICVS de *S. Maria* in *Erpheſſurt*.

ADELHART de *S. Severo*.

BVRCHARDVS *Iecheburgenſis*.

GOTEBOLDVS *Friteslarienſis*.

LIBERI

WIGGER de *Warperg*.

MEINHART de *Mulebere*.

ADELBERTVS de *Balenhuſen*.

MINISTERIALES

BERTOLDVS de *Tuteleyben*.

ADELBERTVS de *Almenhuſen*.

GVNTHERVS de *Merckisleyben*.

HEINRICVS de *Herverisleyben*.

WERNHERE de *Witerde*.

SIGEBOLT. WERNHERE. HARTVNG.

Acta ſunt hec apud *Erphesfurt*. Anno Dominice incarnationis MCXLIIII. Indictione VII. Regnante CONRADO Rege. Sedi Moguntinenſis Eccleſie preſidente HEINRICO DEI gratia Venerabili Archiepiſcopo. ERNESTO Comite, Advocato; RYTELIN Sculteto; feliciter, Amen.

Digitized by Google

LVI
EIVSDEM.

Littera fundationis Monaſterii (olim) AVLESBVRG, *ſive* HAYN *in* HASSIA, *Ord. Ciſterc.* *An.* 1144.

[*T. I. p. 553. n. 5.* v. Tum vero]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Moguntinenſis Archiepiſcopus. Quoniam DEO gratum fore, nobisque profuturum per viam ſalutis comperimus, ſi miniſtris ipſius adeſſe pro debito, reſque ſibi collatas in XPO conſervare ſtuduerimus. Igitur nihilominus que poſteris noſtris patula fore deſideravimus, monumentis ſcriptorum commendare curavimus.

Vnde notum fieri cupimus, tam noſtris ſucceſſoribus, quam preſentibus XPI fidelibus, qualiter in *Richenbach* Comes BOPPO, ſue ſuorumque ſaluti providens, in loco qui dicitur *Aulesburch*, ad honorem Sce *Marie Virginis*, in proprio fundo, propriis facultatibus, Cellulam cum neceſſariis officinis, inibi ſub Regula *S. Benedicti* degentibus, ſuperſtite beate memorie predeceſſore noſtro ADELBERTO Metropolitano conſtruxit.

His itaque rite peractis prenominatus Comes, ut, que fecerat in DEO, principaliorum Metropolis ſue corroboraret teſtimonio, ceu iuſtum, ſimul coram Clero, coramque populo more ſue gentis, manibus coadunatis vxoris eius Dne BERTHE, filii ſui HENRICI, filie ſue LVTGARDIS, & illius mariti, VOLCWINI de *Sualenberg*, concorditer predictum locum, cum univerſis illius appendiciis, Sce MARIE ſibique ſervituris inibi contradidit.

V Enim

Enim vero preſcripta ut maioris adhuc eſſent auctoritatis, nomina prediorum que contulerat uſibus Fratrum conſcribi flagitans, niſi ſub anathematis vinculo ne ſuis unquam contingant heredibus poſſidenda, prorogavit, effecit. Horum nomina ſunt hec: *Volgulen*, * *Holzhuſen*, *Holzheim*. Dimidiam partem *Bermheid*, * quâ Comes antea fuerat inbeneficiatus, cum decimis Novalium, ut in predicto Cenobio famulantibus deputarentur, in manus Epiſcopi reſignavit.

* *He bine voces, repetite in apographo* Sigefridi II *accuratiori, de 1215, exprimuntur* Vogelin, Bernheit.

Hanc vero quam memoravimus traditionem coram omnibus quibus poterat Eccleſie Catholicis promulgavit, et, ut hec Banno confirmarentur Epiſcopali, ſub auctoritate teſtium fidei, poſtulavit & obtinuit. Deinde, Epiſcopus felicis memorie non tantum predictorum, ſed & univerſorum decimas novalium que inter terminos ſue Diioceſis illic Domino ſervientes elaborarent, & decimas pecorum & omnium nutrimentorum ſuorum, dimidiamque ſilvam *Bermheid*, illi contulit & Banno confirmavit.

Quo peracto ſepius prefatus Comes Poppo, vite preſentis premonitus termino, heredum ſuorum communicato conſilio, conſenſu & filiorum, predia locis in ſubſcriptis —— ſuperaddidit, —— *Hegenehe*, *Virmine*, *Hadelogenhuſen;* quibus conſervandam novellam eius plantationem dotare, Deoque deſervientibus inibi conſolari, fideliter ac devote conſtituit.

Nos igitur eternorum largitoris gratia Moguntine Metropoli, licet indigni, preſidentes, benignam largitionem noſtrorum predeceſſorum comprobantes, quecunque contulerunt Illi, hoc Nos propter Devm concedimus, & ipſum (*locum*) cum ſuis —— ——, in verbo Domini ſub tutelam noſtre defenſionis in perpetua pace conſervandum ſuſcepimus; & in verbo Dei, noſtrorumque Predeceſſorum Banno, cunctis iuſtitie pervaſoribus, auſu temerario ne ſuis unquam vendicare preſumant uſibus, interdicimus. Si quis autem ſacrilegus

legus in illis exiſtat, vinculis anathematis cum traditore Iuda ſubiaceat. Hanc inde paginam noſtra Formata ſigillatam, —— ——, & ut inconcuſſa permaneant, —— —— ſubnotare precepimus. Teſtium nomina ſunt hec:

HARTMANNVS Prepoſitus maioris Domus Moguntine.
Prepoſitus ANSHELMVS. Prepoſitus GODESCALCVS.
Prepoſitus GODEBOLDVS in *Frideslaria.*
Prepoſitus ADELHARDVS in *Erphesfurt.*
. . . *Henricus* Abbas in *Walchenride.*
HENRICVS Abbas in *Bredenowe.*
. . . Comes GODEFRIDVS de *Wegebach.*
SIGEBODO *C.* *Scoweburch.*
—— —— —— —— ——
DVDO. MENGOTVS frater eius, & alii principaliores Moguntine Metropolis.

Acta ſunt hec publice, in *Frideslaria.* Anno Dominice incarnationis MCXLIIII. Indictione VII. Regnante Glorioſo Romanorum Rege CONRADO, anno Regni Illius VI. Preſidente in Cathedra Moguntinenſi Venerabili Dno HEINRICO, ordinationis eius anno primo, feliciter. Amen.

Non prodit hoc Diploma è penu mea, ſed ex Analectis Haſſiacis *Dni* KVCHENBECKER, Collect. IV p. 340. *Placuit vero illud inſerere Noſtris, quoniam Monaſterii tanta celebritate olim conſpicui fundationem enarrat, ut proinde inter reliquas Chartas quæ Coetuum ſacrorum origines illuſtrant, locum omnino mereatur. Eam tamen adhibuimus cautelam, ut verba nonnulla quæ in impreſſo exemplari ſuſpecta videbantur, cumprimis aliquot Teſtium depravata nomina, præterire potius, atque obductis lineolis indicare, quam falſa & corrupta pro genuinis tradere maluerimus.*

LVII
CONRADI IMP.
De conſecrata per HENRICVM *Mogunt. Archiep. Ecclesia* HERSFELDENSE. *An.* 1144.

[*p.* 554. *n.* 3. v. Sub hæc]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

CVNRADVS divina favente clementia *Secundus* Romanorum Rex Auguſtus. Iuſtitie diffinitio eſt, conſtantem ac perpetuam habere voluntatem tribuendi unicuique quod ſibi iure competit. Quam virtutem cum omne hominum genus, partim in natura partim in inſtitutis legalibus edoctum, colere ſemper & exercere habeat; precipue tamen Regie dignitati congruit, talem animi habitum immutabiliter induere; Eisque perſonis noſtra Dignatio in omni pietatis & equitatis defenſione propenſiorem debet adhibere benevolentiam, que divinis ſincerius ſunt mancipate obſequiis, & nobis in adminiſtratione Regni ſollicite agentibus, & orationis munde beneficio, & veracis conſilii ſubſidio, & indefeſſi laboris ſtudio aſſiſtunt.

Eapropter Reverende Abbas HENRICE Hersveldenſis Cenobii: cum Nos ad dedicationem tue ecclefie, que à HEINRICO venerabili Moguntinenſi Archiepiſcopo rite peracta eſt, pia benevolentia invitaveris; dignum eſſe arbitramur, ut eccleſia tua de noſtro adventu gaudeat, & de noſtra liberalitate emolumentum capiat. Et licet Congregatio tua, priſco Regum ſeu Imperatorum beneficio Decimationem de indominicatis noſtris in *Ingelnheim* habuerit; tamen quia per inſolentiam temporum iam a longis retro temporibus Monaſterio tuo negata eſt, eam Tibi tuisque ſucceſſoribus in perpetuum reddimus, concedimus, & tam ipſam, quam omnes poſſeſſiones que munificentia Regum, liberalitate Principum, donatione

Xpi

Xpi fidelium eccleſie Tue collate ſunt, per preſentis Precepti paginam Eccleſie Hersveldenſi confirmamus.

Decernimus igitur, & Regia auctoritate precipimus, ne aliquis Succeſſorum noſtrorum, Regum ſeu Imperatorum, aut alia quelibet perſona, magna ſive parva, eandem Decimationem eccleſie tue abalienare, vel aliquo ingenio diminuere preſumat; ſed tam Tu quam Succeſſores tui omni deinceps tempore ſine contradictionis moleſtia poſſideant. Si quis vero, quod abſit, tam in predicta donatione, quam in ceteris eccleſie poſſeſſionibus te vel ſucceſſores tuos aliquo modo perturbare preſumpſerit, Centum libras auri puriſſimi componat, quarum dimidiam partem Camere noſtre, reliquam vero Tibi, tuisque ſucceſſoribus perſolvat.

Et ut hec noſtra conceſſio ſive confirmatio rata & inconvulſa permaneat, hanc inde Cartam ſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus; manuque propria ut infra apparet corroborantes, idoneos Teſtes ſubnotari fecimus, quorum nomina hec ſunt:

HEINRICVS Moguntinenſis Archiepiſcopus, Conſecrator eiusdem Eccleſie. BVGGO *Wormatienſis* Epiſcopus. WIGGERVS *Brandenburgenſis* Epiſcopus. ALEHOLFVS *Fuldenſis* Abbas. WIBALDVS *Stabulenſis* Abbas. CVNRADVS *Herward* . . Abbas.

ALBERTVS Marchio. LVDEWICVS Provincialis Comes *Thuringie*, ipſius loci Advocatus. HERMANNVS Comes *de Winzeburg*, & frater eius HEINRICVS. SIZO Comes. ERNEST Comes. GODEFRIDVS Comes, & frater eius BOPPO, Comes *de Cigenhagen.* RVDGERVS Comes. LVDEWICVS Comes *de Lare*, & ceteri quam plures.

Signum Domini CVNRADI Romanorum Regis *Secundi.*

Ego *Arnoldus* Cancellarius, vice HEINRICI Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi. Anno Dominice incarnationis MCXLIIII. Indictione VII. Regnante CVNRADO Romanorum Rege *Secundo*, anno vero Regni eius VII. Data eſt *Hersveld* XVI Kal. Novembris. In XPO feliciter Amen.

LVIII

HENRICI ARCHIEP.

De oblatis Monaſterio ERBACENSI *XX manſis Sylvaticæ terræ in tractu villæ* BIRCKEN.

An. 1144.

[p. 554. n. 5.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Divina favente clementia HEINRICVS, Sancte Sedis Moguntine Archiepiſcopus, huius nominis *Primus.* Quia in plenitudine memorie DEI, locum, Regiminis quod tenemus, amplificare quantum poſſumus conamur; maxime his providere volumus, qui, inſeparabiliter DEO vivo & vero adherentes, inſudant laboribus. Servire enim Ipſi, vera ſalus eſt anime & corporis: Et dum in utroque homines ipſi connectimur, quaſi lapides vivi in XPO Domino coedificamur.

Noverit itaque omnis tam preſentium quam futurorum poſteritas, quanta ſit, eccleſiis DEO edificatis ſubvenire, utilitas: Et ideo petitioni ſervorum DEI tanto libentius intendimus, quanto ipſorum interventu ſalvari credimus.

Quapropter nobis providentes ſalubriter, & futuris utiliter; in remedium anime noſtre, Fratribus in *Eberbach* DEO ſervientibus, viginti manſos in *Bircken* de ſilvatica terra contulimus; ut uſibus ſuis, prout expedierit, in omnibus preparent, & eos in augmento neceſſitatum cotidianarum bene & provide excolendo, utilitatibus ſuis accumulent; & poſtea ſibi

bi ſuccedentibus proſperis incrementis, quicquid ovium, vel quorumlibet animalium, de benedictionibus plenitudinis Dei inibi conquiſierint, nulli prorſus de Decimis eorundem pecorum reſpondeant, ſed iure quieto poſſideant.

Quam traditionem, ne aliquis infringat, vel ei temerarius ſe opponat, Cartam preſentem conſcribi, & Sigillo noſtro firmari, Teſtesque deſuper annotari iuſſimus, quorum iſta ſunt nomina:

Hartmannvs maior Prepoſitus.
Lvdovicvs *S. Petri* Prepoſitus,
Heinricvs Cuſtos. Gerlacvs Decanus.
Arnoldvs Camerarius.
Anshelmvs Prepoſitus *ad Gradus* (B. V.)
Magiſter Wilhelmvs.
Adelhardvs Abbas *S. Albani.*
Wernhervs Abbas *S. Iacobi.*
Cvno Abbas *S. Diſibodi.*
Hermannvs Comes Palatinvs.
Comes Cvnradvs.
Emicho Comes *de Liningen.*
Wolfframmvs de *Wertheim.*

MINISTERIALES

Dudo & frater eius *Meingotus.*
Ruthardus Vicedominus.
Walpertus de *Pinguia.*
Erneſtus, & filius eius *Helfricus.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLIIII. Indictione VII, ſub Cvnrado Rege Romanorum huius nominis *Secundo.*

LIX

LIX
EIVSDEM,

Quâ HENRICVS *Comes de* PLESS *&* *novella uxor eius, de Beneficio Comitis* à BOMENEBVRG *eo pacto inveſtiuntur, ut Abbatias in* NORTHEIM *&* REINHAVSEN, *Eccleſiis, Decimis, Sylvis &c. augere ſatagant.*
An. 1144.

[Non citatur, quia tunc preſto necdum erat.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autographo. HEINRICVS divina favente clementia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, huius nominis *Primus.* Quia iuxta Apoſtolum Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentum, & in ymagine poſiti corruptibilis corporis vane certabamus, niſi in diem theſaurizemus, oportet nos hic ita eſſe ſollicitos, ut teſtamentum eterne promiſſionis poſſideamus cum his, qui predeſtinati ſunt in ſorte ſancte hereditatis. Cum enim conſtet, quod nichil intulimus in hunc mundum; patet procul dubio, quia & hinc nil auferre poſſumus, ideo dum vigemus, dum valemus per XPM, in quo omnis plenitudo divinitatis regnat corporaliter, curramus totis animi & corporis viribus, ut comprehendamus, que ſit latitudo & ſublimitas Regni celeſtis; imitando eorum veſtigia, qui de tranſitoriis vite corruptibilis, adepti ſunt ſedem glorie immarceſibilis.

Noverint itaque univerſi tam preſentes quam futuri XPI fideles, qualiter Comite SIGFRIDO *de Buomeneburc*

burc (a) ſine heredibus defuncto, *(b)* dum beneficium olim ſibi conceſſum vacaret, cura tractabamus pervigili, ut ſic & honori Eccleſie & ſaluti noſtre provideremus, quatinus mediante divine reſpectu gratie, ſalus & commodum nobis inde proveniret.

Noſtrorum igitur priorum uſi conſilio & prudentia, maxime Venerabilis Abbatis WIZELONIS *de Northeheim*, diem in loco *Sanctorum Virorum*, qui lingua vulgari *Helingeſtat* nuncupatur, conſtituimus; ubi Vidua defuncti Comitis, cum mari-

(a) Turpiter iſthoc familiæ Nomen a Diplomatum editoribus olim fuiſſe depravatum, ex LEVCKFELD *Antiq. Kelbrenſ. C. 2. §. 14. p. 38.* diſci poteſt; dum aliqui *Romineburg*, alii *Hammeneburg*, rurſus alii *Hornenburg*, item *Bonnenburch*, ſcripſere. Nec mirum. Quo vid. noſter GANCELINVS, *forte* GAVCELMVS, p. 11.

(b) Egregie hæc confirmant *Leuckfeldii* modo laudati ſententiam d. l. p. 41. propoſitam; ubi contra *Tenzelium* diſputat, qui in *Typo Genealogiæ Beuchlingicæ § 9 fin.* omnium inſecutorum Comitum, tam *Bohmerburgicorum* quam *Beuchlingicorum*, ſtemma a dicto *Sigefrido* Comite, an. 1144 morte ſublato, derivandum eſſe contendit. *Leuckfeldius* contrarium ſuſtinens, ad coævorum provocat teſtimonia, in primis *Chronographi Saxonis, Engelhuſii & Bodonis*, apud *Meibomium & Leibnizium*, uno ore affirmantium, SIGEFRIDVM Comitem abſque ulla prole deceſſiſſe, ultimumque ſuæ gentis fuiſſe.

Ac eadem hæc ſententia præſenti Charta noſtra extra omne dubium collocatur. Diem quidem *Sigefridi* Com. emortualem nemo hactenus indicare valuit; certum tamen eſt, egiſſe ipſum in humanis adhuc, menſe Iulio, anni 1144 memorati. Intererat enim Iudicio, quod CONRADVS II. Rex Rom. tunc exercuit inter Abbatem coenobii *Einſidel*, & *Vdalricum* de *Lenzburg*.

Sententia per Regem lata extat in Scripto valde raro, intitulato *Libertas Einſidlenſis*: Appendice Documentorum, *n. X. p. 52*, ubi, qua Teſtis, hac formula adducitur: *Sigefridus Comes in Bonnenburch in Saxonia.* Datum vero eſt Diploma iſtud Conradi R. *Argentinæ an. 1144. 8 Idus Iulii.* Attamen non multo poſt tempore, diem *Sigefrido* illuxiſſe ſupremum, ex circumſtantiis ſequentibus fit evidens.

marito nuper ſibi coniuncto *(c)* HEINRICO Comite, & *Herimanno* fratre ipſius, *de* PLESSE, in hoc convenimus, ut inveſtiti beneficio memorato, Abbatiam in *Nortcheim* & in *Reinehuſen*, DEO beatoque MARTINO cum omni iure attinenti extenderent; videlicet eccleſiis, decimis, pratis, molendinis, ſilvis, cultis & incultis, aquarumque decurſibus. Et hoc precipue ob recepto a nobis beneficio collaudaverunt.

Facta igitur hac conventione, ad locum qui ab incolis *Scrannen* nuncupatur, iuxta *Roſtorp*, de *Helingeſtat* proceſſimus: Ibi, Sanctorum repreſentatis Reliquiis, coram Iudicibus iuxta Leges Saxonum, traditio iſta nobis confirmata eſt, ſub Sacramento iurisiurandi, aſtantibus memoratis fratribus.

Nos

(*c*) Viduæ, quam is poſt ſe reliquit, nomen fuiſſe *Cunegundis*, dubitare non ſinunt ea, quæ hanc in rem evulgavit MEIERVS, *Antiq. Pleſſ. Addit. p. 137.* Ex noſtro autem Diplomate, quod datum eſt *V Kal. Decembr.* (27 Nov.) 1144, animadvertere licet, iſtam *Cunegundim* haud diu continuaſſe viduitatis ſtatum, ſed paucis in eo menſibus tranſactis ad ſecunda vota convolaſſe, atque cum *Henrico* Dynaſta *de* PLESS (quem Archiep. HENRICVS per excellentiam *Comitem* vocat) fuiſſe nuptam. Cuius, ceu *Cunegundis* mariti novi, præſentes Tabulæ mentionem ſpecificam faciunt. Vix igitur quadrimeſtre ſpatium interceſſiſſe oportet, inter *Sigefridi* Comitis obitum, ac repetitum cum *Pleſſio* iugale foedus.

Adſtipulamur ergo laudati *Meieri* ſententiæ l. d. proditæ, qua *Lexnerum* refutat, ſine fundamento aſſerentem, quod ſæpefata *Cunegundis*, defuncto *Sigefrido* ſuo, Virum altera vice ſibi ſociaverit, *Heidenricum* de *Schwanringen*. Quem errorem authentica hæcce Charta, ex tetrico quodam carcere feliciter liberata, aperte refellit.

Tametſi vero hactenus expoſita de *Sigefrido* Comite *de Bomeneburg* ſuæ ſtirpis noviſſimo veritati plane ſint conſentanea; attentionem nihilominus meretur, in Litteris Archiepiſcopi *Arnoldi* (infra ad annum 1158) teſtibus adſcriptum reperiri quendam *Emichonem* de *Bomeneburg*. Sed cuias iſte fuerit, non ita facile eſt dictu. Neque aliter hæc obiectio tolli poteſt, quam opinando, illum ipſum qui in terras a *Sigefrido* relictas ſucceſſit, Nomen ſimul adoptaſſe, quisquis demum is fuerit; ſive Comes *de Pleſſ.* ſive quisquam alius.

Digitized by Google

Nos ergo hac collatione ſuſcepta, & noſtre ditioni ſine alicuius contradictione ſubacta, liberam Fratribus in ſubſtituendo Abbate, Patre monaſterii defuncto, electionem conceſſimus; Electumque, Nobis & Succeſſoribus noſtris confirmandum, & conſecrandum decrevimus preſentari. Annuatim quoque, ad comprobandam memorialiter hanc traditionem, *Stolam* mediocris precii, non auro vel argento intextam, Altari beati MARTINI *Maguntie* conſtituimus offerendam. Omnia quoque, que predicta Abbatia in villis, mancipiis & prediis, ad Nos uſque, iure quieto poſſedit, & nominatim *Medebere* & *Sulthere*, vel que fideles pro remedio anime ſue contulerint, noſtra auctoritate confirmamus. Licentiam etiam ſepeliendi conceſſimus, quoscunque per gratiam DEI id promeruiſſe moribus & vita preſcierint.

Vt igitur preſens traditio rata & inconvulſa omnibus evis maneat, Cartam hanc conſcribi, & Sigillo noſtro muniri iuſſimus. Corroborantes eam verbo Domini noſtri IHESV XPI, & poteſtate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli noſtro anathemate in virtute Spiritus ſancti, ut, ſi quis eam infregerit vel imminuerit, eterna Damnatione intereat, nec ad vitam reſurgat.

Et quia *Terra Saxonum infecunda eſt vineis*, ob ſpem retributionis eterne Karratam vini annis ſingulis in *Logoſten* * conceſſimus. Ea ſcilicet conditione, ut vita ſuperſtite, *V. Kal. Octobris* ordinationis noſtre diem celebrarent; vita vero preſenti mutata, anniverſaria noſtre depoſitionis digna memoria peragerent.

* *al.* Longeſtein, *id eſt* Lonſtein.

Teſtes qui his interfuerunt ad confirmandam veritatem hi ſunt:

HEINRICVS maioris Eccleſie Cuſtos in *Maguntia*, & Prepoſitus beate MARIE in *Erpsfordia*.
BVRCHARDVS Prepoſitus in *Gechburg*.
GODESCALCVS Prepoſitus in *Helingeſtat*.
SIGLO Prepoſitus in *Norzun*.
ADELHVN Prepoſitus Sancti *Severi*.

CAPELLANI

Giſelbertus. Cunradus. *Rudingus.* Heinricus.

LIBERI

COMES *Patrie* LODOWICVS,
& frater eius HEINRICVS.
ERNOST Comes & frater eius LAMBERTVS.
SIGBODO de *Scoweburc.*
RATHERVS de *Werde.*
DVDO Caſtellanus de *Ruſtberc.*
Minor HVGO de *Helingeſtat.*
CVNRADVS de *Geiſinare.*
VDELRICVS, & frater eius HERTWINVS.
GERLAVS Vicedominus.
ADELBERTVS *Viola.*
Pincerna CVNRADVS.
WERNERVS Dapifer.
DRAGBODO & CVNRADVS, Mariſcalci,
& alii quam plures.

Acta ſunt Anno Dominice incarnationis MCXLIIII. Indictione VII. Regnante Rege CVNRADO huius nominis III. Data in *Roſtorph* V. Kal. Decembris.

LX

Digitized by Google

LX
EIVSDEM.

De augmento albi panis, conſtituto Canonicis ASCHAFFENB. *per Præpoſitum eorundem,* ARNOLDVM. *An.* 1144.

[*p. 554. n. 6.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Expetit ſalutis & veritatis ratio, ut ſalutaribus ſubiecti gregis ſucceſſibus congaudeat pii Paſtoris devotio. Quocirca devotionem Dilecti filii noſtri ARNVLPHI, Aſchaffeneburgenſis Prepoſiti, pio favore proſequentes, quod ipſe, ſaluti anime ſue providens, Fratribus eiusdem eccleſie conferre diſpoſuit; Nos, Sigilli noſtri conſignatione corroborare, ipſius diligenti rogatu curavimus: Non minoris enim meriti apud DEVM eſtimavimus, a violenta qualibet invaſione ſanctis DEI eccleſiis tradita, ſub teſtimonio in perpetuum conſervare, quam pium credimus, & ſalubre omnibus, de ſuo aliquid pauperibus XPI erogare.

Noverit itaque tam futurorum quam preſentium omnium fidelium induſtria, qualiter iſte Prepoſitus noſter ARNOLDVS, parvitatem, & quandoque defectum, *albi panis* predictorum fratrum ſuorum, qui de communi in cotidianam prebendam ipſis dabatur, pio tactus deſiderio ingemiſcens, domum quandam in Foro ſitam pecunia ſua comparavit; & inſuper additis duobus molendinis *Gozmanni*, in flumine *Aſchapha* conſtitutis, que de ſuo ſingulari quodam iure ad Menſam ſuam ſerviebant, in augmentum & ſupplementum eiusdem panis fratribus ſuis libere contradidit.

Vt autem hec traditio rata & inconvulſa omnibus evis permaneat, hanc paginam, ſubnotatis quoque teſtibus con-

ſcriptam auctoritate Sigilli noſtri confirmavimus. Teſtes ſunt:

CVNO Abbas *S. Dysboti.*

CAPELLANI

Berewicus. *Conradus.*
Berewardus Decanus. *Rudingus,*
Liuningus : Canonici eiusdem Eccleſie.

LAICI

Comes EMMECHO de *Liningen.*
WOLFFRAMMVS, & frater eius
THIDERVS de *Werthebeim.*
MENLAVS, & nepos eius MEGINLAVS.
BVRCHARDVS. WICHNANDVS Vicedominus.
WERNHERVS Scultetus, & alii quam plures Vrbem eandem *Aſchpbeneburc* inhabitantes.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLIIII. Indictione VII, ſub CONRADO Rege Romanorum huius nominis *Secundo.* Data per manum *Siglonis* Notarii, III. Idus Decembris, in *Maguntia* feliciter. Amen.

LXI

Digitized by Google

LXI
EIVSDEM,

Qua Canonicis Regularibus in VALLE DEI (prope WINCKEL *in* RHINGAVIA) *degentibus* Inſulam quandam, *ipſis ab Protopræſule* MARCOLFO *traditam olim, ſtabilivit. Committens ſimul eorum Præpoſito curam Hoſpitalis,* MOGVNTIÆ *penes ædem Metropolitanam* tunc *conſtituti.*

An. 1145.

[*p. 554. n.* 7. v. Sed enim]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Maguntine Sedis Archiepiſcopus, *Primus* nomine, quam dilectione DEI & proximi. Vniverſa lex pendet & Prophete: In hoc ſummopere cura nobis adhibenda eſt, ut iuxta Apoſtolum parvi pendentes bona, non ſolum coram DEO, ſed etiam coram omnibus hominibus pro ſpe vite eterne ſtipendia pauperum XPI de theſauris bonitatis DEI augere ſtudeamus.

Notum igitur volumus eſſe tam preſentibus quam futuris univerſis XPI fidelibus, qualiter Predeceſſor noſter, MARCOLFVS Archiepiſcopus, Iuſulam iuxta *Altam villam* ſitam, Regularibus fratribus in *Valle DEI* (*) iuxta *Winckelo,* contradidit excolendam ipſorum uſibus; ea ſcilicet conditione, ut memoria anniverſarii ipſius haberetur. Quam traditionem comprobantes, ratam duximus.

* *Fratres regulares hic memorati iam a pluribus ſeculis deſierunt. Ceſſitque monaſterium Sanctimonialibus Ord. Ciſterc.* Gottesdahl *vulgo.*

De noſtro etiam addentes Hoſpitale pauperum, ante Eccleſiam maiorem conſtructum, ** quod *Erenfrido* Prepoſito Regulari de loco predicto, & ſucceſſoribus ipſius delegavimus;

mus; ut ſupervenientibus egenis, ex prebendis illic deſignatis, cura & ſolatio pro modo ſuo ſubveniret; et vita ſuperſtite diem *ordinationis* noſtre memorialiter peragerent; exutum vero nos corpore, annuatim diem noſtre *depoſitionis*, Vigiliis & Miſſarum ſollempniis DEO commendarent; obitus etiam Venerabilium Anteceſſorum noſtrorum, Domini ADELBERTI *Senioris* atque *Iunioris*, continuis orationibus pro collatis elemoſinis recolerent.

** *Transtulit illud poſtea, ex ſitu quo uſque huc ante ædem maiorem fuerat, anno ſcil.* 1236, SIGEFRIDVS III *verſus Rhenum. Eſtque dedicatum* Spiritui ſancto. *Conf.* T. I. p. 82, *& Diploma ad d. annum infra.*

Concambio etiam facto cum Canonicis B. *Iohannis Baptiſte* in villa *Brunun*, duo iugera vinearum ex bonis Fratrum Capelle, in honorem *B. Michahelis* conſecratam, & Hoſpitali coniunctam, in ius ſuum Prepoſitus predictus in preſentia Noſtri ſuſcepit. Licentiam quoque, ſi neceſſitas incubuerit, baptizandi & ſepeliendi in villa memorata, conceſſimus. Et hoc, petitioni ipſius aſſenſum prebentes, addidimus, ut quandoque eo defuncto, una cum Prepoſito B. *Cuniberti* * CRISTANO, Fratres in Capitolio ſuo orationes ad Dominum pro requie ipſorum recolentes, impenſa ab ipſis beneficia frequentarent.

* *Colonia.*

Vt igitur hec firma & ſtabilita permaneant, Cartam hanc conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione muniri precepimus. Roborantes eam in verbo virtutis DEI; & auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli interdicentes anathemate noſtro, ne huic traditioni ſe aliquis iniuſte opponat. Et Teſtes qui interfuerunt ſubtus adnotavimus.

HARTMANNVS maioris Eccleſie Prepoſitus.
GERLAVS *S. Victoris* Prepoſitus.
BVRCHARDVS *Iecheburgenſis* Prepoſitus.
SIGELO Prepoſitus *Northunenſis*.

CAPEL-

Digitized by Google

CAPELLANI

Giſelbertus. *Godefridus.*
Conradus. *Rodingus.*

COMITES

GODEFRIDVS de *Spanheim.*
GERLAVS de *Nolcke.*
GERHARDVS de *Nuringen.*

LIBERI

GERHARDVS de *Hagenhuſen.*
GERLAVS de *Budingen.*
& frater eius *Ortwinus.*

MINISTERIALES

MEINGOTVS Vicedominus.
DVDO Scultheтus
Embricho de *Gyſenheim.*
Wolfericus de *Winckela.*
Wolfframus de *Hattenheim.*
Salmannus Walpodo,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLV. Indictione VIII. Regnante CONRADO Rege Romanorum huius nominis *Tertio.* Data in *Maguntia* III Kal. Iunii, feliciter. Amen.

LXII
EIVSDEM,

Delegatio perpetua V librarum in APOLDE *&c. in augmentum fructuum beneficialium* CANTORIÆ *Moguntine. An.* 1145.

[Ex acceſſionibus noviſſ.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Moguntinus Archiepiſcopus, huius nominis *Primus.* Dum Predeceſſorum noſtrorum exempla pia mente recolimus, quibus ob divine mercedis recompenſationem collata DEO famulantibus auxerunt; volumus & Nos provida diſpenſatione de nobis a DEO conceſſis amplificare. Memores enim dicentis: *Quicquid ſupererogaveris, cum rediero reddam Tibi:* in retributione Iuſtorum expectamus nobis recompenſari & novam pro his dulcedinem premiorum.

Omni ergo notum ſit venture poſteritati, qualiter obſequio fidelis noſtri, & Dilecti maioris Eccleſie Cantoris in Moguntia, & Prepoſiti bti *Iohannis*, HERTWINI, deliniti, reditus V librarum in *Apolde*, manſum quoque *Ericb* * a Predeceſſoribus noſtris in beneficio ſibi conceſſum, indulſimus: Ea videlicet conditione, ut Idem, manſum, cum omni iure attinenti ab ipſo Cantore beneficialiter teneat, & nulli prorſus alterius ditioni ſubiaceat.

* *Non reſpicit ad qualitatem aliquam agrorum peculiarem, ſed ad Nomen poſſeſſoris; acſi diceres* der Erichs-Acker. *Recurrit infra n. LXXII. ubi* Ericus, *nec non* Henricus *vocatur.*

Hoc igitur prudenti uſi conſilio egimus, ut aucta utilitate, que ante erat exigua, & ſui officii honore tanto devotus Eccleſie bti *Martini* ſerviret, & de augmento conceſſi beneficii Cantor poſt eum futurus de profectu amplificato gauderet.

Vt

Vt ergó preſens Traditio rata & inviolabilis univerſis ſuperventuris eius permaneat; Cartam preſentem conſcribi, & Sigillo noſtro impreſſam, ſub anathemate confirmavimus. Teſtes quoque qui traditioni preſentes fuerunt, nominetenus ſubtus adnotari precepimus.

GODEBOLDVS *Frideslarienſis* Prepoſitus, & Camerarius Curie. BVRCARDVS Prepoſitus de *Iecheburg.* ADELHARDVS Prepoſitus *S. Severi.* Abbas WERNHERVS de *Erpeſſordia.* Abbas WEZELINVS de *Northeim.* EREMPHRIDVS Prepoſitus * de *Winchela.* SINZO Prepoſitus ** de *Erpsfordia* in Hoſpitali. * Regularis. ** Item.

CAPELLANI

Giſelbertus. Cunradus. Rudingus. Luiningus.

LIBERI

OTTO Marchio, filius Marchionis *Cunradi.* LODEWICVS Comes Patrie, & frater eius HEINRICVS. ERNEST Comes. WICHERVS. BVRCHARDVS de *Dyzberc.* FOLMARVS de *Gene.* (Iena) LODEWICVS de *Lingesvelt.* MEGENHARDVS de *Muleburc.* BOPPO de *Hanenſtein.* LVFRIDVS de *Caeinburg.* WERNHERVS de *Witerde.*

MINISTERIALES

WOLVERICVS de *Waldeche.* WERNHERVS Dapifer. CVNRADVS Pincerna. DRAGBODO & CVNRADVS, Marſcalci. HEINRICVS Vicedominus in *Erpsfordia.* RVZELINVS Scultetus. HAWARDVS, & frater eius HERMANNVS. RVDOLFVS de *Burc.* LVDEWICVS

de

Digitized by Google

de *Eterſburc.* THIDERICVS de *Apolde.* Item THIDERICVS, & frater eius GVNZELINVS. CVNRADVS de *Tribura* & frater eius HEINRICVS. CVNRADVS de *Azemanſtede.* WOLFELINVS de *Elbreteshove* & frater eius SIGEFRIDVS; aliique quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLV. Indictione VII * ſub CVNRADO Rege huius nominis III. XVIII Kal. Septembris. In *Erpeſſordia* feliciter. Amen.

* *f. VIII.*

LXIIII
EIVSDEM HENRICI.

De facta per ZACHÆVM *Clericum Coenobitis in* EBERBACH *donatione Manſi unius apud* HATTENHEIM; *cuius manſi Cenſum Præſul* ADELBERTVS *multo ante delegaverat ipſis.*

An. 1145.

[*T. I. p.* 554. *n.* 8.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Quia plenitudo legis eſt Dilectio, & per proximi dilectionem qua invicem coniungimur regnum DEI ſperamus conſequendum ſi neceſſitatibus eorum prompta voluntate auxilium exhibuerimus, & de nobis collatis indigentiam timentium DEVM ſupplere ſtuduerimus; Omnibus itaque notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris XPI fidelibus, qualiter quidam Clericus, ZACHEVS nomine, manſum unum, ſitum in villa que dicitur *Hattenheim*, quem hereditario iure multo tempore a progenitoribus ſuis quiete & abſque contradictione poſſederat, pro ſpe retributionis eterne Fratribus DEO famulantibus in *Eberbach* contulit, & per manum

manum propinquioris cognati ſui *Vdelberti* de *Altavilla* ſtabilivit. Quod ergo in ſpe bona & pro remedio anime ſue potuit, de collatione illius manſi adimplevit. Quod vero per ſe non potuit, predeceſſor noſter ADELBERTVS Archiepiscopus, dilectione DEI attactus, ſua auctoritate devotus ſupplevit. Cenſum enim qui ex prenominato ſuperius manſo proveniebat, tam in vino quam aliis utilitatibus, Fratribus memoratis delegavit.

Nos igitur hanc traditionem ſub predeceſſore noſtro factam conſiderantes, & eam, rogatu Venerabilis Abbatis ſepius dicti Cenobii, RVTHARDI, comprobantes, Carta noſtra & Sigillo noſtro eandem traditionem ſub anathemate indiſſolubili, & noſtra auctoritate verbo virtutis DEI in Spiritu ſancto, & poteſtate Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum corroboravimus, ne ſe in aliquo quiſpiam opponat, vel contradicat. Teſteſque idoneos qui preſentes fuerunt adnotari iuſſimus.

HARTMANNVS maioris Eccleſie Prepoſitus. GERLAVS *S. Victoris* Prepoſitus & maioris Eccleſie Decanus. ARNOLDVS Camerarius Civitatis, & Prepoſitus. GODEBOLDVS Camerarius Curie.

HEINRICVS Comes *de Seyne*.
ARNOLDVS de *Buchun*.
DIETHERVS de *Wertheim*.
BVRCHARDVS de *Hegeſtatt*.
HARTVNG, & frater eius WERNHERVS, de *Erfordia*.
WERNHERVS Dapifer.
CVNRADVS Pincerna.
HEIDENRICVS & CVNRADVS, Marſchalci;
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLV. Indictione VII.* Data *Maguntie* feliciter, Amen.

* *f. VIII.*

LXIV
EIVSDEM,

Quod Cives in WILDESASSEN *conſtruxerint eccleſiam, quam ipſe* HENRICVS *conſecraſſet. Definitis ſimul iis, quæ reſpiciunt eccleſiam Matricem* NORDENSTAT.

An. 1145.

[Ex acceſſionibus noviſſ.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Moguntine Sedis Archiepiſcopus huius nominis *Primus.* Vt ſublimitas ſancte Eccleſie vigeat, & populus ad cultum vere Fidei proficiat; per ſitus terre Oratoria ad laudem Creatoris omnium, & Sanctorum eius edificata conſecrantur, in quibus ſalus de vera ſalute cordibus credentium infuſa confirmetur: Hoc prefiguravit Veritas, loquens ad Diſcipulos ſuos: *In domo,* inquit, *Patris mei manſiones multe.* Que manſiones Eccleſiis DEI congrue poſſunt ſignari, in quibus aluntur, doctrina veritatis, qui preordinati ſunt in regno ſumme felicitatis.

Notum ergo eſſe volumus omnibus tam preſentibus quam futuris, qualiter Cives in *Witeleſaſſen,* DEI inſtinctu attracti, eccleſiam in fundo *Hertwini,* fratris *Dudonis* atque *Meingozi,* in Archidiaconatu *Lodewici,* bti *Petri* Prepoſiti, ſatis decentem exſtruxerunt, & Nos ad eandem conſecrandam precibus ſuis humiliter invitaverunt, Quorum annuentes petitioni, preſente memorato Archidiacono eccleſiam conſecravimus, cui manſus unus in Dotem collatus eſt; Quam collationem auctoritate noſtra confirmavimus.

Parrochiano etiam de *Nordenſtat,* RICHARDO, & ſucceſſoribus ſuis, Decima & X Solidi hoc pacto annis ſingulis deſignati ſunt, ut vel ipſe Parrochianus, vel quem habere poſ-

poſſet, ad celebrandum inibi divinum obſequium conſtituto ſollempnitatum tempore procuraret.

Conſtituimus etiam, ut in Paſcha, Pentecoſten, & in Nativitate Domini, baptiſmum & cetera Divina agenda, & ſepulturam in Matrice eccleſia, ſicut prius, per omnia obſervent, niſi quos ſuprema neceſſitas, vel ad ſepeliendum vel ad baptizandum urget. In Rogationibus etiam cum Reliquiis Sanctorum more ſuo devote ad eandem Matrem ſuam procedant. Synodis & Capitulis Archidiaconi, ſicut iuris eſt, ſubiecta ſit. Et, dum neceſſitas exigit, baptizandi & ſepeliendi inibi facultatem habeant.

Et ut iſtą rata & inconvulſa maneant; rogatu Archidiaconi noſtri *Lodevici* Cartam preſentem conſcribi, & Sigillo noſtro imprimi, Teſteſque qui interfuerunt ſubtus adnotari iuſſimus.

GERLAVS Prepoſitus *S. Victoris*, & maioris Eccleſie Decanus. BVRCHARDVS Prepoſitus de *Iecheburg*. SIGLOVS Prepoſitus de *Norzun*.

CAPELLANI

Giſelbertus. Godefridus. Rudingus. Linungus.

LIBERI

HEINRICVS Comes de *Tideſſe*. (Diez)
ARNOLDVS de *Hagenowe*. (Hanau)
CVNRADVS de *Wallereſtein*.

MINISTERIALES

DVDO Scultetus de Moguntia & frater eius *Wernherus* & *Wicknandus*. THEODERICVS. WERNHERVS Dapifer. CVNRADVS Pincerna. CVNRADVS & HEIDENRICVS Marſcalci; & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLV. Indictione VII * ſub CVNRADO Rege Romanorum huius nominis III. feliciter. Data in *Moguntia* II Kal. Iulii. * *f. VIII.*

LXV

Digitized by Google

LXV
EIVSDEM.
Littera fundationis Monaſterii RETTERS.
An. 1146.
[*T. I. p.* 1011. *fin.* in Addit.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS

ex Autographo. HEINRICVS divina clementia Maguntinorum Archiepiscopus. Omnibus confugientibus ſub protectione noſtre defenſionis, & pro variis utilitatum cauſis aures noſtre benignitatis querentibus, pro ſpe retributionis eterne aperimus, ut per condeſcenſionem quam proximis noſtris, & maxime DEO famulantibus exibemus, nos in tempore ſupreme neceſſitatis veram ſalutem conſequamur.

Notum ergo eſſe volumus univerſis, tam preſentibus quam futuris XPI fidelibus, qualiter Comes GERARDVS de *Nuenringes*, quicquid in *Retereſſe*, & in *Brubach*, que nunc *Vallis ſancte* CRVCIS appellatur, poſſidere dinoſcebatur; in molendinis, paſcuis, pratis, ſilvis, cultis & incultis, agrorumque cultura; per manus noſtras omnipotenti DEO & beato MARTINO in *Maguntia* pro remedio anime ſue, quam parentum ſuorum ea contulit ratione, ut Fratres perpetuo inibi manentes, ſecundum Regulam beati *Auguſtini* religioſam vitam ducerent.

Nos ergo ipſius bonam voluntatem circa cultum divinum, & Religionem conſiderantes, & ſtudium pie actionis quod Servis DEI exibebat, approbantes, traditionem in preſentia Noſtri factam, auctoritate officii noſtri confirmavimus; Et ne ſe aliquis opponat, vel contradicat, paginam preſentem conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione muniri iuſſimus; & anathemate noſtro, verbo Spiritus Sancti, & poteſtate beatorum Apoſtolorum PETRI & PAVLI interdiximus, ne hec aliquis infringere preſumat. Quod ſi quiſpiam invertere preſum-

Digitized by Google

ſumpſerit, eterne malediĉtioni ſubiaceat, nec particeps beate immortalitatis eſſe mereatur.

Teſtes qui huic interfuerunt traditioni, adnotari iuſſimus, ut ex omni parte veritas corroboretur. Quorum hec ſunt nomina

HARTMANNVS maioris Eccleſie Prepoſitus.
LVDEWICVS Prepoſitus *Sanĉti Petri.*
GERLAVS Prepoſitus *S. Viĉtoris,*
& maioris Eccleſie Decanus.
ANSHELMVS Prepoſitus bte MARIE *ad gradus.*
ARNOLDVS Camerarius Civitatis.
WILLEHELMVS Magiſter Scolarum.
HERTWINVS Cantor.

EMMECHO Comes *de Nuenburc.*
ARNOLDVS de *Bucho.*
HEINRICVS de *Tideſſe.*
CVNRADVS de *Wallereſteheim.*

MINISTERIALES

DVDO, & frater eius MEINGOTVS Vicedominus.
EMBRICHO de *Giſeneheim.*
DVDO Scultetus, & frater eius WICHNANDVS.
WERNERVS Dapifer.
CVNRADVS Pincerna.
DRAGBODO & HEDENRICVS: Mariſcalci,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLVI. Indictione VIII. Regnante CVNRADO Rege Romanorum huius nominis III°. Data & confirmata in *Maguntia*, Idus Novembris, feliciter in DEI nomine. Amen.

Nota. *Situm erat Aſceterium hocce, ab urbe Moguntina haud procul, in Comitatu* Königſteinenſi. *Monachis, de quibus Diploma loquitur, Seculo poſtero ſucceſſerunt Canoniſſæ Præmonſtrat. Ordinis, Abbati in* Romerstorf *ſubditæ. Floruit Parthenon ad medium uſque Seculi XVI. Quo, anno ſcilicet 1565,* Ludovicus *Comes* de Stollberg, *ſacris Virginibus dimiſſis, illud ſibi addixit. Chartæ nihilominus fuere ſervatæ, propediem in Codicillo ſeparato publicandæ.*

EIVSDEM.

De liberi generis Viris VOLRADO & HERTAGO, *ſeſe ſuaque omnia ſuper Altare SS. Petri & Pauli in* ERFORDIA *offerentibus.*

An. 1146.

[*p. 554. n. 1. ad § IV. Remittendo lectorem ad* Schannati *Vind. Coll. 2. n. IV.*]

LXVI
EIVSDEM,

Qualiter eccleſiam in GEISENHEIM *univerit Capitulo; ordinaveritque de* Iure ſcholaſtico *circa Cognatos Canonicorum Scholares, ratione proviſionis domeſtica in victu, veſtitu &c.*

An. 1146.

[Ex novis acceſſ.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Sanctorum Patrum veſtigia fide ac devotione ſummopere nobis imitanda conſiderantes, & in vinee cultura patris familias plena felicitate Denarium adipiſci cupientes, pervigili cura ab ipſis rudimentis adoleſcentie laborando operam dedimus; in domo Domini, ſcilicet Eccleſia beati Patroni noſtri MARTINI ſubveniendo fratrum neceſſitatibus, & ſolatium ipſis exhibendo; ut conquiſito lucro crediti laboris, gaudium intremus ſalutis & perpetue pacis: Recolentes animo verba Domini, dicentis: *Qui in minimo,* inquit, *fidelis eſt, et in maiori fidelis eſt:*

Noſcant ergo per ſuccedentes Seculorum generationes omnes Catholice Eccleſie filii preſentes & futuri, qualiter DEI ineffabili cooperante miſericordia, Nos, cura regiminis predicti non immemores extitimus Fratrum & Dominorum noſtrorum, & circa Nos ipſorum ſtudio exhibite devotionis. Sedula enim meditatione tractavimus, quali modo benigne conſulendo defectum ipſorum ſuſtentaremus, & penuriam ſtipendiorum quam multo tempore patiuntur, quantum valemus, in preſentiarum relevare non omittemus.

Ad inveſtituram Eccleſie in *Giſenheim*, libere hoc modo fratribus conceſſimus, ut Presbitero electo a fratribus, copia,

que ſufficiens videatur, uſibus illius deputetur; reſiduum vero communi fratrum cedat utilitati. Qui Presbiter a Decano inveſtituram, ab Archidiacono curam animarum ſuſcipiat.

Preterea perpendimus, quod predicti fratres noſtri, de Iure ſcolaſtico, circa ſuorum cognatorum Scolarium, videlicet Canonicorum, domeſticam proviſionem cum Magiſtro Scolarum ad lites indebitas, & contentiones frequentius prorumpere conſueverunt: Vt ergo in his occaſio litis penitus deficiat, & in Eccleſia Moguntina pax & concordia magis ac magis proficiat, & convaleſcat; Prelatis Eccleſie Moguntine conſentientibus, Honorabili quoque Viro, paci ac fraterne caritati omnimodis intento, WILHELMO, Scolarum Magiſtro quam devote poſtulante, X libras in *Studernheim*, Magiſtro Scolarum annuatim perſolvendas, ſtabili iure tali tenore donavimus, quatinus in hac parte, ſalvo & incorrupto iure omnium aliorum tam preſentium quam ſuccedentium Scolaſticorum Moguntini Epiſcopatus, memorati fratres noſtri, conſanguineis ſuis Scolaribus Canonicis, de ſtipendiis prebendalibus, in domibus ſuis victum & veſtitum eo moderamine provideant, ut et Ipſi ex hoc ſui laboris conſolationem percipiant, & Magiſtri Scolarum de predictis reditibus ſui iuris debita compenſatione non careant. Vt etiam ad huius ſtatus honoris Sce Moguntine Sedis in hoc provehatur, V libras in *Apolde* Cantori delegavimus.

Preter hec omnia, ut clauſtralis religio redintegretur, que paulatim, negligentia labi videbatur pro eo, quod erat conſtitutum unde Ianitor ad cuſtodiam Dormitorii deputatus aleretur; Elemoſinam noſtram que de *Lorecho* ſingulis annis proveniebat, ad ſupplementum illius defectus conceſſimus: octo maldra ſiliginis, duo maldra tritici, & duo avene: Maldrum unum leguminis, & dimidium ſalis: quatuor gallinas, XX ova, V. Solidos, funiculum lignorum, metitum XII pedum longitudine, & XII pedum altitudine, & Amam vini.

Hec

Hec Dominis & Fratribus prompta voluntate tradentes, & VI carratas vini in *Logenſtein* a Predeceſſoribus noſtris deſignatas auctoritate officii noſtri corroborantes, anathemate noſtro in virtute Spiritus ſancti & poteſtate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli interdiximus, ne ſe aliquis opponat, vel contradicat. Orationibusque eorum aſſiduis nos commendavimus, quatinus dies Ordinationis noſtre vita ſuperſtite *V. Kal. Octobris* memoriter agatur; poſt conſummationem vero vite preſentis, anniverſarii noſtri dies, loco ſuo prenotatus, Vigiliis Miſſarumque officiis in memoriam noſtri celebretur.

Ad muniendam ergo noſtram traditionem, & ad corroborandam rei veritatem, paginam preſentem conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Annotatis infra Teſtibus nominetenus qui interfuerunt.

HARTMANNVS maioris Ecclesie Prepoſitus.
LODEWICVS Prepoſitus *S. Petri.*
GERLACVS Prepoſitus *S. Victoris,*
& Decanus maioris Ecclesie.
ANSHELMVS Prepoſitus *Sce Marie* ad Gradus.
ARNOLDVS Prepoſitus & Camerarius.
WILLEHELMVS Magiſter Scolarum.
HERTWICVS Cantor.
BVRCHARDVS Prepoſitus de *Iechebure.*
SILOVS Prepoſitus de *Northun.*
HARTMANNVS Prepoſitus *S. Mauricii.*
GODESCALCVS Prepoſitus de *Mugſtat.*
LODEWICVS Prepoſitus de *Frankenvort.*

CAPELLANI

Giſelbertus. Cunradus. Godefridꝰ Rudingus.

LAICI

Comes RVPERTVS de *Lurenburc.*
GERHARDVS Comes de *Nuringes.*
BERTHOLDVS Comes de *Nithe.*
ARNOLDVS de *Hagenowe.*
EMBRICO de *Novo caſtro.*
THEODERICVS de *Birberc.*
HEINRICVS de *Thideſſe.*

MEINGOTVS. EMBRICO de *Giſenheim.* DVDO, & frater eius MEINGOTVS Vicedominus. DVDO Scultetus. WICNANDVS, & WERNHERVS frater eius. ERNESTVS, & filius eius HELFRICVS. VOLPERTVS & WERNHERVS Officiales. WERNHERVS Dapifer. CVNRADVS Pincerna. CVNRADVS, DRAGBODO & HEIDENRICVS Marſcalci, aliique quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLVI. Indictione VIII. Regnante CVNRADO Rege Romanorum huius nominis III°. Data & confirmata XII Kal. Decembris, in *Moguntia,* feliciter in DEI nomine, Amen.

LXVII

LXVII
E I V S D E M,

De Lite, inter Congregationes S. Disibodi *&* B. Virginis *ad gradus ratione Terminorum vertente, per Ipſum ex mandato Papali compoſita.* *An.* 1147.

[*p.* 555. *n.* 2. v. Tum vero]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego Heinricvs Dei gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Quoniam gratuita Dei miſeratione vice Xpi fungimur, qui verus lapis angularis facit utraque uniri, ſtatuens pacem inter Devm & hominem; Noſtri debitum exigit officii, inter filios Eccleſie, & maxime Religioſos inter ſe diſcordantes pacem reformare, ut mereantur unanimes Domini domum inhabitare.

Eapropter notum facimus quibuſcunque Xpi fidelibus tam futuris quam preſentibus, qua diſcretione Pacem compoſuerimus inter Congregationes *S. Dyſibodi & Sce Marie* ad *gradus*, iam diuturna inter ſe diſſenſione diſcordantes, pro Termino, dudum Canonicis in monte *S. Dyſibodi* degentibus per Dn. Willegisvm Archiepiſcopum deſignato, & poſtea Monachis ibidem ſubſtitutis per Dn. Rvthardvm Archipreſulem iterato, nec non per Dn. Adelbertvm *Iuniorem* Archiepiſcopum renovato; Canonicis quidem Sce *Marie* quedam ſibi ablata conquerentibus, Fratribus vero eiusdem loci contra propria defendentibus. Nam cum eorundem Canonicorum querela in tantum proceſſiſſet, ut ex parte ad aures Dni Pape Innocentii veniret, ipſeque nobis hanc definire precepiſſet; pluribus curis nos prepedientibus, tandem tempore Pape Dni Evgenii eam hoc modo determinavimus.

Pre-

Prelatis ſiquidem earumdem eccleſiarum, Cunone ſcilicet Abbate cum Fratribus ſuis, & Anshelmo Prepoſito cum Canonicis, maximo uſque ad minimum, poteſtati Noſtre, ac Priorum Moguntine Eccleſie eadem bona quorum cauſa diſceptabant reſignantibus, hoc modo pacem ex conſulto Prelatorum Eccleſie noſtre inter eos compoſuimus; ut videlicet Abbas iam prefati loci, ſepedictis Canonicis viginti quatuor Marcas puri argenti, ab eis in *Nagelſteden* dandas, pro quodam predio iam dudum violenter eis ablato perſolveret; & ipſe ultra omni tempore, cum pace & quiete, quicquid infra Terminum ſubſcriptum continetur, cum ſuis poſſideat.

Ab orientali videlicet plaga inter dominicalem *Bundam*, que *Scura* vocatur, ad radicem montis, & inde verſus Auſtrum ad ripam fluvii *Glan* ſurſum, & iuxta lapides ibidem in aſcenſu poſitos, tendentem per ſemitam ad pedem montis uſque ad viam, que vulgo *Loch* vocatur; & inde verſus Occidentem per deſcenſum iuxta agros ad *Studernheim* pertinentes, uſque ad molendinum in hora (ora) *Nave* fluvii poſitum; & ita deorſum ſecus ripam eiusdem fluvii ad collem in fine orti (horti) poſitum, qui tendit ad *Bundam* iam ſuperius dictam; Quidque infra hunc Terminum continetur, abſque omni contradictione cum omnimoda utilitate, una cum molendino ad radicem montis poſito in hora fluvii *Glan*, eisdem Fratribus ſubſervire decrevimus.

Ne vero alicuius controverſie aliquando radix pro eodem molendino oriri valeat; ſtatuimus, ut ſingulis annis in feſto *S. Martini*, pro decurſu defluentis aque, maltrum tritici eidem, Fratres in curtim *Odernheim* perſolvant.

Vt autem hec compoſitio rata & inconvulſa permaneat, preſentis pagine teſtamento, Sigillo noſtro inſignite, firmavimus. Omnibus Xpianis, tam preſentis quam future generationis in verbo Dei viventis ſub anathemate Xpi, & B. Petri Apoſtolorum principis interdicentes, ne quis eam infringere, vel irritam facere audeat: Quia qui preſumpſerit, divine

vine animadverſioni ſubiacebit, ſi non digne, DEO pro hoc ſatisfecerit. Huius autem rei Teſtes ſunt:

HARTMANNVS Prepoſitus *S. Martini.*
GERLACVS Decanus, & Prepoſitus *S. Victoris.*
HEINRICVS Cuſtos, & Prepoſitus in *Erphesfurt.*
HARTWINVS Cantor, & Prepoſitus *S. Iohannis.*
WILHELMVS Magiſter Scolarum.
HEINRICVS Abbas *S. Albani.*
LVDFRIDVS Abbas de *Selgenſtat.*
HEINRICVS Abbas *S. Iacobi.*
EBERHARDVS Abbas *Gerodenſis.*
ARNOLDVS Prepoſitus in *Aſchaffenburg.*
GODEBOLDVS Prepoſitus in *Frydeslar.*
SYGELO Prepoſitus in *Norzun.*
BORCHARDVS Prepoſitus in *Gicheburg.*
GODEFRIDVS Comes *de Ameneburg.*
ARNOLDVS de *Hagenawen.*

MINISTERIALES

WOLFRICVS de *Waldecken* de *Moguntia.*
ERNEST, & filius eius HELFERICVS.
RVTHARDVS, & filius eius ARNOLDVS.
DVDO, & frater eius MENGOZ.
DVDO Sculterus, & frater eius WERNHERVS.
BALDEMARVS de *Geſpotesheim,*
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLVII. Indictione X. Regnante CVNRADO huius nominis *Secundo.*

LXVIII
EIVSDEM,

De venditis Coenobio PETRINO *Erfurti manſis II in* HOCHSTET, *â miniſteriale Comitis* BERNHARDI. *An.* 1147.

[*p. 555. n. 3.* verſu *Quam benevole.* Schannat *Vind. Coll. 2. p. 3. n. V.* de Falckenſt. *Chron. Thur. Lib. 2. p. 506.* Quod autem hic ſepetatur, ea nos adigunt, quæ circa iſtas editiones iam aliquoties monuimus.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego HEINRICVS DEI gratia Moguntinus Archiepiſcopus. Notum eſſe volumus univerſis XPI fidelibus, quod quidam Miniſterialis Dni BERNHARDI Comitis, GVNTHERVS nomine de *Ditendorf*, & filii eius, ALEXANDER videlicet, HEINRICVS & GVNTHERVS, duos manſos & dimidium in *Hochſtete*, Abbati WERNHERO, huius nominis ſecundo, ſuisque Fratribus in *Erpeſſurt*, pro octo Marcis & quinque Talentis vendidit, & propria manu, filiorumque & aliorum, quorum ad hoc negotium aſſenſu indiguit, precipueque prefati Principis BERNHARDI, ſuper Altare Apoſtolorum Petri & Pauli, data ſibi predicta pecunia ab Abbate WERNHERO in *Erpeſſurt*, tradidit.

Hanc Ego HEINRICVS D. G. Moguntinenſis Archiepiſcopus emptionem & traditionem ratam & firmam eſſe volens, Sigilli mei impreſſione roboravi, & Banni mei vinculo colligavi; ut, ſi quis hanc traditionem infringere conetur, in die Iudicii cum Angelo Sathane dampnetur, Huius rei Teſtes ſunt:

WERN-

WERNHERVS Abbas *Erpeſſurdenſis.*
HILTENE Abbas *Oldesleybenſis.*
BERNHARDVS Comes.
ERNESTVS Comes, & Advocatus eiusdem Monaſterii.
GVNCELINVS, & frater eius FOLCMARVS de *Dachebeche.*
HVGO. GVNTHERVS. HEINRICVS.
ALEXANDER. HAWART. GISELBERTVS.
HERMANNVS Subadvocatus.
GISELBERTVS, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLVII. Indictione X. Regnante CONRADO huius nominis *Tertio.* Eodem Rege in expeditione Iheroſolimitana poſito.

LXIX
EIVSDEM,
Diverſos actus parochiales exercendi data licentia: Abbati GELFRADO. *An.* 1149.

[*p.* 555. *n.* 8. v. Sequenti]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS DEI gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Cum Sanctorum Patrum decreta, ſicut & Canonum inſtituta, ut, quecunque nobis divina favente clementia commiſſa ſunt, paterno intuitu regere, & ſi forte diſperſa fuerint, recolligere, & diſcrete augmentare debeamus, inſinuant; conveniens & irrefragabile eſſe videtur, ut, quibuscunque Dioceſis noſtre locis corporaliter preeſſe non poſſumus, Religioſi Fratris noſtri alicuius preſentia, ſi forte in vicino eſt, pro-

vida diſpenſatione, ut tunc vice noſtra fungatur, ſtudeamus adimplere.

Quocirca notum facimus univerſis tam futuris quam inſtantis evi XPI fidelibus, quod, tam pro neceſſitate ovium noſtrarum DEI permiſſione proviſioni noſtre commiſſarum, quam petitione Miniſterialium noſtrorum, & ceterorum inibi manentium, Venerabili viro GELFRADO, Abbati & ſucceſſoribus ſuis de monte *S. Petri* in *Erpeſſurt*, hoc, auctoritate noſtra & licentia conceſſimus, ut pueros baptizent, infirmos ſi forte petierint viſitent, mortuos ſepeliant; & ſicut huc-uſque fecerunt, deinceps faciant; et cum Cruce & Reliquiis eccleſiam ſuam Dominicis diebus circumeant; ut, quod labor noſter per abſentiam minime poteſt ſupplere, devotio eorumdem Fratrum ſtudeat conſummare.

Vt autem huius tradicionis ſeries rata & in perpetuum inconvulſa permaneat; & teſtes ſubſcribi, & paginam hanc Sigilli noſtri impreſſione inſigniri precepimus. Teſtes ſunt

GODEBOLDVS Prepoſitus in *Frideslar.*
BVRCKARDVS Prepoſitus in *Iecbeburg.*
GODESCALCVS Prepoſitus in *Helengſtat.*
SIGELO Prepoſitus in *Nortbun.*

CAPELLANI

GYSELBERTVS Prepoſitus de *Wileburg.*
CVNRADVS. RVDINGVS.
LINVNGVS. GVMPERTVS. RVPERTVS.

LIBERI

HEINRICVS *Raſpe* Comes *Haſſie.*
Comes RETHERVS.
DVDO, & GEVEHARDVS frater eius.

MINI-

Digitized by Google

MINISTERIALES

Embrico *Ringravius.*
Wernhervs Dapifer.
Conradvs Pincerna.

MARSCALCI

Gernotus. Heidenricus. Conradus.
Heroldus. Harmodus, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXLIX. Indictione X . . . Regnante Conrado Romanorum Rege huius nominis *Tertio.* Data *in Frideslar,* Nonis Februarii.

LXX

EIVSDEM

Traditio, facta novellæ Plantationi religioſæ, Foeminarum Nobilium in Werberg.

An. 1149.

[Cum acceſſerit Opere iamdum edito, nulla huius rei, in HENRICI geſtis & Vita, mentio fieri potuit.]

✝ IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego Heinricvs ordinatione divina Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Dilecto in Domino filio, Hartvigo, *Werebergenſis* eccleſie Prepoſito, eiusque Fratribus Regularem vitam profeſſis in perpetuum. *ex Autographo.*

Pontificalis eſt officii, novelle plantationis propagines a malis tuendo munire, doctrine fluentis irrigare; Sed Domini eſt, ſine quo nichil, per quem omnia poſſumus, Operi ſuo,

 quod

Digitized by Google

quod per nos efficit, dexteram perſeverantis incrementi porrigere.

Eo ſane debite ſollicitudinis intuitu, nunc maxime, commonemur opis adhibere ſtudium divine mutationi Dextere, que noſtris diebus facta eſt *Wereberch*, ubi Mulieres Nobiles, ſancto fortitudinis accincte ſpiritu, in Sexu femineo Mundum vicerunt, & non ſolum ſe, ſed & terrene munitiones habitationis, DEO dilecte Religionis decori mancipaverunt. Sed quoniam locus idem, in alto ſitus, inferioris irrigui commoditatibus hactenus egebat; obtinuimus ab Elevenſtadenſis eccleſie Abbate, fideli filio noſtro ANTONIO, totius ſui Conventus unanimi coniventia, Predium contiguum & congruum, *Buollenbach* ſcilicet, cum quibusdam perſonis, quarum fuerat patrimonium.

Concedimus igitur, & in perpetuam poſſeſſionem tradimus, beate DEI genitrici ſemper *Virgini* MARIE, & beato MARTINO idem Allodium, cum omnibus ſuis pertinentiis, mancipiis, ſilvis, pratis, paſcuis, cultis & incultis; ut, ſicut iam dicta Eleveſtadenſis eccleſia quietum, & ab omni debito vel Advocato liberum, libere poſſederat, ita fidelium XPI, qui ſunt, vel futuri ſunt, *Werberch* DEO famulantes, uſibus & utilitatibus perpetuo deſerviant.

Nec pretereundum, quod cum ipſa Nobilis Matrona IMMECHA nomine, Virum defunctum, MANEGOLDVM, *Eleveſtad* ſepulture commendaret, obtulit ibidem Libram annui cenſus. Sed quoniam ſe, & ſua omnia, *Werberch* DEI ſervituti poſtea dicavit, eandem oblationem Fratres Eleveſtadenſes ſepe dicto loco & Fratribus remiſerunt.

Vt igitur huius actionis, & noſtre tradicionis norma rata & inconvulſa permaneat, & a memoria poſteritatis non excidat, hanc noſtre teſtificationis Cartam proprie iuſſimus Imaginis impreſſione ſignari. Statuentes, & ſub anathematis comminatione prohibentes, ne aliqua cuiuscunque nominis vel officii perſona hanc infringere vel moleſtare preſumat, ſed ſem-

Digitized by Google

ſemper maneant cuncta eorum, quibus data ſunt, uſibus profutura. Amen.

✝ Ego ANTONIVS Abbas *Eleveſtadenſis.*
cognovi & ſſ.

Alii Teſtes. HARDVICVS Prepoſitus.

BVRCHARDVS Prepoſitus.

GVNTERVS Prepoſitus de *Luppoldesberch.*

GISELBERTVS Prepoſitus.

RVDINGVS Presbiter. CVNRADVS Diaconus.

SIGEFRIDVS Comes.

SIGEBODO de *Scowenburch.*

DVDO, & frater eius GEVEHARDVS.

STEFANVS & TIDERICVS de *Scardenberch.*

GERLAGVS, HEIDENRICVS, CVNRADVS — Marſcalci.

HEROLDVS, Item CVNRADVS filius *Cunradi.*
& alii quam plures.

Actum *Luppoldesberch*, Anno incarnationis Dominice MCXLIX, II Kal. Decembr. Epacta VIIII. Pontificatus vero Domini HEINRICI nominis huius Primi anno VIII. Regnante CVONRADO nominis huius III°.

Munitum eſt Diploma præſens Sigillo, non, iuxta temporum iſtorum alias adhuc uſitatum morem, membranæ in: *&* transfixo, *ſed* pendulo. *Id, uti obſervatu dignum mihi videbatur* Sylloge I. p. 19. in Præf., *ſic neſcio unde evenerit, irrepſiſſe ibidem pro anno 1149, annum 1143.*

Cæte-

Cæterum Situs huius Monaſterii, S. Auguſtini Ordinis, *fuit prope* Grunbergam. [*ditionis Haſſo-Darmſtadtinæ.*] *Ex relatis vero præſentis Chartæ colligitur, iſtam foeminarum Nobilium Congregationem, de propriis ipſarum facultatibus eſſe fundatam. Vt proin dubia ſit nonnullorum ſententia, opinantium*, Werbergenſis *Parthenonis auctorem, extitiſſe quendam e veteribus Thuringiæ Landgraviis.*

LXXI
EIVSDEM.

De Iuſtitia Eccleſiæ S. MARTINI *in* SÖDEL, *ſeu reparationis eius obligatione. ſub An.* 1149.

[Ex acceſſionibus poſteris]

ex Autographo.

✝ NOverit XPI fidelium tam preſentium quam futurorum induſtria, qualiter Ego HEINRICVS divina favente clementia Maguntine Sedis Archipreſul, Fratrum qui in *Elvenſtadenſi* eccleſia beate DEI genitrici inſtanter deſerviunt, iuſtis annuentes poſtulationibus, in territorio ville, que dicitur SODELA, hoc pacto conventionem feci.

Eſt in prefato territorio eccleſia, beati *Martini* nomini conſecrata, cuius ab antiquo hec inſtituta fuit, quam ſubnotamus, Iuſtitia. Tres partes Laquearis facient Fratres pro Decima adiacentis ville *Wolversheim*, quam beate memorie ADELBERTVS Archiepiſcopus predicte iam eccleſie Elevestadenſi a quodam EMBRECHONE homine noſtro concambivit, & divine remunerationis intuitu ſua auctoritate confirmavit. Quartam partem laquearis, mee eſt iuſticie perficere; pro qua, conſentientibus Fratribus, voluntate Clerici parrochiani, pari conſenſu populi, Pavimentum, quod Eorum erat iuſticie una cum feneſtris perficere, ne deinceps faciant, indulſimus, tantum ut partem noſtram laquearis decenter perficiant.

Decer-

Digitized by Google

Decernimus etiam de Miſſali libro eccleſie, qui, ſi vetuſtate corruptus fuerit, a predictis iam ſepe Fratribus innovetur, vel alio meliore mutetur. Si vero negligentia Parrochiani perditus fuerit, quia negligens fuit, dampnum eccleſie reſtituat.

De Sinodo vero in prefata Eccleſia celebranda, icciro congruum & neceſſarium duximus adnectendum, ne, quod eccleſia futuris temporibus patiatur detrimentum, Archipresbiter Sinodum celebraturus ſecum duos adducet Clericos, totidemque Servos. Prime diei, id eſt ferie ſecunde, a Fratribus accipiet ſervicium. Queſtum vero Sinodalium iudiciorum in tres partietur portiones; unam ſibi, duas Fratribus.

Vt autem hec conventio noſtra rata futuris temporibus permaneat, Donativum quod Eccleſie ſemper Virginis MARIE predeceſſores mei Archiepiſcopi libere in liberam poſſeſſionem contradiderunt, & auctoritate ſua confirmaverunt; & Ego quoque libera largitione & voluntaria oblatione contrado, & auctorabiliter confirmo. Requirens fructum habundantem in oratione Iuſtorum.

Scriptum & Sigilli mei impreſſione corroboro, ſed & Banni adteſtatione confirmo.

Annum, & quæ huiusmodi ſunt conſueta, Scriptor non addidit. Interim definire auſim eundem (1149) quem Diploma antecedens refert. Ex ratione a) *quod unum æque ac alterum repræſentet caracterem uniformem.* b) *cum ambobus proviſum fuerit eidem loco, nempe* Ilbenſtadenſi. *Cuius Coenobii Abbas Rmus, D.* ANDREAS Brand, *hæc ipſa autographa, iuxta cum multis aliis, mihi concredere haud eſt moratus. Ad Superos, æterna memoria dignus Præſul, evolavit an. 1725, d. 27. Octobr.*

LXXII
EIVSDEM.

Eorum quæ habentur ſupra n. LXII, et relevamen CANTORIÆ *maioris concernunt, notabilis immutatio, ac ſubrogatio.*

An. 1150.

[Ex novis acceſſionibus]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Divina edoctus revelatione Vas electionis Paulus Apoſtolus nos inſtruit & ammonet, ad omnes quidem bene operari, maxime autem ad Domeſticos fidei, & ad eos qui nobis familiaritate coniuncti ſunt, & devotione ſervitii ſui iugiter aſſiſtunt. Veritas etiam Evangelica Operarium mercede ſua dignum eſſe iudicat; et Sancti Patres decreverunt, ut quisque in ea domo frater victum caperet, in qua laboraſſet.

Notum igitur eſſe volumus univerſitati tam futuri quam preſentis evi fidelium XPI, Dilectum filium noſtrum HERTWIGVM, Sci *Iohannis* Prepoſitum, in maiore Eccleſia noſtra, in qua utique honeſto & diutino labore fructum promeruerat, unanimi fratrum conſenſu in *Cantorem* electum fuiſſe. Sed quia officium illud magnum quidem erat Dignitate, parvum autem Vtilitate; memores ſervitii ſui quod in Curia Moguntina Predeceſſoribus noſtris & Nobis diu & fideliter exhibuerat, ob dilectionem ſuam & meritum, de Reditibus noſtris in *Apolde* ad quinque Talenta ſingulis annis, & quendam *Ericum* Sexto Talento inbeneficiatum, qui exinde debitum ſervitii ſui perſolveret, ad officium Cantoris ſtabili iure tradidimus.

Qui-

Quidam autem *Theodericus*, in eadem villa habens munitionem, bona illa, uti iam dictum eſt devotione noſtra contradita, utpote domui ſue adiacentia, devaſtavit, & ad uſum ſuum nonnumquam diripuit; Vnde cum ſepius coram nobis habita fuiſſet altercatio, Iſto iniurias ſuas proclamante, Illo negante; tandem propter bonum pacis, auctoritate noſtra & asſenſu in tali concambio convenerunt, quod petitione fidelis noſtri HERTWICI Prepoſiti illa quinque Talenta in *Apolde*, LODOWIGO Provinciali Comiti in beneficio conceſſimus, que idem *Theodericus* ab Eo in rebeneficio ſuſcepit; *Theodericus* autem XI manſos & dimidium in quatuor Villis, videlicet in *Baeſtete* quinque, in *Suzeburnun* tres & dimidium, in *Crummelsdorf* duos, in *Zunnerſteten* unum, ſingulis annis quinque Talenta & dimidium perſolventes, LODOVICO Provinciali Comiti, a quo eos in beneficio habuit, reſignavit; et idem iam dictus Provincialis Comes ius beneficii quod in eisdem a *nobis* habuit, nobis reddidit.

Nos itaque undecim manſos illos & dimidium libere & abſolute in noſtra habentes poteſtate, pro illis quinque Talentis in *Appolde*, Prepoſito *Hertwigo* ad officium Cantoris reſtituimus, & donavimus.

Talis autem in hoc concambio facta eſt exceptio & conditio, ut prenominatus *Henricus*, qui ſexto Talento in *Appolde* inbeneficiatus fuit, ad Cantorem reſpiceret, & ei ſervitii ſui debitum perſolveret; & poſt eius obitum, qui ei hereditario iure ſuccederet, item Talento illo a Cantore inbeneficiaretur. Prefatus vero *Theodericus* ad quinque Talenta Cantori dimidium Talentum ea addidit conditione, ut Advocaciam de predictis manſis undecim & dimidio a nobis haberet in beneficio, & ex omni Iure advocacie Cantor, vel quem auctoritas ſua delegaret, duas partes acciperet, ipſum autem *Theodericum* tertia pars contingeret.

Cum autem hec traditio cum hoc concambio vetuſtate temporum ſuccedentium veniret in oblivionem & negligentiam, nimirum ut in cognitione hominum rata & inconvulſa

 omni

omni permaneat evo, hanc Cartam conſcribi, & impreſſione Sigilli noſtri precepimus inſigniri. Hoc annectentes, ut ſi quis auſu temerario hoc pietatis Opus caſſare aut infringere tentaverit, anathematis vinculo ſe ſciat innodatum, & niſi reſipuerit, inexpiabili pena eternaliter cruciandum. Huius rei Teſtes ſunt:

HEINRICVS *Erphordenſis* Prepoſitus.
GODEBOLDVS *Friteslarienſis* Prepoſitus.
Magiſter WILHELMVS.
BVRCHARDVS Prepoſitus de IECHEBVRC.
HARTMANNVS Prepoſitus *S. Mauricii.*
ADELHARDVS Prepoſitus *S. Severi.*
GELFRADVS Abbas *S. Petri* in *Erphurdia.*
CVNO Abbas de monte *S. Diſibodi.*
Cunradus. Rudingus. Gumbertus: Capellani.

de LAICIS

LVDEWICVS *Provincialis Comes.*
ERNESTVS Comes. SIZZO Comes.
LVDEWICVS Comes *de Lare.*
FRIDERICVS Comes *de Bichelingen.*
SIBODO de *Schartvelt.*
MEINHARDVS de *Mulburc.*

de MINISTERIALIBVS

SIGEBOLDVS. HEINRICVS Vicedominus.
HARTVNGVS, & frater eius WERNHERVS.
WILHELMVS, & frater eius SIGEFRIDVS.
DITMARVS, & frater eius HERMANNVS.

WERN-

Digitized by Google

WERNHERVS de *Witerde.*
WERNHERVS Dapifer. CONRADVS Pincerna.
HEIDENRICVS Marſcalcus, & complures alii.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCL. Indictione XIII. Regnante Glorioſiſſimo Rege CVNRADO. Data *Erphordie* XI Kal. Novembris.

LXXIII
EIVSDEM.

De Curte Coenobii S. Iohannis, in PINGVIA, GERNODO *cuidam, & uxori eius* BIBISDVN, *adiectis certis legibus data in Emphyteuſin.*
An. 1150.
[*p. 1012. in Addit.* v. Commodis]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego HEINRICVS DEI miſericordia Archepiſcopus volens me Sanctorum patrocinio commendare, ſanctum famulatum ſuum manutenere & protegere ſuſcepi. *ex Autographo.*

Agnoſcat itaque univerſitas XPI fidelium tam futurorum quam preſentium, qualiter noſtro conſilio, & in noſtra preſentia, Abbas Cenobii Sci IOHANNIS *Baptiſte* in *Biſchovesberch*, Curtim ſuam *Binguie* conceſſerit cuidam, *Gernodo* nomine, & uxori ſue *Bibisdun*, ut annuatim ſibi & Fratribus ſuis, in feſtivitate bti *Martini*, ex ea viginti Vncias perſolvant; et ſi hoc transgreſſi fuerint, & qualicunque negligentia uſque ad terminum ſex ebdomadarum ita ſuperſederint; iuſticia DEI, & iure fori, abſque omni clamore Fratres Curiam ſuam recipiant, & in quiete poſſideant.

Statutum eſt preterea ex conſenſu utriusque partis, ut nec vendere, nec invadiare, nec inter liberos dividere, ulla ratio-

Digitized by Google

ratione queant. Sed quod primum natu ex eis proceſſerit, eodem pactu, eadem conventione poſſideat; niſi forte aliquid in ea edificaverint preter id, quod conſtructum & edificatum invenerunt. Et ſi hoc vendere vel invadiare, aliqua neceſſitate compulſi voluerint, primo Fratres conveniant, & eis offerant; Ipſi autem pro conſilio meliorum Civitatis, & pro quantitate precii, hoc ab eis abſolvant; et ſic omnia ex integro in uſum ſuum recipiant.

Ad huius rei confirmationem ex communi conſenſu hoc etiam condictum eſt; ut ſi vel prenominatus *Gernodus*, vel aliquis ſucceſſorum ſuorum hoc ſtatutum non obſervaverit, & in aliquo immutaverit; nec ipſe, nec aliquis ſuorum deinceps in prefata Curia aliquid iuris ſibi vendicet, ſed Eccleſia bona ſua, ut predictum eſt, in pace recipiat, & cum quiete poſſideat. Vt autem hoc ratum & inconvulſum etiam in poſteros permaneat; hoc ſuperſcriptum Sigilli noſtri impreſſione ſignatum, ſub anathemate confirmantes.

Acta ſunt autem hec, multis idoneis Teſtibus aſtipulantibus, tam Clericis quam Laicis, quorum hec ſunt nomina:

HARTMANNVS, Prepoſitus maioris Domus. ARNOLDVS Prepoſitus & Camerarius. HARTWICVS Prepoſitus. SIGELO Prepoſitus.

LAICI

EMBRICHO Comes. *(Rheni)*
EMBRICHO de *Winkelo*.
OTTWINVS. WALTBERTVS.
FRIDERICVS, & frater ſuus EMBRICHO.
MENGOTVS Vicedominus,
& frater ſuus DVDO.
HELFERICVS. ARNOLDVS.
CVNRADVS, & frater ſuus MEINGODVS.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCL. Indictione XIII. Regnante CONRADO huius nominis *Secundo*.

LXXIV

Digitized by Google

LXXIV
EIVSDEM.

Littera fundationis Coenobii ALDENBVRG, *brevi poſt, mutato loco ac nomine, (immo & Ordine)* ARNSBVRG.

An. 1151.

[*T. I. p. 555. fin. n. 9.* v. Hæc inter]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS DEI gratia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Ad noſtrum ſpectat officium, quos miſeratio divina Sancte Eccleſie ſpeculatores inſtituit, bene operantibus cooperari, & pia eorum facta auctoritate noſtra corroborare, & memorie commendare, ne forte ſuccedentium temporum vetuſtate veniant in oblivionem & negligentiam. *ex Autographo.*

Noverint igitur univerſi, tam futuri quam preſentis evi XPI fideles, qualiter Dns CVNRADVS de *Hagen* & de *Arnesburg*, Vir potens, & uxor eius Matrona Nobilis, nomine LVITGARDIS, divina inſpiratione ammoniti quendam libere poſſeſſionis ſue locum, qui *Aldenburg* nuncupatur, predicto Caſtro *Arnesburg* vicinum, ſervicio DEI & beate MARIE perpetue Virginis mancipaverunt, & ibidem monaſticam vitam inſtituerunt conſilio & auxilio NICHOLAI *Sigebergenſis* Abbatis, qui etiam Ordinis ſui & de Clauſtro ſuo Abbatem & quosdam Fratres eis donavit.

Vt autem ſervitus DEI in eodem ſtabiliretur loco, ad huius vite neceſſaria Fratribus, qui ibi in Domino convenerant, nonnulla de poſſeſſionibus ſuis, pari voto & ſtabili iure tradiderunt: Videlicet infra & extra ambitum loci prenominati decem & octo iugera, & infra torrentem Vallem unam. Decimationem vero quatuordecim iugerum de prenominatis decem & octo, & Vallis prenominate, duobus iugeribus qui ſunt in campo qui dicitur *Erthuſun*, a matre eccleſia *Gruningin* abſol-

abſolverunt. Item decimationem IIII iugerum de predictis XVIII, & uno iugere, qui eſt iuxta villam *Arnesburg*, a matre eccleſia *Muſchenheim* abſolverunt, & Aldenburgenſi eccleſie, noſtra permiſſione conceſſerunt. Item Capellam que eſt in Caſtro *Arnesburg*, cui Abbas celebrationem Divinorum provideat, contradiderunt. Populum quoque ex utraque pontis commanentem parte, uno manſo quem habet Sacerdos de *Gruningin* in *Holzheim*, abſolverunt. Ea ſcilicet ratione, ut apud prefatam Capellam baptizari, ſepeliri, & ſervicio DEI muniri debeat, per noſtram auctoritatem.

Inveſtituram eccleſie *Muſchenheim:* Curtem unam in *Moguncia:* vineam unam *Berge* iuxta *Enninchheim*, quam emerunt a FOLMARO de *Frankenvurt:* In *Arnesburg*, & *Hoven*, & *Gulle* V manſos: in *Holzheim* V manſos & dimidium, & ſilvam eidem ville adiacentem. In *Weſtwich* duos manſos & dimidium. In novo rure quod dicitur *Rode*, iuxta *Frankenvurt*, VII manſos, & ſilvam, cum allodio iuxta *Arnesburg*, quod emerunt a WASMVDO & HEINRICO de *Treiſa*. In *Colenhuſen* manſum unum, & molendinum unum, quod ſolvit ſingulis annis XXVI maldra frumenti. Curtem unam in *Ruprecherode:* in *Amene* duos manſos. Decimam duorum viculorum *Roſſebach* & *Buſchenhagen*. In loco qui dicitur *Wiwere* poſſeſſiunculam unam. In *Strazheim* curtem unam, quam dedit HARTWICHVS, & GVDA uxor eius, cum VI iugeribus. Capturam quoque piſcium ſue poſſeſſionis, a *Specha* uſque *Colenhuſen*.

Speck *rivus.*

Prenominatus etiam Sigebergenſis Abbas locum illum ampliavit & promovit; & medietatem bonorum ſuorum que habuerat in *Stocheim*, que predictus CVNRADVS & uxor eius LVITGARDIS eidem Sigebergenſi Cenobio contulerant ad uſum Fratrum ſuorum quos primum ad ſervitutem DEI transmiſit, eidem loco remiſit.

Profecto memoratus CVNRADVS & coniux eius, *Sigebergenſi* cenobio, a quo primordia monaſtice Religionis nove plantacioni ſue adquiſierant, hanc reverentiam ſtatuerunt exhibe-

hiberi in perpetuum; ut poſt defunctum *Aldenburgenſem* Abbatem Fratres loci illius nullum inter ſe eligerent abſque conſilio Sigebergenſis Abbatis; et, ſi inter ſe non reperirent, in *Sigebergenſi* Conventu eligerent unum, qui eis preeſſet & prodesſet. Qui etiam Nobis, & Succeſſoribus noſtris obedientiam faciet, & conſecrationem ſuam a nobis accipiet.

Eundem autem locum & que ad ipſum pertinent, idem CVNRADVS per Se, dum viveret, & poſtmodum per filios ſuos, iure Advocatie regi ac cuſtodiri diſpoſuit. Poſt mortem vero ſuam, & filiorum ſuorum, in arbitrio eſſet Abbatis & fratrum ſuorum, quem eligeret Advocatum; unum ſcilicet, qui de ſemine eorundem CVNRADI & LVITGARDIS deſcenderet. Et hic tantum ſemel in anno, videlicet in proximo die poſt Exaltacionem Sce CRVCIS, locum illum pro facienda iuſticia intraret; Cui eodem die idem Abbas ſervicium, quod tribus Vnciis comparari poſſet, provideret, aut tres uncias pro miniſterio illi daret; & nihil amplius iuris per totum annum a loco illo exquireret; nec ſuper bona loci illius, niſi forte pro aliqua facienda iuſticia ab Abbate evocatus, cum duobus tantum Militibus veniret, & ab eo neceſſaria illa die perciperet; Et ſi hoc ſtatutum excederet, Abbas & fratres eius, querimoniam mihi & ſucceſſoribus meis de eo facerent; et ſi, ammonitus, non emendaret, removeretur; & alius, quem Abbas eligeret, de eorundem ſemine ſubſtituetur.

Vt autem hec loci fundacio, & bonorum tradicio, & obſervationum inſtitucio rata & inconvulſa omni permaneat evo, hanc Cartam conſcribi, & inpreſſione Sigilli noſtri precepimus inſigniri. Et inſuper hec omnia Banno noſtro confirmavimus.

Si quis igitur hec pietatis Opera a predicto CVNRADO & eius uxore L. DEO collata, ſive ab aliis fidelibus deinceps conferenda, auſu temerario caſſare & infringere temptaverit, anathematis vinculo ſe ſciat innodatum, & ſuper hoc, Mihi, & Succeſſoribus meis rationem redditurum; et niſi re-

reſipuerit, tandem inexpiabili pena *eternaliter cruciandum.* Huius rei Teſtes ſunt hi:

GEVEHARDVS *Wirciburgenſis* Epiſcopus.
GVNTHERVS *Spirenſis* Epiſcopus.
ADELGOR *Curienſis* Epiſcopus.
HARTMANNVS Prepoſitus.
ARNOLDVS Prepoſitus Sci *Petri.*
HEINRICVS *Erpbordenſis* Prepoſitus.
GERLACHVS Prepoſitus S. Victoris.
HERTWICVS Cantor.
WILLEHELMVS Magiſter.
HEINRICVS Abbas Sci *Albani.*
GODEFRIDVS Abbas *S. Iacobi.*
HEINRICVS Comes *Heſſie* *
GODEFRIDVS de *Hoeſte.*
ARNOLDVS de *Hagenowe.*
EMBRICO *Comes Reni.*
ECKEHARDVS de *Erlebe.*
CVNRADVS. HEROLDVS.
HARTMANNVS. MEINGOR.
DVDO frater eius: *Miniſteriales.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis Mill. CLI. Indictione XIIII. Regnante glorioſo Rege CVNRADO huius nominis *Secundo*, anno Regni eius XIII.

* *Cum familia huius Nominis Comitum plane ſit ignota; interpretari licet de Comite quodam, qui in* Haſſia *domicilium habuit ſuum. Prout talis N & N, ex Thuringicis Comiti-*

Digitized by Google

mitibus [*de* Gleichen, *de* Kevernburg *&c*] *ſubinde hac formula:* Comes *de* Thuringia, *Nomine gentilitio dempto, effertur. Quamvis etiam eſſe poteſt, quod* HENRICVS *iſte fuerit filius cuiusdam Thuringiæ Landgravii naturalis, atque ad terram* Haſſiæ *Paragiatus.*

Grata cæterum memoria recolo, quod, ſacro ſuo Cœtui qui præeſt, (ab an. 1714) & prodeſt adhuc, Rmus nimirum D. Abbas ANTONIVS Antoni de MOGVNTIA, *copiam benevole mihi fecerit, Apographum, quod habebam meum, conferendi cum ipſo autographo. Actum id* Arnsburgi *d. XI Aug. 1728. Ad cuius proin litterarum apices exhibemus illud. Qua ratione poſtea fundatio hæc ex S.* Benedicti *familia translata fuerit ad Ordinem* Ciſtercienſem, *ſicque ex coenobio* Aldenburg, *enatum ſit monaſterium* ARNSBVRG; *Videſis Diploma Abbatis de* Eberbach, *infra n. XCIV.*

Subiungitur ob connexitatem

LXXV

Charta W. *Comitis* de GLIZBERG, *ſuper eo, quòd Coenobitis tradiderit Plauſtrum ligni continuum. An.* 115..

IN NOMINE SANCTE TRINITATIS.

Ego WILHELMVS Comes *de Glizberg* notum eſſe volo omnibus XPI fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod ego, & uxor mea SALOME, pari voto & communi conſenſu, Ecclefie DEI in *Aldinburg*, que eſt iuxta *Arnsburg*, DEO illic ſervientibus, qui ex Cenobio *Siegeburgenſi* eo veniſſe noſcuntur, ad ſubminiſtrationem ignis, ad *vexationem* * unius plauſtri continuam ex noſtro tradidimus nemore, quod *Weſterwalt* vocatur, pro anima patris matriſque mee, uxoris, & prolis utriusque ſexus; ut eorum pariter ibidem agatur memoria continua.

* *pro* vectura.

Digitized by Google

Et ut hec traditio noſtra firma ſit, hanc Cartam ſigillari noſtro Signo fecimus; ut omnis homo qui eos hac fraudare traditione molitus fuerit, defraudandum Se, eterna hereditate & omni bonitate, niſi reſipuerit, ſciat. Teſtes huius rei ſunt

Conradus Prepoſitus de *Scheffinburg* *

LUTHERUS Prior.

BERWARDUS Miniſterialis noſter.

HERHEHARDUS. SIGEFRIDUS.

RICHEZO. WERNERUS. BERNHELMUS.

* *vulgo* Schiffenburg, *quondam Coetus Canonicorum Regularium* S. Auguſtini, *non longe* Gieſſa *diſtans. Nunc Commenda Ordinis* Theutonici, *pertinens ad Baliviam* Marburgenſem.

Æra Chriſtiana, ex libro Copiali (caracteris ſeculi XIV) membranaceo tranſcriptum Diploma caret; que tamen ad tempus fundationis initiale eo indubitabilius referenda eſt, quod de Aldenburgo, *& de Alumnis primitivis diſſerat. Qui vero* (Siburgenſes) *locum ultra paucos annos non tenuerunt, utpote* Ciſtercienſibus *decennio poſt, vel circa, ſurrogatis.*

LXXVI

Digitized by Google

LXXVI
HENRICI ARCHIEP.
De Caſtro SCHONENBERG, *oblato Eccleſiæ Moguntinæ ab* HERMANNO *de* WINZENBVRG, *eidemque retro conceſſo in beneficium.*
An. 1151.

[*p.* 556. *n.* 11. v. Illic locorum]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Ad noſtrum ſpectat officium quos Summus ille Pater familias Domus ſue ſpeculatores conſtituit, ad profectum & incrementum ſancte Eccleſie omne ſtudium noſtrum accomodare, & ſubditorum noſtrorum affectum, ut *in idip*ſum intendat, pia exhortatione excitare; et, cum aliquid ad honorem DEI & utilitatem Eccleſie operati fuerint, auctoritate noſtra confirmare, & memorie commendare illud, ne ſuccedentium temporum vetuſtate veniat in oblivionem, ſed poſteritati bene forma operandi ſit ut exemplum.

Noverint igitur univerſi, tam futuri quam preſentis evi XPI fideles, qualiter Comes HERMANNVS *de Wintzenburg*, Princeps videlicet dives & prepotens, divina inſpiratione noſtraque exhortatione premonitus, Eccleſiam Moguntinam de facultatibus ſuis ditare & ampliare cupiens; in Comecia *Cognati noſtri* WICKERI, in Pago *Marprachtiſſin*, noſtram convenit preſentiam, & Caſtrum ſuum *Schonenberg*, quod multa expenſa magnoque labore conſtruxerat, in Sede tribunali, iuxta legem & Statutum Terre illius, beato MARTINO in *Moguntia*, libere & abſque contradictione donavit.

Nos vero, poſtquam hanc ſuſcepimus traditionem, iuxta petitionem ſuam, & eam quam interpoſuerat conditionem, prenominatum Caſtrum eidem *Hermanno*, & uxori ſue *Ludgar-*

gardi, eorumque poſteritati in beneficium conceſſimus. Habuit etiam in hac donatione iam dictus fidelis homo talem conventionem, ut, ſi filius ei non naſceretur, Caſtrum illud, cui ipſe expeteret, a Moguntino Antiſtite concederetur.

Hanc autem traditionem & conventionem, ut rata & inconvulſa omni permaneat evo, hac Carta, impreſſione Sigilli noſtri inſignita, ſtabilivimus, & Banno noſtro confirmavimus.

Si quis igitur hoc pietatis Opus auſu temerario caſſare & infringere attemptaverit, anathematis vinculo ſe ſciat eſſe innodatum, et niſi reſipuerit, inexpiabili . . . . cruciandum. Huius rei Teſtes ſunt:

HILDEBALDVS Abbas de *Haſungen.*
BVRCKARDVS Prepoſitus de *Iecheburg.*
LAMPERTVS Prepoſitus de *Geyſmar.*
CONRADVS Prepoſitus *S. Gingolfi.*
GVNTHERVS Prepoſitus de *Luppoldisberg.*
REINHARDVS Prepoſitus de *Halberſtat.*

de CAPELLANIS

Embrecho. Heinricus. Gernotus.

de LAICIS

HEINRICVS Comes HASSIE.
Comes WICKERVS de *Horeburg*, & frater eius
Comes GOTFRIDVS de *Ameneburg.*
BOPPO Comes *de Richenbach.*
ADELBERTVS Comes *de Eberſtein.*
ARNOLDVS de *Hagenawe.*
SIGEBODO de *Scowenburg.*

DVDO

DVDO Prefectus de *Ruſteberg*,
& GEBEHARDVS frater eius.
Retberus Comes de *Inſula*
BOPPO de *Blanckenburg*.
HEINRICVS Comes *de Bodenburg*.
WIDEKINDVS Advocatus de *Minden*.
HEROLDVS de Bornen.
HEROLDVS de *Roden*.
THEODERICVS *Ruſt*,
& fratres eius BERNHARDVS & HERMANNVS.
GERLACVS Vicedominus.
EBERHARDVS de *Strevorde*,
BERCHTOLDVS de *Eberſtute*.
WERNHERVS de *Herſethe*.
REINHARDVS de *Ballinhuſen*.

de MINISTERIALIBVS

WERNHERVS Dapifer. CONRADVS Pincerna.
GERNOTVS, HEROLDVS, HARMVDVS } Marſcalci.
VDALRICVS de *Ruſteberg*.
REINBODO de *Pingwia*, & complures alii.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLI. Indictione XIIII. Regnante glorioſiſſimo Rege CONRADO huius nominis *Secundo*.

Nota:

Nota: Hermannus *iſte Comes* de Winzenburg *in* Conradi *Imp. Aula ſæpe verſatus, miſera tandem morte periit; quippe gladio, una cum Coniuge uterum ferente, in lecto iugulatus a Nobili quodam, cuius thorum polluerat. Anno 1153, ſecundum alios, 1156. Quo factum, ut Comitatus Winzeburgenſis Epiſcopatui Hildeſienſi additus fuerit. Vid.* Leuckfeld Antiq. Gandersh. *C. 25. p. 297 ſqq.*

LXXVII
EIUSDEM,

Privilegium libertatis Inſulæ Vallis Dei *(de qua* n. LXI) *tum a* Decimis, *quam a* Decimationibus. *&c. An.* 1151.

[*p. 556. n. 12.* v. Poſt fratribus]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS.

Heinricus divina favente clementia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Cum iuxta noſtre ſpeculationis officium ad omnes divinitus nobis commiſſos paterne providentie ſollicitudinem habere debeamus, ſpecialiter tamen pauperibus Xpi, qui nudi nudam Crucem Xpi ſemper in corpore ſuo portant, & die noctuque contendunt quomodo poſſint Socii fieri eius, qui eſt in Xpo paſſionis & glorie affectus, noſtra diligentia impendere decrevimus; Ita videlicet, ut a fidelibus Xpi pia devotione eis contradita ne ſuccedentium temporum vetuſtate veniant in oblivionem & negligentiam, Scripto noſtro memorie commendemus, & auctoritate noſtra corroboremus.

Notum igitur eſſe volumus tam futuris quam preſentibus eiusdem fidelibus Xpi, qualiter predeceſſor noſter, beate memorie Dns Marcolfus, motus miſeratione ſuper paupertate Fratrum & Sororum, ſub Regula bti *Auguſtini* communi vita in *Winckelo* degentium, Inſulam, curti ſue in *Elte-*

Digitized by Google

Eltevil adiacentem, totam illis contradidit, exceptis duobus manſis, qui *Eberbacenſi* Cenobio pertinebant. In eadem quoque traditione, ſua ſtatuit auctoritate, ut Inſula illa, ſicut nunquam ullas *Decimas* * vel Cenſus Sibi ſeu Anteceſſoribus ſuis perſolvit, ita ab omni in perpetuum *Decimatione*, * vel cenſu libera eſſet: Vt nulli unquam prefati Cenobii Abbatum aliquid ex ea in beneficium, vel ius hereditarium liceat procurare; Sed totam, exceptis dictis Eberbacenſis cenobii manſis duobus, ad uſum Fratrum & Sororum deputavit, qui in predicto loco voluntariam pro DEO ſuſtinerent paupertatem: pro vivis & defunctis iugiter DEVM deprecarentur.

* *Quod* Decima & Decimatio *differant, & plus ſit in* hoc, *quam in* iſto; *clare demonſtratur ex Diplomate* Sigefridi I. *Tom.* 2 *Rer. Mogunt.* p. 462.

Hanc etiam muneris ſui piam ſtatuit retributionem, ut prefati Cenobii Fratres & Sorores, Sui & Succeſſorum ſuorum anniverſarii diem ſemper haberent in memoria: Quia multum valet deprecatio Iuſti aſſidua, & elemoſina pauperibus erogata, hic & in futuro preſtat ſuffragia.

Illud quoque non incognitum eſſe volumus, quod quidam Ecclefie noſtre Miniſterialis, *Meingotus* nomine, eiusdem eccleſie in *Winckelo* molendinum, & vineam adiacentem *Heyſesheim*, diverſis tradidit temporibus; fideliter orans, ut Ipſius & parentum ſuorum ibidem memoria haberetur in perpetuum.

Nos autem, poſtquam in locum prenominati Predeceſſoris noſtri miſeratione DEI ſucceſſimus, hanc traditionem ſuam, cum predicti Miniſterialis noſtri donatione, conſtante nobis veritate & iuſtitia ratam habuimus; & ſupplici precatu ROBERTI Abbatis, nec non Fratrum & Sororum prememorati Cenobii devicti, hac Carta, Sigilli noſtri impreſſione inſignita, utramque donationem confirmavimus. Sub anathemate prohibentes, ne quis auſu temerario hec pietatis opera caſſare aut infringere preſumat. Huius rei Teſtes ſunt:

de CLERO

HARTMANNVS maior Prepoſitus.
ARNOLDVS Prepoſitus *S. Petri.*
HEINRICVS Cuſtos.
GERLACVS Prepoſitus *S. Victoris.*
ANSHELMVS Prepoſitus *ad Gradus.*
BVRCKARDVS Prepoſitus de *Iechburg.*
Magiſter WILHELMVS.
HEINRICVS Abbas *S. Albani.*
GODEFRIDVS Abbas *S. Iacobi.*
ANSHELMVS Abbas de *Biſchoffsberg.*

de CAPELLANIS

GISELBERTVS Prepoſitus de *Frankenfurt.*
CONRADVS Prepoſitus *S. Gingolfi.*
RVDINGVS. GERNOTVS.

de LAICIS

GERHARDVS Comes *de Nuringes.*
ARNOLDVS de *Hagenawe.*
Comes CONRADVS, & frater ſuus EMBRICHO.
GODEFRIDVS de *Ameneburg.*
GERHARDVS de *Hagenhuſen.*

de

Digitized by Google

de MINISTERIALIBVS

MEINGOTVS Vicedominus, & DVDO frater eius.

EMBRICO Comes *Reni.*

HELFFRICVS & ARNOLDVS de *Selehoven.*

EMBRICHO de *Winckelo.*

EGENO de *Alteville.*

HEROLDVS Dapifer.

CONRADVS Pincerna.

HEYDENRICVS, CONRADVS, HARTMODVS — Marſcalci, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLI. Indictione XIIII. Regnante Invictiſſimo Rege CONRADO huius nominis *Tertio.*

LXXVIII
EIVSDEM,

Quomodo pacaverit litem, motam Abbati de EBERBACH, *ex parte illius de* VINICELLA.

An. 1151.

[*p. 556. n. 13.* v. Erbacenſium]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Ad noſtrum ſpectat officium quos miſeratio divina ſpeculatores ſuos conſtituit, vigilanti cura & ſtudio indefeſſo quoslibet fideles, & precipue eos, quorum vita & profeſſio quietem exigit contemplationis, ad concor-

 diam,

diam, qua etiam res minime creſcunt, exhortari; et ita unitate caritatis eos adiuvare, ut pura conſcientia & mente tranquilla Deo deſerviant, & caritatem habentes, in nullo deficiant.

Notum igitur eſſe volumus univerſis tam futuri quam preſentis evi Xpi fidelibus, qualiter Folbertvs Abbas de *Winckelo*, adverſus Dn. Rvthardvm Abbatem de *Eberbach*, quandam queſtionem moverit, quatuor capitulis diſtinctam. In *primo* vero aſſerebat capitulo, fundum illum in quo ſitum erat Eberbacenſe Cenobium, & Fratrum manſiuncule, eccleſie ſue in *Winckelo* pertinere. In *ſecundo* dimidium manſum in villa *Erbach*, que proxima eſt eiusdem nominis Cenobio, in ius proprietatis item eccleſie ſue requirebat. In *tertio* capitulo duos manſos in quadam Inſula Reni, que curti noſtre in *Altavilla* adiacet, ad uſum fratrum ſuorum contraditos aiebat. Et in quarto ortum & decurſum cuiusdam aque, que dicitur *Reſilinisbrunnen*, in ius & proprietatem Cenobii ſui vindicabat.

Reverendus autem Eberbacenſis Abbas, licet hec omnia absque contradictione in libera & quieta poſſeſſione per multorum annorum ſucceſſiones habuiſſet; tamen cum predicto Abbate de *Winckelo*, quam aſſertionem quidem minus probabilem videbatur habere, propter bonum pacis & quietis, mediante conſilio noſtro & Eccleſie noſtre, fecit compoſitionem; reſtituens Ei ſeptem iugera vinearum, ad querimonie ſue perpetuo ſopitionem, & reformandam fraterne caritatis unitatem. Abbatiſſa quoque de *Altenmunſter* in *Moguntia*, Ius quod ſe aſſerebat habere in decurſu prememorate aque, noſtra peticione & auctoritate ad uſum Fratrum in *Eberbach* ſtabili iure contradidit.

Vt autem hec compoſicio, reſtitutio, atque traditio rata & inconvulſa omni permaneat evo, hanc Cartam fieri, & impreſſione Sigilli noſtri precepimus inſigniri. Sub anathemate prohibentes, ne quis auſu temerario hec caritatis Opera caſſare aut infringere preſumat. Huius rei Teſtes ſunt:

de

de CLERO

HARTMANNVS maior Prepoſitus.
ARNOLDVS Prepoſitus *S. Petri.*
HEINRICVS *Erfordenſis* Prepoſitus.
GERLACVS Prepoſitus *S. Victoris.*
ANSHELMVS Prepoſitus *ad Gradus.*
BVRCHARDVS Prepoſitus de *Iecbeburg.*
Magiſter WILHELMVS.
HEINRICVS Abbas *S. Albani.*
GODEFRIDVS Abbas *S. Iacobi.*

de CAPELLANIS

GISELBERTVS Prepoſitus de *Franckenevort.*
CONRADVS Prepoſitus *S. Gingolfi.*
RVDINGVS. GERNODVS.

de LAICIS

GERHARDVS Comes *de Nuringes.*
ARNOLDVS de *Hagenowe.*
GODEFRIDVS de *Ameniburch.*

de MINISTERIALIBVS

MENGOTVS Vicedominus. DVDO frater eius.
EMBRICHO Comes *Reni.*
EMBRICHO de *Winchelo.*
HEROLDVS Dapifer. CONRADVS Pincerna.
HEIDENRICVS, CONRADVS, HARTMVNDVS } Mareſcalci, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLI. Indictione XIIII. Regnante Invictiſſimo Rege CVNRADO huius nominis *Secundo.* *

* *Qui vice ultima heic recurrit* CONRADVS *Romanorum Rex, eum modo* Secundum, *modo* Tertium *fuiſſe appellatum, ſatis licuit obſervare. Cuius confuſionis cauſa in eo reſidet, quod, qui* Tertium *ipſum obtenderunt, reſpectum in computandi ordine habuerint ad* CONRADVM *medium (Salicum)* Imperatorem. *Etenim, ſi Conradis pure adnumeretur* Noſter, *in ordine* Tertius *erit. Conrado autem* Salico, *tanquam Imperatore, ſepoſito, Noſter* Secundi *nomen fert, coronatione ſiquidem* Romana *deſtitutus.* [*perinde ac* CONRADVS Primus.] *Id quod anſam dedit, ut pro diverſo Notariorum palatinorum genio, apud alios, differentiam inter Rom.* Regem, & Imperatorem, *quantumvis a Papa coronatum, facientes nullam,* Tertius *audiat. Econtra* Secundus *apud illos, qui Cæſares cum Regibus non eſſe confundendos, ſed ab invicem diſtinguendos, exiſtimavere. Ipſemet interea* Noſter, *in Chartis propriis conſtanter ſeſe* Secundum *ſcripſit; iuxta morem, quin potius rigorem iſtius ſeculi, putantis, Titulum Imperatoris competere iis duntaxat, qui fuiſſent redimiti per manum Summi Pontificis.*

LXXIX

EIVSDEM,

De concambio nonnullorum Bonorum inter Miniſterialem ipſius DVDONEM & *Abbatem* RVTHARDVM. HENRICO *ratione dominii directi interveniente, ac pro ſalutari Partium commodo æquum ſe prebente. An.* 1152.

[*p.* 556. *n.* 14.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego HEINRICVS Moguntine Sedis DEI gratia humilis Proviſor, tam preſentibus quam futuris in CRISTVM cre-

credentibus. In veteris Teſtamenti ſerie reperitur, filios Levi inter alteras Tribus in diſtributionis funiculo ſortem non accepiſſe; Hac nimirum conſideratione, quod mundialis laboris impedimento intendere, non poterant nec debebant qui divino cultui mancipati ſacrificiorum & ceremoniarum variis obſervationibus deſerviebant. Ipſe autem Dominus, pars hereditatis ipſorum, Decimas & Primitias & oblationes populi, in uſus eorum deſtinavit.

Huius rei auctoritate nos evidenter docemur: Nos utique, qui cum Martha adhuc ſollicitamur, & circa plurima conturbamur, ut fratribus noſtris ſpiritualibus optimam Marie partem eligentibus preſentis vite ſtipendia neceſſaria ſubminiſtremus; Quod nos quidem parva iam ex parte initiavimus, ſed de cetero habundancius perficere, ardentiſſime deſideramus.

Volumus itaque ſcire univerſos XPI fideles, qualiter inter fratres noſtros *Eberbacenſes*, & Miniſterialem noſtrum *Dudonem*, quoddam concambium ordinavimus. Hac videlicet occaſione, ut predicti fratres noſtri a tumultu hominum ſequeſtrati liberius ſue profeſſioni vacare & intendere valeant.

Manſum itaque unum, in *Winkelo* ſitum, quem filii *Merbodonis*, *Stephanus* & *Wernherus*, in tempore converſionis ſue, Ecclesie *Sce* MARIE in *Eberbach* contradiderunt, & partem vinearum in predicta villa ſitarum, ad Epiſcopalem Menſam noſtram octo Vncias perſolventem, Abbas RVTHARDVS lege concambii, per manum noſtram *Dudoni* contradidit: Hos, & octo illas Vncias ad Menſam noſtram pertinentes, *Dudoni* & filiis ſuis in beneficio conceſſimus: Proinde DVDO e converſo manſum unum, in *Richartshuſen* iuxta *Hattenheim* ſitum, cuius Cenſum a nobis in beneficio habuit, Abbati & ecclesie Sce Marie, per manum noſtram, & Vicedomini noſtri MENGOTI iure concambii delegavit; & beneficium Cenſus de manſo eodem, cum filiis ſuis nobis reſignavit. Hoc autem beneficium in noſtram poteſtatem receptum, Nos prefate Ecclesie

cleſie *ſub Stola noſtra* contradidimus, & Banni noſtri interpoſitione confirmavimus.

Vt autem hoc concambium, & delegationis firmitas rata & inconvulſa ſemper permaneat, hanc inde Paginam teſtimonii conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione precepimus roborari. Hi ſunt Teſtes;

HARTMANNVS maioris Eccleſie Prepoſitus.
HEINRICVS Decanus de Domo.
Magiſter WILHELMVS.
HERTWICVS Cantor.
BVRCHARDVS Prepoſitus de *Iecheburg.*
SIGELOVS Prepoſitus de *Norzun.*
HEINRICVS Abbas *S. Albani.*
GODEFRIDVS Abbas *S. Iacobi.*
CVNO Abbas *S. Diſibodi.*
ANSHELMVS Abbas de *Biſchovesberch.*

de CAPELLANIS

CONRADVS Prepoſitus *S. Gingolfi.*

de LIBERIS

GERHARDVS Comes *de Nuringes.*
GODEFRIDVS Comes *de Ameniburg.*
ARNOLDVS de *Hagenova.*
GERLACVS de *Buche.*

de

Digitized by Google

de MINISTERIALIBVS

MENGOTVS Vicedominus. DVDO frater eius.
HERTWICVS Scultetus.
WICKNANDVS & ARNOLDVS de *Selnhoven.*
WERNHERVS Dapifer.
CONRADVS Pincerna.
HEIDENRICVS Marſcalcus, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLII. Indictione XV. Regnante Glorioſiſſimo Rege FRIDERICO, huius nominis *Primo.*

LXXX
EIVSDEM,
Traditio Vinearum, Fratribus in EPISCOPI MONTE.
An. 1152.

[*T. I. p. 1012. in Addit.* v. Commodi vero]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego HEINRICVS DEI miſericordia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Volens participari pio operi Predeceſſorum meorum, qui fundaverunt Eccleſiam beati IOHANNIS *Baptiſte* in *Biſchovesberc*, & ſublimaverunt; Notum eſſe volumus| omnibus XPI fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter poteſtativa manu mea tradidi partes trium Vinearum *Rudenesheim*, que ad nos pertinebant, Fratribus bti *Iohannis Baptiſte* in *Biſchovesberc*, ob iugem memoriam Mei, & Predeceſſorum & Succeſſorum meorum, apud Fratres ibidem DEO famulantes. *ex Autographo.*

Ee Vt

Digitized by Google

Vt autem hoc, ratum & inconvulſum, etiam in poſteros permaneat, hoc ſuperſcriptum Sigilli noſtri impreſſione ſignavimus. Sub anathemate confirmantes.

Acta ſunt autem hec, multis idoneis Teſtibus aſtipulantibus, tam Clericis quam Laicis, quorum hec ſunt nomina:

HARTMANNVS Prepoſitus maioris Domus.

ARNOLDVS Prepoſitus & Camerarius.

HARTWICVS Prepoſitus * & Decanus.

* *S. Iohannis.*

SIGELOVS Prepoſ. GISELBERTVS Prepoſitus.

CAPELLANI

Conradus. Heinricus. Rudingus.

Laici LIBERALES

GODEFRIDVS. ARNOLDVS.

MINISTERIALES

MEINGOTVS Vicedominus, & fratres ſui: HELFERICVS, ARNOLDVS. EMBRICHO Comes. *(Rheni)*

de *Giſenheim.*

CVNRADVS, & frater ſuus MEINGOTVS.

de *Winckelo.*

EMBRICHO & GISELBERTVS.

de *Rudenesheim*

GISELBERTVS. ARNOLDVS & filii eius. BERWELFVS.

Notes

Digitized by Google

Notes hic: Quamvis addita non fuerit Epocha, definire nihilominus tuto liceat annum 1152. Idque ob Perſonam tertiam inter Teſtes conſpicuam, Hertwici DECANI, *ſcilicet Eccleſie maioris, qui in Charta immediate præcedente ut* CANTOR *ſubſcriptus legitur; & alius, nomine* HENRICVS, Decanus de Domo *ibidem inducitur: In cuius locum proinde* HARTWICVS *eodem hoc 1152 anno ſuffectus fuit.*

✿ ✿ ✿

Atque poſtremum iſthoc eſt Diplomatum, queis hiſtoriam Regiminis ſui illuſtravit HENRICVS I. * *Siniſtra ante obitum expertus fata. Quippe adverſariorum inſimulationi ac potentiæ ſuccumbens, a ſubmiſſis* BERNARDO & GREGORIO *Cardd. Legatis Apoſtolicis, de excelſo in quo conſiſtebat dignitatis gradu, an. 1153 deiectus, & ſententialiter depoſitus,* [*iurene an iniuria, dubium*] *in Saxoniam ſeceſſit;* Eimbeccique, *placide quieteque pauculos, quibus eius peccata expiari, & virtutem probari voluit* DEVS, *menſes egit. Nam eodem adhuc anno obiit.* SERARIVS Rer. Mog. *p. 817.* IOANNIS T. I. p. 557. VI KAL. IVLII, *libro Animarum ædis metrop. teſtante. Verbis:* (*ad d. diem*) Θ HEINRICVS Archiepiſcopus Mog. qui contulit Eccleſie Maguntine Decimam in Gyſenheim. [*ſupra n. LXVI.*]

* Plura ab eo geſta, in Diplomataque redacta, pernoſcere qui cupit, is eorundem (æque ut Præſulum antecedentium & ſubſequentium) in *Rer. Mogg. Tomo II* reperiet, ſane multa. Omnia ex forulis Noſtris.

Succeſſorem Henricus *vidit* ARNOLDVM, *Prepoſitum S.* Petri, *& Iudicii Secularis Camerarium.* ** *Sapientia, ingenii acumine, facundia & humanitate nulli ſecundum. Erat autem illemet ipſe, quem bonus* HENRICVS *pro ſua defenſione miſerat Romam. Atenim Is, de* promotione *ad Pontificatum Mog.* propria, *agens;* a Cardinalibus, quos ſibi pecunia favorabiles acquiſivit, —— inſtru-

** *Conf. n. XVI. p. 31.*

ſtructus, & de ſe certificatus, coepit in ſuum Dominum accuſationis iacula dirigere, quem venerat excuſare. *Chron.* CONRADI *p. 19.* Breviter: *(pergit)* Tantum in ſua proceſſit audacia, & effecit, ut duos Legatos deſtinari peteret, huius rei cognitores & Iudices. Obtinuitque eosdem duos, quos corruperat. —— —— Veniunt ergo Legati *Wormatiam*; HENRICVS Epiſcopus citatus comparet; nihil prætendere poterat pro ſe, quod admittere vellent Iudices ſive Legati ſupradicti. Preſidentes autem Iudicio, in loco qui *Nibuſa* vocatur, *Henricum* laudabilem Virum ab Epiſcopatu amovent Moguntinenſi; ARNOLDVM ſubſtituunt. Dicebatur autem, quod FRIDERICVS Imperator huic negotio aſſenſum præbuerit, ſed occultum.

Fuit ARNOLDVS *natione ac patria* Moguntinus, *familiæ nobilis, in ea civitatis parte, quæ* Selhoven *antiquitus, nunc vero vulgariter* auff dem Graben, *iuxta Parochiam ſcilicet* S. Ignatii, *nuncupatur. Ex qua familia plures Milites Moguntiæ vixiſſe, diverſæ litteræ, quas ipſi tanquam Teſtes corroboraverunt, (præſenti in Opere recurrentes) ſatis demonſtrant.*

LXXXI

LXXXI
ARNOLDI A. M.
De concambio diverſarum perſonarum cum Eccleſia QVEDLINBVRG *iure Miniſterialium.* *An.* 1155.

[*Tom. I. p. 559. fin.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ARNOLDVS DEI gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Ad noſtrum ſpectat officium, quos divina clementia ſancte Eccleſie ſpeculatores conſtituit, quibuslibet Xpiane profeſſionis hominibus Opus miſericordie impendere; ita videlicet, ut divinitus & auctoritate Sedis Apoſtolice nobis conceſſa poteſtate admittentes diſpenſationem, neceſſitati eorum conſulamus, utilitati provideamus.

Notum igitur eſſe volumus univerſis, tam futuri quam preſentis evi XPI fidelibus, qualiter quidam REINOLDVS, Quidlinburgenſis Eccleſie Miniſterialis, cum quadam Miniſteriali Eccleſie Moguntine, filia *Theoderici* de *Geiſmar*, METHILDE nuncupata, matrimonium contraxerit; unde proles, quam ex ea genuerat, quia Eccleſie Moguntine attinebat; nec predia nec beneficia, que ipſe a Quidlinb. habebat Eccleſia, ſecundum ius legale poterat obtinere. Nos itaque ſuper multis ſupplicationibus eiusdem *Reinoldi* moti pietate, necnon precibus *Quidelb.* Abbatiſſe inclinati, ne tota proles hereditatis patris extorris remaneret; utentes concambio, duos filios iam nominati Viri, videlicet *Ludevicum* & *Hedenricum*, in ius Miniſterialium Quidelburgenſi tradidimus eccleſie; Recipientes item iure miniſteriali in proprietatem eccleſie Moguntine duos Miniſteriales *Quidelb.* eccleſie, videlicet *Hugonem* & *Bertramum*, filios *Suidigeri* de *Geiſmare*; donante Abbatiſſa BEATRICE, que tunc Eccleſie illi preſidebat.

Vt autem hoc concambium, & he donationes rate & inconvulſe omni permaneant evo, hanc Cartam conſcribi, & impreſſione Sigilli noſtri precepimus inſigniri, & Teſtium nomina Hec ſubnotari.

GODESCHALCVS Prepoſitus de *Heilgenſtat.*
GISELBERTVS Prepoſitus *S. Mauricii.*
CONRADVS Prepoſitus Sci *Gingolfi.*

de CAPELLANIS

Rudinger. Godefrid9. Gernot9. Tragebodo.

de LAICIS

ADELBERTVS Comes *de Eberſtein.*
DVDO Prefectus de *Ruſteberg.*

de MINISTERIALIBVS

HELFERICVS Vicedominus *Moguntie.* HEINRICVS Vicedominus *Erfordiæ.* CONRADVS de *Geſmare..* ODELRICVS, & frater eius HERTWIG de *Ruſteberg.* WERNER Dapifer. HERTWIG & HARTMVD Marſchalli. RVDEGER. FRIDERICVS. BRVNO: Miniſteriales de *Horeburg*, & complures alii.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLV. Indictione II. Regnante FRIDERICO huius nominis *Primo.*

LXXXII

LXXXII
EIVSDEM

Fundationis LVPOLDINÆ (*n. XII ſupra*) *confirmatio. An.* 1155.

[*p. 560. n. 2.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ARNOLDVS divina favente clementia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Ad noſtrum ſpectat officium, quod gratuito DEI bonitas nomine & dignitate Pontificatus dignata eſt operare; ita Predeceſſorum noſtrorum inherere veſtigiis, ut quecunque Eos rationabiliter & pia devotione ſecundum honorem & ad incrementum Eccleſie ſtatuiſſe invenerimus, non ſolum tanquam Lege inviolabili ſancita rata teneamus, verum etiam auctoritate noſtra ſtabilire & corroborare ſtudeamus; Et ſi quid ex nobis ſuperaddere poſſimus, in hoc Opus DEI & meritum noſtrum augere non negligamus.

Noverint igitur univerſi, tam futuri quam preſentes omnes XPI fideles, qualiter beate memorie LVPOLDVS, predeceſſor noſter, in partibus Saxonie in quadam Curte ſua, *Northun* nuncupata, ad ampliandum in Eccleſia ſancta cultum divinum, Canonicorum Conventum ordinaverit; & in Decimis, ſilvis, agris, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, & in rebus ceteris que ad humanum ſpectant commodum, legitima traditione certa diſpendia conſtituerit eis.

Honeſta ergo fide & devotione eorundem Canonicorum provocati, omnia que eos poſſidentes invenerimus, & ſpecialiter partem foreſti noſtri iam dicto pago adiacentem, a Venerabili prefato anteceſſore noſtro ipſis contraditam, videlicet *Meiſſenberch*, ſurſum verſus Orientem tendentem, quem a ſilva noſtra ſecernit & disiungit *Immigedal*, & fluvius interfluens, qui interdum intenſione caloris exſiccatur, preſenti Pagina impreſ-

impreſſione Sigilli noſtri inſignita eis ſtabilivimus, & Banno noſtro confirmavimus.

Si quis ergo Predeceſſoris noſtri prenominati legitimam traditionem, & auctorabilem noſtram confirmationem auſu temerario caſſare & infringere attemptaverit; ſciat anathematis vinculo ſe innodatum, & niſi riſipuerit, eterno ſupplicio deputatum. Huius rei Teſtes ſunt

HARTMANNVS maior Prepoſitus.
SIGELOVS Camerarius.
HERTWINVS Decanus.
CONRADVS Prepoſitus *B. Gingolfi.*

CAPELLANI

Magiſter *Balduinus. Rudingus.*
Dragebodo. Winterus.

LAICI quam plures.

Et CONRADVS de *Roſtorp,* HELMERICVS de *Roſteberge,* HILDEBRECHT de *Edeſſen,* GVMPRECHT de *Roſtorp.*

Hec autem confirmatio facta eſt Anno Dominice incarnationis MCLV. Indictione III. Regnante Glorioſiſſimo Rege FRIDERICO huius nominis *Primo.* Expeditionis ſue Italice anno primo. Data *Moguntie* XII Kal. Iulii, per manum *Gernoti,* tunc Notarii.

LXXXIII

Digitized by Google

LXXXIII
EIVSDEM

De indicta ſibi per Imperatorem MEDIOLANENSI *expeditione: Caſtro* GAMBVRG *cuidam* BERINGERO, *eiusdem expeditionis Socio, in beneficium conceſſo; pro quo Is dimittit proprietatem Villa* BRVMBACH *&c.*

An. 1157.

[*p.* 561. *n.* 3. *&* *p. ſq.* *n.* 5. v. Inter hæc]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ARNOLDVS DEI gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Legibus atque Decretis irrefragabili Catholicorum virorum, tam ſanctorum Patrum quam piiſſimorum Principum, ſanctione diffinitum eſt, ut Eccleſie, que munificentia ſunt Imperiali dotate, pro Imperiali obſequio & Imperii neceſſitate debeant ſe ipſas exponere, atque ad Imperialis honoris promovendam Maieſtatem plena preſidia, collatione bonorum ſuorum, preſertim in bellico examine ubi de Maieſtate Imperii agitur, pro viribus adminiſtrare.

Idcirco notum fieri volumus tam preſentis quam futuri evi XPI fidelibus, qualiter pro imminente neceſſitate Mediolanenſis expeditionis, a Victorioſiſſimo Imperatore FRIDERICO nobis indeclinabiliter indicte; ut iuxta honorem Imperii, & Moguntine Eccleſie decentiam, ad eandem expeditionem plena & ſufficienti militum copia nos accingeremus; Caſtrum noſtrum *Gamburg*, communicato conſilio fidelium noſtrorum, tam Miniſterialium quam aliorum, BERINGERO eiusdem loci Oppidano, ut cum ſuis militibus nobiſcum ſe magnifice accingeret, in beneficium cum omni ſuo iure conceſſimus; atque ab eodem *Beringero* pro contraditione Caſtri noſtri, quandam ſuam villulam, *Brunebach* videlicet nomine, quam

quam quidam *Hawardus* ab eo tenebat, nullo mortalium contradicente in proprietatem Sci *Martini* recipientes, cum omnibus attinenciis ſuis pro ſervitio antecepimus: Quam etiam villulam poſtea bte MARIE in *Brunebach* pro remedio anime noſtre & anteceſſorum in liberam poſſeſſionem donavimus.

Vt autem apud omnem poſteritatem hoc noſtrum rationabile beneficii contraditi factum inconcuſſa ſtabilitate permaneat, preſentem Paginam noſtre auctoritatis Sigillo inſigniri fecimus, & corroborari. Huius autem rei Teſtes ſunt:

de CLERICIS

Abbas ANSHELMVS de *Selgenſtatt.*
Abbas OTHO de *Amerbach.*
Abbas REINHARDVS de *Brunebach.*
Prepoſitus ARNOLDVS de *Aſchaffeneburg.*
Prepoſitus BVRCKARDVS de *Iecheburg.*
RVDINGVS Capellanus. GERNOTVS. HEINRICVS.

de LAICIS

SIGEBOLDVS de *Zimbera.*
ERLEBOLDVS de *Krensheim.*
CRAFTO de *Sunnenburg.*
DIETHERVS de *Maſpach.*
GERHARDVS de *Kelberowa*
BVRKHARDVS de *Heigenſtatt,*
& EBERHARDVS frater ſuus, & MENELAVS.
MARCHWARDVS *de* Moguntia.
HELWICVS Dapifer. FRIDERICVS Pincerna.
GOTEBOLDVS. HARTWICVS. HARTMOTVS Mariſchalci, & quam plures alii.

Acta ſunt autem hec in Caſtro noſtro *Aſchaffenburg.* Anno Dominice incarnationis MCLVII. Indictione V. Regnante Imperatore Victorioſiſſimo FRIDERICO huius nominis *Primo*

LXXXIV

Digitized by Google

LXXXIV
EIVSDEM.

Littera emptionis ſuper Caſtro VELINHAVSEN; *Venditore viro Ingenuo*, HENRICO *de* MÜHLBVRG. *An.* 1157.

[*p.562. n. 4.* v. Tum vero]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ARNOLDVS DEI gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Ad hoc Prelatorum ſollicitudo omne ſtudium ſuum & laborem debet accomodare, ut Eccleſias eorum ſpeculationi commiſſas, emptione, venditione, commutacione, ſeu quolibet alio modo poſſint lucrifacere.

Notum igitur eſſe volumus univerſis tam futuri quam preſentis evi XPI fidelibus, qualiter Nos, ut poſſeſſiones Moguntine Eccleſie ampliaremus; a quodam Viro Ingenuo, videlicet HEINRICO de *Muliburc*, cuiusdam Caſtri medietatem, *Velinhuſen* nuncupati, cum miniſterialibus, prediis, ceteriſque ad ipſam medietatem pertinentibus, in ius proprietatemque Moguntine Eccleſie conquiſierimus, partim pecunia comparandam, partim etiam rebus immobilibus commutandam.

A fideliſſimo ergo GELFRADO, Abbate Eccleſie bti PETRI in *Erphesfurt*, Predium quoddam in villa *Progniz* nuncupata, unde annuatim tria Talenta & dimidium ſolvebantur, Colonis eiusdem predii in proprietate monaſterii B. *Petri* retentis, communicato Eccleſie noſtre conſilio commutavimus, & prememorato *Heinrico* pro quibusdam Prediis, que cum medietate prefati Caſtri nobis dederat, committenda reſtituimus. In recompenſatione autem eiusdem predii, VI manſos, *Dominicali* noſtro in *Biltersleiben* attinentes, & inſuper unum manſum in eadem villa, antedicto Abbati & Monaſterio ſuo cum omni utilitate in proprietatem perpetuo iure donavimus.

Hanc commutationem noſtram atque donationem per omnem temporis revolutionem ratam & inconvulſam permanere volentes, preſenti Pagina impreſſione Sigilli noſtri inſignita ſtabilivimus, & Banno noſtro confirmavimus. Huius rei Teſtes ſunt

ARNOLDVS Prepoſitus de Sca *María.*

BVRCHARDVS Prepoſitus de *Gicheburc.*

HARTWIGVS Prep. de *S. Petro* Moguntie.

ADELHARDVS Prepoſitus de Sco *Severo.*

CONRADVS, RVDINGVS Capellani.

GERNODVS Notarius.

ADELBERTVS Marchio, & filius eius HERMANNVS. SIZO Comes, & filius eius HEINRICVS. ADELGERVS de *Ilveld.* FRIDERICVS Comes *de Bibilingen.* ERWINVS & ERNESTVS fratres Comites. FOLRADVS de *Cranichveld.* HEINRICVS de *Berilſtett,*

MINISTERIALES

HELFERICVS Vicedominus.

HEINRICVS Vicedominus.

GISILBERTVS. SIGEBOLDVS.

DITMARVS & HERMANNVS fratres.

HAWARDVS. HARTVNGVS,
& frater eius WERNHERVS.

SIGEFRIDVS. WOLFRAMVS Scultetus,
aliique quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLVII. Indictione V. Regnante FRIDERICO Imperatore.

LXXXV

Digitized by Google

LXXXV
EIVSDEM.

Agens de rebus Parthenonis S. RVPERTI *prope* Pinguiam. *An.* 1158.

[*p.* 194. a) *lin.* 3 *ab infra.* *v.* Occurrit (ubi tamen erronee annus 1157 poſitus.) *Et p.* 562. *n.* 7. *v.* Moguntiam]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ARNOLDVS divina favente clementia Moguntine Eccleſie Archiepiſcopus. Quia Apoſtolo atteſtante, gratuita DEI clementia in eius agricultura cultores eſſe debemus; debitum officii exigit, ut nociva queque in Dominico agro eradicemus, utilia vero ponamus. Quapropter dignum duximus notum facere omnibus fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod nos quietem & concordiam diligentes, eos qui ſub Regimine noſtro degunt, in unanimitate caritatis, DEO famulari attentius exoptamus.

Huius rei gratia, Fratres de monte bti *Diſibodi*, & Sorores de monte bti *Ruperti*, iuxta *Pinguiam* ſito, nullum adverſus ſe reſpectum offenſionis habere volentes; decrevimus, ut Sorores iſte, & locum & predia ſua, a Fratribus illis ſoluta libere teneant, nec ullum impedimentum, in quibuscunque cauſis ab eis ſuſtineant.

Nam cum Dna HILDEGARDIS, de monte B. *Diſibodi* ad montem predicti B. *Ruperti*, cum quibusdam Puellis cum ea DEO dicatis veniſſet, & locum ipſum de diverſis perſonis, cum Vineis ſibi a quibusdam fidelibus collatis iuſto concambio in proprietatem redemiſſet; predicti Fratres, inito communi conſilio, pro oblationibus quas eedem Puelle ad Monaſterium B. *Diſibodi* pro ſe contulerant, Ipſis & poſteris earum in diverſis locis VIII manſos, per Dn. CVNONEM Abbatem in concambio imperpetuum dederunt; quod poſtea Dns Abbas HE-

RINGERVS firmavit; atque in preſentia noſtra & aliorum quam plurimorum eundem locum, aſſenſu cunctorum Fratrum ſuorum, absque omni contradictione, ſicuti predictum eſt, liberum dimiſit; Quod & Nos, pro utilitate & neceſſitate earundem Sororum benigne conceſſimus. Decernentes, ut hec, & cetera que eis in quibuscunque oblationibus data ſunt, vel dabuntur, absque omni contradictione prefati Abbatis & Succeſſorum eius poſſideant.

Sed tamen, ne ipſe per incertitudinem Sacerdotum negligantur, cenſuimus, ut, quicunque in monte B. *Diſibodi* nunc & in futurum Abbas fuerit, curam animarum earum gerat; ita ut Sacerdotes, Monachos ſcilicet boni teſtimonii, qui eas in omnibus procurent ſecundum utilitatem & petitionem ipſarum, eis provideat, nec iterum illos, ſine voluntate earum amoveat; Benedictionem monaſtice profeſſionis ſecundum dispoſitionem B. *Benedicti* eis pro ſe concedat, atque in omnibus cauſis, ad quas ipſum advocaverint, eis benigne aſſiſtat; Ita ſane, dum talis Religio in utroque prefato Monaſterio viguerit; quod hec digne ab His queri, & ab Illis concedi potuerint.

Statuimus &, ut ipſe Sorores poſt obitum Spiritalis Matris earum, tam in exterioribus quam in interioribus utilem & idoneam, communi & ſalubri conſilio ſibi in Spiritalem Matrem ſecundum Regulam B. *Benedicti* eligant libera electione, cui omnes per omnia obedientiam exhibeant, & ad quam cuncta, que in prefato loco diſponenda ſunt, reſpiciant.

Ipſum ergo locum ſub patrocinium *S. Martini*, ac ſub tutelam noſtram Succeſſorumque noſtrorum cum omnibus attinenciis ſuis ſuſcepimus, atque omnes iuſtitias, quas alia Monaſteria que ſub regimine noſtro ſunt, in univerſis ſpiritalibus cauſis habent, & huic concedimus; nec ei ullum Advocatum, preter Nos, & eos qui nobis in officio noſtro ſuccedunt, a Succeſſoribus noſtris preponi concedimus.

Vt autem hoc rationabile factum noſtrum apud omnem poſteritatem ratum & inconvulſum omni evo permaneat, preſen-

Digitized by Google

ſentem paginam impreſſione Sigilli noſtri fecimus inſigniri, & auctoritate noſtra corroborari. Statuentes ex virtute DEI, & auctoritate B. *Petri* & Noſtra, ut, quicunque hoc infringere attemptaverit, perpetue anathematis pena, niſi reſipiſcat, ſubdatur. Huius rei Teſtes ſunt

HARTMANNVS maioris Eccleſie Prepoſitus. ARNOLDVS Cuſtos de Domo. SIGELOVS Decanus. Magiſter WILHELMVS. HVGO Cantor.

BALDEMARVS Abbas *S. Albani.*

GOTFRIDVS Abbas *S. Iacobi.*

HERINGERVS Abbas *S. Diſibodi.*

ANSELMꝰ Abbas *S. Iohannis* in *Biſchovesberch.*

BVRCHARDVS Prepoſitus de *Gicheburg.*

HEZECHINVS Prepoſitꝰ *S. Mauricii.*

BALWINVS Prepoſitus *S. Iohannis.*

GOTFRIDVS Prepoſitꝰ de *Franckenefort.*

CONRADVS Prepoſitus *S. Gingolfi.*

CAPELLANI

Rudingꝰ. Dragebodo. Gernotꝰ. Ortwinus.

GOTFRIDVS Comes *de Spanheym.*
CONRADVS Comes *de Kireberg* & frater eius *
EMICHO de *Bomeneburg.*
BERTOLDVS Comes *de Nithee.*
GERHARDVS Comes, & frater eius
RVPERTVS, de *Berbach.*

* An per vocem *frater* Tertius aliquis (innominatus) indigetur; Num vero, qui ſequitur, *Emicho*, Conradi *Kirbergii* frater ſit, veluti a Caſtris ſuis nomina diſparia gerentes, definiri nequit.

LIBE-

LIBERI

GERHARDVS de *Kelberawe.*
MARQVARDVS de *Bergiſtat.*
WERNHERVS de *Walebach.*

MINISTERIALES

HELPERICVS Vicedominus, & frater eius
HERMANNVS. PETRVS. WICNANDVS.
EMBRICO, & frater eius MEINGOTVS.
ARNOLDVS. DVDO. GODEBOLDVS.
REINBODO DIETHERICVS.
FRIDERICVS, & frater eius EMBRICO.
HATTROVS. INCKELSCALCVS,
& alii quam plurimi.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLVIII. Indictione VI, ſub Papa ADRIANO. Regnante Glorioſiſſimo Imperatore FRIDERICO huius nominis *Primo.* Data *Moguntie* XI Kal. Iunii.

Qualisnam celeberrimi huius Parthenonis fuerit interitus atque finis; de eo ex Tomo II. Rer. Mog. p. 194. b) *hæc habe:* [*Materia ſuppeditata a Nobis.*]

„Enim vero Bello tricennali triſtem plane cum pluri„bus aliis caſum ſuſtinuit. Siquidem anno 1632, cum „Clauſtri Antiſtitam ageret ANNA *Lerch* de *Dirmſtein,* „ipſa Dominica *in Albis* a milite Sueco in cine„res fuit redactum. Auctor devaſtationis fuit A„LEXANDER *Hanna,* gente Scotus, Vigiliarum præ„fectus in legione Suecica Tribuni IACOBI *Ramſe.* „Qui cum poſtea in conflictu apud *Benfeldam,* Alſatiæ „oppidum, letale accepiſſet vulnus, prius quam ſpiri„tum effunderet, dixiſſe fertur, nil magis ſibi dolere, quam

„quam quod concremari iuſſerit *monaſterium* hoc *Ru-*
„*pertinum* prope Bingam. —— Parthenone ita ever-
„ſo, ſacer Virginum cœtus diſperſus eſt. —— Poſt
„vero rurſum congregatus, ac an. 1641, iuſſu Anselmi
„Casimiri Archiepiſcopi, *Eibingam* translatus eſt.
„—— —— Vtuntur tamen Abbatiſſæ etiamnum titu-
„lo Abbatiſſarum *montis Rupertini* —— *& Eibingæ.*
„Situm autem *Eibingenſe* hoc monaſterium eſt in *Rhin-*
„*gavia*, prope *Rüdisbemium*, montana verſus, ab ipſa
„B. Hildegarde —— excitatum, fuitque ſemper
„*Prioratus* titulo, parthenoni Rupertino ſubiectum, ad-
„unatumque. —— —— —— *Rupertinum* interim
„ſuis adhuc lacerum horret ruinis, funeſtum omnino ac
„triſte malorum, quæ Archidiœceſin Moguntinam bel-
„lo Suecico afflixerunt, monimentum.

LXXXVI

E I V S D E M.

Quomodo acquiſiverit villam Vrefo, *eandemque, manu* Gerhardi *Com.* de Nvringen *delegaverit ſuper Altare B. Virginis ad Gradus, in perpetuam poſſesſionem Canonicorum iſtius Eccleſiæ. An.* 1160.

[Repetitur hoc Diploma (aliud autem deinceps nullum) ex *T. II. p. 645 fin.* Quandoquidem ad truculentam *Arnoldi* inducendam Necem, eius indigebat omnino.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Arnoldvs Dei gratia Maguntine Sedis *humilis Miniſter*. Omnibus Devm diligentibus, tam futuris quam preſentibus eccleſiaſtici Ordinis, & regularis diſcipline & clauſtralis obſervantie. Status antiquus a Patribus noſtris ſtudioſa devotione inſtitutus, & decora moderatione amminiſtratus & conſervatus, idcirco in plenitudine ſui decoris diu permanſit,

& fere uſque ad tempora noſtra perduravit, quia debita ſtipendia, quibus homo exterior reficiendus & ſuſtentandus erat, ſufficienter eis tunc temporis habundabant, nec erat neceſſitas intrinſeca, que eos a divini officii conſervatione & contemplatione devocaret; Verum *peccatis noſtris exigentibus*, omnes communiter in tantam iam *devenimus miſeriam;* in tantam *perturbationis & confuſionis voraginem impegimus & involuti ſumus*, ut & *Nobis*, qui licet indigni, Epiſcopali tamen fungimur honore, *quid faciendum quidve ſperandum ſit, in dubium venerit. Iuſto enim* DEI *iudicio venit ſuper nos tribulatio, & non exaudimur in tribulationibus noſtris*, quia omnes inceſſanter DEUM offendimus; proinde hoc *ſolum & unicum* nobis eſt remedium, ut ad thronum gratie DEI *confugere feſtinemus, ſi forte miſereri, ſi parcere, ſi extentam ſuper nos ſue diſtrictionis iram convertere dignetur in miſericordiam.* Huius rei conſideratione nos ſalubriter compuncti & commoniti, ne penitus inutiles, & ſine fructu coram Domino inveniamur, quantum ipſius conceſſerit clementia, curam adhibere & operam dare parati ſumus, & ſemper erimus.

Prologi huius ſtructura valde eſt memorabilis; utpote ARNOLDUM *repraſentans totum anxium, atque ex impendente ſibi procella, pavore & horrore circumdatum.*

Quocirca notum eſſe volumus univerſis XPI fidelibus, quod Abbacia quedam *Sce* MARIE in *Sluthere* villam quandam, *Vreſo* vocatam, in Provincia que vulgo *Einriche* dicitur, ſitam, legitime quidem poſſedit, ſed nullam verbi conſequi poterat utilitatem, tum propter loci ipſius diſtantiam remotiorem, tum & maxime propter quorundam hominum perverſorum violentiam & inquietacionem. Communicato itaque conſilio, predicte eccleſie Abbas MANGOLDUS, & univerſi Confratres ſui, conſenciente & approbante Venerabili Confratre noſtro GEBEHARDO Wirzeburgenſi Epiſcopo, per manum Advocati ipſorum MARCWARDI de *Grumbach*, prefatam villam *Vreſo* nobis vendiderunt, debita emptionis & venditionis ſanctione & aſtipulatione utrinque adhibita, & ſolem-

lempniter peracta. Nos vero eandem villam per manum GERHARDI Comitis *de Nuringen* ſuſcepimus, & in uſus legitime poſſeſſionis noſtre mancipavimus; & ſic, ut condictum fuerat, Dno Abbati & Monachis ſuis XXXV marcas probati argenti perſolvimus.

Sed quia Sacroſancte genitricis DEI, *Marie*, Eccleſiam *ad gradus*, multis & diverſis afflictam & attenuatam calumpniis & miſeriis, compatiendo proſpeximus; Vnigenitus ipſius Filius cordi noſtro inſpiravit, ut Canonicis ibidem DEO famulantibus, & ſtatutis ſtipendiis carentibus, aliquod ſolacium per eiusdem Predii noſtri collationem inpenderemus.

Adhibitis itaque Eccleſie noſtre ſapientioribus, tam Clericis quam Laicis, per manum predicti GERHARDI Comitis, prenominatam villulam *Vreſo* cum omnibus pertinenciis ſuis, tam in familia quam in eccleſia ibidem ſita, de Decimis, pratis paſcuis, ſilvis, cultis & incultis, aquis aquarumque decurſibus, & ceteris emolumentis, que ibidem in preſentiarum ſunt vel impoſterum inde provenire poterunt, ſuper Altare *Sce* MARIE delegavimus, & in perpetuam poſſeſſionem ad uſus Fratrum deſtinavimus. Ne quis etiam preter Noſtram & Succeſſorum noſtrorum Perſonam ius Advocacie ibidem ſibi uſurpare preſumat, ſub anathemate contradicimus & prohibemus.

Proinde, quia bonis initiis finem meliorem ſuccedere, & apud DEVM ſalubre, & apud homines eſt laudabile, teſtante Scriptura, *non ceſſet manus tua operari, quod bonum eſt:* hæc nos verba non perfunctorie, ſed oculata attendentes animadverſione, predictis Fratribus noſtris habundanciori compasſione ſubvenire & providere curavimus, & cottidiana adhuc eis ampliare ſtipendia hoc modo decrevimus.

In ſilva *Hagonowe* quam plurima iam facta ſunt Novalia, quorum decimas, que noſtri iuris fuerunt, & ad Epiſcopalem noſtram iuſtitiam libere & ſine omni contradictione ſpectabant, ſano uſi conſilio, Fratribus conceſſimus, ad roborandam poſſeſſionis ipſorum firmitatem, propria manu noſtra ſuper

Altare *Sce* MARIE prediſtas Decimas delegando tradidimus; fundum autem prefate ſilve *Hagenove* ad proprietatem & legitimam poſſeſſionem S. MARIE & Fratrum pertinere, omnes, qui in illa vicinia circumquaque commorantur, ſimul in unum, divites & pauperes, manifeſte noverunt, & unanimi ſentencia & voce conſona confitentur. Quocirca, tam humano iudicio quam iure eccleſiaſtico, univerſis XPI fidelibus perſpicue pateat & irrefragabiliter conſtet, prefatam ſilvam, cum omnibus ſuis Novalibus & Decimis, & univerſis que ibidem fieri poterunt, emolumentis, ipſorum uſibus Fratrum integraliter ſubſervire debere, nec ullos homines in his novalibus aliquid iuris vel poteſtatis habere, ſine Fratrum communi voluntate & conceſſione.

Vt autem quiete & ſine omni infeſtatione alicuius perſone hec noſtra Fratribus collata beneficia, rata & inconvulſa omni evo permaneant, hanc noſtre donationis Cartam inde conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione roborari fecimus. Et ex auctoritate DEI omnipotentis, & Scor. Apoſtolorum PETRI & PAVLI, & Noſtra, precipimus, & cum anathemate contradicimus, ne quis auſu temerario invadere, ſive infeſtare, ſeu gravare aliquomodo hanc Fratrum legitimam poſſeſſionem preſumat. Statuimus etiam, ut Canonici, quibus hoc noſtri in prandii ſolatium divina opitulante gratia contulimus, diem ordinationis noſtre annuatim celebrent, & poſt depoſitionem tabernaculi noſtri anniverſarium noſtrum debitis ſemper exequiis obſervent, & intercedentes ad Dominum, pro nobis offerant *cottidie preces & orationes*. Huius rei Teſtes ſunt

de CLERO

HARTMANNVS Prepoſitus *S. Martini* & *S. Stephani*. BVRCHARDVS Prepoſitus *S. Petri*. ARNOLDVS Cuſtos. SIGELO Decanus & Camerarius. Magiſter WILEHELMVS. HVGO Cantor.

CAPEL-

Digitized by Google

CAPELLANI

Lodewicus. *Rudingus* Decanus.
Magiſter *Gernotus.*

LAICI

GERHARDVS Comes *de Nuringe.* HELPRICVS Vicedominus. GODEBOLDVS Marſcalcus, & alii quam plures tam Clerici quam Laici.

Acta ſunt autem hec Anno Dominice incarnationis MCLX. Indictione VIII. Regnante FRIDERICO Glorioſiſſimo Romanorum Imperatore huius nominis *Primo*, anno vero Imperii eius VIIII.

✿ ✿ ✿

Annus dati huius Diplomatis ARNOLDVM *e medio ſuſtulit. Et quidem mortis genere, non naturali, quin violentiſſimo; utpote, concitata Rebellione, a rabidis ſuis civibus ſubditisque, trucidatus, plus quam crudeliter. Nutriebat enim verſipellis, iuxta ac efferus Moguntinenſium animus, ſcintillas ignis abſconditi, coeperuntque erigere criſtas, vel maxime ab eo tempore, quo* ADELBERTVS Senior *privilegio iſto [ſupra n. XLV, aſt in ſenſum ſiniſtrum rapto] donaverat eosdem. Vt ex Subditis Domini fierent, Liberi ex ſervis, illuc unice ipſorum collimabat intentio. Quominus tamen attentata ſuccederent, ex parte Archiepiſcoporum remediis licitis hucusque cohibiti fuere.*

Gliſcebat itaque ſimultas de tempore in tempus, de luce in lucem; donec tandem habenis furioſe excuſſis, in Vim & vim armatam, erumperent: Summa cum Imis miſcerentur omnia, ſub infelicis ARNOLDI *noſtri Pontificatu. Conf.* Helwich *in Notis ad Chronicon Epiſcopi* Conradi, (*fors* Chriſtiani) *p. 76. Vbi occaſionem tantæ, tamque funeſtæ Seditionis,* ex capitatione quadam bellica, *illa ſci-*

ſcilicet, quam ARNOLDVS *pro expeditione* Mediolanenſi *Suis indixerat, &* ADELBERTI Privilegio olim Civibus dato, *incrementum ſumpſiſſe prodit.* CONRADVS *Ipſe vero, rei, eventus tragicæ plenæ, Scenam integram,* Arnoldi*que miſeram cædem, exequitur cum circumſtantiis ſpecificis. Quem proin audire, incongruum haud erit.*

Poſteaquam igitur ſuperbum, quem ARNOLDVS *fecerat apparatum,* ut in Imperatoris Curia glorioſior appareret, *carbone Auctor notaſſet, filum narrationis ita continuat:* „Sed omnipotens DEVS non diu ſuſtinuit iſtud „nefas. Orta eſt enim diſſenſio valde gravis inter ipſos „Cives Maguntinenſes. Nam una pars dolebat vehe„menter, Venerabilem —— HENRICVM ab Epiſco„patu amotum; alia gloriabatur & ſuperbiebat ARNOL„DVM ſubſtitutum. —— Tam gravis autem creſce„bat de die in diem invidia inter cives, ut tribus diebus „in ſeptimana congrederentur, & per plateas cum gla„diis & fuſtibus, ac contis, cuſpitibus & lanceis invi„cem ſe mactarent; caderentque hinc & hinc, tanquam „oves occiſionis. Nec ſe ARNOLDVS interponere cu„ravit pro pace & concordia reformanda; ſed ſuos fau„tores potius contra partem adverſam animavit. Pro„pter quod accidit, ut pars illa de *Selhoven*, quam fove„bat & animabat ARNOLDVS, maius monaſterium * „occuparet, illoque pro Caſtro uteretur contra adver„ſarios. —— —— ——

* *id eſt Eccleſiam maiorem ſeu Metropolitanam* S. Martini.

„Creſcebat autem in malum vehementius odium, „& pugna Civium predictorum. Iam conducuntur de „foris auxiliatores milites ab utraque parte, pervenitur „iam ad maiores. Nam quidam Comites promiſſioni„bus attracti, huic prælio ſe immiſcuerunt. —— „—— ——

„Iam ſe immiſcet ARNOLDVS, qui cum eſſet Ar„chiepiſcopus loci, fautores plurimos acquiſivit, in pro„priæ civitatis interitum & iacturam. Nolens parcere, „ut quidam ei imponebant, nec ſexui, nec etati. Propter

„ter quod, conſilium pars adverſa, ut in mortem ſui Do-
„mini armarentur, iniit.

„Longo ergo & ſecretiſſimo habito tractatu, in „propoſito ſcelere ſe invicem adhortantes, ſe roborant „& coniurant, tacent & abſcondunt quidquid pro ſua „malitia perpetrandum. —— —— ——

„Accidit, ut in vigilia *Ioannis Baptiſtæ*, poſt pran„dium, de quodam oppido *Bingen*, civitati Magunti„nenſi (*Arnoldus*) appropinquaret, ac ſe in clauſtro Mo„nachorum iuxta muros civitatis, ad *S. Iacobum* in mon„te *Specioſo*, (ſic enim dicitur) ſe locaret. Et ecce Ma„guntinenſes uſque in craſtinum ſeſe armant, & conſti„tuunt, ut, cum in ipſo die Ioannis audita fuerit cam„pana, quilibet ſit paratus. Et factum eſt ita. Venit „dies, & maturius ſolito prandent omnes. Pulſatur „campana, & a maximo uſque ad minimum univerſa Ci„vitas congregatur. Præſul ARNOLDVS ſe iam dede„rat quieti, & audito campanæ ſonitu, ultra quam cre„di poſſit, vehementer expavit; & timor irruit ſuper „eum, amiſſoque rationis gubernaculo, quid poſſet fa„cere, ignorabat.

„Obſtruxit autem repagulum, & lapidibus & lignis „quibus poterat, ianuas omnes Monaſterii memorati. „Turba autem turbata ex adverſo omnes portas & fene„ſtras, vel quoscunque alios exitus obſervabat, ne eva„deret quem querebant. Iam ignem ad officinas admo„vebant; vix, & cum multa difficultate Monachi reces„ſum obtinuerunt. Et dum Monaſterium fumo ple„num, flammisque per circuitum premeretur, ipſe Præ„ſul Turrim monaſterii aſcendens, miſericordiam de„precatur, & ſi quem offendiſſet verbo vel facto, ſatis„facturum ſe, ſuppliciter pollicetur. Sed Turba, viſo „Pontifice, clamare coepit furioſe, nec poterant ſuppli„cantis verba præ tumultu turbatæ Turbæ intelligi vel „audiri; ſed admoto igne ad Turrim, in qua ſtabat, „ipſum de turri deſcendere compellebant. Flamma iam „Monaſterio dominatur.

Videns

„Videns ergo Monachos obtenta ſecuritate abſce-„dere, tentat, ſi forte & Ipſe cum eis, & inter eos poſ-„ſit evadere. Aſſumpto igitur habitu monaſtico occul-„tari tentat, ut, & ignem qui invaluerat, & gladium „evaderet, quem timebat apertis eccleſie valvis, cum „Monachi fere abſceſſerant. Sed a quodam eſt cogni-„tus, & detentus infelix.

Anonymus, *in* Narratione de cæde ARNOLDI, *T. II. Rer. Mog. p.* 90. § *LXII*, ſequentia hic addit: *Ad poſtremum, cum* ARNOLDVS *omni ſpe vitæ ſervandæ excidiſſet, timore pulſo ſub porta turris conſtitit, animam* —— DEO *commendavit; & quemadmodum agnus lanionem exſpectat, ita æquo animo ſe morti obiecit. Extrema exſpectantem vix conſpexerant, cum derepente unoque omnes impetu accurrerent, voceque truculenta clamarent; heus, heus, calve Sacrificule! hem, peſtis patriæ, ſcelus, portentum! iam dignam factis mercedem a nobis accipies &c.*

„Quidam primo gladium vibrans, collo Epiſcopi „immerſit. Alter in fronte eius percutiens, mucrone, „ab aure uſque ad aurem, ſuperiorem partem Capitis ad „inferius diviſit. Sicque actum eſt, ut alii contis, alii „fuſtibus, alii gladiis, alii lapidibus mactantes, ſolo te-„nus præcipitarent.

Et Anonymus: *Has inter vociferationes, quidam, cui nomen* Helingero, *primus eum gladio transfixit. Quo ictu cum haud concidiſſet, alius caput illius medium diffidit. Tanta rabie, tanto omnes furore erant correpti, ut quisque vulneribus confectum convulnerare conaretur, quanquam vix decimo locus erat, eum percutiendi.*

„Iacentem ſic, & vulneribus & ſanguine deforma-„tum, vulgus nequam & perverſum veſtibus ſpoliatum, „quidam annulos de digitis abſtulerunt. Reliquiæ quæ-„dam, quas collo pendentes ſolitus erat ferre, ab aliis „ſunt ablatæ. Hæc autem circa horam nonam parum „ante veſperas ſunt peracta; nec poterant Clerici ab „ipſis malefactoribus aliquatenus obtinere, ut ſaltem Oc-„ciſus, in loco traderetur debito, ſepulturæ.

Sic

Digitized by Google

„Sic ergo iacebat in campo ſuper foſſam civitatis, ubi „canum & luporum tranſitus habebatur; deſiderantes, „eum & ab huiusmodi beſtiis devorari. Tribus diebus „ſic nudus toto corpore manens, veniunt aliquæ male„dictæ fæminæ, caſeorum & ovorum atque olerum ven„ditrices, mercatrices, meretrices; ſaxisque dentes Pon„tificis contuderunt: aliæ vero ſtipites ardentes & titiones „fumantes eius gutturi infixerunt; adiicientes linguis & „labiis maledicta. Poſt diem tertium CANONICI S. „*Mariæ* ad *gradus*, iam incognoſcibilem & fætentem, „furtim ſublatum, deferunt in ipſam Eccleſiam, lachry„moſis ſuſpiriis ſepeliendo. *Quod pietatis & miſericordiæ opus, deplorandi Archipraeſulis exuviis utique impenderunt, ex beneficii* (in Diplomate n. LXXXVI.) *ipſis noviſſime præſtiti, grata, triſtique recordatione.* Acta ſunt hec anno MCLX.

Poſt immanem ARNOLDI *cædem Tres electi fuere.* a) RVDOLFVS, *Conradi Ducis* Zäringiæ *filius, a furente adhuc populo, & vi adacto Clero.* b) CHHRISTIANVS *Dynaſta* de Buche, *Thuringus, a* Landgravio *&* Conrado *Palatino.* c) CONRADVS *Palatinus Comes* de Wittelsbach. *Atenim priore a Papa repudiato, altero etiam poſtpoſito;* Tertium *Imperator* FRIDERICVS *in Sede Moguntina tutatus eſt.* [*donec iterum deturbavit eundem.*]

LXXXVII

CONRADI I primum.

Qua ratione ſuſtulerit Calicem aureum immanis molis, quin potius Mortarium, de Theſauro S. MARTINI. *An.* 1163.

[Ex novis acceſſionibus]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego CONRADVS divina miſericordia Moguntinus *Electus*. Quod ratum eſſe volui & inconvulſum, ſcripto tenacique memorie inſerendum eſſe iudicavi.

Notum itaque ſit omnibus Eccleſie Moguntine fidelibus, tam Clericis quam Laicis, tam Liberis quam Miniſterialibus; Quod urgente Imperii neceſſitate, convocatis Eccleſie Moguntine Prelatis, convocatis etiam Nobilibus & Miniſterialibus, habito etiam omnium eorum voluntario conſenſu, *Calicem aureum*, appendentem *Quadraginta novem marcas*, de Theſauro Eccleſie *bti* MARTINI, eccleſie videlicet maioris, michi preſtitum aſſumpſi: Poſita tamen in pignus Curia noſtra in *Vlmeno*, quatinus omnes reditus eiusdem curie ad reſtitutionem predicti calicis transferantur.

Hanc igitur predictam curiam in manus Clericorum, priorum videlicet Eccleſie Moguntine: CRISTIANI maioris Prepoſiti, ARNOLDI Cuſtodis maioris Eccleſie, SIGELONIS Decani, WILLEHELMI Magiſtri, HVGONIS Cantoris; & quorumdam Laicorum: WERNHERI *Parvi* iuxta Scm *Gereonem*, * WICNANDI, ARNOLDI *Ruſi*, DIDONIS de *Algesheim*, poſui; Adiuvante fidelitate ipſorum, & ſumpta ab eis fide, quod omnes reditus predicte Curie, tam in vino quam in annona, & in denariis fideliter colligant, donec ex predictis reditibus, predictus calix plenarie poſſet reſtitui.

* *Domum intelligit, quam, iuxta* S. Gereonis *Templum*, Wernherus *iſte incolebat. Anno 1236, nomine* D. Gereonis *abolito, a* S. Spiritu *vocari coeptum. Conf. p. 168 ſupra.*

Omnem

Omnem inſuper iuſtitiam predicte Curie, ſcilicet in locando Sculteto, & ceteris utilitatibus ordinandis, michi & Vicedomino meo penitus exemi, & contuli eis, quibus etiam curiam ex conſilio Clericorum & Laicorum commiſi. Huius rei Teſtes ſunt

CRISTIANVS maioris Eccleſie Prepoſitus,
& totus eiusdem eccleſie Conventus.

de CAPELLANIS

HEZECHINVS Prepoſitus *S. Mauricii.*
CONRADVS Prepoſitus *Sci Gingolfi.*
Magiſter BERTOLDVS. MARCWARDVS.
CADELOVS. RVPERTVS. HERDEGENVS.

de LAICIS

OTTO *Palatinus Comes.*
GERHARDVS Comes *de Wertheim.*
MARCWARDVS de *Grumbach.*
MARCWARDVS de *Birgeſtat.* VTO.

de MINISTERIALIBVS

DVDO *Pinguis.* WERNHERVS Dapiſer.
FRANCO Pincerna.
CONRADVS de *Letgeſtere* & frater eius.
HEINRICVS Marſcalcus, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXIII. Indictione XI. Regnante Invictiſſimo Dno FRIDERICO excellentiſſimo Romanorum Imperatore Auguſto. Anno expeditionis eius in Italiam IIII.

Digitized by Google

Not. *Extiterunt in Theſauro Metrop.* (*plane immenſo* *) *Calices* aurei *tres*, *quorum* unus *tantum*, *officio Miſſæ aptus erat. Aſſerente id Epiſcopo* CONRADO *ſeu* CHRISTIANO, *in Cimeliorum Eccleſiæ huius deſcriptione*, p. 15. Binos enim reliquos „tantæ quantitatis *fuiſſe refert*, „quod cum ipſis Divina myſteria nequaquam po-„terant celebrari. *Subdens:* Minor, habebat cum „patena marcas auri electiſſimi XVIII. —— —— „Calix maior (*eſt is noſter*) quot marcas habuerit, neſcio. „Certum tamen eſt, quod ſpiſſitudo eius erat digiti; & „per totum, tam in pede quam ſupra, gemmis precio-„ſiſſimis adornatus. Habebat etiam idem Calix duas „anſas, quæ poterant manus replere levantis, ſicut ſo-„lent habere lapidei Mortarii, in quibus piperata & ſal-„ſa præparantur. Huius patena (*rectius operculum*) ta-„lis erat latitudinis & ſpiſſitudinis, quod ipſi calici con-„gruebat, & ipſa gemmis per circuitum decorata. Hic „calix habebat altitudinem unius ulnæ, & capere pote-„rat Sextarium vini, nec ab omni homine poterat leva-„ri a terra commode. Nullus me in hoc ſcripto arguat „obſecro falſitatis.„ *Pondus igitur aureæ iſtius machinæ, quod Authori* Conrado *incognitum fuit, nunc eſt definitum. Videlicet marcæ XLIX.*

* *Quid enim de Imagine prodigioſa* CHRISTI *crucifixi*, BENNA *vocata, dicemus! cui inſcriptus erat verſus iſte:*

Auri ſexcentas
habet hec Crux Aurea libras.

Hac Crux ſive Imago, membratim, & per partes diſrumpi coepit, ac Cimelia extantiora reliqua imminui, ſedente ad clavum Arnoldo. *Eoque caſo diſtrahi continuabatur a Succeſſoribus in Sciſmate, ante n. LXXXVI nominatis, praſertim* Rudolfo.

Horum equidem facta, ceu ex reſpectibus privatis procedentia, collaudare non intendo; Aſt nutantibus temporibus, cum de ſalute publica agitur, nunquam profecto reprehenſibile reputatum fuit, apprehendere ipſa etiam vaſa ſacra, quantumvis DEO *dicata. Ita pientiſſimus Protopræſul* ADELBERTUS *Senior, in tempeſtate bellica*, „de „rebus

„rebus eccleſiæ aliquid auferre, imo conferre, in de„fenſionem Eccleſiæ, *non dubitavit.* Propter quod, *ait*, „de theſauro Eccleſie S. ALBANI Martyris, uſque ad „centum ſeptuaginta marcas argenti, & „Calicem au„reum triginta ſex marcas continentem„ accepimus, „quas tamen, Domino adiuvante, quantocius reſtitue„re decrevimus. *Diploma ipſum habes* Tomo II. p. 743.

LXXXVIII
IMP. FRIDERICI.
Protectorium pro Monaſterio RVPERTINO. *An.* 1163.

[locis allegatis ad n. LXXXV.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

FRIDERICVS divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. In examine cuncta DEI conſpicientes, equale meritum credimus fore, dantis, & corroborantis. Credimus etiam, ad imperialem Maieſtatem noſtram totius Imperii curas pertinere, precipue ut omnium ſanctarum DEI eccleſiarum ſaluti proſpicere, & omnia eis adverſantia ſub omni feſtinatione abolere debeamus: ne, vel gravi incommoditate vileſcant, vel noſtris temporibus, qualibet orta occaſione a priſtino cultu & Religione recedant; quatenus, dum hec pro timore, pariterque de amore fideliter peragimus, illorum, qui hec pio affectu DEO contulerunt, meritis & gloria pariter communicemus.

Eapropter noverit omnis XPI Imperiique noſtri fidelium tam preſens etas quam ſucceſſura poſteritas, qualiter Nos, interventu & petitione Domine HILDEGARDIS Venerabilis Abbatiſſe, Cenobium *bti* RVPERTI iuxta *Pinguiam* ſitum, cum Sanctimonialibus ibidem DEO famulantibus, & poſſeſſionibus mobilibus & immobilibus, & prediis, nec non omnibus rebus ad predictum locum pertinentibus, quas nunc

habent, vel impoſterum Deo donante poterunt adipiſci, ſub Noſtra tuitione ſuſcipimus; & iuxta Inſtrumentum Arnoldi Maguntine Sedis quondam Venerabilis Archiepiſcopi, Imperiali privilegio tam predictum locum, quam ipſam Abbatiſſam & Sorores eius, omneſque poſſeſſiones earum, omni corroborationis munimine confirmamus.

Recolentes, & perhenni memorie commendantes, quod, cum predicta Dna Hildegardis Abbatiſſa, de monte bti *Diſſibodi*, ad montem iam dicti bti *Ruperti*, cum quibusdam Puellis ſecum Deo dicatis migraſſet, & locum ipſum de diverſis perſonis, cum vineis ſibi a quibusdam fidelibus collatis iuſto concambio in proprietatem redemiſſet; Fratres de monte Sci *Diſibodi* inito communi conſilio, pro oblationibus quas eedem Puelle ad monaſterium bti *Diſibodi* pro ſe contulerant, ipſis & poſteris earum in diverſis locis VIII manſos, per Dn. Cunonem Abbatem in concambio imperpetuum dederunt; quod poſtea Dns Abbas Helingerus firmavit, atque in preſentia dicti Arnoldi Archiepiſcopi & aliorum quam plurimorum eundem locum, aſſenſu cunctorum Fratrum ſuorum absque omni contradictione liberum dimiſit. Hac facta exceptione, ut, quicunque in Monte bti *Diſibodi* nunc vel in futurum Abbas fuerit, curam animarum illarum gerat, Sacerdotes monachos boni teſtimonii qui Divina eis diſpenſent, ſecundum utilitatem & petitionem earum eis provideat; proviſos ſine voluntate earum non amoveat, atque in omnibus cauſis ad quas ipſum advocaverint, eis benigne aſſiſtat; ita ſane, dum talis Religio in utroque Monaſterio viguerit, quod hec digne ab his queri, & ab illis concedi poterint.

Statuimus etiam, ut ipſe Sorores poſt obitum ſpiritalis Matris earum, aliam, tam in exterioribus quam in interioribus utilem & idoneam, communi & ſalubri conſilio ſibi in Spiritalem Matrem ſecundum Regulam bti *Benedicti* eligant libera electione; cui omnes per omnia dignam obedientiam exhi-

Digitized by Google

exhibeant, & ad quam cuncta que in preſato loco diſponenda ſunt, reſpiciant.

Ipſumque itaque locum cum Sanctimonialibus & poſſesſionibus ſub noſtram Imperialem protectionem ſuſcipientes; Statuimus, & Imperiali Edicto ſancimus, ne aliquis Advocaciam iſtius loci ſibi uſurpet, verum ab omnibus infeſtationibus & iniuriis, Imperiali Dextera & Moguntini Archiepiſcopi auxilio, liber ſemper & ſecurus exiſtat.

Decernimus quoque, ne aliqua Imperii noſtri magna vel parva perſona, nullus Iudex, nullus Comes, nullus Advocatus, nullus Villicus, nullus publice functionis Exactor, in poſſeſſionibus predicti Cenobii aliquam Collectam exigere, vel exactionem facere contra voluntatem Abbatiſſe vel Dominarum preſumat, ſed ſint ſolummodo earum, pro quarum ſuſtentatione oblate ſunt, omnibus uſibus profuture.

Quod ut verius credatur, & ab omnibus inviolabiliter obſervetur, preſentem inde Paginam conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Adhibitis idoneis Teſtibus, quorum nomina hec ſunt.

CONRADVS *Maguntinenſis* Archiepiſcopus.
WICHMANNVS *Magdeburgenſis* Archiepiſcopus.
EBERHARDVS *Salzburgenſis* Archiepiſcopus.
HEINRICVS *Wirzeburgenſis* Epiſcopus.
EBERHARDVS *Babenburgenſis* Epiſcopus.
HARTMANNVS *Brixienſis* Epiſcopus.
HEINRICVS *Leodienſis* Epiſcopus.
GOTFRIDVS *Traiectenſis* Epiſcopus.
FRIDERICVS *Monaſterienſis* Epiſcopus.
CONRADVS *Palatinus Comes Reni*,
frater Dni Imperatoris.

LVD-

Lvdwicvs Landgravius.

Comes Emicho de *Lyningen.*

Marqvardvs de *Grumbach.*

Vdalricvs de *Zweningen.*

Conradvs Pincerna.

Rvdolfvs Dapifer, &alii quam plures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris Invictiſſimi.

Ego Cristianvs Cancellarius, vice Conradi Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXIII. Indictione XI. Regnante Dno Friderico Romanorum Imperatore Glorioſiſſimo, anno Regni eius XI°. Imperii vero VIII. Data *Moguntie* XIIII Kal. Maii.

Moguntiam *tunc acceſſit Imperator, ut Vindictam de Civibus ſumeret, ob cædem* Arnoldi. *Ita namque* Continuator ad *Lambertum Schaffnaburgenſem*: „Anno (*in„quit*) 1163 Imperator Fridericvs I *Moguntiam* cum „magno terrore ingreſſus, Curiam ſuam ibidem habuit, „Civibusque timore in diverſa fugatis, Murum in cir„cuitu omnesque munitiones civitatis funditus deſtrui „præcepit, ob necem *Arnoldi* Archiepiſcopi. *Et* Godefridvs Monachus *S. Pantaleonis*: „Anno Domi„ni 1163 Imperator Curiam celebrem apud *Moguntiam* „habuit, & quosdam convictos de interfectione Archi„epiſcopi *Arnoldi* digna ultione mulctavit, & ad repri„mendam civium inſolentiam Murum deſtrui civitatis „mandavit.

Itemque Dodechinvs: „Anno 1163 Imperator „Paſcha Wormatiæ celebravit, & in octava cum Princi„pibus *Moguntiæ* Curiam habuit; Vrbani pene omnes, „exceptis valde paucis ex infimis, & quibusdam qui ad „Cæſaris gratiam prius venire meruerunt, de civitate fuge-

Digitized by Google

„ſugerunt, ne inueniret eos illic Cæſar. Vnus quidam „de tanta turba ſceleratorum, *Brunger* nomine, captus, „& ante Cæſarem ductus, capitalem ſententiam accepit. *Gotfridus* Abbas *S. Iacobi* præſentatus, ut ſe de „obiectis purgaret, inducias accepit: Sed non valens, „pulſus eſt ab Abbatia & patria. ——— ——— ——— De- „nique ad comprimendam civium inſolentiam, Murus „in circuitu civitatis iuſſu Imperatoris ex toto deſtru- „ctus eſt, & in pulverem reſolutus. Et ſic *Moguntia* „ſine muro per annos Triginta ſeptem permanſit. *Porro* Crvsivs: „Hic (*Imperator*)„ Cædis auctores „perpetuo exilio damnavit; *Bringero*, * ut Capite con- „iurationis, decollato, Civitatem omnibus privilegiis „in perpetuum privavit; Muros & Turres funditus de- „ſtrui iuſſit: ut furibus, lupis, canibus introitus pa- „teret, nec unquam inſtaurationem faciendam ſanci- „vit. &c.

* *Hunc ſuſpicor fuiſſe* HELINGERVM *qui letalem* Arnoldo *ictum inflixit, ſupra in narratione Cadis hoc ſub nomine obvium. A ſcriptoribus vero deformatus in* Brungerum, Bringerum.

LXXXIX

Antedicti CONRADI primum.

De Filiali eccleſia Wallersteden, *a Matrice in* Schönsteden *ſubducta, ex poſt vero ad obedientiam & ſubiectionem huius iterum reverſa.*

An. 1165.

[*p. 566. n. 11.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Conradvs Dei gratia Maguntine Sedis *Electus*. De Prelatorum officii curis fore dinoſcitur, Eccleſiarum ſibi commiſſarum ſaluti invigilare, atque utilitatibus earum curam & ſollicitudinem impendere; ut, ſi ab honoris aut iuris

antiquitus contraditi ſtatu, ſeu per negligentiam, aliove uſu mote ſint, omni cum diligentia & ſtudio revocentur: Per hoc enim ſucceſſoribus ſuis pii laboris exemplum relinquunt, & ſibi premium eterne remunerationis conquirunt.

* Schönſtett in Thuringia.

Noverit ergo tam preſens fidelium etas, quam ſuccedentium futura poſteritas, quod Eccleſia in *Schonreſteden*, * ab prima ſui fundacione Matricis eccleſie iure & auctoritate functa, pagum in *Walderſteden*, cum habitatoribus ſuis, utpote intra terminos conſtitutum, ſubditum ſibi; & Cariſmatum divinorum ſociam, & participem habuit. Poſtmodum vero per temporum ſucceſſiones, habitatores illius, tam viribus quam opibus adaucti, conſtruendi ſibi eccleſiam intra ſepta ſua, ubi frequencius poſſent audire Divina, licentiam acceperunt; eo tamen pacto, ne ab illa priori dividi poſſet aliquando iſta, ſed foret illi ſubdita, tanquam Matri, filialitatis loco & iure.

Deducto ſub hac conditione aliquanti temporis ſpatio in errorem abducti, ceperunt matrem ſuam obliviſci, & poſtponere; & iam, quaſi ſui iuris & immutate libertatis, eam, que ſibi Filia erat, omni reſpectus priſtini iure abiecto, Matri parem facere; & in hoc errore, tum propria obſtinatia, tum Sacerdotum incuria, ad noſtre usque ſucceſſionis tempora perſtiterunt. Sed per Dei gratiam, & Dilecti noſtri Burchardi commonitionem, Eccleſie Sci *Petri* in *Maguntia* Prepoſiti, ad quem iam dicta eccleſia in *Schonreſteden* cum omni iure attinere dinoſcitur, ad cor redierunt; Erroremque ſuum cognoſcentes, obedientiam & ſubiectionem debitam, cum omni humilitate, tanquam filii omnimodo devoti, Matri ſue recognoverunt.

Nos vero communicato ſuper hoc, Prelatorum aliorumque fidelium noſtrorum conſilio, Dilecti noſtri iam dicti Prepoſiti Burchardi poſtulationibus ſatisfacientes ex gratia, noſtra auctoritate Baptiſmum & Sepulturam illis conceſſimus. Hoc ſtatuentes, ut ſuo Sacerdote decedente, Sacerdos alius,

ab

Digitized by Google

ab ipſis unanimiter, cum conſenſu Paſtoris Matricis eccleſie electus, a prefato S. *Petri* Prepoſito BVRCHARDO, aut ipſius ſucceſſore, iam dicte eccleſie in *Walderſteden* beneficio inveſtitus, decedentis loco ſubſtituatur.

Ne quis vero in irritum hoc revocare attemptet, Cartam hanc conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione muniri fecimus. Teſtes adhibendo, quorum nomina ſunt hec:

GOTEBOLDVS Prepoſitus *Frideslarienſis.*
WILLEHELMVS Magiſter.
BERTOLDVS Prep. *S. Marie* in campo.
CVNRADVS Prepoſitus *S. Gingolfi.*

CAPELLANI

RVPERTVS. CVNRADVS. RVTGERVS.

LAICI

ECKEHARDVS de *Kederche*,
& filius eius HENRICVS.
VLRICVS de *Baldeſteden.*

Facta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini MCLXV. Indictione XIII. Regnante FRIDERICO Imperatore Sereniſſimo, huius nominis *Primo.* Feliciter. Amen.

Huius FRIDERICI Protectorium, *datum Monaſterio* BRVMBACH. *An.* 1165.

[p. 561 *fin.* Aſt vero iam habetur in *Syllogé* noſtra, p. 576.]

Ad bina, Conradi, *quæ reproduximus Diplomata obſervandum eſt, quod* Electum *duntaxat ſe nominet. Signo, confirmationem Papalem ipſum vix fuiſſe aſſecutum. Quomodo etiam eodem hoc 1165 anno, Sedi Moguntinæ terga vertere adactum ſe vidit.* [*Poſtliminio tamen eam iterum conſcenſurus.*] *Cuiusmodi viciſſitudinis cauſa ut dignoſcatur, præſtabit audire* Chriſtianum *in Chronico* p. 33, *rem ita narrantem:*

„Suſcitavit Diabolus inter Imperatorem & Archi-
„epiſcopum immortales inimicitias, quia erat adhuc
„miſera Eccleſia Maguntinenſis amplius caſtiganda. ——
„—— Dominus itaque *Conradus* Imperatoris non ha-
„bens gratiam, exul & profugus fugit, *Romam* venit,
„ibique Imperatori quicquid mali poterat, fabricavit.
„Papa pro quadam cauſa Imperatorem excommunicavit,
„ortumque eſt grave Sciſma inter Eccleſiam ſeu Clerum
„& Imperium. In his omnibus Dns *Conradus* fuit Im-
„peratori adverſarius capitalis. Sic ergo iterum Eccle-
„ſia Maguntinenſis Patris Spiritualis eſt ſolatio deſtitu-
„ta. *&c.*

Et Helwich p. 110 *in Notis*: „Romam igitur fu-
„giens, *Conradus* ad Pontificem *Alexandrum*, propter
„quem in tale periculum inciderat, Epiſcopus ibi *Sabi-*
„*nenſis* electus & deſignatus, Cardinalitio etiam galero
„donatus eſt; ſeque deinde ſemper adhuc & Archie-
„piſcopum Moguntinum & Epiſcopum Sabinenſem *
„in omnibus publicis litteris eſt profeſſus. [*Poſtea, an. 1177, Inſulam adeptus Salzburgenſem.*]

* *intelligendum id, a tempore reverſionis ſuæ, ſeu ab anno* 1183.

Aſt vero Conradus *noſter, ſicubi Is* Alexandri P. *gratiam aucupari ſcivit uſque adeo, prout* Chriſtianus *&* Helwichius *tradunt; factum ſit oportet, Cathedra Moguntina iam dudum ſibi ſubtracta. Occaſione enim translationis Principatus* Lauriſſenſis *ad Moguntinam Metropolim, (quæ annis 123.. ſub* Gregorio *IX contigit) cum res tam ardua, priusquam effectum optatum ſortiretur, difficultatibus non parvis erat implicita; Sic Capitulares Canonici, in litteris ad Papam pro conſenſu in dictam unio-*

nem

nem eo facilius impetrando, motivum inter alia allegant iſtud: „quod, cum ad mandatum & examen Iudicum a „Sede Apoſtolica Delegatorum, Dns CONRADVS, „quondam noſter Archiepiſcopus, ſententialiter fuiſſet „depoſitus, propter dilapidationem, & alias enormita„tes quas commiſerat. *Circumſtantia, quam ex Chronographis tetigit nemo. Vt proinde* cauſa, *ob quam, tam vaſtæ Metropoleos iacturam* CONRADVS *paſſus eſt*, genuina, *demum nunc, veniat in apricum.*

Tranſitus ad *Conradi* ſucceſſorem.

Conrado *igitur gubernaculis amoto, ſucceſſit ei, Imperatore vel promovente, vel ſic volente,* CHRISTIANVS *de* Buche; *prius etiam cum* Rudolfo *Zæringenſi, & ipſo* Conrado, *ut ſuo loco dictum, electus: Maior hactenus Capituli Moguntini, nec non Collegiatæ B. V. ad gradus Præpoſitus, ſimulque Aulæ Cancellarius Imperialis. Vir, diverſis naturæ dotibus ad miraculum uſque conſpicuus: facundus, illuſtris, largus, magnanimus; Latinam, Græcam, Italicam, Gallicam &c linguas, ut ſuam callens. Cuius opera uſus eſt plurimum Imperator in legationibus obeundis,* in Bellis vero maxime. *Qui in Italia plures a Pontifice urbes avulſit,* Anconam *civitatem maritimam, expulſis Græcis Imperatori reſtituit &c. Conferatur* SERARIVS, IOANNIS, *& Scriptores paſſim.*

XC

CHRISTIANI I.

De Eccleſia & Decima in OLMENA *inferiori, ad ſublevamen* S. MARTINI *Canonicorum.*

An. 1167.

[Ex novis acceſſ.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

CRISTIANVS DEI gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus, & totius Regni Theutonici Archicancellarius. Si ad regimen & ſalutem Eccleſie, diſpenſatione divina nobis commiſſe curam ſollicitam gerimus; & ſi Fratrum noſtrorum laboribus, expenſis, commodis & utilitatibus vigilanti ſtudio provide intendimus, grata obſequia divine Maieſtati exſolvimus, & eos ad promovenda commoda Eccleſie alacrius inducimus,

Quocirca cunctorum DEI & Imperii fidelium preſens noverit etas, & ſucceſſura poſteritas, quod interventu & ſedula petitione Kariſſimorum Fratrum noſtrorum, Canonicorum videlicet maioris Eccleſie in *Maguntia*, aſſenſu Abbatum, Prepoſitorum, & aliorum Prelatorum qui præſentes erant, ipſis Canonicis Eccleſie *Sci* MARTINI in Moguntia preſentibus & futuris, ad honorem & commodum eccleſie, & ad ſublevamen expenſarum canonicarum, concedimus, & in perpetuum donamus, Eccleſiam de *inferiori* VLMENE villa, que actenus de iure antiquo ad maiorem Prepoſitum pertinebat, cum omni honore & integritate; quod eam de cetero cum omnibus rebus ſuis, mobilibus & inmobilibus, hereditario iure omni tempore poſſideant, omnium hominum contradictione remota.

Quocirca nos auctoritate Noſtra, & omnium Prelatorum noſtrorum, qui nobiſcum erant, ſtatuimus atque ſancimus,

Digitized by Google

mus, ut de cetero nulla perſona, magna vel parva, eccleſiaſtica vel ſecularis, predictos Fratres noſtros Canonicos, in iam dicta Eccleſia, ſive de eius Inveſtitura, aut in bonis & poſſeſſionibus ſuis, moleſtare audeat vel inquietare.

Vt autem hoc verius credatur, & ſemper inviolabiliter conſervetur, preſentem inde Paginam ſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione iniunximus premuniri. Et qui hoc immutare preſumpſerit, Anathema ſit.

Datum in Epiſcopatu *Faventino* apud Scm *Proculum*. Anno Dominice incarnationis MCLXVII. Indictione XIIII, menſe Martio. Regnante Dno FRIDERICO Romanorum Imperatore Sereniſſimo, anno Regni eius XV, Imperii vero XII. In preſentia & teſtimonio

BVRCHARDI, Prepoſiti *S. Petri* in *Moguntia*.
ARNVLDI Cuſtodis maioris Eccleſie,
& Prepoſiti *Erpesfordenſis*.
HEINRICI Prepoſiti Sci *Stephani*.
AZECHINI Prepoſiti *S. Mauricii* in *Moguntia*.
GODEFRIDI Prepoſiti de *Frankenvort*.
ALBERTI Prepoſiti *S. Severi* in *Erpesfort*.
HEINRICI Abbatis *S. Albani* in *Moguntia*.

Canonicorum maioris Eccl. in Moguntia:

HERMANNI. BERENGERI. DVDONIS. HEINRICI.
CVNRADI. AGEWARDI. CVNRADI de *Oſtheim*.
ARMANNI Prepoſiti de *Elveſtat*.
FOLPERTI Prepoſiti de *Selbolt*.
ARNVLDI Prepoſiti de *Divendale*.

RVBER-

RVBERTI Prepoſiti de *Muckeſtat.*
ARTMVNDI Prepoſiti de *Wetſlaria.*
HEINRICI Cantoris *S. Petri* in *Moguntia.*

Comitis EMBRICONIS de *Liningen.*
GERLACI Comitis *de Veldenza.*
ERWINI Comitis *de Thuringia.*
HEINRICI Comitis *de Naſſowe.*
EMBRICONIS de *Winkela.*
BVRCHARDI & CVNRADI de *Aſſaffenburch.*
DVDONIS. MARQVARDI de *Bergeſtat.*
CVNRADI filii *Wicgnandi.*
TIRRICI de *Selhove.*
LVDEWICI Walpodi Moguntini.
REMBODONIS de *Pinguia.*
DVDONIS & HERTWICI de *Lorecho ;*

& aliorum plurium Imperii fidelium, tam Clericorum quam Laicorum.

XCI

Confirmatio CÆSAREA *actus precedentis.* *An.* 1167.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

FRIDERICVS divina favente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Ad noſtram Imperatoriam pertinet Maieſtatem, ut honeſta & preclara noſtrorum Principum facta & ſtatuta, noſtra Imperiali auctoritate roboremus,

Digitized by Google

mus, &, ut perpetuo ſtabilique vigore letentur, Auguſtali noſtre Maieſtatis Pagina, ſolita pietate confirmemus.

Proinde notum facimus omnibus Imperii fidelibus, preſentibus & futuris, quod nos illam Donationem, quam Illuſtris & Kariſſimus Princeps noſter Cristianvs, Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Fratribus ſuis Canonicis maioris Eccleſie in *Moguntia* fecit de eccleſia Inferioris ville *Vlmene*, & de eius inveſtitura, honore & integritate, ad utilitatem & commodum Eccleſie, & ad ſublevamen expenſarum canonicarum in perpetuum valituram, auctoritate noſtra Imperiali confirmamus, atque roboramus. Statuentes, & firmiſſime iubentes, ut de cetero non Archiepiſcopus vel Epiſcopus, non Dux vel Marchio, nullaque perſona, Eccleſiaſtica vel Secularis, magna vel parva, iam dictam Donationem violare vel infringere: aut predictos Canonicos in eadem eccleſia moleſtare aut inquietare preſumat. Si quis vero hanc noſtram auctoritatem in aliquo violaverit, aut infringere preſumpſerit, Centum marcas auri puriſſimi perſolvet: Dimidium Fiſco noſtro, & dimidium predictis Canonicis maioris Eccleſie de Moguntia.

Vt autem hoc verius credatur, & ab omnibus inviolabiliter obſervetur, preſentem Paginam conſcribi, & noſtro Sigillo iniunximus communiri. Huius rei Teſtes ſunt

Hermannvs *Verdenſis* Epiſcopus.
Daniel *Pragenſis* Epiſcopus.
Hermannvs *Fuldenſis* Abbas.
Frater noſter Cvnradvs, Comes *Palatinus* de Reno.
Fridericvs Dux *de Rodenburc.*
Erwinvs Comes de *Thuringia.*
Heinricvs Comes *de Naſſowe,* & multi Eccleſiarum Prelati & fideles noſtri qui preſentes erant.

Kk Signum

Signum Dni FRIDERICI Romanorum Imperatoris Sereniſſimi.

Ego PHILIPPVS Cancellarius vice Dni CRISTIANI Moguntine Sedis Archiepiſcopi & Regni Teutonici Archicancellarii recognovi.

Actum quoque eſt Anno Dominice incarnationis MCLXVII. Indictione XIIII. Regnante Dno FRIDERICO Romanorum Imperatore Sereniſſimo, anni Regni eius XV, Imperii vero XII. Datum in Epiſcopatu *Faventino* apud *Scm* PROCVLVM, menſe . . .

XCII
CHRISTIANI I,

Reverſales ſuper eo, quod, cum ipſe aliquando in Curte ERBACENSIS *Monaſterii* BIRCKEN *hoſpitationis divertiſſet gratia; id non Iure, ſed Precario factum fuiſſe. An.* 1170.

[*p. 571. n. 12.* v. Anno dein]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego CRISTIANVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus huius nominis *Primus*. Quoniam res eccleſiaſticas non humani ſed divini iuris eſſe conſtat; oportet, ut que DEI ſunt, iam nemo ſibi vendicare debeat: & donationes, que a legitimis donatoribus, eccleſiarum & pauperum uſibus facte dinoſcuntur, infringere vel caſſare nullus preſumat.

Eapropter notum eſſe volumus univerſitati fidelium preſentium & futurorum, precipue tamen Moguntine Eccleſie filiis, Clero & populo, qualiter actum ſit, & in quem modum aliquo tempore tenuiſſe videamur Curiam Fratrum in *Eberbach*, illam, que dicitur *Bircken*. In eadem Curia iuris aliquid nequaquam nobis vendicavimus; ſed ſi quandoque hoſpitandi gratia

tia illuc diverteremus, ex conceſſione & benevolentia Fratrum, idipſum feciſſe fatemur. Precaventes tamen, ne quid adverſi contra Fratres oriri poſſit impoſterum a quocunque noſtro ſucceſſore qui ex huius conceſſione beneficii uſurpet ibidem ſibi forte ius dominii; Iuxta antiquam traditionem que primitus facta fuerat a Predeceſſore noſtro beate memorie Dno HEINRICO Archiepiſcopo; cum omnibus appertinenciis & appendiciis ſuis, cum Decima animalium, & frugum de Novalibus, predictam curiam Fratribus iam dictis reſignavimus. Statuentes ſub anathemate, ne de predicta curia, vel de alia aliqua curiarum Eberbacenſis eccleſie, aliquis, ſive Clericus ſive Laicus, ſe ulterius intromittere preſumat.

Vt autem hec omnia ſupradicta, eius omnibus rata & inconvulſa permaneant, preſentem Cartam conſcribi fecimus in teſtimonium, & Sigilli noſtri impreſſione firmari: & ad maius firmamentum, Sigillum maioris Eccleſie, Moguntine videlicet Metropolis, dignum iudicavimus apponi. Huius rei Teſtes ſunt

ARNOLDVS maior Prepoſitus.
BVRCHARDVS Prep. *Sci Petri.*
HEIDENRICVS maior Decanus.
HEINRICVS Cantor.
Comes EMICHO de *Liningen.*
CONRADVS *Palatinus* de *Reno.*
WALTHERVS de *Hiſen.*
WERNHERVS de *Bolanden.*
GODEBERDVS Marſcalcus.
FRANCO Pincerna,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXX. Indictione III. Imperante Glorioſiſſimo Romanorum Imperatore FRIDERICO feliciter. Amen. Data *Maguntie* per manum ROBERTI Notarii, XVI Kal. Febr.

XCIII
EIVSDEM.

Traditio Cathedratici HENRICO *Prepoſito* ASCHAFFENB. *Vbi quoque de itinere Ipſius in* GRÆCIAM. *An.* 1170.

[Ex acceſſ. noviſſ.]

CRISTIANVS DEI gratia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Omnibus Eccleſie Maguntine fidelibus ſalutem eternam in XPO. Cum omnibus his, qui Eccleſie Maguntine obedientia & fidelitate tenentur, conſulere, ſubvenire & benefacere, ex debito commiſſi nobis Regiminis teneamur; maxime tamen cordi nobis eſt, illos amplius promovere, qui amplius nobis ſervierunt.

Notum itaque facimus univerſis XPI fidelibus, preſentibus & futuris, Clericis & Laicis, quod Anno illo, quo pro magnis Eccleſie DEI & Imperii negociis in GRECIAM profecti ſumus, Dilecto & familiari noſtro, HEINRICO, Prepoſito in *Aſchaffinburg*, pro multis & honeſtis ſerviciis ſuis, *iuſtitiam Biſſextilis anni* que ad nos pertinet, que latine *Cathedraticum*, vulgariter vero *Kircloſe* appellatur, in beneficium conceſſimus. Et ut hec conceſſio firma & inconvulſa permaneat, preſentem Cartam conſcribi fecimus, & Sigilli noſtri impreſſione firmari. Huius rei Teſtes ſunt qui & preſentes fuerunt

BVRCHARDVS Prepoſitus Eccleſie Sci *Petri* in *Maguntia*. FOLBERTVS Prepoſitus in *Selbolt*. DVDO Prepoſitus Eccleſie *S. Iohannis*. ROBERTVS Prepoſitus in *Muckenſtad*. IOHANNES Prepoſitus in *Senelcka*. *

* nomen plane ignotum.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXX. Indictione III. Imperante Glorioſiſſimo Imperatore FRIDERICO feliciter. Amen.

XCIV

Digitized by Google

XCIV
EIVSDEM
Conſtitutio de Prebendis vacantibus; ut duobus annis cedant Eccleſiæ [ASCHAFFENB.] *An.* 1171.

[*p. 571 n. 12.* v. Eodem]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Ego CRISTIANVS divina favente clementia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Sicut Xpianiſſimis hominibus ad ſalutem anime valde meritorium opus eſſe creditur, ſi poſſeſſiones ſuas reſpectu mercedis eterne libere DEO & Sanctis eius offerant; Ita quoque ad equalis meriti cumulum pertinere dubium non eſt, ſi fideles & prudentes ſervi quos conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, de rebus Eccleſie easdem res provida diſpenſatione ſtudeant augmentare. *ex Autogr. pho.*

Inde eſt, quod Dilectus noſter HEINRICVS, *Aſcafenburgenſis* Eccleſie Prepoſitus, pro tenuitate Prebendarum eiusdem Eccleſie penitus ingemiſcens, ad honorem DEI & *beati* PETRI Apoſtolorum principis communi conſulens utilitati, ut ipſius memoria apud eandem Eccleſiam ſemper in orationibus frequentetur, ſalubriter inſtituit, ut Stipendia quocunque modo legitime vacantium Prebendarum, cum ſtipendiis aliquo modo ſublevatis, diligentiſſime colligantur; ut, Reditibus eccleſie piorum & prudentiorum Fratrum conſilio ad augmentum Prebendarum ex hoc ampliatis, profectui & honori eccleſie, univerſa denuo referantur.

Sic quoque dictus Prepoſitus, que preſcripta ſunt diſtingui voluit; Videlicet, ut ſi ex obitu fratris Prebenda vacaverit, poſt triceſimum & anniverſarium defuncti fratris diem, ad duorum annorum ſpatium Stipendia uſibus Fratrum aſſignentur. Si vero alio modo vacaverit, a prima die vacatio-

nis initium eſſe preſcriptorum annorum intelligatur. Subſtituendorum quoque Fratrum tam diligenter & tam devote ab univerſis Fratribus interim ſupplenda ſunt Officia, ne ex hac inſtitutione honor Dei & Eccleſie, in Divinis aliquam diminutionem patiatur.

Vt autem hec Inſtitutio, plena noſtri aſſenſus auctoritate convaleſcat, & omni evo rata & inconvulſa permaneat; ex intima peticione dicti Prepoſiti hanc Paginam conſcribi iuſſimus, & noſtri Sigilli impreſſione, ſubnotatis quoque teſtibus ſignavimus. Huius rei Teſtes ſunt

Cvnradvs *Wormatienſis* Epiſcopus.
Arnoldvs maior Prepoſitus.
Bvrcardvs Sci *Petri* Prepoſitus.
Heinricvs maioris Eccl. Cantor.
Wernhervs Sce *Marie* Prep. in campis.
Heinricvs *Pinguienſis* Eccl. Prepoſitus.
Cvnradvs de *Oſheim.*
Hermannvs de *Marburc.*
Gernodvs Scolaſticꝰ *S. Stephani*,
Dragebodo de Sco *Petro.*
Regenhardvs de *Cranefelt.*
Arnoldvs Prepoſ. de *Diſendal.*
Folpertvs Prepoſ. de *Mukeſtat.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis *Milleſimo Centeſimo* LXXI. Indictione IIII.

XCV

Digitized by Google

XCV
GERHARDI
Abbatis *Eberbacenſis* in *Rhingavia.*
Monaſterii ARNSBVRG *fundatio quaſi ſecunda.*
An. 1174.

[Connectit cum n. LXXIV, referendaque ad p. 556. ante n. 10.]

Frater GERARDVS dictus Abbas in *Everbach.* Scire volumus preſentis etatis & ſucceſſure poſteritatis fideles, quod Dominus CVNO de *Minzeberch,* Vir, Nobilis, Miniſterialis Imperii, divino conpunctus inſtinctu, cum magno ferveret deſiderio, conſtruere Domum Domino, manifeſtum faciens DEO & hominibus deſiderium cordis ſui; domum propriam, Caſtrum ſcilicet quod dicitur *Arnesburg,* contulit Eccleſie DEI; ut, ubi prius exercebatur milicia Secularis, ibi fieret habitacio Religionis: imitans patrem ſuum CVNRADVM, & matrem ſuam LVGARDIM: Qui, magna ſuccenſi devocione circa cultum DEI, ante plures annos conſtruxerant Monaſterium in *Aldenburg,* vocato Conventu de *Sigeberg,* ad ſerviendum DEO viventi. Quem locum predictus CVNRADVS per ſe tueri, & Fratribus inibi DEO ſervientibus neceſſaria miniſtrare ſtatuit, &, quantum ſpectat ad Religionem & diſciplinam, curam Abbati *Sigebergenſi* commiſit; ut, cum neceſſe eſſet, Abbatem inibi de ſuis conſtitueret; Et hoc, privilegiis Regis FRIDERICI, & HENRICI Moguntinenſis Archiepiſcopi confirmavit. *ex Autographo.*

Defunctis autem parentibus ſuis, memoratus CVNO videns locum magis deficere quam proficere, cepit anxius cogitare, qua poſſet racione nutantem domum ſuſtentare; modisque omnibus inſtitit, precio & precibus, ipſam a poteſtate Abbatis Sigebergenſis redimere, & in ſuam iurisdictionem recipere; quod & obtinuit, receptis privilegiis que data fuerant

rant a Rege FRIDERICO & HENRICO Archiepiſcopo, inter Patrem ſuum & predictum Abbatem.

Proceſſu vero temporis, eſtuans animo, ſi quo modo poſſet perficere edificationem quam Pater ſuus & Mater inchoaverant; inſpirato ſibi divinitus conſilio, toto deſiderio transtulit animum ad *Ordinem Ciſtercienſium:* veniensque ad Curiam Regalem, que *Lutra* dicitur, preſente Rege FRIDERICO, invenit ibi Abbatem Dn. PONTIVM *Clarevallenſem*, illique cordis ſui ſecreta revelavit, & quod poſtulavit, ab ipſo impetravit. Commiſſo nobis a Patre noſtro Dno Clarevallenſe negotio, ut peticioni ſue, ſecundum formam Ordinis noſtri ſatisfaceremus.

Convocatis autem multis Nobilibus, Cognatis, & Amicis ſuis in *Minzenberch*, nobisque preſentibus cum Fratribus noſtris, ſepedictus CVNO cum uxore ſua LOVGARDE, collecta manu parique conſenſu dederunt Locum nobis, qui dicitur *Arnesburg*, cum poſſeſſionibus, & omnibus rebus ad priorem Abbatiam pertinentibus, ad honorem Domini noſtri IHV XPI & bte MARIE Virginis, pro ſalute animarum ſuarum & omnium parentum ſuorum; reſignatis privilegiis, que prior Abbatia habebat, in manus Fratrum noſtrorum, & Villam, que dicitur *Arnesburg*, amotis inde Colonis, Fratribus noſtris poſſidendam contulerunt, cum aquis, ſilvis & paſcuis ad eam pertinentibus; ipſamque Abbatiam liberam & abſolutam ab omni, tam ſua quam aliena, ſeculari poteſtate perpetuo ſtabilivit; & ut omnem libertatem & immunitatem habeat, & privilegia ſecundum formam Ordinis Ciſtercienſis, promiſit; curamque Tutoris & Proviſoris in omni neceſſitate, pure & ſincere, propter DEVM, & pauperum CRISTI DEO ibi famulantium, quam diu viveret, ſibi impoſitam voluntarie ſuſcepit, & poſt mortem ſepulture locum in eodem, ſibi & uxori ſue & filiis elegit. Et nos, Virum Religioſum, RVTHARDVM nomine, eidem loco Abbatem inſtituimus: Anno Domini MCLXXIIII. XVII Kal. Auguſti.

Obſer-

Digitized by Google

Obſervatio.

Monaſterii Arnsburgenſis *fundatorem communis fama divulgat* CONRADVM [*de* Minzenberg.] *Tametſi, quod de familia iſta reapſe fuerit, haud queat probari* directe. *Siquidem in fundationis littera*, * Conradus de HAGEN & de ARNESBVRG *audit. Ita ut facere liceat inſtantiam, Dubiumque movere, num ergo* Hagen & Arnsburg, *cum* MINZENBERG *ſint ſynonyma; Seu, an* Minzenberg & Hagen *familia fuerit una eademque.* * de an. 1151. n. LXXIV.

Minzenbergia *profecto Stirps, Nomen ſuum habuit gentilitium proprium, nec ſub alio nomine Orbi fuit nota. Qua de cauſa fundator* Conradus, *ſi Is talis* de Minzenberg *extitit, haud commode potuiſſet enunciari nomine plane diverſo, quale illud de* Hagen *eſt. Atque hæc per modum duntaxat oppoſitionis: Scilicet,* Conradum de HAGEN, *auctorem dicti Monaſterii primævum, genus ſuum non derivaſſe ex ſtirpe Minzenbergia per* Patrem; *quin, cognomine id innuente, ex Dynaſtis* Hanoviæ * *idem duxiſſe. Ad quod credendum adigimur Teſtamento, quod nobis ad manus eſt,* VLRICI *Domini* de Hanow, *an. 1323.* in craſtino bti Lamperti Martyris confecto; *ubi inter pia legata permulta, Coenobiis ac Parthenonibus totidem adſcripta, de* Arnsburgo *ſic fatur:* Primo, monaſterio „*Noſtro* in *Arnsburg*, in quo, *fundacionis dignitate fruentes*„ eligimus cum ceteris progenitoribus noſtris ſepulturam, centum marcas denar. legamus &c. * Hagen Hagenau Hagenowe &c.

Quia tamen in Diplomate Abbatis Eberb. *ſubſtrato,* Conradus *noſter de* HAGEN & ARNSBVRG *inducitur tanquam* CVNONIS de Minzenberg PATER; *idcirco probationem parit ſaltim* indirectam, *huius* Cunonis *parentes ſeu genitores, alios non fuiſſe, ac illos in fundationis Charta (n. LXXIV) memoratos. Nihilominus* Patrem *quod attinet, non mihi videtur conſequentia hæc, illatiove, adeo ſtringens, quæ Scrupulum penitus eximeret. Quandoquidem ob Cognominum diſcrepantiam, & reſpective Peregrinum nomen, ille ſubſiſtit adhuc. Nec ulla inſurgit coniectura,* CONRADVM, *in tanti momenti negotio,*

Digitized by Google

tio, Nomine gentilitio ſine ratione ſupreſſo, ab alterutro conſuetæ reſidentiæ loco. Hagen: Arnsburg: *voluiſſe nuncupari; Inprimis, ſi,* contra *fundationem* Minzenb., *effatum* Vlrici Hanovici *ſupra, his iungatur.*

Neque alio modo facile reſolveris Nodum, quam dicendo: a) *aut* Conradus *de* Hagen *&* Arnsburg, *procreatus ex patre* de Hanau, Cvnonis *de* Minzenberg Vitricvs *fuit, aut,* b) *ab* Heinrici * *Diplomatis exaratore: de* Hagen *& de* Arnesburg: *ſubintellecto a locis habitationis,* inepte *vocatus fuit.*

* n. LXXIV.

Equidem pro Cognomine ex Reſidentia coorto, enuntiatio Chartæ (præſentis n. XCVI) contribuit iſta, „Vt, ubi prius exercebatur militia ſecularis, ibi fieret habitatio religionis„ *Atenim ſi Domus illæ, ab exercitio rerum ſecularium,* Conrado *nomen indidere; Ipſeque ab iis, H. & A. appellatus* vulgo *fuit; Eccur ſodes reticebatur gentilitium Familiæ nomen! ceu a ſtemmatis alicuius* Capite, *nunquam fieri ſolitum.* Conradus *de* Minzenberg, *dictus* de Hagen & de Arnesburg: *iſthæc erat enuntiatio genuina. Qualis,* (Minzenbergius) *ſi* Conradus *re fuiſſet ipſa, non potuiſſet ei Nomen ſubtrahi* verum, *& ſubſtitui* peregrinum, *deſumptum* a nudo Domicilio.

Sedenim iam Tu inſtas, & dicis, an ergo ſit præſumendum, Hanovicos *ac* Minzenb. *Dynaſtas, poſſeſſiones habuiſſe confuſas, vel ſimultaneas; ut, quæ novello Monaſterio aſſignantur* Cvnonis de Minzenberg *Propria, eadem non diu ante, poſſederit quiſpiam ex aliena Domo!* [Hanovica] *Et argumenti huius vim me agnoſcere, lubens fateor: Id ſaltem regerens, multa videri* impoſſibilia, *quæ tamen ante Secula VI, dum interea temporis, de rerum circumſtantiis & viciſſitudinibus, notitia periit, eſſe poterant* poſſibilia. [*Sunt exiles tantummodo meditationes.*]

XCVII

XCVI
S I G E F R I D I
Epiſcopi Brandenburgenſis, *
tanquam Vicarii CHRISTIANI *Moguntini Litera, de origine Templi in* ALDENBVRG, *eius Iuſtitia, Dote altaris, & conſecratione.*
An. 1178.

* Ex March. Brand. F. Alberti Urſi, factus 1179 Archiep. Brem.

[*p.* 572. *n.* 21. *v.* Quo minus]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

SIGEFRIDVS divina favente clementia Brandenburgenſis Epiſcopus. Quisquis fidelium de propriis facultatibus & piis laboribus ſuis eccleſias conſtruere, lapſas reparare, ſervicium divinum inſtaurare, famulantibus DEO elemoſinarum oblationibus ſubvenire ſtuduerit; is nimirum & alios pii laboris exemplo ad ſimile devotionis opus incitat, & ſibi retributionis eterne premium indubitanter comparat. *ex Autographo.*

Noverit ergo tam preſens XPI fidelium etas, quam ſecutura ſuccedentium poſteritas, quod WALTERVS quidam, modicus quidem in perſona & humilis, apud DEVM tamen hominum iudicio non parvi meriti, iuxta illud: *Contemptibilia mundi eligit DEVS, ut fortia confundat:* abiecto Militie ſecularis cingulo, Mundo cum ſuis pompis calcato, Crucis XPI baiolus, greſſum mentis in DEVM dirigens, elegit ſibi in ſemota ſilva, in loco qui dicitur *Aldenburc,* * ſolitariam duce-

* *Tria in vicinitate noſtra* Wezlar. *loca ſunt, nomen iſtud habentia.* 1) Aldenburg, *de quo n. LXXIV.* 2) Aldenburg *Parthenon Trevir. Dioec. cuius memini in* Sylloge *mea* varior. Diplomat. *p. 686.* 3) Aldenburg, *ditionis Haſſo-Darmſtadina, in Prefectura* Alsfeld. *Atque iſthoc ultimum eſt illud, ubi Eremicola* WALTHERVS *manſionem ſuam fixerat.*

Digitized by Google

ducere vitam; fugiens inpedimenta & frequentiam hominum, ut liberius vacare poſſet orationibus; Decurſoque in loco iam dicto aliquanti temporis ſpatio, quoniam lumen in tenebris abſconditum diu latere non potuit, cepit conſtruere ibidem Eccleſiam, ſuo labore de bonorum hominum oblationibus, in honorem Domini noſtri IHESV XPI, & Sancte MARIE ſemper Virginis, & beatorum Martirum, *Kyliani* & Sociorum eius; Partimque Opere conſummato noſtram adiit preſentiam, cum eſſemus in partibus Rheni, fungentes legatione Domini CRISTIANI, Venerabilis Maguntini Archiepiſcopi; Peciitque omni cum humilitate ac devotione, quatenus pro amore divino, locum ipſum DEO dicatum, Atrium videlicet cum Eccleſia ſuperedificata, conſecrare voluiſſemus.

Nos vero nil tale auſu temerario preſumentes, utpote in Parrochia alterius Dioceſeos, * niſi de conſilio & permiſſo Eccleſie Maguntine, in cuius obſequio maxime detinebamur; conſuluimus Eccleſie maioris Prelatos ſuper hoc, verboꝫ videlicet Dnm ARNOLDVM maiorem Prepoſitum, HEINRICVM Decanum, SIGEFRIDVM Scolaſticum, HERIMANNVM Cantorem, qui tunc vice & loco Domini Maguntini fungebantur: Conſilio quorum & auctoritate freti, de conſenſu Chorepiſcopi Dni BVRCARDI eccleſie Sci *Petri* Prepoſiti, in cuius Archidiaconatu locus ipſe ſitus eſt; nec non & Dni HEINRICI, Eccleſie Sci *Albani* Abbatis, legitimi inveſtitoris fundi, ſimulque permiſſione LEMPFRIDI Sacerdotis in cuius Parrochie terminis eſt, Eccleſiam ipſam cum atrio attinente benediximus & conſecravimus: Hoc videlicet pacto & tenore, ut nullatenus, aut Baptiſmi aut Sepulture uſus ibidem celebretur, niſi forte eorum, qui *Converſi* * & *Profeſſi*, ** loco ipſi

* *in Autog. non aliter, quamvis contra ſtylum.*

* Converſi *dicebantur, qui a Seculari vita quam aliquamdiu profeſſi erant, vitam monachicam* (*Eremiticam*) *amplectebantur, & ad morum converſionem veniebant.*

** Profeſſio: Sinonymum prioris: *abdicatio, declaratio, qua, dignitate* (*vita ſeculari*) *quis ſe abdicat.*

Digitized by Google

ipſi deſervire teneantur. Neque *Conducticiis* † ipſorum, ſi deceſſerint, ſepulture locus ibi concedatur. Neu etiam famulantes inibi Deo, aut circa atrium eccleſie, aut infra circa eccleſie ambitum, vel ad Parrochias vicinas ferre preſumant Cruces ſuas, propter concurſum hominum. Et quidquid laboraverint commanentes illic infra terminos iam dicte Parrochie; de fructibus terre, ſive in agris ſive in vineis, ſive in hortis, tam de pomis quam oleribus, ſive in pratis, ſive in apibus, ſive in aliis animalibus, volatilibus aut quadrupedibus; de his omnibus nichil excipientes, bona voluntate & ſine murmuratione, tam ipſi, quam ſuccedentes ſibi, ſepius dicte Parrochie Sacerdoti ſuiſque ſucceſſoribus, Decimas exſolvant; Eo inquam pacto, ne videremur Parrochie illi, ſcilicet *Brunue*, aut Sacerdoti ſuiſve ſucceſſoribus, quicquam in quoquam derogare, aut iuſticias illorum oblimare.

Eccleſie conſecrationem, collata prius ſibi Dote ut ratio expetebat, debitis ſolempnibus, in Nonis Iunii complevimus. Huius vero Dotis auctores ſunt Dns RVBERTVS Comes *de Naſova*, & ſuus cognatus WALRAVEN; Qui, quinque manſos, tam cultos quam incultos, ſuper Altare & Reliquias beatorum Martirum *Kiliani* & Sociorum eius obtulerunt in dotem eccleſie, pro remedio & ſalute ſuarum, parentumque ſuorum animarum.

Vt autem predicta cuncta, rata permaneant & immobilia, preſentem Paginam placuit conſcribi, & Sigilli noſtri, pariterque Sigilli Eccleſie bti *Petri*, impreſſione communiri. Teſteſque adhiberi, quorum nomina ſunt hec:

Dns

† Conductitius: *Procurator plebis & miniſter altaris, qui canonica portione minus accipiendo, ſubiectione indebita munus ab obſequio ſuo Conductori perſolvit.* Du Freſne.

Dns SIGEFRIDVS *Brandenburgenſis* Epiſcopus.
ARNOLDVS maior Prepoſitus.
HEINRICVS Decanus.
SIGEFRIDVS Scolaſticus.
HERIMANNVS Cantor.
BVRCARDVS Prepoſitus *Sci Petri*.
HEINRICVS Abbas *S. Albani.*
FOLBERTVS Abbas *S. Iacobi.*
HELINGER Abbas *S. Disboti.*
BERTOLDVS, Eccl. *S. Petri* Decanus.
VLRICVS Magiſter.
HVNGERVS Cantor.

LAICI

Comes *de Naſſova* RVBBERTVS.
DVDO Camerarius.
ARNOLDVS *Rufus*. CVNRADVS *Winzo*.
PETRVS de *Giſenheim.*
MARQVARDVS Advocatus.
SIGEFRIDVS. GERHARDVS. FRIDERICVS.
CRISTIANVS. BOVMVNT. BOVMVNT. *
HEROLDVS. VDELBERTVS.
VDELBERTVS. * HEINRICVS.

* *uterque bis poſitus.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXXVIII. Indictione XI. Regnante Domino FRIDRICO Imperatore Auguſto feliciter. Amen.

XCVII

Digitized by Google

XCVII
CHRISTIANI.

De Decima in OZENHEIM, (Nieder-Oſtheim) *de qua olim fuit Quæſtio inter Scholaſticum & Canonicos Eccleſiæ* ASCHAFFENBVRGENSIS. *ſub an.* 1181.

[ex acceſſ. noviſſ.]

CRISTIANVS DEI gratia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Omnibus ſancte DEI Ecclefie Prelatis ac ſubditis, ad quos preſentia ſcripta pervenerint, perpetuam in Domino ſalutem.

Ante illius negocii confirmationem, quod per Dilectos noſtros FOLBERTVM Prepoſitum de *Selbold* & HEINRICVM Decanum maioris Ecclefie Maguntine Arbitraria diſpenſatione inter Canonicos *Aſcaffinburgenſis* Ecclefie & HEINRICVM ipſius Scolaſticum utrimque fidei interpoſito ſacramento tractatum eſt; ipſius ſeriem ſecundum utriusque Partis allegationem ſcriptis eſſe iudicavimus implicandam.

Magiſter HEINRICVS Scolaſticus Ecclefie *Aſcaffinb.*., ſicut ſcripta predictarum perſonarum teſtantur, in preſentia Ecclefie Maguntine conſtitutus conqueſtus eſt, Canonicos *Aſcaffinb.*. Ecclefie contra canonicam inſtitutionem Iudicibus conqueſtos fuiſſe forenſibus, quod quandam partem Decime in *Ozenheim* quam ad ſe pertinere dicebant, contra iuſticiam occuparet; Et cum ipſe, tamquam in Cauſa Spirituali, reſpondere coram Seculari Iudice recuſaret, ab eisdem Iudicibus ſtipendio Prebende ſue fuit exſpoliatus. Qui, cum vocati in preſentia Ecclefie Maguntine aſtitiſſent, reſponderunt, ſe ad Illos Iudices acceſiſſe pro rerum ſuarum repeticione, quos Dns XPIANVS Archiepiſcopus, in *Italiam proficiſcens*, ad eorum negocia tractanda ipſis aſſignaviſſet.

Pre-

Predictus vero Magiſter contra allegavit; nec Seculares Iudices ad Eccleſiaſticas Cauſas fuiſſe delegatos, ſeu delegandos; nec predictis Fratribus Actionem aliquam ſuper illa Decima competere potuiſſe; maxime cum eo tempore quo Parrochia in *Ozenheim* Decima prius habita totaliter fuiſſet deſtituta, Dns ARNOLDVS Archiepiſcopus, qui tunc in Prepoſitura *Aſcaffinb.*. miniſtrabat, Decimam de qua agitur pro ſua parte in diviſione acceperit, & Succeſſoribus ſuis eadem ratione habendam reliquerit, Canonicis tritico & ſiligine pro ſua parte contentis. Cuius veritatis tale induxit argumentum; videlicet, quod SIFRIDVS *Cocus*, beneficii nomine illius partem decime retinebat, & Dns DIDERICVS de *Selhoven* XX maltra avene, eodem iure ſine aliqua reclamatione accepit; quam poſtmodum eadem occaſione *Didericus* totam, & Dns GERHARDVS de *Kelberaue*, alia occaſione totam uſurpare contendit.

Preſcriptus ergo Magiſter videns predictam Parrochiam ſolatio temporali deſtitutam, Cauſam eius ſatis laborioſam ad honorem DEI & beati *Laurentii* Martyris, cuius in eadem eccleſia patrocinia poſtulantur, inter Laicorum violencias ſuſcepit; Impetratis a Dno ARNOLDO, *Aſcaffinb.*. Eccleſie tunc Prepoſito, quatenus eandem Decimam de qua loquimur, pro tercia parte memorate Parrochie reſtitueret; eo quod omnis Parrochia canonice inſtituta, huiusmodi porcione nunquam debeat eſſe deſtituta.

Perpendentes igitur predicti Arbitri, ſepedictos Canonicos eſſe paratos probare, illam Decimam ad ſe pertinere; Hinc allegationum memorati Scolaſtici attendentes probabilitatem, & impenſi laboris difficultatem, ſine quo eandem Decimam non putaverunt illis temporibus fuiſſe liberatam, vel poſt multa tempora liberandam; Hanc, ex Arbitrio fidei mediatione illis dato, Sententiam protulerunt: Videlicet ut ſepedictus Magiſter Decimam Canonicis recognoſceret, & ſtatim eandem ab eis ſuſciperet; Eo tenore, ut, dum inter vivos exiſteret, ſine litis ſeu contradictionis Scrupulo eam retineret; ita ut,

ut, non Penſionis, ſed Recognitionis nomine, XXVIII denarios annuatim in feſto bti *Martini*, ſi requiſiti fuerint, ſolvere teneatur.

Per commiſſam ergo Nobis, a Venerabili Patre noſtro, LVCIO Papa ſuper illo negocio confirmationis poteſtatem, tamquam ex re iudicata eius auctoritate & mandato, memorato Magiſtro predictam Decimam in *Ozenheim* ſub diſtrictione Anathematis ita confirmamus; ut, ſi quis eum de cetero in illa Decima inquietare ſeu moleſtare preſumpſerit, eodem anathemate, donec canonice reſipiſcat, innodatum.

XCVIII

De Bonis in BVRGESTADT *&* *in* ROLBACH *per* WARMVNDVM *Canonicum*, *Eccleſiæ* ASCHAFFENBVRGENSI *collatis.* *An.* 1182.

✝ IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Quoniam ex volubili temporum effluxione, rerum perſonarumque variacione, humanas actiones plerumque inſerpens caliginoſa oblivio demolitur; provida Prudentum decrevit ſollercia, Que conſtanter ac legittime ſtatuuntur, Stili officio depingi, & litterarum indiciis annotata, perhennari. Huius videlicet animadverſionis conſideracione, ſi proceſſu temporis malorum emerſerint calumpnie, fidelis ac vivacis Scripti teſtimonio elidantur. Inde eſt, quod tam in preſentium quam futurorum noticiam traducere curamus; Quod WARMVNDVS, in Eccleſia *Aſcaſſinburgenſi* Canonicus, Curtim Prepoſiti ADELHARDI, quam titulo poſſeſſionis ſue, libere, legittime, ac totaliter iam dictus *Warmundus* vendicaverat, omnibus Conſangwineis ſuis, tam preſentibus quam poſteris, ius hereditarium a prememorata poſſeſſione excludens, ob reme-

dium anime ſue ſuorumque predeceſſorum eandem Curtim, videlicet domum lapideam cum ſuis pertinenciis, per manum Mundiburdi ſui, videlicet fratris ſui CVNRADI de *Walbeſtad*, Eccleſie beati PETRI in *Aſcaffinburg* contradidit, poſt deceſſum prefati *Warmundi* uſibus Eccleſie libere & abſolute profuturam.

Ceterum idem WARMVNDVS Predium ſuum in *Burgeſtad* ſub penſione X denar. annuatim perſolvenda, Eccleſie contulit hoc modo; quod iuxta beneplacitum ſuum cuicunque Conſangwineo vel amico ſuo, ſub eodem Canone annuatim eccleſie perſolvendo, predictum predium eidem *Warmundo* per manum eccleſie conferre licebit. Quod ſi per manum Eccleſie predium illud nulli aſſignaverit, aut ſi inteſtatus deceſſerit, predium illud, in proprietatem Eccleſie, circumſcriptis univerſis heredibus ſuis, libere transferetur.

His quoque ita *indominicatis*, HEINRICVS de *Bockeſöl* porcionem patrimonii ſui in *Rolbach* que eum contingit, per manum *Cunonis* fratris ſui, ac Mundiburdi, hoc modo eccleſie contulit; ut videlicet de cetero unum maltrum tritici in anniverſario Matris ſue exinde annuatim perſolvatur. Quod ſi Dominus Omnium iam dictum *Heinricum* de medio vocaverit; CVONO frater ſuus poſſeſſioni prefati patrimonii incumbet, & in duobus maltris tritici eccleſie annuatim reddendis tenebitur; Vno, in anniverſario matris *Heinrici*, altero, pro anniverſario eiusdem *H.* Ad hec, ſi *Cuno* frater Heinrici liberos poſt obitum ſuum ſuperſtites non reliquerit, iam dictum predium in *Rolebach* totaliter ac libere in uſus redigetur Eccleſie.

Ceterum idem CVNO pro ſe, ipſoque fratre ſuo bone memorie LEOBARDO, in predio ſuo quod eſt ſitum in *Rolbach*, unum maltrum tritici annuatim perſolvendum, per fideicommiſſarios, HERTWICVM, FRIDERICVM de *Rolebach*, & CVNRADVM de *Burgeſtad*, Eccleſie aſſignavit. Poſt obitum autem *Cunonis*, & BERTHE uxoris eius, ſi liberis caruerint,

Digitized by Google

rint, prediƈtum predium totaliter ac libere, uſibus cedet Eccleſie.

Eodem die quo hec aƈta ſunt, FRIDERICVS de *Rolbach* in portione patrimonii ſui in *Rolbach* que eum contingit, unum maltrum tritici, ſingulis annis in anniverſario Patris ſui offerendum, Eccleſie deſignavit. Eodem die CVNRADVS, cognomento *Cronebold*, in una Area, & XXVI iugeribus in *Rolebach* ſitis, maltrum unum tritici in anniverſario Patris ſui *Vdalrici* annuatim perſolvendum, Eccleſie aſſignavit. Quod ſi idem *Cunradus* absque liberis & uxore deceſſerit, iam diƈtam poſſeſſionem *Wernherus*, Eccleſie *Aſcb.* . Canonicus poſſidebit; ſed eo defunƈto in uſus Eccleſie tranſibit.

Ne igitur tenor iſtarum Donationum impoſterum valeat vacillare, cautum duximus nomina fidemanualium ac Teſtium in preſenti Cartula annotare.

Aƈta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXXXII. Indiƈtione XIIII.

Nomine fidemanualium ac Teſtium qui veritatem preſcripte Pagine atteſtantur, ſunt hec

MEGENLAVS de *Aſcaſſinburg.*
CVNRADVS de *Burgeſtad.*
CVNRADVS de *Beſſembach.*
CVNRADVS de *Walheſtad.*
FRIDERICVS & HERTWICVS,
& CVNRADVS, *Cronebolt* de *Rolebach.*
ORTWINVS & GERNODꝰ de *Lauſahe.*
GETTO de *Berkersheim.*
CVNO de *Bockesbol.*

Nomina *Conſratrum Eccleſie* quib₉ preſentibus hec acta ſunt:

BOPPO Decan₉ FRIDERICVS Cantor.
HEINRICVS Parrochianus.
NANTHERVS. WERNHERVS.
HEINRICVS de *Bockesbol.*
HEINRICVS cognatus Parrochiani.
HEINRICVS Turingus. IORDANIS.
MATHEVS. CVNRADVS Cuſtos.

XCIX

De Oblatione HEINRICI *Parrochiani* (ASCHAFFENB.) *ſororumque ſuarum.*
An. 1183.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Que in noſtris temporibus ſincere & legittime fiunt, ne proceſſu temporum & rerum mutacione per exortam oblivionis caliginem a noſtra evaneſcant memoria, non incongruum duximus ea litterarum indiciis annotari.

Proinde tam preſentibus quam futuris innoteſcat, quod HEINRICVS Parrochianus *Sce* MARIE in *Aſcaffinburg*, * in anniverſario Avunculi & equivoci ſui HEINRICI, bone recordationis Parrochiani, V Solidos de cetero annuatim perſolvendos, noſtre contulit Eccleſie.

* Parochianus: *idem ac Parochus; conſiſtitque illud B. M. V. templum adhuc.*

Ceterum dono Divine inſpirationis idem HEINRICVS ſibi ſuisque ſalubri providens conſilio, de duabus Sororibus ſuis, ADELHEIDE & IVTTA, hoc preordinavit; ut, ſi altera

tera earum de hac luce migraverit, V Solidi: ſi utraque, X Solidi Eccleſie annuatim conferantur. Si vero Dominus Omnium, prefatum HEINRICVM de medio evocaverit, V Solidos in anniverſario ſuo, & V alios Solidos ad comparandum lumen ſuper ſepulcrum Fundatoris Eccleſie noſtre annuatim perſolvendos, pie ac liberaliter deſignavit.

Prenominatam itaque Oblationum penſionem poſt obitum iam dicti HEINRICI, Sororumque eius Eccleſie annuatim perſolvendam, prefatus *Heinricus* in vineis ſuis *Overemburg*, * & in Curti ſua in *Aſcaffinburg*, ad quoscunque devolvantur heredes, nominatim & determinate aſſignavit. *Oberenburg.

Donationem itaque predictarum Oblationum, iuxta tenorem prelibate veritatis noſtra optinuit Eccleſia, iurisiurandi interpoſita religione per manum BOPPONIS Decani, & HEINRICI Camerarii, & NANTERI & ALBERONIS, ceterisque Confratribus, ad idem optinendum, ſacramentum preſtare volentibus. Sacramenta iſta preſtita ſunt in Scolis, preſente HEINRICO Parrochiano, qui prefatas contulit Oblationes. Huius rei Teſtes ſunt

ORTWINVS Prepoſitus.
HEINRICVS Scolaſticus.
FRIDERICVS Cantor.
BVRCARDVS Cellerarius.
WERNHERVS. HEINRICꝰ de *Bukesbol.*
SYBOLDVS. BIRCHILO. IORDANIS.
DVDO. WARMVNDVS. MATHEVS.
BVRCHARDVS Cuſtos. HARTMANNVS.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXXXIII Indictione prima.

Digitized by Google

C

De deſtitutione Cellerarii (ASCHAFFENB.) *circa ann.* 1183.

Reverendo Patri, ac Domino ſuo C. Dei gratia ſanEte Maguntine Eccleſie Venerabili Metropolitano, & Sedis Apoſtolice Legato. WORTWINVS Clericus ſuus, DEI gratia & Sui, *Aſcaffinburgenſis* Eccleſie Prepoſitus, quicquid valet & poteſt fidelis & prompta devotio.

Excellentie Veſtre recolat clemencia, quod nobis, *Selegenſtad*, commiſiſtis Controverſiam, que inter Conventum *Aſcaffinb.*. Eccleſie, & eius Cellerarium iam longo tempore vertitur, fine canonico decidendam. Sed cùm fere ad ſingulos propoſitionum articulos Cellerarius ad ſubterfugium Iuſticie in Appellationem prorupiſſet; ob reverentiam appellationis, manum a proceſſu diffinitive ſententie ſubtrahentes, que coram nobis ventilata ſunt, Veſtre pandimus Paternitati.

Cum itaque Cellerarius, a toto Collegio, excepto fratre ſuo, pulſatus, per iuris diſtrictionem evictus & coactus ſit; reſtituere annonam Fratrum, qua per eius negligentiam Eccleſia diu caruerat, & quam longe retroactis temporibus ammiſiſſe debuerat; Conventus in Sentencia queſivit, an Cellerarius exinde ad aliquam compoſitionem, Eccleſie teneretur? Super hoc articulo Camerarius appellavit.

Item expoſtulavit Eccleſia, canonicam ferri ſentenciam, cum per diutinam & crebram abſentiam Cellerarii, quam, motu proprie voluntatis & private commoditatis intuitu contra aſſenſum eccleſie facit, Eccleſia erroris perturbacionem in divinis obſequiis; & defectum & iacturam in cottidiani ſtipendii amminiſtracione paciatur; An, exemplo mali & ſuſpecti Tutoris, Eccleſia eum ab amminiſtratione amovere debeat, & commodiorem ſibi eligere de iure poſſit diſpenſatorem! Super hoc articulo Cellerarius iterum appellavit.

Item

Digitized by Google

Item, ſi Decanus aliquando ſecundum ſententiam Capituli, Cellerario ex debito officii ſui iniungit, ut pro repetenda Fratrum Prebenda, ad loca debita tempore debito proficiſcatur, Cellerarius a gravamine ſententie quam inique appellat; Et multis temporibus poſtmodum elapſis, cum Veſtre Excellencie copiam poſſit habere, nullam tamen infirmacionem, vel retractacionem illius ſententie, a Veſtra reportat auctoritate; & ſic interim diſtrahi poſſunt res eccleſie.

Quocirca, ut bono pacis & tranquillitati Eccleſie, benignitas Veſtre Paternitatis proſpiciat; petimus cum eccleſia; ſi prelibatam veritatem eccleſia iuſte & canonice comprobare poſſit; quod liceat ei, Veſtra auctoritate, commodiorem & utiliorem ſibi eligere Diſpenſatorem.

Aſſertionem itaque veritatis prefate, conſtanter & ſecure probare intendunt: *Decanus. Cantor.* NANTHERVS Parrochianus. SYGEBOLDVS. ALBERO Camerarius. DYRTILO. IORDANIS. WARMVNDVS Cuſtos. HARTMANNVS. MATHEVS.

CI
LVCII III P. M.

Epiſtola ad univerſos Germaniæ Prælatos, qua CHRISTIANVM *poenitenter vita defunctum ſuffragiis eorum commendat.*
An. 1183.

LVCIVS Epiſcopus Servus Servorum DEI. Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Dilectis Filiis, Abbatibus, Conventibus, aliiſque Prelatis Eccleſie Teutonice ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Ad veſtram volumus notitiam pervenire, quod bone mem. CHRISTIANVS Moguntinenſis Archiepiſcopus, Vir

Vir valde providus & magnificus; cum, Kariſſimo in Xpo Filio noſtro FRIDERICO Illuſtri Romanorum Imperatori & ſemper Auguſto longo tempore magnifice ſerviviſſet, & contra officii ſui debitum exceſſiſſet in multis; cum Romanorum perfidiam, qui, patrimonium Eccleſie hoſtiliter devaſtantes, *Tuſculanum* nequiter obſidebant, aliter comprimere non poſſemus; eundem Archiepiſcopum ad obſequium Eccleſie convocavimus. Ipſe vero factus obediens uſque ad mortem, ut, ſicut antea exhibuerat membra ſua iniquitati ad iniquitatem, ita ſe & ſuos exhiberet ad ſerviendum Iuſtitie in ſanctificationem vite; aeris intemperiem parvi pendens, ad ſuccurrendum Eccleſie fluctuanti cum ingenti Exercitus multitudine properavit; Factumque eſt volente Domino, quod Romani bis, ad ſolius Nominis eius terrorem fugierunt. Illo autem *Tuſculanum* ingreſſo, Muros civitatis iam pridem collapſos pro magna parte per illius auxilium, antequam decederet, fecimus reparari.

Tandem Dominus miſertus ipſius, ut ſalubriter impleret in Eo quod legitur: *Vbi te invenero, ibi te iudicabo:* febris eum egritudine flagellavit, iuxta quod ſcriptum eſt: *Quem diligit Dominus, corripit. Flagellat autem omnem filium quem recipit.* Vnde idem Archiepiſcopus in vera confeſſione, & multa contritione cordis, ſervitio *bti* PETRI & Romane Eccleſie totus intendens, *aſſumpta Cruce, & reſignatis Dignitatibus univerſis, VIII Kal. Septembris* diem clauſit extremum.

Quia autem multum tenemur de illius ſalute eſſe ſolliciti qui pro ſalute univerſalis Eccleſie mori non recuſavit, & ex Fine eius magnam poſſimus de Remedio fiduciam obtinere; Monemus univerſitatem veſtram, hortamur in Domino, & mandamus, quatenus eundem Archiepiſcopum, memoriam Eius in veſtris orationibus facientes, veſtris apud Dominum interceſſionibus adiuvetis, & in omnibus Conventualibus eccleſiis Tricenarium pro Eo, & anniverſarium faciatis; ut maculas que Illi de terrenis contagiis adheſerunt, Divina Clemen-

mentia indulgeat & abſtergat, & Vos de opere pietatis indeficiens mereamini a Domino premium obtinere.

Dat. *Signee* IIII Nonas Septembris.

Not. *In ſtatuendo* Chriſtiani *mortis anno Scriptores aberrant paſſim; utpote ponentes annum 1180, loco 1183, quem habuit fatalem, prout in huius Archiepiſcopi Vita,* IOANNIS T. I. p. 575 n. 4. *pluribus commonſtratum dedit. Atenim mortis Diem nequibat explorare, quoniam nullibi reperiretur indicatus. Quem, cum præſens pandat* LVCII *Papæ Littera Encylica,* * *ſic tanto maior debetur gratia Dno b. m.* SCHANNAT, *qui eandem primus in lucem produxit.* VINDEM. Collect. II. p. 118. n. XI. * Obiit Chriſt. d. 25 Aug. A. 1183.

Cæterum de Chriſtiani *noſtri tranſitu,* Conradus *in ſæpe allegato* Chron. vet. Rer. Mogunt. *ſpecialia notat ſeqq.*

„Obiit autem iuxta *Romam.* Graviter ægrotanti vi„cinus erat Summus Pontifex; Qui, Epiſcopum ut pro„ximaret, paternis litteris hortabatur: Cumque Papa „ad Archiepiſcopum perveniſſet, ſed languor in tantum „prævaluerat, ut Patri ſancto aſſurgere non valeret. Fa„cta ergo confeſſione ſummo Pontifici, de manu eius „communicationem ſanctam accepit, aliaque Eccleſiæ „Sacramenta; Et Dominus Papa facta & dicta Indulgen„tia, in pace abiit, & Dns *Chriſtianus* DEO animam „reddens, mortem obiit. Audita morte Dni *Chriſtia„ni,* Imperator intime doluit; & univerſa eius Curia, „& omnes quotquot intellexerunt, gravibus ſuſpiriis „ſunt turbati. ——

„Poſt hæc Principes quidam Dnm CONRADVM „*Salzburgenſem* Archiepiſcopum, Imperatoris recupera„ta gratia reformant, ut ipſe Imperator eundem Archi„epiſcopum *Conradum* ad Maguntinenſem Eccleſiam re„poſtularet; quod ipſe Dns *Conradus* maximo deſiderio „affectabat. Suſcipitur ergo Dns CONRADVS in Eccle„ſia Maguntinenſi, tanquam fuiſſet Angelus DEI *&c.* *Inductio ſucceſſoris.*

Digitized by Google

CII
CONRADI *ſecundum.*

Quomodo diremerit Litem, ortam inter Canonicos S. PETRI *Moguntiæ*, & Sanctimoniales intus memoratas, ſuper Eccleſia *Eltvillana.* *An.* 1183.

Repetendum (præſens ſaltem adhuc) Diploma duxi ex T. II. p. 467 *ideo, quod tollat Dubium circa* CONRADI *confirmationem.* (b) *Cernere liceat ex Dato, quam feſtinabunde* Conradus, *poſtliminio ſic reſtitutus, (probabiliter non nova Electione, ſed in priſtinæ continuationem) Iter* Moguntiam *arripuerit; quippe iam menſe* Novembri *exaratum eſt,* CHRISTIANO *vix tribus ante menſibus in Oris longinquis defuncto.* (c) *Quod, pernoſcendi rerum cum* Conrado *geſtarum Tractus cauſa, omnino expediat.* (d) *Præclara ſint, quæ tangit per indirectum.* (e) *Ego illud* [*an. 1737*] *correxerim ex ipſo Originali; ſicque etiam redintegrare potuerim lacunam, in apographo d. p. 467 ſeſe, tametſi paucis duntaxat punctis, obiicientem.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autographo. CVNRADVS DEI gratia Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Cum omni iuri, tam divino quam humano congruat, Succeſſores, ea que fiunt a Predeceſſoribus pietatis intuitu & largitatis munificentia, inviolata firmitate corroborata conſervare; Idcirco Ego C. DEI gratia Maguntine Sedis primo Electus, & *Confirmatus*, * ſedens pro Tribunali, inter alia negociorum emergentia, Litem, motam inter Moniales *Diſendal* & BVRCHARDVM Prepoſitum *Sci* PETRI, ſuper quadam eccleſia quam utraque pars ſuam eſſe contendebat, pluribus aliis occupatus terminare eam non valens, cognoſcendam

dam & rationabili fine decidendam, Dno XPIANO, tunc Maguntine Sedis Prepoſito, & *Ottoni*, Viro Strenuiſſimo, fratri noſtro, qui poſtea Dux fuit *Bavarie*, nunc vero *Palatino*, vicem noſtram demandavimus. Qui, allegatis hinc inde diligenter viſis & inſpectis, prefatam eccleſiam BVRCHARDO Prepoſito Sci *Petri* adiudicaverunt. Hoc excepto, ut quidam ARNOLDVS, monialium Prepoſitus, quia dicebatur magnas expenſas in illa eccleſia, & propter illam feciſſe, haberet omnes redditus illius eccleſie donec viveret, ut inde ſe aleret; & quod ſuperflueret, ad moniales deveniret in vita iſtius.

* Iſthac ſignificatione, Dubium, quod ad Chartam n. IXC. naſci videbatur, cadit. Id tamen [per τὸ Electus] concludi ibidem certo poteſt, ipſum CONRADVM noſtrum integro Præſulatus ſui quinquennio, haud fuiſſe conſecratum. Siquidem Epiſcopi, ſeu Canonicorum ſuffragiis electi, [addeſis poſtulati] ſeu etiam Pontificis Summi gratia proviſi, quam diu conſecrationis munus non ſuſceperant, ſcripſerunt ſe tantum Electos.

Obtinuit autem illud, an. 1165, poſtquam Sede Moguntina fuerat exauctoratus, & quidem, quorſum fugerat, Romæ, in feriis Natalitiis, ipſius Papæ ALEXANDRI miniſterio. IOANNIS T. I. p. 567. n. 6.

Quoniam vero cum Pontificis M. benevolentia, qua ſic perfuſum ſeſe Conradus vidit, non adeo concordare deprehendantur ea, quæ ad d. Diploma protuli de ipſius CONRADI detruſione per Legatos Apoſtolicos, immo ſapiant contradictionem; [Quippe nos ſeduxerat narratio Canonicorum Mogg. hac de re ſimpliciter facta; non memores iidem tunc amplius, quo Auctore Legati iſti præcipitem Conradum egerint.] Sic, circumſtantiis rerum ac temporum h. i. compoſitis; perpenſoque, quo Eccleſia premebatur adhuc, Schiſmate; Degradationis Conradi auctor, Papa Alexander non erat, nec in addictiſſimum ſibi obedientia filium eſſe poterat; ſed Antipapa VICTOR, una cum promotore ipſius, Cæſare FRIDERICO: Vtpote coadunatis utrinque auxiliis & conſiliis, Aſſeclam eorum intrudentes CHRISTIANVM, Conradum econtra, eo quod adhæreret Pontifici ALEXANDRO, & Vicario Chriſti legitimo; ſub larvata nihilominus forma Iudicii, miſſorum Legatorum ſcabroſa Sententia Archiepiſcopali Moguntino Throno privantes.

Qua de cauſa ALEXANDER P. non potuit non Conradum excipere benigniter: Vtque teſtaretur palam, quanti faceret eundem; in Devotionis ac intemeratæ fidei præmium, Cathedræ Sabinenſi impoſuit: conſecravitque ſimul in Archiepiſcopum MOGVNTINVM, ceu dudum rite electum; aſt, quo minus actualis Moguntiaci gregis Paſtor eſſet, Vſurpatori Chriſtiano cedere coactus, impeditum. Quapropter

HELWICH bene *notavit*, Conradum *noſtrum utriusque Eccleſiæ* (*& Sabinenſis & Moguntinæ*) *titulos conſtanter retinuiſſe; ſcilicet alterum Re, alterum nudo Nomine,* [*ad annum usque 1183, quo, obnubilatus tam diu Sol, beneficiis ſuis radiis iterum affulſit eidem.*]

Procedente vero tempore, cum pro Sciſmate multis annis exularemus, Dno Xpiano de voluntate Dni Imperatoris nobis ſubrogato, cum omnia potius fortuna, quam iudiciario regerentur ordine, prefatis monialibus ſuper prefata eccleſia querimoniantibus, dicitur Dns *Xpianus*, contra Noſtram non, immo contra Suam, veniſſe ſententiam.

Predicti tamen Canonici S. *Petri* in poſſeſſione eccleſie ſemper ſteterunt. Altera vero partium alteram ſemper inquietante, & in Iudicium trahente, a Summo Pontifice Cauſa cognoſcenda & rationabili fine decidenda, delegata eſt Heremanno *Monaſterienſi* Epiſcopo, & Falberto Abbati *Sci Iacobi;* Et tunc, divina faciente providencia cum in integrum in noſtra Maguntina Sede reſtituti pro Tribunali ſedentes, infinitas auditas lites rationabiliter decideremus; predicti Delegati ad nos venientes dixerunt, ſe ad predictam Cauſam decidendam penitus eſſe inſuficientes, niſi noſtras eis interponeremus partes. Concedentes itaque rogatui eorum, noſtras interpoſuimus partes; & Nos, & Delegati rogavimus Partes, ut in nobis compromitterent, quod & fecerunt.

Fecimus ergo apportari Privilegia, quibus utraque pars ſe munitam dicebat: Ex parte Canonicorum invenimus privilegium, quo continebatur, Sigefridum corroboraſſe omnia facta a ſuo predeceſſore Friderico, qui, privilegio ſue liberalitatis, & intuitu pietatis, eccleſiam, *Eltevile*, titulo donationis in Dotem pleno iure & Ius patronatus eiusdem, & cum Decimis quinque Vicorum integris, tam de cultis quam de excolendis, tam de animalibus quam de aliis, Eccleſie beati *Petri* contulit. Decimis unius Vici, ſcilicet *Hatderheim*, Sacerdoti, altari illius eccleſie deſervienti, aſſignatis. Reliquas decimas quatuor vicorum, ſcilicet *Walthaſſo*, *Steinheim*, *Keter-*

Digitized by Google

Ketercho, *Everbach*, uſibus & Prebende deſtinavit Canonicorum.

Ex altera parte invenimus duo Privilegia, ſibi quodammodo adverſantia, & ab ARNOLDO predictorum Succeſſore, noſtroque Predeceſſore facta. Quibus continebatur, *Arnoldum* predictam eccleſiam pleno iure, & cum Iure patronatus Monialibus dediſſe.

Habito igitur conſilio Electi *Curienſis*, & DVDONIS Camerarii qui tunc moniales manutenebat, aliorum plurimorumque prudentum; dantes fidem antiquioribus privilegiis, amicabili conventione rigorem iuris equitate contemperantes, XX marcas Monialibus pro ſuis expenſis a Canonicis dari facientes, BVRCHARDVM Prepoſitum Sci *Petri*, nomine ſue Eccleſie ab omni peticione abſolvimus, & eccleſiam de iure beati eſſe *Petri* iudicavimus; & facta FRIDERICI predeceſſoris noſtri, a SIGEFRIDO ſuo ſucceſſore, noſtroque predeceſſore, renovato privilegio corroborata, Noſtre tuicionis huius Sententie privilegio corroboramus; & corroborata, ſub periculo Anathematis ab omnibus inviolabiliter precipimus obſervari. Et ut inſequenti evo hec Sententia noſtri privilegii in dubium non queratur, noſtro Sigillo hoc privilegium inſignimus. Teſtes preſentes fuerunt

ARNOLDVS maior Prepoſitus.

HEINRICVS maior Decanus.

HEINRICVS Abbas *S. Albani*.

OTTHO Prepoſ. *S. Marie* ad gradus.

HEINRICVS Prepoſitus *Pinguenſis*.

ANDREAS Scolaſticus *Spirenſis*.

WERNHERVS Scolaſticus *S. Stephani*.

WERNHERVS Sci *Victoris*.

LAICI

* Saulheim. MERBODO de *Sowelnheym.* *

OTTHO *Palatinus Comes.*

CVNRADVS *Winzo.*

DITHERVS Villicus, & alii q. plures.

Acta ſunt Anno Dominice incarnationis MCLXXXIII. Indictione I. XV Kal. Decembris datum *Maguntie* privilegium.

Quod autem Archiepiſcopatus repoſſeſſione capta, aliisque in Dioeceſi ſua geſtis ac ordinatis, * *anno poſtero* Italiam, *unde vix venerat, rurſum repetierit* CONRADVS *noſter, de eo liquet ex ſubſcriptione Tabularum ſeq.*

* IOHANNIS *p. 576.*

CIII

LVCII PP. III,

Bulla confirmatoria Poſſesſionum cunctarum &c. Collegialis Eccl. ASCHAFFENB. *An.* 1184.

ex Autographo. LVCIVS Epiſcopus Servus Servorum DEI. Dilectis filiis ORTWINO Prepoſito, & Canonicis *Aſcafunburgenſibus*, tam preſentibus quam futuris canonice ſubſtituendis IN

*perpetuum. P-.- P-.- M. * Quotiens a nobis petitur quod Religioni ac honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet liberali concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri.

Ea propter Dilecti in Domino Filii, Veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prefatam *Aſcafunburgenſem* eccle-

Digitized by Google

eccleſiam, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub *beati* PETRI & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona eadem Eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma Vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hec, propriis duximus exprimenda vocabulis:

Locum ipſum in quo prefata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Parrochiam infra Muros, Parrochiam extra Muros, Civitatis veſtre. Curtem in *Obirinburc* cum Parrochia & Decimis. Curtem in *Sulzibach* cum Decimis ſibi pertinentibus. Parrochiam in *Ruchilnheim.* Parrochiam in *Walbeſtat* cum ſuis pertinentiis. Parrochiam in *Erniſchirchin.* † Curtem in *Wertheim*, * cum Parrochia & Decimis. Curtem in *Sunnebrunne* †† cum Parrochia & Decimis. Curtem in *Ozinheim* ††† cum Parrochia & Decimis. Curtem in *Aſchaffo* ** cum Parrochia & Decimis. Curtem in *Stocſtat* cum ſuis pertinentiis. Curtem in *Brendi* † cum Parrochia & Decimis. Curtem in *Wihtingin.* * Curtem in *Bratſelde* cum ſuis pertinentiis. Curtem in *Rore* cum Parrochia & Decimis. Curtem in *Bleicvelt* † cum ſuis pertinentiis. Curtem in *Eislebin* cum ſuis pertinentiis. Curtem in *Poppinbuſin* * cum Parrochia & Decimis. *Tatinowi* † cum Parrochia & Decimis. Predium in *Beſſembach* cum Parrochia & Decimis. Predium in *Larehuptin* * cum Parrochia & Decimis. Decimas in *Louſa.* † Duo Molendina iuxta *Aſchapha.* Domos Fratrum.

† Ernſtkirchen.
* *prope* Gelhuſam.
†† Sonborn im Frey-Gericht
††† Klein Oſtheim.
** Mayn-Aſchaff.
† Brenden: *in Franconia: exinanitum.*
* Wittighauſen.
† *prope Herbipolim.*
* Poppenhauſen in Præfectura Mog. Biſchoffsheim.
† *incognitum.*
* Larhaupten.
† Lauſtach.

Antiquas quoque & rationabiles Conſuetudines, ac Libertates in Eccleſia veſtra hactenus obſervatas ratas habemus, easq; perpetuis temporibus illibatas permanere ſancimus.

Decer-

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas ſit, prefatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius Poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; Sed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; Salva Sedis Apoſtolice auctoritate, & Maguntini Archiepiſcopi canonica iuſtitia.

Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica Secularisve perſona hanc Noſtre Conſtitutionis Paginam, ſciens, contra eam temere venire tentaverit, Secundo Tertiove commonita; niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit; poteſtatis honorisque ſui careat Dignitate, Reamque ſe Divino Iudicio exiſtere de perpetua iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine DEI & Domini Redemptoris noſtri IHESV XPI aliena fiat; atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Loco ſua Iura ſervantibus, ſit Pax Domini noſtri IHESV XPI, quatenus & hic, fructum bone actionis percipiant, & apud Diſtrictum Iudicem premia eterne pacis inveniant. AMEN. Amen. AMEN.

Spatium hoc in membrane parte occupat Species Monogrammatis, diviſum per modum crucis in 4. areolas. *a)* Scs PETRVS. *b)* Scs PAVLVS. *c) & d)* LVCIVS PP. III. *Circumcirca:* ADIVVA NOS DEVS SALVTARIS NOSTER, *Subiunctis Nominibus ac Titulis ſqq. in tribus columnis.*

Media. Ego LVCIVS *Catholice Eccleſie* Epiſcopus ✠

Ego CVNRADVS *Sabinenſis* Epiſcopus
& *Moguntine* Sedis Archiepiſcopus ✠

Ego THEODINVS *Portuenſis* & *Sce Ruſine*
Sedis Epiſcopus ✠

Ego HENRICVS *Albanenſis* Epiſcopus ✠

Ego

Digitized by Google

Ego IOHANNES Tt. *Sci Marci* Pbr Card. ✠ *Dextra.*

Ego LABORANS Pbr. Card. *S. Marie trans Tiberim* Tt. *Calixti* ✠

Ego HVBERTVS Tt. *Sci Laurentii in Damaſo* Pbr Card. ✠

Ego PANDVLFVS Pbr Card. Tt. *Baſilice XII Apoſto-ſtolorum* ✠

Ego Arditio Diaconus Card. *Sci Theodori* ✠ *Siniſtra.*

Ego GRATIANVS *Scor. Coſme & Damiani* Diaconus Card. ✠

Ego SOFFREDVS *Sce Marie in via lata* Diac. Card. ✠

Ego ALBINVS *Sce Marie nove* Diaconus Card. ✠

Cuilibet Nomini præfixa eſt Crux. Quæ, prout etiam ✠, *cum in effigurationibus multum differant; ſic Pontificis Summi totque Purpuratorum (quos inter* CONRADVS *noſter eminet* Mogunt.) *manus, caractereſve proprios contueri, oculorum ſane delicium parit.*

Dat., *Verone*, per manum ALBERTI, Sce Romane Eccleſie Presbiteri Cardinalis & Cancellarii. XII Kal. Januar. Indictione III. Incarnationis Dominice anno MCLXXXIIII. Pontificatus vero Domni LVCII PP. III anno IIII.

In appenſa (filis ex ſerico flavo) bulla plumbea, dextrum locum PAVLVS *tenet. Antiquo equidem Romanæ Curiæ more.*

Digitized by Google

CIV
Dicti CONRADI I ſecundum.
De peregrinatione ipſius ad S. GALLVM: *Fraternitatisque, inter Canonicos* MOGVNTINOS, & S. GALLI *Monachos renovatione.* *An.* 1188.

[*p.* 577. *n.* 12. v. His peractis]

CONRADVS DEI gratia Sabinenſis Epiſcopus Moguntine Sedis Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus, cum univerſo eiusdem loci Conventu: Dilectis ſuis Fratribus, VDALRICO divina ordinante clementia Cenobii Sci *Galli* venerando Abbati ſanctiſſimoque ſibi ſubiecto Conventui ſalutem cum fraterne Dilectionis affectu.

Relatione antiquiſſimorum Fratrum noſtrorum percepimus, hanc conſuetudinem inter Fratres ſancte Moguntine Eccleſie, ac inter Cenobitas *S. Galli* hactenus extitiſſe, quatenus perpetue fraternitatis vinculo coniuncti, Orationibus, que tam pro vivis quam pro mortuis utrobique celebrantur, communicarent; Si forte aliquem ex Fratribus Noſtris, pro aliqua honeſta cauſa in predicto loco adeſſe contingeret, plenarie unius Fratris Prebendam reciperet; Et eodem iure quilibet ex Fratribus Veſtris, Eccleſiam Noſtram adiens, ſimilem caritatem inveniret.

Anno igitur ab incarnatione Domini MCLXXXVIII, preſidente Dno VRBANO, Summo & univerſali Pontifice; Regnante Glorioſiſſimo Imperatore FRIDERICO, Ego CONRADVS Sabinenſis Epiſcopus, Moguntine Sedis Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus, veniens ad Cenobium bti *Galli* Confeſſoris orationis cauſa; ad petitionem tam Fratrum Noſtrorum, quam Fratrum *S. Galli*, preſente Amico & Fratre noſtro HEINRICO, noſtri Conventus Venerabili Decano,

no; nec non VDALRICO Conſtantienſi Prepoſito, ac eiusdem loci VDALRICO Theſaurario; plurimisque Clericis noſtris ac Militibus preſentiam ſuam adhibentibus, predictam conſuetudinem, Dno VDALRICO Abbate conſenſum prebente, communi petitione Fratrum renovavi, & confirmavi; Sollemnique Fraternitate a toto Capitulo recepta, & e converſo Moguntino Conventui per Fratres noſtros transmiſſa, litteris hanc confirmationem inſcripſi, ac Sigillo noſtro, quatenus deinceps Fraternitatem teneat, inſigniri decrevimus.

CV
EIVSDEM.
De Area HARTRADI Carpentarii *in* Selhoven.*
An. 1189.

* *A regione quadam Moguntina Vrbis, hoc nomine tunc vocatus.* Vid. p. 220.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

CONRADVS DEI gratia Sabinenſis Epiſcopus Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Vniverſos XPI fideles tam futuros quam preſentes noviſſe volumus; quod Aream quandam ſuper Reni ripa in ſuperiori parte Moguntine civitatis, Muro adiacentem inter foſſatum, fideli noſtro HARTRADO Carpentario, & uxori eius GERTRVDI, eorumque liberis & ipſorum heredibus perpetue contulimus poſſidendam. Contulimus itaque ipſam aream memoratis hominibus, eo pacto, ut annuatim in feſto *Sci* MARTINI duas libras cere ad concinanda noſtra lumina, in Cenſu ad noſtram Cameram perſolvant.

Vt igitur hoc factum noſtrum robuſtiore firmamento fulciatur, ſuper ipſo duas Paginas conſcribi, & impreſſione Sigilli noſtri inſigniri fecimus. Quarum unum *Hartrado*, & ſue poſteritati in huius facti noſtri teſtimonium dedimus; alteram vero, ne quis dolus hinc inde queat intercedere, & huic noſtre Donationi refragari; propter habundantem cautelam in Erario maioris Ecclesie noſtre Moguntine repoſuimus. Teſtibus adhibitis, quorum nomina ſunt hec:

ARNOLDVS maior Prepoſitus.
HEINRICVS Abbas *S. Albani.*
FOLPERTVS Abbas *S. Iacobi.*
HEINRICVS Decanus.
RVCKERVS Cuſtos.
PETRVS Scolaſticus.
OTTO Cantor, & Capitulum maioris Eccl, in *Moguntia.*
DVDO Camerarius. DITHERVS Scultetus. ARNOLDVS *Rufus.* CONRADVS *Winzo*, & filii eius: EMBRICO. ARNOLD9. CONRAD9. LVDEWICVS Officiatus. HERBORDVS & frater eius ARNOLDVS Officiati. CONRADVS *Scado* Officiatus, & alii quam plures XPI fideles.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXXXVIIII. Indictione VII, IIII Nonas Martii.

CVI

CVI
EIVSDEM.
De Decima in DETTINGEN.
An. 1189.
[ex acceſſ. noviſſ.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

CONRADVS DEI gratia Sabinenſis Epiſcopus Sᶜᵗᵉ Maguntine Sedis Archiepiſcopus *Aſchaſſinburgenſi* Eccleſie in perpetuum. Quociens a nobis poſtulatur quod honeſtati & Religioni conſonare dinoſcitur, iuſtis petencium deſideriis teneınur congruum impertiri ſuffragium. Porro, ne proceſſu temporis ea, que legittime fiunt in oblivionem deducantur, ſolent eadem fidelis ſcripti teſtimonio perhennari.

Innoteſcat igitur tam preſentibus quam futuris XPI fidelibus, quod ſenior GERARDVS de *Kelberowa*, & filius ſuus *eiusdem nominis*, quandam Decimam in *Dettingen* a MARCOLFO *Aſcaſſinb.* Prepoſito ſuisque ſucceſſoribus lege feodali in beneficio ſuſceperant; eademque decima ſic per heredes illorum devoluta fuerat, quod ab Eccleſia Aſchaſſinb.. cui ſpectabat, prorſus videbatur alienata.

GERARDVS itaque *de Kelberowa*, divina inſpiratione, ob remedium anime ſue ſuorumque predeceſſorum, iam dictam Decimam in *Dettingen*, iuniori filio ſuo GERARDO conſentiente, in manus WORTWINI *Aſcaſſinburgenſis* Prepoſiti, liberaliter eoque intuitu reſignavit, ut videlicet eadem decima ad Eccleſiam libere rediret, uſibus *Aſcaſſinb.*. Canonicorum imperpetuum ſervitura. Ceterum eccleſia Aſcaſſinb. de bonis ſuis Quinquaginta & duas marcas argenti GERARDO de *Kelberowa* contulit, eo quod ſecum liberaliter egerat. Hec autem omnia de conſilio & aſſenſu WORTWINI Aſcaſſinburgenſis Prepoſiti ſunt ordinata.

Auctoritate igitur Archiepiſcopali a Deo nobis conceſſa factum iſtud confirmando, inconvulſum & illibatum permanere precipimus. Diſtricte, & ſub pena excommunicationis prohibentes, ne quis, ſecundo vel tercio commonitus, contra huius ſcripti Paginam, Eccleſiam *Aſcaffinb.* in prenominata Decima de *Dettingen* moleſtare preſumat. Teſtes huius rei ſunt

HEINRICVS Abbas *S. Albani.* FOLPERTVS Abbas *S. Iacobi.* ARNOLDVS maior Prepoſitus in *Maguntia.* RODEGERVS Cuſtos. OTTO Cantor. PETRVS Scolaſticus.

BORCARDVS *S. Petri* Prepoſitus. ARLVANVS Decan9 *S. Marie* ad gradus. AMILIVS Decanus *S. Victoris.* WORTWINVS *Aſcaffinb.* Prepoſitus. BOPPO Decanus. WERNERVS Cantor. MATHEVS Scolaſticus. HEINRICVS Parrochianus in *Aſcaffinburg.*

Ad hec LAICI quam plures.

HARTMANNVS de *Budingen.* GODEFRIDVS de *Eppenſtein.* CONRADVS *Reiz* de *Luzelenbach.* CONRADVS Vicedominus de *Aſcaffinburg.* CONRADVS *Vitulus.* HEINRICVS *Montatrienſis.* GODEBOLDVS de *Ceſpite.* * HERMANNVS de *Hoſtebach* & filius eius. CONRADVS de *Beſſenbach.* WORTWINVS de *Lauſa.*

* Waſen.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXXXVIIII. Indictione VII.

CVII

Digitized by Google

CVII
EIVSDEM,
Ordinatio circa Ius ſcholaſticum.
An. 1190.
[Similiter.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS AMEN.

CONRADVS DEI gratia Sabinenſis Epiſcopus & Sce Moguntine Sedis Archiepiſcopus: Viceſimo nono anno noſtre electionis, ſeptimo vero anno poſt exilium, quod pro matre noſtra paſſi ſumus, Eccleſia Romana:

Quoniam ex officio Regiminis a DEO nobis ſuſcepto tenemur in cunctis Eccleſie noſtre pro viribus providere, errata corrigere, recta & iuſta queque facta fovere; Tam preſentem etatem quam futuram poſteritatem volumus non latere, quod habito noſtre Eccleſie conſilio & conſenſu, ad petitionem Dilecti filii noſtri, PETRI Scolaſtici, Ius ſcolaſticum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, ne de cetero in eo fiat defectus, plena integramus. Ita videlicet, ut omnes de cetero Scolares Canonici, tam preſentes quam futuri in Eccleſia Moguntina, uſque ad emancipationem, cum ſuis prebendis in procuratione ſint Magiſtri, niſi Magiſtri liberalitas alicui gratiam faciat; Omni cognatione ſanguinis, & Cognatorum pro eis intercedentium occaſione remota: Nullo Reſcripto, nec etiam Reſcripto Archiepiſcopi HEINRICI * contra Ius ſcolaſticum per ſubreptionem obtento contra hoc impetrato, vel impetrando, obſtante, vel ſcolaſtico Iuri preiudicium faciente.

* *Supra n. LXVI.* p. 179.

Magi-

Magiſter vero Scolares ipſos ſecundum Eccleſie honorem nutriat moribus, diſciplina, ſcientia, victu & veſtitu. In veſtitu iſtam damus formam, ut eos veſtiat in pelliciis agninis, & pannis lineis & laneis, ſecundum eccleſie conſuetudinem ſufficientibus. Et de quibus non vult habere curam veſtiendi, dummodo ſint adulti, *Denarios* omnes *de carne* Magiſter recipiet, & *de Piſce*, refectiones. *Porcos de Nativitate*, & *Denarios* qui dantur *ad Supplementum panis*, Magiſter retineat. Alios vero *denarios Elemoſinares*, & *denarios de Veſtibus* * Scolares recipiant. Et ſi Magiſter voluerit plus eis largiri, non ſit eis ſucceſſoribusque ſuis preiudicium.

* *Explicati ſupra* p. 52. (k) (l) *Illos de* Carne, Piſce *&c.* Du Freſne *non tangit.*

Inſuper quicquid Ius ſcolaſticum hactenus habuit, & precipue Cenſum X librarum Moguntine monete in *Olmene*, quem de liberalitate noſtrorum Predeceſſorum & Noſtra habet; & ius patronatus eccleſie *Huſen* & *Rode* iuxta montem Sci *Thisbodi*, unde duas partes Decime habet, & in antea iuſte acquiret; Magiſtro Petro Scolaſtico noſtro & ſucceſſoribus ſuis confirmamus, & per nos & ſucceſſores noſtros auctorizamus. Sub interminatione anathematis precipientes, ut nullus contra hanc noſtri privilegii paginam venire preſumat.

Et ut huius ſacri pagina Reſcripti perpetuo inconvulſa illibataque permaneat; omnia hic predicta corroborantes, noſtro Sigillo inſigniri fecimus. Teſtes ad hoc rogati ſunt:

Arnol-

Digitized by Google

ARNOLDVS maior Prepoſitus.
HEINRICVS Abbas *S. Albani.*
BVRCHARDVS Prepoſitus *S. Petri.*
HEINRICVS Decanus.
RVCHERVS Cuſtos. GODEFRIDVS Cantor.
WALTHERVS. *Symon,* maioris Eccl. Canonici.
BERTHOLDVS Decanus *S. Petri.*
THEODERICVS eiusdem eccl. Cantor.
WERNHERVS Scolaſticus *S. Stephani.*
WALTHERVS eiusdem eccl. Cantor.
ARNVAL Decanus *S. Marie* ad gradus.
VLRICVS Decanus *S. Iohannis.*
EMELRICVS eiusdem eccl. Scolaſticus.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXC. Indictione VIII, quarto Kal. Martii.

CVIII

De Iure Scholaſtici Metropolitani. *ſub an.* 1190.

S. DEI gratia maior Prepoſitus, HEINRICVS Decanus, RVTGERVS Cuſtos, OTTO Cantor, EBERHARDVS Cellerarius, CVNRADVS Archipresbiter, GODEFRIDVS, WALTHERVS, SIMON, CVNRADVS: Dum in Capitulo noſtro ad hoc idcirco eſſemus, & Dns Abbas Sci *Iacobi* nobiſcum; Magiſter PETRVS Scolaſticus noſter, in preſentia noſtra dixit, quod haberet ſecum quosdam Concanonicos noſtros ſcolares, quos libenter honoraret pro poſſe ſuo; Tamen dicens, quod timeret, ne poſſet ſibi obici quod minus honeſte tractaret eos quam conſuetudo eccleſie haberet in parte iſta;

Rogansque nos cauſa Dei, ut de conſuetudine Eccleſie in parte iſta ipſum inſtrueremus, & doceremus qualiter Scolares ſecum morantes habere deberet, & maxime in Veſtibus, & de quibus ipſe nullam curam vellet habere, niſi de ſola Scientia & Victu; Quid, vel quantum de Prebendis ipſorum illis deberet relinquere, ut ſe veſtirent!

Cum inde aliquamdiu contuliſſemus, Dns Decanus in preſentia noſtra de facto iſto quicquid vidit & audivit a XXX annis retro, de ſe, & de aliis, ſicut aſſerit, Scolaſticum inſtruendo, narravit de *Parvis* in hunc modum: Quod in Hyeme teneretur eis dare veſtes ſufficientes ad frigus repellendum. In Eſtate *fuſtanicum album* * cum veſtibus lineis, & calciamentis neceſſariis. Adultis vero, quibus relinquebat curam veſtiendi de Prebendis ipſorum, hoc relinquebat; ſcilicet veſtituram de feſto *S. Martini*, & *Denarios* omnes *elemoſinares non ſpectantes ad menſam*: Quos ita ſpecificavit, quod de Refectionibus tunc non fuiſſet queſtio, quia Domini comedebant eas in Refectorio; Sed quando redimebantur, quod raro erat, Magiſter *nummos Piſcium* in Cena Domini, & Nummos Epiſcopi Ruthardi, ſupplemento *Simile* ** deſtinatos, accipiebat. Similiter accipiebat Nummos piſcium in Cena Domini & Nummos Epiſcopi *Ruthardi* ſupplemento eſtivalis carnis deſtinatos; Et dimidium porcum, vel eſtimationem eius, ſcilicet XXX denarios, in Nativitate Domini Magiſter ſimiliter accipiebat.

* „*Super fluvio* —— *habent fullones habitacula plura, que dicuntur* „*candida, in quibus* . . . *panni de bombice, qui fiunt ibi, & dicun-* „*tur* Fuſtania, *candidantur.* Du Fr. *T. III. p.* 766.

** „*Ea autem die copioſam refectionem facit* (Cellerarius) *fratribus de* „Similie, *piſcibus, atque pigmento.* *Idem* T. 6. p. 522.

Iſtam conſuetudinem a Dno Decano auditam, & nobis decentem viſam, laudavimus & comprobavimus. Sed ſi Magiſter de ſua gratia alicui plus velit largiri, hoc non debeat ei in preiudicium verti.

Huius rei memoriam ad preces Magiſtri ſcriptis mandari fecimus.

CIX

CIX
CAPITVLI MOGVNTINI,
De eodem. *An.* 1191.

In Capitulo noſtro, de conſuetudine Ecclesie queſtio eſt habita; Quid, vel quantum, Scolares, qui non eſſent Canonici, tenerentur dare Magiſtro! Et cum ſuper hoc loqueremur, rogavimus Dn. Prepoſitum BVRCHARDVM *S. Petri* Camerarium Civitatis, ut ſecundum Eccleſie conſuetudinem ſuper hoc daret ſententiam.

Ipſe rogatus talem dedit Sententiam, quam approbavimus: Quicumque Scolares gratis eſſent in pane Dominorum, nichil deberent in Scolis, niſi iuſtitiam ſcolaſticam; item *imnutiones*, * *fines librorum*, & pennas. Qui vero panem conducerent Dominorum in Scolis; Magiſtro, prout melius cum eo convenire poſſent, Magiſtri reſponderent labori. Alii vero omnes, qui cum Dominis non eſſent, ſimiliter Magiſtri reſponderent labori.

* *Abſque ſigno abbreviature; alias a Scribis non ſolitum omitti. Sed neque enodata apud* Dufr. *vox:* Imminutio: *hic applicabilis eſt.*

Et ut hec Sententia illibata conſervetur, eam fecimus ſcribi, & Sigillo Eccleſie inſigniri. Huic ſententie preſentes fuimus: BVRCHARDVS Prepoſitus *S. Petri*, Civitatis Camerarius. HEINRICVS Decanus. RVGGERVS Cuſtos. GODEFRIDVS Cantor. HEINRICVS *Capra*. FRIDERICVS. SYMON Prepoſitus . . ALBERTVS. H. Cellerarius.

Data eſt iſta ſententia Anno Dominice incarnationis MCXCI. Indictione nona.

CX
EIVSDEM.

De Villa OBERNHEIM, *collata Eccleſia* ASCHAFFENB. *in Dotem.* *An.* 1191.

[Ex acceſſ. noviſſ.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

CONRADVS DEI gratia Sabinenſis Epiſcopus Sanᴄ̃te Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Ad noſtre ſalutis profeᴄ̃tum conſtanter credimus pertinere, ſi utilitatibus Eccleſiarum XPI, que noſtro ſunt commiſſe Regimini, paterne providentes, iuſtis ac piis ſubditorum noſtrorum precaminibus in Domino acquieverimus.

Proinde univerſis XPI fidelibus tam preſentibus quam futuris notum eſſe volumus, quod de conſilio Prelatorum Maguntine Eccleſie Villam quandam, *Obernheim*, * Eccleſie *Sce* MARIE in *campis* prius attinentem, a toto Conventu eiusdem eccleſie unanimiter conſentiente, de rebus Noſtris, & Epiſcopatus, libere & ſine omni contradiᴄ̃tione commutavimus.

* *h.* Obernau.

Siquidem in reſtaurum prefate villule, videlicet *Obernheim*, de qua Confratribus eccleſie *S. Marie* in *campis* duo Talenta, & Prepoſito XV Solidi annuatim ſolvebantur, aſſignavimus, ut de cetero eisdem Fratribus, in *Winterheim* tria Talenta, & Prepoſito, pro reſtauratione lignorum X uncie, annuatim & perpetualiter per iam diᴄ̃tam commutationem perſolvantur.

Conſequenter vero faᴄ̃tum eſt, quod HEINRICVS, Parrochianus * de *Aſchaffinburg*, tradicione vinearum ſuarum in *Hurſte*, & aliarum rerum ſuarum, ad proprietatem & uſus Maguntini Epiſcopatus tales contulit redditus, qui ſufficienter reſpondeant bonis illis in *Winterheim;* que de Epiſcopatu

* Parochus.

patu Maguntino pro commutacione pretaxata Canonicis *S. Marie* aſſignavimus.

Proceſſu temporis conſiderantes, Eccleſiam *bti* PETRI Apoſtolorum principis & ALEXANDRI Martiris in *Aſchaſfinburg*, diu fuiſſe ingloriam, nullaque Dote conſecrationis in temporibus Anteceſſorum noſtrorum honoratam; divine mercedis deſiderio accenſi, ad peticionem & obſequia Dilecti Clerici noſtri HEINRICI Parrochiani in *Aſchaſſinburg* diligenter inducti, prememoratam villulam *Obernheim*, in conſecratione *Aſchaſſinb.* Eccleſie, ei in Dotem, liberaliter & abſolute contulimus, uſibus eiusdem Eccleſie perpetuo deſervituram,

Ad robur igitur prelibate ordinationis, preſentem Paginam conſcribi iuſſimus, & in argumentum confirmationis, Sigillo noſtro inſigniri. Auctoritate DEI omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, & Domni Pape CELESTINI, & S. *Martini* & Noſtra, ſtatuendo firmiter precipientes, quatenus omnia que in preſenti Scripto pretaxata ſunt, illibata & inconvulſa permaneant. Huius veritatis Teſtes ſunt

HEINRICVS Abbas *S. Albani*.

HECCECHINVS Abbas *S. Iacobi*.

HEINRICVS Decanus maioris Eccleſie in *Maguntia*. RVKKERVS Cuſtos. PETRVS Scolaſticus. GODEFRIDVS Cantor.

SIFRIDVS Prepoſitus *S. Gingolfi*.

SIMON Cellerarius.

HEINRICVS *Rufus*, & alii quam plures.

de S. VICTORE

Wortwinus Prepoſitus. Amilius Decanus. Heinricus Scolaſticus. Vlricus Cantor, & alii quam plures.

de S. MARIA ad gradus.

Arnval Decanus. Giselbertus Scolaſticus. Giselbertus Cantor, & alii quam plures.

LAICI

Embricho Vicedominus. Dudo Camerarius. Dietherus Sculterus. Cunradus *Winzo.* Ludewicus de *Alta domo*, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLXXXXI Indictione VIIIJ.

CXI
EIVSDEM.

Littera quaſi fundationis, Monaſterii (quondam) Conradsdorf, *Ord. Pramonſtr.*
An. 1191.
[*p.* 578. *n.* 2. v. Cenobii]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Conradus Dei gratia Sabinenſis Epiſcopus Maguntine Sedis Archiepiſcopus imperpetuum. Ex iniuncto nobis a Deo ſacri Pontificatus officio tenemur quidem omnibus Xpi fidelibus pio Karitatis affectu adeſſe & prodeſſe; Spe-

Digitized by Google

Specialiter autem Eccleſiis Dei ad nos reſpectum habentibus, & eccleſiaſticis perſonis que ſub Regularis obſervancia diſcipline Deo devocius obſequunt, cum opportunum fuerit, debemus & volumus conſilii & auxilii noſtri adminiculum libenter impendere.

Ea ducti conſideratione notum fieri volumus tam futuri quam preſentis evi Xpi fidelibus univerſis, quod fidelis ac Dilectus, Hartmannvs de *Budingen*, Cenobium in *Conradisdorff*, a ſuis parentibus & ab ipſo ſumma devotione conſtructum, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, quas vel nunc poſſidet, vel inpoſterum poſſidebit, Eccleſie Maguntine contradidit. Preterea ſuis ſtudiis accedentibus & conſiliis, Matrix eccleſia in *Glauburg*, prefato Cenobio collata eſt in hunc modum.

Hartmannvs de *Budingen*, ius inveſtiendi, quod in eadem eccleſia ab Heinrico de *Hagenowe* in beneficio tenuit, eidem *Heinrico* reſignavit. Deinde *Heinricus*, rogatu noſtro ius inveſtiture, quod ipſe ſuper eadem eccleſia a nobis feodali iure tenebat, nobis reſignavit. Poſtmodum eandem eccleſiam ad nos libere & ac legitime ſic translatam, de conſenſu Archidiaconi Conradi, Sce *Marie* ad gradus in *Maguntia* tunc Prepoſiti, prefato Cenobio contulimus, perpetuo poſſidendam: Eo libertatis tenore, ut, quia ipſa Prepoſitura de manu Archiepiſcopi confertur, Archidiaconus nullum ius Synodale in eadem habeat eccleſia; ſed tantum ille, quem in officio Prepoſiti, cenobio *Conradisdorff* contigerit preſidere.

Sciendum quoque, quod nos Decimas omnium illorum novalium, que infra terminos iam dicte Parrochie fuerunt, excolenda eidem Cenobio contulimus; Et ſi qua Novalia *Fratres ibidem Domino ſervientes*, * propriis manibus vel ſumptibus laboraverint, nullas inde decimas perſolvent; Et de nutrimentis animalium ſuorum nulli unquam huiusmodi decimas perſolvent.

* *Obſerves tamen velim, quod non adeo diu incoluerint hunc locum* Fratres.

Quan-

Quandoquidem ſub medium ſeculi poſteri Sorores *eum inhabitaſſe, exploratum eſt. Vid.* SCHANNAT Dioec. Fuld. *p. 81. Vbi Sanctimonialium in* Conradsdorf *Magiſtra occurrit quedam,* Duldecha *vocata. Nec proprie deſinire licet modum, vel tempus, quo deſierint. Rectricem ultimam fuiſſe tradunt* HELENAM de Trohe, *nuptam Viro,* Ioanni Philippo *de* Buſeck, *an. 1581. Ex quo colligere intelligenti iam datur* ſatis. *Situs autem erat Parthenon iſte in* Wetteravia, *prope* Ortenburgum *&* Gelhuſam, *dominii* Iſenburgio-*Budingenſis.*

Inſuper ſciendum, quod HARTMANNVS de *Budingen*, quam diu vixerit, eiusdem Cenobii Advocaciam habebit; Poſt obitum vero ſuum, quicunque in Genere ſuo proximus heres eius fuerit, Advocatus erit, ſine feodo tamen Advocacie, & ſine omni utilitate; tantum ad Defenſionem loci eiusdem, & Protectionem deſtinandus. Et ſi forte Advocatus Cenobium in aliquo gravare attemptaverit, Advocacia ad Dominum tranſeat Archiepiſcopum, qui tunc Maguntine preſidebit Eccleſie; nec licebit Dno Archiepiſcopo eam alicui infeodare, vel Prepoſituram ab Eccleſia Maguntina aliquo modo alienare.

Hec omnia, in preſentia & ſub teſtimonio Eccleſie noſtre, eo modo quo iam diximus, ordinata ſunt a nobis, in generali Synodo Maguntina preſidentibus.

Si qua igitur in futurum, Eccleſiaſtica vel Secularis perſona hanc noſtre Conſtitutionis paginam infringere attemptaverit, niſi ſecundo & tercio commonita reſipuerit, & digne ſatisfecerit, auctoritate DEI omnipotentis, & Apoſtolorum eius *Petri* & *Pauli*, Apoſtolice Sedis, bti *Martini* & Noſtra, Anathemati ſubiaceat; & *cum Dathan & Abyron, quos terra vivos abſorbuit, accipiat portionem.* Teſtes ſunt:

ARNOLDVS maior Prepoſitus.
BVRCKARDVS Prepoſitus *S. Petri.*
WERNHERVS Prepoſ. *S. Stephani.*
WORTWINVS Prepoſ. *S. Victoris.*
CONRADVS Prepoſ. *S. Marie* ad gradus.
HEINRICVS maior Decanus.
RVCKERVS Cuſtos. PETRVS Scolaſticus. GOTFRIDVS Cantor.

Maio-

Digitized by Google

Maioris Eccleſie Canonici.

HEINRICVS & FRIDERICVS. RVTARDVS.* CONRADVS. SIFRIDVS. CONRADVS Archipresbiter. SIMON Cellerarius. GERBODO. HEINRICVS.

* de Greiffenclau.

BERTOLDVS Decanus *S. Petri.*

THEODERICVS Cantor.

RICHART Decanus *S. Stephani.*

WERNHERVS Scolaſticus.

WALTHERVS Cantor.

AMILIVS Decanus *S. Victoris.*

HEINRICVS Scolaſticus.

EMBRICO Decanus *S. Marie* in campis.

ARNVAL Decanus *S. Marie* ad gradus.

GISILBERTVS Scolaſticus.

GISILBERTVS Cantor.

HEINRICVS Abbas *S. Albani.*

HEZECHINVS Abbas *S. Iacobi.*

GODEFRIDVS Abbas de *Blidenſtat.*

GEBEHARDVS Abbas *S. Diſibodi.*

BENEDICTꝰ Abbas de *monte S. Iohannis.*

LAICI

GERLACVS Comes *de Veldenzin.*

EMERCHO *Comes Irſutus.*

BERTOLDVS Comes *de Nidee.*

WERNHERVS Comes *de Widechinſtein.*

HARDRADVS de *Merenberg.*

Reinhardvs de *Dorveld.*
Heinricvs de *Hagenowa.*
Cvno de *Minzenberg.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXCI. Indictione VIIII.

✿ ✿ ✿

EIVSDEM Tabulæ,
Quibus omnia Monaſterii Retters *iura & bona confirmat.*
An. 1191.

[*p. 1012 in Addit.* v. Similiter] Atenim cauſam, cur eis non tribuatur locus hic, indicatam reperies p. 178. ad n. LXV.

✿ ✿ ✿

CXII
EIVSDEM.

De Prædio Eccleſiæ Coll. S. Ioannis *Moguntiæ in* Mittelaha, *ab Actione Villici* Heroldi, *per Sententiam emancipato &c.*
An. 1191.

[*Ex acceſſ. poſteris.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autographo. Conradvs Dei gratia Sabinenſis Epiſcopus, Sancte Magontine Sedis Archiepiſcopus, & Apoſtolice Sedis Legatus. Exigente noſtre commiſſionis officio, ad Eccleſiarum, eccleſiaſticarumque perſonarum neceſſitates ſublevandas; melio-

Digitized by Google

meliorationes, bonasque commutationes confirmandas, manus pie ſollicitudinis tenemur extendere.

Singulis itaque & univerſis fidelibus notum eſſe volumus; quatenus Curia, Predium & Villicatio, in villa *Mittilaba*, que ſunt Ecclesie *Sci* IOHANNIS in *Magontia*, fuerint ab actione HEROLDI, tunc Villici eorum, per Sententiam emancipata.

Proponente coram Nobis HEROLDO, contra Dilectum noſtrum RVTGERVM, Prepoſitum Sci *Iohannis*, & contra ipſius Conventum, litterasque in medium producente, continentes; quod ipſe *Heroldus*, uxor ſua, & filius ſuus dictam Curiam pro cenſu octo Solidorum: Predium cum villicatione pro certo cenſu, de manu RVDOLFI, *Imperialis Aule Protonotarii*, & Sci *Iohannis* Prepoſiti iure hereditatis quondam acceperit, preſentibus & conſentientibus quibusdam de Conventu Fratribus, videlicet VLRICO Decano, AMILRICO Scolaſtico, HENNONE & SYBODONE; Iidem Fratres in Iudicio negabant, ſe huic interfuiſſe conceſſioni. Dumque *Heroldus* inſtaret, conquerendo, quod ab hac curia & villicatione eiectus eſſet, & hereditas ſua data eſſet EKIHARDO de *Bleichenbach;* Prepoſitus cum Conventu in ſententia obtinuit, quod Prepoſito RVDOLFO, absque conſenſu noſtro, & ſine beneplacito totius Conventus ſui non licuiſſet, *Heroldo*, vel alicui, bona Eccleſie, iure hereditario vel beneficii titulo preſtitiſſe.

Preterea probaverunt, quod dictus HEROLDVS, eorum temporibus debitos Redditus certis terminis numquam perſolviſſet; cum tamen prememorate ipſius littere hoc continerent; ſi quid de ſtatutis in eis obmitteret, Ipſe ius ſibi in eisdem bonis conceſſum ſine contradictione perdidiſſet; ſi vero in perſolvendis redditibus fideles inventi fuiſſent, in morte cuiuslibet Trium prenotatorum, *melius Caput animalis* Eccleſie *S. Iohannis* ſolveretur, & memoria ipſorum, tamquam Fratrum & Sororum ibidem deinceps haberetur.

Talibus ventilatis altercationibus, queſita eſt Sententia pro allegatione utriusque partis: Et HEROLDO, uxorique ſue, atque filio eorum, Hereditas, ſive beneficium in bonis *S. Iohannis* abiudicata fuit; Mandatumque accepit Iudicii, ne deinceps, absque Prepoſiti & Conventus *S. Iohannis* conſenſu, ſepe memorata Bona ſibi uſurparet.

Mediantibus autem quibusdam perſonis, multarum inſtantia precum HEROLDVS poſtea apud Conventum impetravit, quod prenotatus Prepoſitus cum Conventu, eandem Curiam cum Villicatione, & aliis redditibus Curie attinentibus, nomine Cultoris ei conceſſerint, liberatam prius ab EKIHARDO de *Bleichinbach*, ſtudio & precio *Heroldi* & ipſius amicorum. In qua conceſſione talis Exceptio fuit expreſſa, quod *Heroldus* nec beneficio, nec hereditate, nec annorum computatione ſe confiteatur dicta bona poſſidere; Sed quam diu in beneplacito Conventus *S. Iohannis* inveniat, pro conventione quam ſingulis annis fecerint, taxatos proventus, cum exceptione grandinis & publici Exercitus, Eccleſie perſolvat.

Tali ſub forma HEROLDVS, Agricole ſub nomine, bona *S. Iohannis* in *Mittila* ſuſcipiens, Litteras datas a RVDOLFO Prepoſito in quibus fuerat confiſus, in manus RVGGERI Prepoſiti & Conventus voluntarie reſignavit.

Vt autem hec utilis Eccleſie Commutatio, vel litis habite Tranſactio, in noſtro Iudicio Noſtraque & Prelatorum atque Iudicum Eccleſie Magontine a nobis delegatorum preſentia celebrata, ſtabilis & inconvulſa permaneat; conſcribi eam, & auctoritatis noſtre Sigillo fecimus roborari. Nomina perſonarum ſubnotantes que huic facto interfuerunt. Que ſunt hec:

ARNOLDVS maior Prepoſitus.

BVRKARDVS Prepoſ. Sci *Petri*.

WERNHERVS Prepoſ. *S. Stephani*.

HEIN-

Digitized by Google

HEINRICVS maior Decanus.
PETRVS Scolaſticus.
GODEFRIDVS Cantor.

WALTHERVS de *Scharphinſtein.*	Canonici maioris Eccleſie.
FRIDERICVS de *Schoninburg.*	
CVNRADVS Archipresbyter.	
RVTHARDVS *Griffinclawe.*	

HEINRICVS Abbas *S. Albani.*
HEZECHINVS Abbas *S. Iacobi.*

ARLEWANVS. CVNEMANNVS.	Clerici noſtre Curie.
WERNHERVS. HEZECHINVS.	

LAICI

DVDO Camerarius. EMMIRCHO Vicedominus. CVNRADVS *Winzo.* ARNOLDVS *Rufus.* PHILIPPVS. HERMANNVS condam Sculteus, & filii ipſius DIEDO & EMMIRCHO, aliique quam plures tam Clerici quam Laici.

Acta ab incarnatione Dominica Anno MCLXXXXI. Regnante Victorioſiſſimo Imperatore HEINRICO. Data *Magontie* III Nonas Iulii.

Not. *Sigillum eſt orbiculatum, formæ maioris, ceræ ex ætate nigreſcenti impreſſum; filisque ſericeis* pendulum. *Quandoquidem Sigilla, in: & transfixa Chartis ipſis, paulo ante deſierant.*

Inſcriptio:

✝ CHVNRAD9 D̄I GR̄A SABINENSIS EP̄C9 MAGVNTINE SEDIS ARCHIEP̄C.

Ipſe mitratus conſpicitur in faldiſtorio, Pedum dextra, Librum clauſum manu ſiniſtra (extenſa) tenens.

CXIII
WORTWINI,
Prepoſiti Aſchaffenburgenſis.

Quod præſtationi Porcorum, de bonis in Bleichfeld *&* Eislebe *hactenus cedentium, ſurrogata fuerit penſio pecuniaria.*
Sub an. 1191.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

WORTWINVS DEI gratia *Aſchaffinb*.. Eccleſie Prepoſitus. Omnibus tam preſentibus quam futuris ſalutem in perpetuum. Que communis utilitatis cauſa ſtatuuntur, ne ex proceſſu temporis, ſeu Malorum calumpniam poſſint vacillare, litterarum teſtimonio ſolent perhennari.

Inde eſt, quod Ego WORTWINVS, *Aſchaffinb*.. eccleſie Prepoſitus, utilitatis & . . cauſa, Porcos, qui de bonis in *Bleichfeld* & *Eislebe* ſolvebantur, in ſummam Denariorum, cum conſenſu Canonicorum, nec non Manſionariorum predictarum villarum redegi. Devitans querimoniam Fratrum, que de indebitis porcis, & minus acceptabilibus quam Statuum exigeret, ſuſcitabantur. Et quia porci inequales, equaliter partiri non poterant, ſimiliter ex altera parte periculum manſionariorum perpendens, qui, dum ſub iurisiurandi inquiſitione ſuper plenaria reddicione predictorum porcorum commonerentur, frequentiſſime in peiorationem periurii incidere videbantur; huic contentioni finem imponens, Statui, ut deinceps de quolibet manſo unde predicti porci ſolvebantur, ſex Solidos Wirzeburgenſis monete, que tunc melior currit, in feſto bti *Andree* Ap. ſolvantur, & ſic omnis contentio ſopiatur.

Vt

Digitized by Google

Vt autem hoc pactum firmum & inconvulſum de prediĉtis Villis permaneat; Sigilli noſtri & Eccleſie appoſitione, & teſtium ſubſcriptione roboravimus. Teſtes huius rei ſunt

CLERICI

HARTMANNVS Decanus.

GVNDEKARO Scolaſticus.

WERENHERVS Cantor.

BVRCARDVS. NANTERVS.

SYBOLDVS. BVRCARDVS Cuſtos.

HEINRICVS Parrochianus.

HEINRICVS de *Bockesbol.*

IORDANIS. WARMVNDVS.

LAICI

HEROLDVS & YRINGVS, Advocati prediĉtorum bonorum. HEROLD & RAPOLDVS, Villici prediĉtarum villarum. HEINRICVS. HVGO. WORTWINVS. GODEFRIDVS. GEBENO.

CXIV

CXIV
HENRICI VI IMP.
Privilegium, de contrahendo de adinvicem Matrimonio, inter Miniſteriales Imperii, & Moguntinos.
An. 1192.
[*p. 579. princip.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS *Sextus* divina favente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Sagax & provida futurorum antiquitas hec imitationis exempla poſteritati ſue non inconſulte reliquit; ut ea, que digna memorie inter aliquos condicta, contracta, vel indulta fuerint, Cartis & cyrografis commendentur, ut, quociens per ſacros apices ſignata fuerint & recognita, omnis inde queſtio tollatur, omnis poſtmodum altercatio ſopiatur.

Inde eſt, quod Noſtre inſtitucionis Scripto ad noticiam preſentium & futurorum transmittimus, ea, que ad peticionem Dilecti Principis & Conſanguinei noſtri CONRADI, Maguntine Sedis Archiepiſcopi, liberalitatis noſtre gratia indulſimus: Matrimoniorum contractus inter Miniſteriales *Imperii* & Archiepiſcopatus *Maguntini* absque impedimento libere ac licite poſſe fieri, & obſervari: Videlicet, ut ubicunque inter Miniſteriales Imperii & Archiepiſcopatus matrimonium contractum fuerit, liberi quos genuerint, hinc inde equaliter dividantur, & inter liberos Hereditas eorum equa lance diſtribuatur. Item ſi tantum Vnum heredem habuerint, & ille fuerint de conditione Miniſterialium Imperii; ducet uxorem alterius conditionis, de familia ſcilicet Archiepiſcopatus, & e converſo: Et quos heredes genuerint, ſimili modo dividentur, & Imperium & Archiepiſcopatus in equam eorum participationem conſentiant.

Hic

Digitized by Google

Hic itaque conditionis ſtatus, & hec noſtre Celſitudinis inſtitutio ut incommutabiliter obſervetur, preſentem inde Paginam conſcribi, & Maieſtatis noſtre Sigillo iuſſimus inſigniri. Statuentes, & Imperiali qua fungimur auctoritate precipientes, ut contra hoc noſtre inſtitutionis Decretum nulla perſona, alta vel humilis, Eccleſiaſtica vel Secularis, venire preſumat; vel aliquid huic noſtre ordinationi contrarium, auſu temerario attemptare. Huius rei Teſtes ſunt

IOHANNES Archiepiſcopus *Treverenſis.*
HERMANNVS Epiſcopus *Monaſterienſis.*
CONRADVS *Argentinenſis* Epiſcopus.
CONRADVS *Palatinus* Comes *de Reno.*
HEINRICVS Dux *Lovanie.*
ALBERTVS Marchio *Miſſenenſis.*
SIGEHARDVS Abbas *Lauriſſenſis.*
ARNOLDVS Prepoſ. maioris Eccl. *Magunt.*
BVRCHARDVS Prepoſitus *S. Petri.*
HEINRICVS Abbas *Sci Albani.*
THEODERICVS Prepoſ. ſuperioris *Traiecti.*
FRIDERICVS Prepoſ. *S. Thome* in *Argentina.*
HEINRICVS maior Decanus in *Maguntia.*
RVGGERVS Cuſtos.
PETRVS Scolaſticus. GOTFRIDVS Cantor.
THEODERICVS Comes *de Hohſtaden.*
HEINRICVS Comes *de Spanheim.*
HEINRICVS Comes *de Sarbrucken.*
GERLACVS Comes *de Veldenſe*
BERTOLDVS Comes *de Dietſe.*

GOTFRIDVS Comes *de Vebing.*
BERTOLDVS de *Scowenburg.*
HARTMANNVS de *Budingen.*
WERNHERVS de *Ruſſebach.*
GERVNGVS de *Hohenriet.*
CVNO de *Minzenberg.*
HEINRICVS Pincerna *de Lutra.*
SIFRIDVS de *Lapide,*
&filius ſuus WOLFFRAMVS.
DVDO de *Wiſſenowe.*
DVDO de *Birgeſtat.*
DRVSCHARDVS Camerarius *Spirenſis;*
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXCII. Indictione X. Regnante Dno HEINRICO VI°. Romanorum Imperatore Invictiſſimo, anno Regni eius XXII, Imperii vero II°.

Ego CONRADVS Maguntine Sedis Archiepiſcopus, & totius Germanie Cancellarius recognovi.

Data *Wormatie* IIII Kal. Septembris.

Signum Dni HEINRICI *Sexti* Romanorum Imperatoris Invictiſſimi.

CXV

Digitized by Google

CXV
A. Ep. CONRADI
De oblatione variorum bonorum ſuper Reliquias S. Petri Erfordiæ, *per* Erwinum *Com.* de Thunna.
An 1192.

[*p. 579. n. 5.* v. Vormatia.]

Antevertit equidem nos, in huius Diplomatis (uti & illius ſub n.CXIIX.) *publicatione,* SCHANNAT. *Vind.* Coll. 2. n. VII. XII. *Quoniam vero utrumque, tam in corpore quam appendiciis mutilum eſt, ac hiulcum; eapropter improbaturum confido neminem, ſi ipſa reddamus integra, & cum accuratione debita; Præſertim, quod circa materiam, pariter ac formam, ſeſe commendent ultro.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Conradvs Dei gratia Sabinenſis Epiſcopus Moguntine Sedis Archiepiſcopus, in perpetuum. Cum ex divine voluntatis arbitrio inter Eccleſiarum Proviſores locum teneamus; ex commiſſi nobis Regiminis debito, quotiescunque eccleſiarum bona aliquo pietatis intuitu ampliare reſpexerimus, quoad opus eſt promovere tenemur; et, ne impoſterum aliquo importunitatis ingenio divellantur, omnem noſtre proviſionis diligentiam adhibere debemus.

Quapropter notum fieri volumus tam futuri quam preſentis evi Xpi fidelibus, quod Comes Erwinvs de *Thunna*, Vxore & liberis eius animo concordi mera & libera voluntate aſſenſum preſtantibus, XVIII manſos cum eorum appendiciis, quorum ſex ſunt in territorio Ville illius, que *Tuteleibin* dicitur, reliqui vero XII in *Walesleybin*, ſpecialiter & exemptos ab omnibus poſſeſſionibus ſuis, duobus libere conditionis Viris tradidit, Barthoni & eius fratri Volrado de *Elkesleybin*, multis coram adſtantibus; Eis, ipſorumque fidei committens in hunc modum, ut iuxta eius arbitrium &

Tuttleben

Elkleben

 man-

mandatum, ſimul cum ipſo, alicui Eccleſie, quam eis denominaret, ob remedium anime ipſius conferrent.

Procedente tempore predicti Comitis ERWINI uxor, beate recordationis mulier, viam univerſe carnis ingreſſa eſt; unde merito ipſius anime conſulere volens, ſex manſos in *Tuteleybin* de predictis XVIII, cum *Barthone* & eius fratre *Volrado*, Cenobio *S. Petri* in *Erphordia* in perpetuam tradidit proprietatem, Corpusque eius uxoris ibidem tumulari petivit. Elapſo autem aliquanto tempore idem Comes, divino afflatus ſpiritu, reliquos manſos XII in *Walesleybin* cum omnibus ſuis appendiciis, ſive in vineis ſive in pratis, in hortis, ſive etiam in ſalictis conſiſtant; iterum cum ipſo donationem facientibus *Barthone* & *Volrado*, Nobis, & multis honeſtis Viris preſentibus, & ſuis heredibus aſſenſum preſtantibus, ſuper Reliquias Eccleſie *bti* PETRI in magna obtulit devotione.

Ne ergo alicui, ſuper huius rationabilis facti tenore aliquod impoſterum generetur dubium, ipſam collationen predicte Eccleſie *S. Petri* factam, ſub anathematis interpoſitione, & noſtri Sigilli impreſſione confirmamus.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXCII. Indictione X. Domno CELESTINO Apoſtolice Sedi preſidente, HEINRICO VI.Glorioſiſſimo Romanorum Imperatore Imperium gubernante; & anno noſtre Electionis in Archiepiſcopatum ſancte Moguntine Eccleſie XXXII, Exilii noſtri XXVIII, Reverſionis vero ab exilio, VIIII. His preſentibus Teſtibus:

BVRCHARDO Prep. S. *Petri* in *Maguntia*.
BERWIGO Prepoſito Sci *Severi*.

Canonicis S. Marie

LVTHERO Decano. LVDEWICO.
GISELBERTO. GERLACHO. HENRICO.

Ipſo

Ipſo etiam Comite ERWINO * Advocato eiusdem Ecclesie, cum duobus filiis ſuis, Comite LAMPERTO & Comite ERNESTO; Duobus etiam Generis ipſius, BOPPONE de *Waſungen*, ** & Comite DIETHERICO de *Bercka*. †

* *familia* de Gleichen.
** *gente* Hennebergius.
† *ortu* Comes de Linderbeche.

LIBERIS

BARTHONE, & fratre eius VOLRADO.
CONRADO de *Tutelſtete*.

MINISTERIALIBVS

EMBRICHONE Vicedomino de *Maguntia*.
BERTHOLDO Vicedomino in *Erphordia*,
& fratribus eius DIETHERICO Camerario, DIETHERICO Pincerna, & tertio DIETHERICO, [de Appolde.]
DIETHERICO de *Blankenberg*,
& fratribus eius GVNTHERO & *Sigeboldo*.
DIETHERICO de *Buſeleybin*.
WERNHERO de *Porta*. HERMANNO.
Item HERMANNO. HEINRICO Sculteto.
HEINRICO Subadvocato. SAXONE. WERNHERO.
HARTVNGO & SIGEBOLDO fratribus.
Item HARTVNGO & SIGEBOLDO Burgenſibus.
EBERNANDO. ADELBERTO. WALTHERO.
BERTOCHO. FRVTONE. CRISTIANO.
BERCHTOLDO HARTVNGO WERNHERO,
& aliis quam pluribus in *Erphordia* Civibus.

Datum *Erphordie* III Idus Novembris. In die Sčti Martini.

CXVI
EIVSDEM,

Confirmatio compoſitionis inter Capitulum ASCHAFFENB. *&* BERTOLDVM *de* RVPRECHTSHAVSEN, *ſuper Bonis in* BLEICHFELD: *Itemq; inter d. Capitulum & Milites* de BRENDEN, *pro bonis Parochiæ* BRENDENSIS.

An. 1193.

[Ex acceſſ. noviſſ.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

CONRADVS DEI gratia Sabinenſis Epiſcopus Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Noverint omnes XPI fideles tam preſentes quam poſt futuri, quod WORTWINVS, *Aſcaſſinburgenſis* Eccleſie Prepoſitus, ad bonum pacis & utilitatis iam dicte eccleſie Litem quandam & diuturnam controverſiam, que fuerat inter Confratres ſuos, *Aſcaffinb.* Eccleſie Canonicos, & BERTOLDVM in *Ruprechtesbuſen* pro quibusdam bonis in *Bleichfeld*, iam dicte eccleſie attinentibus, ex unanimi conſilio Fratrum ſuorum ſub tenore ſubſcripte cautele terminavit.

Prefatus BERTOLDVS, eadem bona *Aſcaſſinburgenſi* Eccleſie recognovit, & ea de manu ſupradicti Prepoſiti, vice & loco Fratrum recepit. Ea videlicet interpoſita condicione, ut ſingulis annis ipſe, dum vixerit, & poſt eum eius poſteritas, XIIII Vncias *Wirzeburgenſis* monete de VII porcis in *Bleichfeld*, Fratribus vel eorum certis Nunciis perſolvat, & pro hoc cenſuali redditu eadem bona cum omnibus ſuis heredibus in pace & quiete obtineat. Si vero canonem pretaxate penſionis, BERTOLDVS aut heredes ſui infra XL dies poſt feſtum Epiphanie ſolvere neglexerint, Eccleſia *Aſcaſſinburgenſis* eadem bona ad uſus ſuos ſibi libere vendicabit. De reſiduo autem

Digitized by Google

tem proventu, videlicet XX & VII maldris annone, & maldro & dimidio caſeorum, qui in prefatis bonis ſupra XIIII uncias excreſcit; ita per arbitrarium conſilium, interpoſitione fidei hinc inde firmatum, Arbitri ordinaverunt, quod BERTOLDVS & ſucceſſores eius, a WORTWINO *Aſcaffinb.*. Ecclefie Prepoſito iure feodali ſunt inbeneficiati.

Ceterum idem Prepoſitus alii Litigio, quod inter Confratres ſuos & quoſdam Milites *de Brenden,* videlicet FOLCKNANDVM, ARNOLDVM, GVNTRAMVM, pro quibusdam Bonis, Parrochie in *Brenden* & *Aſcaffinb.* eccleſie attinentibus, vertebatur, de conſenſu Fratrum ſuorum hoc modo finem impoſuit: Iam dicti Milites, *Volcnandus*, *Arnoldus*, *Guntramus* duas Decimas, unam in *Wachterswinkele*, & alteram in *Vsleibe*, de manu HARTMANNI Decani *Aſcaffinb.*. vice & loco Fratrum receperunt; Ea interpoſita conditione, quod ſingulis annis Canonem quendam XXX Solidorum *Wirzeb.* monete in feſto bti *Martini Aſcaffinb.*. Eccleſie exinde perſolvant; ſi vero iam dicti Milites, aut heredes eorum, Canonem pretaxate penſionis a die bti *Martini* uſque ad feſtum *Epiphanie* ſolvere neglexerint, Eccleſia *Aſcaffinb.*. prefatas Decimas ad uſus ſuos ſibi libere vendicabit.

Notandum preterea, quod iam dicti Milites, iuſta & antiqua beneficia de manu WORTWINI *Aſcaff.*. Prepoſiti, iure feodali receperunt; ſub eo tenore compromiſſionis, quod Parrochiam in *Brenden* per iniuſtas & novellas invaſiones de cetero non moleſtent.

Vt igitur pretaxata forma compoſitionum rata & inviolabilis permaneat, hanc Cartulam Sigilli noſtri impreſſione communivimus; appenſis hinc inde Sigillis, WORTWINI Prepoſiti & Capituli *Aſcaffinburgenſis.*

In facto BERTOLDI de *Rupprechteshuſen* teſtes ſunt:

CLE-

CLERICI

Godefridvs maior Prepoſitus in *Wirzeburg.*

Godefrid9 Decanus. Godefrid9 Cantor.

Theodericvs Prepoſitus de *Onoldesbach.*

Heinricvs de *Nuwenburg.*

Conradvs de *Froburg.*

Eberhardvs de *Marmore.*

Arno Decanus *Novi Monaſterii.*

Conradvs Scolaſtic9. Eberhardvs Cantor.

LAICI

Heinricvs de *Rabensburg.* Eckehardvs Sculte-tus. Livtoldvs Scultetus. Nydvngvs. Heroldvs *Parvus.* Helwicvs *Albus.* Heinricvs filius ſuus, Camerarius. Arnoldvs de *Mogo.*

In facto Militum *de Brenden* teſtes ſunt:

CLERICI

Godefridvs maior Prepoſ. in *Wirzeburg.*

Godefridvs Decanus. Godefrid9 Cantor.

Conradvs de *Froburg,* & alii quam plures.

LAICI

Heinricvs de *Benzfeld,* & Frideric9 fr. eius.

Heinricvs de *Rabensburg.*

Adelhvnvs Pincerna Wirzeburgenſis Epiſcopi,

Otto *Advocatus* de *Salzberg.*

Ecke-

Digitized by Google

Eckehardvs *Hundelin.*
Heinricvs Marſcalcus.
Heroldvs Camerarius de foro.
Gvntherus de *Burcardesrode,*
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXCIII. Imperante Heinrico Glorioſiſſimo Romanorum Impetore.

CXVII
EIVSDEM.

De inutilibus Canonicorum Aschaffenb. *expenſis, pro* Introitu *fieri ſolitis, abrogatis; iisque deinceps applicandis pro Cappis purpureis.* *An.* 1193.

[*p. 579. n. 9.* v. Tandem]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Conradvs Dei gratia Sabinenſis Epiſcopus Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Ex paſtorali ſollicitudine officii nobis a Deo commiſſi iuſta petencium deſideriis ammonemur facilem prebere conſenſum, & vota Subditorum noſtrorum, que a rationis & Karitatis tramite non diſcordant, pio paternitatis affectu proſequente liberaliter complere.

Proinde noverint omnes Xpi fideles tam preſentes quam futuri, quod Dilecti in Xpo filii noſtri, *Aſchaffinburgenſis* ecclesie Canonici, tenuitatem ſuam in eccleſiaſticis ornamentis, videlicet in Cappis purpureis, & in aliis indumentis, que ad decorem domus Dei, & uſum divini pertinent obſequii, pie ſollicitudinis induſtria conſiderantes; perhoneſtum & laudabile Statutum, ſibi & Eccleſie ſue conſuluerunt.

Siquidem voluntarie & unamiter predicti Confratres inter ſe ſtatuerunt, quod inutiles expenſas, quas quilibet Canonicus pro *Introitu* ſuo ſecundum antiquam conſuetudinem in Nataliciis diebus *in feſto Innocentum* expendere conſueverat, in meliores uſus de cetero redigat, ac exinde ad honorem DEI & *bti* PETRI, Cappam purpuream eccleſie conferat, in eſtimatione Marce & dimidie.

Huic ergo laudabili & honeſto Statuto, gratuito occurrentes aſſenſu, in argumentum approbationis & confirmationis preſentem Paginam Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Auctoritate DEI omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, bti *Martini*, & Pape CELESTINI & Noſtra, precipientes, ne aliquis huius pagine ſtatuta violare preſumat. Teſtes huius veritatis ſunt

GOTEFRIDVS maior Prepoſitus in *Wirzeburg.*

ERWINVS Prepoſitus *S. Severi* in *Erfordia.*

IOHANNES *Frizlarienſis* Prepoſitus.

ARLEWANVS Decanus *S. Marie* ad gradus in *Maguntia.*

HARTMANNVS *Aſchaffinburgenſis* Eccl. Decanus.

MATHEVS Scolaſticus. WERNHERVS Cantor.

HEINRICVS Parrochianus.

HEINRICVS Camerarius. BVRCHARDVS Cuſtos, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXCIII. Indictione XI. Imperante HEINRICO Glorioſiſſimo Romanorum Imperatore.

* * *

Quoniam Diplomatis obiectum conſtituunt Cappæ purpureæ; *ſic hacce opportunitate non potui mihi temperare, quin (ſecun-*

(ſecundum ea quæ nuper conſpexi coram) B. L. denuntiem, quod Veſtiarium huius Collegialis eccleſiæ ſacrum, id genus Cappis, Caſulis &c. *boloſericis, aurifrigiatis abundet, in omni genere, admodum pretioſis. Has inter eminet illa, cum caſula & Dalmaticis, coloris cærulei,* [*ſimul iuncta* capellam *vocant*] *exhibentia Scutum gentilitium* Moguntino Erpachianum; * *in ipſius areolis unionibus & granulis corallinis, iuxta Heraldicam ſumma arte diſtinctum.*

* ab A. Epiſc. Theoderico.

Aſt quid dicam de Coelo portatili! *Compoſitum illud eſt ex boloſerico purpureo, filis aureis ſusque deque intextis; conſpicuis h. i. figuris (Angelis) robuſtis, acu pictis. Omnia opere cælato.* [*perquam elevato.*] *Breviter: auri, ac oculos paſcentium rerum vera congeries. Opus profecto tam plane ſumptuoſum, ac pretioſum, ut omnes reddat attonitos. Liberali munificentiæ Principis Electoris* Anselmi Francisci *debetur iſtud.*

CXVIII
EIVSDEM.
Privilegium utendi Mitra, datum Abbati Petrensi *Erfordiæ.*
An. 1193.

[*p.* 579. *n.* 7. v. Poſt ſuos]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Conradus Dei gratia Sabinenſis Epiſcopus Moguntine Sedis Archiepiſcopus in perpetuum. Eam noſtre ſollicitudinis curam ſummo peroptamus affectu fore vigilantiſſimam, ut Eccleſiarum quibus preſidemus per nos creſcat utilitas, & honor amplietur; ut impoſterum ex certis rerum indiciis quibus ipſas decoravimus, merito gaudere valeant.

Qua de cauſa omnibus qui hanc perſpexerint Paginam notum fieri volumus, quod, poſtquam ex tali Dei ordinatione,

Digitized by Google

ne, a noſtri Exilii iactura ad noſtri Archiepiſcopatus & ad noſtre Legationis plenitudinem qua fungimur, ſpecialiter a Sede Romana nobis conceſſa, fuiſſemus reverſi; Eccleſiam *Sci* PETRI in *Erphordia* in bono & optato invenimus ſtatu: Vnde ad commune Fratrum accedentes Capitulum, ipſorum, quemadmodum fieri ſolet, devotiſſime recepimus Fraternitatem & cottidianum munus orationum. Inſuper Nobis, & omnibus noſtris Succeſſoribus, penes eandem in perpetuum obtinuimus Eccleſiam, ut poſt obitum noſtrum, ſicut uni Fratrum qui deceſſerit, & ſinguli & univerſi pro nobis Miſſas & Vigilias decantent; Orationum ſuarum munera, & elemoſinarum opera, equanimiter ipſis, penes DEVM nobis impertiantur; et ut in omnibus bonis operibus ſuis, in perpetuum ibidem noſtri habeatur memoria.

Huius itaque intuitu rationis, merito aciem noſtre conſiderationis ad hoc tenebamur extendere, & conſcientiam conſulere, qualiter nos predictam Eccleſiam aliqua, qua ante caruit, prerogativa in Nominis noſtri memoriam faceremus gloriari.

Vnde predicti Cenobii Abbati, videlicet DIETMARO, Viro probate fame & opinionis, quem meritis ſuis exigentibus ſingulari paternitatis affectu tenebamur amplecti; ex auctoritate Domni Apoſtolici, cuius Legatione fungimur, indulſimus, ut in precipuis Sollempnitatibus, in Divinis officiis; & Dni Imperatoris, & Epiſcoporum, & aliarum magnarum Perſonarum receptionibus, Inſulatus procedat. Idem omnibus eius Succeſſoribus, perpetualiter ipſis inconvulſum permanſurum, ſub anathematis interpoſitione confirmantes.

Monemus igitur attentius, & conſulimus in Domino omnium noſtrorum Succeſſorum honeſtati, quatinus predictam Eccleſiam & eius Conventum, cuius orationum ex noſtra adhibita ſollicitudine & bonorum operum ſunt participes, manutenere velint; et, quibus poſſint modis, Ipſis, divine pietatis intuitu benevoli & favorabiles eſſe non denegent.

Dignum

Digitized by Google

Dignum itaque duximus, hoc factum noſtrum rationabile ſcripto commendare, & ſupradicte Eccleſie, conceſſum a nobis tale Privilegium Sigilli noſtri impreſſione confirmare. Huius rei Teſtes ſunt

BVRCKARDVS Prep. *S. Petri* in *Moguntia.*

BERNHARDVS Abbas de Cella Dive *Pauline.*

CONRADVS Abbas de *Oldesleyben.*

WIDEKINT Abbas de *Valle* S. *Georgii.*

MAVRICIVS Abbas *Scotorum.*

BERWIGVS Prep. *S. Severi* in *Erphordia.*

RVDOLFVS * Prep. *S. Petri* in *Goslaria.*

LVTHERVS Decanus *S. Marie* in *Erphordia.*

IONATHAS Scolaſticus. CRISTIANVS Cantor & Sacriſta, cum omnibus reliquis Canonicis eiusdem Eccleſie.

* *ortu Com.* de Zigenhain.

CAPELLANI CVRIE

ARLAWANVS Decanꝰ *S. Marie* in *Mog*ᵃ.

CVNEMANNVS. MARCWARDVS.

NOTARII CVRIE

LVDOLFVS. HERMANNVS. HAZECHINVS.

Preterea

Comes LAMPERTVS Advocatus eiusdem Eccleſie, cum fratre ſuo Comite ERNESTO. DIETHERICVS Comes *de Bercka.* LVDEVICVS Comes *de Lare,* cum aliis pluribus Liberis

Digitized by Google

MINISTERIALES

BERTHOLDVS Vicedominus in *Erphordia*, cum fratribus ſuis DIETHERICO Pincerna, & DIETHERICO Camerario, & tertio DIETHERICO.

HELEWIGVS Marſcalcus *de Ruſteberc*. STRIGER Dapifer, cum reliquis Officiatis Curie.

BERINGER de *Meldingen*, cum fratre ſuo LVDEVICO. DIETHERICVS de *Blanckenberc* cum fratribus ſuis GVNTHERO & SIGEBOLDO.

WERNHERVS de *Porta*. HERMANNVS.

Item HERMANNVS. HEINRICVS Scultetus.

HEINRICVS Subadvocatus. SAXO. WERNHER9.

HARTVNGVS & SIGEBOLDVS fratres.

HARTVNGVS; cum aliis pluribus.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MC *Nonageſimo tertio*. Indictione XI. Domno CELESTINO Apoſtolice Sedi preſidente, HEINRICO *Sexto* Glorioſiſſimo Romanorum Imperatore Imperium gubernante, & anno noſtre Electionis in Archiepiſcopum Sce Moguntine Eccleſie XXIIII.

CXIX
EIVSDEM,
Traditio Decimarum in WISMERBACH.
An. 1193.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autographo.

CVONRADVS DEI gratia Sabinenſis Epiſcopus, Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Vniverſis ad quos preſens ſcriptura pervenerit, eternam in Domino ſalutem.

Ne

Digitized by Google

Ne res geſta, inſigenda memorie poſterorum, verſutiis malignantium poſſit occultari, ſcripture adinventa eſt inſignis auctoritas; qua, & geſtorum ſeries in futuro copioſius eluceſcat, & prorſus adimatur facultas nocendi.

Hac igitur racione inducti ad noticiam tam futurorum quam preſentium volumus pervenire, quod nos divine remunerationis intuitu, & pro remedio anime noſtre, interventu etiam Dilecti noſtri SIGEFRIDI, Comitis *de Mürle*, Decimam novalium in *Wiſmerbach*, * adtinentium Cenobio de *Sceffeburch*, ad eſtimacionem XV manſorum, memorato Clauſtro ad Suſtentacionem ibidem degentium contulimus.

* *Villa, in diſtrictu Gieſenſi.*

Vt autem hoc factum noſtrum ratum & inconvulſum perſeveret, Sigilli noſtri munimine ipſum duximus firmandum.

Actum eſt hoc Anno Dominice incarnationis MC *Nonageſimo tercio.* Indictione XI, XII Kal. Auguſti. RVDOLFO de *Cigenaben* * Prepoſito *Sci* PETRI *Goslarie*, GERWICO Prepoſito *S. Severi* in *Erphordia*, ARNVALO Decano *S. Marie* ad gradus in *Maguntia*, SIGEFRIDO Comite *de Mürle*, LAMBERTHO Comite in *Erphordia*, GOZMARO Comite *de Richenbach*, ALBERTHO de *Queppern;* & multis aliis preſentibus.

* Ziegenhain.

Datum in *Geilenhuſen* in die Sce Praxedis.

Digitized by Google

CXX
EIVSDEM.

De ſublato Certamine inter Archipresbyterum CONRADVM *& M.* RVDOLFVM, *ſuper eccleſia* Olmene. *Item, Præpoſitura Maioris vacante, quatenus Archiepiſcopus ordinare queat de vacantibus Officiis.*

An. 1194.

[Ex novis acceſſ.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

CONRADVS DEI gratia Sce Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sabinenſis Epiſcopus, Apoſtolice Sedis Legatus. Ex regiminis officio a DEO nobis collati Eccleſie Moguntine curam gerentes, & poſt multa noſtri laboris certamina divina cooperante clementia Confratrum noſtrorum Eccleſie noſtre, ac precipue circa Nos ipſorum ſtudio exhibite devotionis non inmemores; habita cum ipſis & cum eccleſie Prelatis provida deliberatione, ſtipendiorum ipſorum tenuitatem conſiderando, divine retributionis intuitu eorum neceſſitati ſubvenire dignum duximus.

Noverit igitur tam preſentis quam futuri evi poſteritas; quod poſt mortem EBERHARDI Cellerarii, eccleſia de *Olmena* duobus eſt collata, uni poſt unum; Qui ſatis de ipſa contendentes, Archipresbiter ſcilicet CONRADVS, & Magiſter RVDOLFVS, deliberato conſilio ſponte & abſolute, in manu Prepoſiti a quo receperant, reſignaverunt. Ipſe vero Prepoſitus, in teſtimonio Eccleſie, inſtitutionem & ordinationem prefate eccleſie in noſtras tradidit manus.

Nos itaque, habito conſenſu noſtre Eccleſie & Prelatorum noſtrorum, pro remedio anime noſtre, in augmentum ſtipendiorum Fratrum, ipſis contulimus fratribus; videlicet ut

Digitized by Google

ut Fratres ibi Clericum idoneum, neceſſariis ſibi prebitis, procurent, & quod ſupereſſet, Ipſi recuperent.

Procedente vero tempore, eodem Prepoſito viam univerſe carnis ingreſſo, * cum ipſa Prepoſitura in noſtra eſſet manu, quodam etiam Officiato, qui Granarium ſervabat, defuncto; Idem noſtri Confratres ad nos pertulerunt, quod ipſius officii locatio eis eſſet nimis dampnoſa, eo quod ille Officiatus, preter prebendam quam habebat officialem, de unaquaque annone menſura reciperet XVI partem.

* *Eſt is* Arnoldus, *qui ultima vice recurrebat an. 1192. † anno praeſ. 1194.*

Volentes itaque iſta in poſterum precavere, ſolita benignitate Fratribus ſubveniendo, in generali tam Clericorum quam Laicorum Sententia queſivimus, ſi vacante nobis Prepoſitura, poſſemus ordinare de vacantibus Officiis. Et cum data eſſet ſententia quod poſſemus; ut de cetero Fratres cum augmento meliorem habeant panem, ipſam XVI partem maldri, que menſura vocatur *Chunf*, ut Dominorum panis de plena fiat menſura, in perpetuum eis conceſſimus. Statuentes, ut Officialis prebenda ad officium Granarii ſpectet, ipſius officii amminiſtratione & locatione Prepoſito reſervata.

Vt autem hec omnia rata & inconvulſa, & omni vigore ſtabilita permaneant, ſub anathematis interminatione ne quis contraveniat precipientes, noſtri Sigilli impreſſione huius facti paginam fecimus inſigniri. Huius rei teſtes ſunt

Heinricvs Abbas Sci *Albani.*
Hezekinvs Abbas *S. Iacobi.*
Heinricvs Prepoſitus *S. Mauricii.*
Theodericvs Cantor *S. Petri.*
Heinricvs Decanus *S. Stephani.*
Wernhervs Scolaſticus.

* Amilius.

AVXILIVS * Decanus. *S. Victoris.*
MICHAHEL Scolaſticus. VLRICVS Cantor.
EMBRICO Decanus bte *Marie* in campis.
GISELBERTVS Cantor bti *Marie* ad gradus.
HEINRICVS Decanus *S. Mauricii.*
DYMARVS Decanus *S. Iohannis.*
CVNRADVS maior Cuſtos *Treverenſis.*
LVPOLDVS maior Prepoſitus *Wormatienſis,*
HERBOLDVS maior Decanus.
EBERHARDVS Cantor.

LAICI

FRIDERICVS de *Kirberch.*
HVC de *Lapide.*
DVDO Camerarius. EMBRICO Vicedominus.
HERMANNVS *Pinguenſis* Advocatus.
HEINRICVS de *Scerſtein.* ARNOLDꝰ *Rufus.*
DITHERVS Scultetus, & frater eius GODEFRIDVS.
HEINRICVS *Hazken* de *Rudensheim.*
CONRADVS de *Litgeſter.*
CONRADVS de *Selhoven,* & frater eius DITHERVS.
DVDO, & frater eiꝰ EMBRICO de *Selhoven.*
HERBORDVS Walpodo. CONRADVS *Scado.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXCIIII. Indictione XII. Pontificatus noſtri anno XXXIIII. Poſt exilii vero noſtri quod pro Romana ſumus paſſi Eccleſia anno XI.

CXXI

Digitized by Google

CXXI

Eiusdem CONRADI I Charta ultima. *Qualiter Canoniæ* ILBENSTADENSI *contulerit eccleſiam in* SÖDEL. *An* 1196.

[ex acceſſ. poſteris.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

CONRADVS DEI gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sabinenſis Epiſcopus, in perpetuum. Quoniam in cure Paſtoralis Specula, ordinatione divina ſumus expoſiti; ſuper Gregem nobis creditum ita tenemur vigilare, ut non tantum ab hys, que videntur oculis preſentis fortune fallentis caſibus, verum etiam ab inopinatis eiusdem importunitatibus debeamus illis providere, qui ſe de gregis noſtri numero eſſe gaudent, & recognoſcunt. *ex Autographo.*

Vnde notum fieri volumus tam futuris quam preſentibus, quod nos ob amorem & reverentiam beate Virginis DEI Genitricis MARIE, & pro noſtrorum remedio peccatorum, nec non Anteceſſorum omnium & Succeſſorum noſtrorum, Eccleſiam in *Sothle*, Monaſterio *Elvenſtat*, quod ſpeciali prerogativa Dilectionis amplexati ſemper fuimus; propter honeſtatem Religionis, & gratiam Hoſpitalitatis, quarum fama claruerat, libere contulimus. Firmiter ſtatuentes, ut de univerſis Decimis in ſummam collectis, Fratribus & Sororibus in iam dicto monaſterio Patri miſericordiarum IHV XPO eiusque pie Matri iugiter famulantibus, duo Servitia, unum in *Aſſumptione*, & reliqum in *Annuntiatione*, iam dicte Matris & Virginis, per ſollicitudinem & curam Prepoſiti preparentur. De Dote vero Eccleſie prenominate, & Oblationibus cottidianis, Sacerdos vivat, quem ibidem Prepoſitus ſui Capituli

tuli conſilio inſtituet, ad procurandum populum in Spiritualibus.

* *Habent Sorores Coenobium proprium, quod* Ilbenſtadt inferius (Nieder-Ilbenſtadt) *vocatur: a* Dominorum *illo, ſpatio quadrantis horæ remotum.*

Ne autem huic pietatis donationi ſive ordinationi, auctor quis temerarius Zelo invidie ductus preſumat derogare; preſentem Paginam illius confirmativam Sigilli noſtri appoſitione precepimus inſigniri, & Teſtium, quorum nomina ſubſcripta ſunt, adhibitione roborari. Omnem hominem qui eidem facto noſtro contraire attemptaverit, auctoritate DEI omnipotentis, beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, Domni CELESTINI Pape, & Noſtri, perpetuo ſubicientes anathemati. Nomina Teſtium:

LVPOLDVS *Wormatienſis* & OTTHO *Spirenſis* } Epiſcopi.
SIFRIDVS S. *Petri* in *Moguntia* Prepoſit.
HENRICVS maior Decanus.
RVCHERVS Cuſtos.
PREPOSITINVS Scolaſticus.
GODEFRIDVS Cantor.
HENRICVS, S. *Albani* & HEZEKINVS S. *Iacobi* } Abbates.
GODEFRIDVS, maioris Eccl. *Wirzeb.* Prepoſitus.
WORTWINVS S. *Victoris* Prepoſitus.
WALRAVENVS Comes *de Naſſowe.*
HENRICVS Comes *de Wegebach.*
WERNERVS de *Bonlant.*

WOL-

Digitized by Google

Wolframmvs *Ringravius*.
Embrico Vicedominus.
Dietheɾvs Sculteɾus in *Moguntia*.
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCXCVI. Indictione XIIII. Domno Celestino Apoſtolice Sedi preſidente, Henrico *Sexto* Romanum Imperium & Regnum Sicilie gubernante; Anno quoque noſtre Electionis in Moguntinum Archiepiſcopatum XXXV°. Exilii XXXIII°. Reverſionis quartodecimo.

● ● ●

Vltimam ſic ergo reddidimus Chartarum Conradi *noſtri; nec nobis ſuppetit ulterior, Ipſo quantumvis, annis adhuc 4 lucis uſura fruente. Cuius defectus cauſa eſt, quod vitæ reliquum fere continue tranſegerit in Regionibus exteris, & a patria remotiſſimis. Anno quippe* 1197 * *Cruce ſignatus, Iter ſacrum ſuſcepit in* Palæſtinam. Godefridvs Monachus *apud* Freher. *T.I. p.362.* „Epiſcopus (ait) Moguntinenſis & Dux Lotharingiæ, & Landgravius, & Palatinus Comes & alii multi Principes „cum quibusdam ſignatis mare tranſeuntes, ſolo ſuo adventu & nomine Paganos terruerunt. *de h. a. vid. Dipl. ipſius T. II. v. 612*

Quomodo iſta occaſione Regem Armeniæ cinxerit diademate, ex Arnoldo Lub. *notat* Ioannis, T. II. p. 580. n. 5.

Germaniam repetiit anno exeunte 1198, *ut diſcordiam ſedaret, quæ naſcebatur ex electione* Ottonis & Philippi. *Fruſtraneo licet conatu. Quocirca moram huic negotio non producens, auſpicio ſecundiori profectus*

eſt in Vngariam, *ad pacandum* EMERICVM *&* BELAM, *de Regno contendentes.*

Impoſitam tandem vero laboribus ſuis morte beata coronidem, Godefridus *ad an. 1200 his exequitur verbis*: „Moguntinus pace reformata inter fratres, (*Reges me-* „*moratos*) regreſſus ad partes Auſtriæ, in territorio Pa- „tavienſi carnis debitum ſolvit. Epiſcopus autem „WOLFERVS prædictæ civitatis iam defunctum * „ſuſcepit, —— & corpus cum magno comitatu Mo- „guntiam devexit.

* 27. Oct.

AD

Digitized by Google

AD CHARTAS
Sæculi IX, X, XI, XII,
SVPPLEMENTA.

Incipiunt
Anno
DCCCLXXXI.

Finiunt
Anno
MCLX.

Candido Lectori.

Supplementum damus Diplomatum, eorum ſcilicet, quorum acceſſio poſtera effecit, ut debitus iiscum ordo, ac ſeries chronologica non potuerit obſervari.

Faverat Annus 1718, *quo mihi, in Archivum Electorale Moguntinum ex clementiſſima* LOTHARII FRANCISCI glor. mem. *aditum nacto, ad primum ſtatim ingreſſum ab illius Præfectis* Repertorium *Chartarum veterum in Armario Rmi Capituli Metropolitani aſſervatarum exhibitum fuerat; unde per otium utiliores, memoriæ uſus futuri cauſa, probe annotaveram. Cum vero in ſolo* Electorali, *larga Meſſis operam meam ac induſtriam rapuiſſet, pluresque in annos ita occupaſſet, ut de* Altero *non fuerimus adeo ſoliciti tum ob tem-*

temporis opportuni inopiam, tum ob expertam, Diplomatibus iſtis potiundi, difficultatem; ac præterea, Deo *ſic diſponente, contigerit, ut, Aurea* Moguntia *a me commutata cum Ferrea* Wezlaria, *altioribus curis & ſtudiis ex officio occupatus, Chartas ex prædicto Repertorio annotatas comparandi, animum deſponderim; ac tandem penitus abiecerim, ex quo nec ulla affulgere videbatur ſpes, Apparatum meum Diplomaticum, ex Moguntino Electorali non modo, ſed & ex multis Eccleſiarum Collegiatarum, iuxta ac Monaſteriorum Archivis labore infinito congeſtum, publicam in lucem deducendi; Quanta cordis amaritudine præfatos, ut credebam, labores, & vigilias meas doluerim, nemo poteſt, niſi prudens, ac Rei litterariæ provehendæ cupidus, æſtimare.*

Renata eſt poſtea hæc amaritudo, &

Digitized by Google

animi dolor recruduit, cum præter omnem exſpectationem optata, in prooemio Operis expoſita, ſeſe poſtliminio præſentaſſet occaſio, mentemque obverſans ſubiiſſet iactura, defectusve, digniſſimorum Illmi Capituli Diplomatum; quorum ſuppreſſio plurimum officeret Orbi erudito; nihil incommodi aut præiudicii pareret uſpiam, gratioſa eorundem communicatio.

Interim dum primæ plagulæ ſub prelo ſudant, ecce Fortunam, obnixa vota noſtra inſperato ſecundantem. Adeſt Mecænas, qui Diplomatum impetrandorum ſpem præſentaneam facit. Scriptoque deſuper ad Competentes, quaſi ſpeciminis loco exhibet illorum a me olim conſignatorum partem. Quoniam vero hæc, in forma nobis exhibita evulgari non poterant: initum fuit conſilium, idque tutisſimum, ut memet ipſum Moguntiam conferrem, manumque huic

ane-

Digitized by Google

*anecdodorum theſauro colligendo apponerem propriam. Et ſane Equo ad decurrendum ſtadium prono ſtimulum addere haud erat opus. Itaque ſepoſitis pauliſper occupationibus ordinariis, excurſionem aggreſſus, & Mecænate noſtro, pro eo quo pollet bene merendi ſtudio, ſtrenue cooperante, Codicum membranaceorum, Vidimata * originalia complectentium, copiam nactus, auxilium & conſilium ex voto feliciter ceſſiſſe, mihi gratulabar.*

* Anno 1391 ſq. opera *Joannis* de *Colnhauſen*, Canonici Moguntini.

Evenit porro, quod reſpirationis gratia m. Aug. anni currentis 1741 *me contulerim* Aſchaffenburgum; *ubi benevola pariter ſors ita favit, ut litterariæ Reverendi illic Capituli antiquitates, inſtituto huic apprime inſervientes, fuerint nobis recluſæ tam quoad extantia adhuc (licet non omnia) primæ claſſis autographa; quam*

maxime vero quoad libros Copiales: Quos inter membranaceus unus præ cæteris ſe commendat, mole quidem parvus, ſed re-apſe inſignis & magnus, quo, ut verum fatear, antiquiorem nullibi repererim. Exaratus eſt ille caracteribus valde minutis, iisque, more Veterum ſolito abbreviatis. Tanto accuratiorem proin requirens oculum arte enodandi peritum, nec non cognitionem Nominum propriorum, Locorum æque ac Perſonarum; quibus deficientibus halucinamur, ceſpitamus, & impingimus quam creberrime. Ratio ſane unica, cur vix, aut ne vix quidem * *id genus annoſæ Chartæ emittantur in Publicum, quæ non ſint corruptæ, depravatæ, male cohærentes* &c; *adeoque non immerito nauſeam & ſtomachum moveant* Exercitatis.

* Quis enim, ſodes, inter Centum, eſt *Ille*, qui deſcribendo, reſeribendo, collationando, oculis lynceis laborem ſuſcipiat *ipſe*? Hæcque omnia ſine ullo ullius adiumento? Secus ego, utpote in iis mihi SOLI fidens. Ecquis iterum folia exhibet Typographo, *tanta* cum accuratione exarata, ut *nihil* divinationi obnoxium ſit Ponentis?

Quo

Quo magis autem de Codicilli noſtri præſtantia quilibet iudicium ferre valeat, adducere iuvabit Exaratoris Prologum; Ea præſertim de cauſa, quod conſcriptionis exprimat annum, qui cæteroquin in libris copialibus antiquioribus rariſſime deſignatus reperitur.

„Incipit Regiſtrum Privilegio„rum Eccleſiæ *Aſcaffinb.*. Magunti„ne diocesis, que ſub veris ac certis „Sigillis non cancellata, non abolita, „nec in aliqua ſui parte viciata, inte„gra & illeſa eadem habet Eccleſia, „& de verbo ad verbum ad hunc li„brum ſunt notata. Hoc autem „Regiſtrum, continens LXXXX pri„vilegia que dicta Aſchaffinb.. eccle„ſia tunc habuit, preter alia que inpo„ſterum acquiſierit & habebit, & huic „Libro ſimiliter apponentur, eſt con„ſcriptum Anno Dominice incarnatio„nis Milleſimo *Ducenteſimo Nonageſimo*

 tercio.

„*tercio.* Regni Dni ADOLFI Roma-
„norum Regis tunc regnantis anno ſe-
„cundo.

Atque iſthæc, ex utriusque Archivi præfatis locis enata & reſuſcitata ſunt, quæ præſentibus hiſce damus, Supplementa. *Quandoquidem Chartæ, quas illac depromp-ſimus* reliquæ, *ut iuſto ſuo inſererentur ordini, tempus ſuppetebat adhuc.*

Laudem proinde & gratiarum actionem, nobis quidem minimam, econtra ſummam, Illmo Capitulo Metrop. Moguntino, nec non Plurimum Reverendis Dominis, Decano, Scholaſtico, *& Canonicis Capitularibus Inſignis Collegiatæ Eccl. Aſchaffenburgenſis, omnes Eruditi debent, harumque rerum amantes, quod ex Vena tam diu obturata, aſt ubertim nunc promanante, habeant, unde ſitim reſtinguere ad ſatietatem poſſint.*

Vlti-

Digitized by Google

*Vltimo monendum reſtat, Chartarum numerum usque ad finem Sæculi XII, quod nunc abſolvimus, efficere CXXI. Cum vero earundem binæ * intercalatæ fuerint, eo ipſo temporis momento quo folium H, numerusque Diplomatum XXVII prelo ſubducebatur; neceſſum erat, iſtis intruſis (utpote numerum XXVII antecedere debentibus) præfigere n. XXV (a) & n. XXVII (a) Ita ut iis computatis, numerus evadat CXXIII. Habito igitur reſpectu Summæ huius totalis, indeque continuando, Chartam Supplementi primam ſignamus n. CXXIV.*

* p. 56. 63. ex acceſſ. noviſſ.

CXXIV
LVDOVICI III R.

Praceptum, quo XIV mancipia Viro cuidam Illuſtri CHRISTIANO, *conceduntur.*

An. 881.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

LVDEWICVS divina favente gratia Rex. Si petitionibus fidelium noſtrorum aures Serenitatis noſtre accomodaverimus, non ſolum Regium morem decenter implemus, verum etiam eos procul dubio fideliores ac devociores in noſtro efficimus ſervicio, & ad eternam vitam feliciter optinendam profuturum liquido credimus.

Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum, preſentium ſcilicet & futurorum ſollercia, qualiter quidam Vir Illuſtris, fideliſque Comes noſter, nomine CRISTIANVS, veniens ad Procerum noſtrorum preſentiam, poſtulavit Serenitatem noſtram, ut quedam Mancipia noſtra propria, quorum nomina ſubter tenentur inſerta, ei in proprium conceſſiſſemus; Cuius peticioni ob amorem & ſervicium ſuum libenti animo aſſenſum prebentes, decrevimus iuxta peticionem Illius fieri.

Dedimus itaque preſcripto fideli Comiti noſtro CRISTIANO hec mancipia noſtra propria, utriuſque Sexus, quorum nomina ſunt *Duoto*, Herinni, *Albiun*, Eggihart, *Otholf*, Adalrat, *Adalwiz*, Luitburc, *Liobila*, Wentelswint, *Sigeburg*, Adalswint, *Luthilda*, *Thancswint;* et ex iure Noſtro in ius & dominium Eius tradimus atque transfundimus: Ea videlicet ratione, ut quicquid ab hodierna die & deinceps, preſcriptus Comes noſter CRISTIANVS de preſcriptis mancipiis facere voluerit; per hoc noſtre auctoritatis Preceptum, plenius in DEI nomine confirmatum, nullo interdicente, ſed perpetuis tem-

temporibus, poteſtatem habeat faciendi, quicquid elegerit, absque alicuius contradictione.

Largitionis noſtre firmitatem manu propria noſtra ſubtus eam firmavimus, & anuli noſtri inpreſſione ſignari iuſſimus.

Signum HLVDEWICI *Sereniſſimi Regis.* C* *Notarius ad vicem* WIGGRAVII *recognovi.* * f. G.

Data VIII Idus Iulii. Anno propitio XXVIII . . . Regni in orientali Francia . . . Indictione XIIII. * Actum *Giſeſtad* in DEI nomine feliciter. Amen.

* *Indictio XIV incidit in ann.* 881.

CXXV
LVDOVICI IV R.

Qualiter hereditatem de ENGELSTAT *contulit in perſona* HATTONIS, *Eccleſie Maguntine.*
An. 908.

LVDEWICVS divina favente clementia Rex. Dignum & iuſtum eſſe cenſemus, ut omnibus fidelibus noſtris oportuna conferamus ſubſidia; precipue tamen his qui pro nobis laborare non deſinunt, quorum conſultu & ſuffragio nequaquam carere poſſumus.

Vnde noverint omnes fideles noſtri, preſentes ſcilicet & futuri; quod Nos, per interventum fidelium noſtrorum, ERCHENBOLDI videlicet Venerabilis Epiſcopi, Comitum vero *Burchardi*, EGENONIS, & YSAAC, in Pago *Padanichowe*, in Comitatu *Egenonis*, in loco *Ingilinſtat* dicto, quicquid

quid adherere ibi proprietatis potuit; & ei per conſtitutionem legalem ac populorum iudicio, quia Regie Maieſtati reſtitit, ablatum eſt; & poſtea predicto *Egenoni* in beneficium conceſſimus; HATTONI Venerabili Archiepiſcopo & Spirituali patri noſtro, totum ex integro perenniter in proprium donavimus: curtilibus, edificiis, familiis, mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, agris, pratis, vinetis, campis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, omnibusque appendiciis & adiacentiis ſuis.

Iuſſimus quoque hoc Preceptum inde conſcribi, per quod volumus, firmiterque iubemus, quatinus memoratus Venerabilis Archiepiſcopus HATTO, ab hodierna die & deinceps, liberam atque ſecuram de ipſa proprietate teneat poteſtatem, habendi, donandi, commutandi, tradendi, vel quicquid ſibi libuerit, faciendi.

Et ut hoc Preceptum largitionis noſtre firmum ſtabileque permaneat, manu noſtra illud firmavimus, & Sigillo noſtro conſignari iuſſimus.

Signum Domini LVDEWICI *Sereniſſimi Regis.* ERNESTVS *Cancellarius ad vicem* PILGRIMI *Archicappellani recognovit.*

Data VI Idus Iunii. Anno Dominice incarnationis DCCCCVIII, Indictione XI; anno autem Regni Dni LVDEWICI VIIII. Actum *Forcheim*, feliciter in DEI nomine. Amen.

CXXVI

CXXVI
Privilegium LVDOVICI IV.

Qualiter SALICHMVNSTERE *Archiepiſcopus Mog.* HATTO *dedit Abbati Fuldenſi: & in recompenſam accepit* MASSENHEIM, *cum eccleſia & univerſis iuribus.*
An. 909.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

LVDEWICVS divina favente clementia Rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum, preſentium ſcilicet & futurorum induſtria, qualiter fideles noſtri, HATTO videlicet Maguntine Eccleſie Archiepiſcopus noſter Spiritalis pater, & HOVKE bone memorie Abbas, pro rerum ſuarum inita commutatione Serenitatis noſtre aures pulſaverunt: Quorum precibus benigno vultu annuentes, ex noſtre auctoritatis licentia conceſſimus, quatinus ambo iuris ſui res ſecundum placitum in bono invicem diſponerent.

Tunc idem ſpiritalis pater noſter ſue proprietatis locum, *Salchinmunſtere* nominatum, in Comitatu GEBEHARDI, & in Pago *Wetereiba* ſitum, ad Monaſterium Sci *Bonifacii*, FVLDA dictum, cum ſui Advocati *Hunfridi* manu, a predicto eiusdem Cenobii Rectore, & ab ipſius ſucceſſoribus cum omni integritate in perpetuum poſſidendum contradidit. Econtra vero ab eodem monaſterio locum, *Maſſenheim* dictum, in Comitatu *Cuningishuntra* iacentem, cum prefati Abbatis & Illius Advocati *Alberici* manu, & tocius Congregationis pari conſenſu, cum eccleſia, curtilibus, édificiis, agris, pratis, paſcuis, vineis ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, cultis & incultis, aditibus & reditibus, queſitis & inquirendis, & omnibus quecunque dici vel nominari poſſunt ad eundem rite pertinentibus locum, per recompenſationem ſine ullius contradictione

 Per-

Perſone perpetualiter tenendum atque poſſidendum, Nobis noſtriſque fidelibus coram poſitis, in proprietatem accepit.

Rogatu ergo ſupradicti Abbatis, memorato Archipreſuli Preceptum confirmationis inde ſcribi iuſſimus; per quod volumus firmiterque iubemus, quatinus ab hodierna die & deinceps, idem HATTO Archiepiſcopus liberam atque ſecuram habeat poteſtatem, habendi, donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid ſibi libuerit faciendi.

Et ut hec auctoritatis noſtre conceſſio inviolabilem perenniter in evum obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & Sigillo noſtri Nominis inſigniri precepimus.

Signum Dni LVDEWICI *Serenisſimi Regis.* SALOMON *Cancellarius advicem* PILGRIMI *Archicappellani recognovit.*

Data Idus Decembris. Anno incarnationis Dominice DCCCCVIIII. Indictione XIII; anno vero Regni Glorioſiſſimi Regis LVDEWICI X. Actum *Ingilinheim*, in DEI nomine feliciter. Amen.

CXXVII
OTTONIS II IMP.
Privilegium de Advocato Eccleſiæ ASCHAFFENBVRGENSIS, *cum donatione & libertate Familiæ in* WERTHEIM. *An.* 976.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVAE TRINITATIS

ex Autographo. OTTO divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quia divina clementia Romanum Imperium ad defenſionem et temporalem exaltationem omnium Eccleſiarum preparavit, reſpectu divinae mercedis, Imperii quae * divi-

* *Imperiique.*

divinitus collati quietem, votum piamquae † peticionem Dilecti Fratruelis noſtri, OTTONIS videlicet, *Alemannorum* et *Baioariorum* Ducis, ſequentes, Eccleſiam in *Aſcaſenburc* ab eo conſtructam, quae eſt conſecrata in honore *Sci* PETRI Apoſtolorum principis *Sciquae* Martyris ALEXANDRI, Prediis ac Decimis ditavimus, et de cetero Privilegiis Imperialibus munire ac roborare decrevimus.

† *etiam diviſum eſt.*

Noverint ergo tam preſentis ævi quam futuri XPI fideles, quod Nos legali et Imperiali auctoritate ſtatuimus, ut Eccleſia dicti loci in omnibus bonis ſuis non niſi unum habere poſſit Advocatum. In generali Placito illius Advocati, dictę Eccleſie omnis familia Maſculini ſexus menſuram avenae, quae vocatur *Firdeil*, & denarium perſolvat, et ad ſervitium ipſius quaevis curia ſuam porcionem aferat; videlicet ut de illa curia ubi Fratribus per menſem ſervitur, pars dicti Servitii decem Solidis comparetur, vel X ſolidis redimatur. Vbi plus vel minus Fratribus ſervitur, ibi ſervitium Advocati ad dictam penſionem redigatur. De cetero Advocatus, niſi Prepoſiti vocatione, ad curias non veniat, nec aliquam exactionem in familia vel in bonis facere preſumat.

Preterea ad honorem et decorem *Aſcaffenburgenſis* aeccleſiae, illam Egregiam familiam, quae eſt in *Wertheim*, * beato *Petro* Apoſtolo, et Sco *Alexandro* Martyri in ea libertate donamus, ut ſine reſpectu Advocati Prepoſito dicte aeccleſiae liceat, omnibus perſonis in utroq; Sexu de illa familia, quae ad ſuum et Fratrum ſervitium ydonee ſibi videntur, ante quam Cenſum ſolvant, vel Advocati Placitum introeant, omne Miniſterialium ius donare; ut, ſicut dicta aeccleſia Maſculorum utitur obſequio, ſic etiam in lineis, laneis, vel ſericis aeccleſiae ornamentis, Femineo quandoq; honoretur artificio.

* *ſubintelliguntur Comites* Wertheimenſes.

Vt autem hec noſtrae Imperialis inſtitutionis auctoritas perpetuo firma ſtabilisque permaneat, iuſſimus hoc preſens Preceptum conſcribi, anulique noſtri impreſſione corroborari. Manuq; propria ſubtus firmavimus.

Digitized by Google

Signum Domni OTTONIS *invictiſſimi* [Monogramma] *Imperatoris Auguſti.*

ECBERTVS *Cancellarius ad vicem* WILLEGISI *Archicappellani notavi.*

Data V. Idus Febr. Anno Dominice incarnationis DCCCCLXXVI. Indictione IIII; anno vero Regni Domni OTTONIS XV. Imperii VIIII. Actum *Ingelenheim* feliciter.

Not. *In tranſfixo membranæ Sigillo, ceræ nigreſcentis, Ipſe ſpectatur umbilico-tenus, Mitra depreſſa coopertus; Baculum [ſceptri ſpecies] dextra, & Globum crucigerum manu altera portans. Leva corporis pars Velo obducta eſt. Inſcriptio, ducens per modum Iridis, a ſiniſtro (intuentis) latere incipit.*

† OTTO IMP. AVG.

CXXVIII
EIVSDEM

Traditio locorum WERTHEIM * CASSELE &c. *Collegio* ASCHAFFENBVRGENSI.
An. 976.

* *Non illud ad* Moenum, *ſed prope* Salmünſter *ſitum.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

OTTO divina favente clementia Imperator Auguſtus. Noverit omnium induſtria fidelium noſtrorum tam preſentium & futurorum, Quod nos ob mercedis divine remunerationem, Impe-

Imperiique divinitus collati quietem ac ſalutem, nec non per ſalubrem ac dignam rogationem Dilectiſſimi Nepotis noſtri OTTONIS Egregii Ducis, quaſdam iuris noſtri proprietates, loca videlicet *Wertheim*, *Caſſele*, *Hoſti*, in Pago *Kinzechewes*, & in Comitatu HERIBERTI conſita, ad Eccleſiam in civitate *Aſcafenburc* DEO *Sco*que PETRO Apoſtolorum principi conſtructam atque dicatam, noſtra Imperiali potencia in proprium & perpetuum uſum conceſſimus, firmiterque donavimus; cum utriusque Sexus mancipiis, edificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, campis, agris ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, vineis, venationibus, piſcationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, et cum omnibus, iure legaliterque ad hec pertinentibus: Eo tenore, ut hec omnia ad iam dictam Eccleſiam, & ad Fratrum ibidem DEO ſervientium certas Expenſas, uti cetere res a Regibus & Imperatoribus ad eccleſias tradite, pertineant ac perpetuo deſerviant.

Et ut hoc noſtre traditionis Preceptum firmius perpetim conſiſtat, hanc Cartam inſcribi iuſſimus, anuloque noſtro ſignatam, manu propria ſubtus eam firmavimus.

Signum Domni OTTONIS *Magni Imperatoris Auguſti.*

FOLGMARVS *Cancellarius, advicem* WILLEGISI *Archicappellani notavi.*

Data III Kal. Martii. Anno Dominice incarnationis DCCCCLXXVI. Indictione IIII; anno vero Regni Dni OTTONIS XV. Imperii VIII. Actum *Kelteresheim.*

CXXIX

Digitized by Google

CXXIX
WILLIGISI ARCHIEP.

[de quo nec ullum Diploma monſtrari poterit]

Relatio ac Proceſſus notabilis in Facto Homicidii fortuiti, in Scholarem quendam commiſſi: Qua occaſione Ipſe W. *circa iura, cum eccleſiaſtica, tum Scholaſtica* ASCHAFFENBVRGENSIS eccleſiæ *diverſimode ſancivit.*

An. 976.

IN NOMINE PATRIS & FILII & SPIRITVS SANCTI.

Ego WILLEGISVS Moguntiacenſis Archiepiſcopus. Si peccata gravioris Culpe graviori Vltione puniuntur; ex hoc nimirum ſanctorum Canonum auctoritas in ſuo rigore permanebit, & ſancta DEI Eccleſia in nomine Domini congregata liberius ab incurſione malignantium continua pace gaudebit.

Notum facimus ergo univerſis preſentibus & futuris XPI fidelibus; quod, poſtquam HERWARDVS, Domini noſtri OTTONIS Sereniſſimi Imperatoris Notarius, & Eccleſie, que eſt in *Aſcafenburc*, Dydaſcalus, (*a*) in Metropoli Moguntiaca Ius, Scolares Canonicos (*b*) apud ſe in domo retinendi ſine exceptione optinuit; ALEMARVS, dicti Dydaſcali

(*a*) *Didaſcalare*: Magiſtrare, docere. *Didaſcalium*: Gymnaſium. DVFR. *T. II. p. 1479.* Didaſcalos *autem in ſpecie, dictos perhibet* Maiores Iudæorum & ſapientiores in Lege Moyſis. *Comparative horum igitur,* HERWARDVS, *Didaſcalus in Diplomate audit. Et quoniam ſimul* Notarius *exprimitur Sereniſſimi Imperatoris, cenſendum eſt, quod per Subſtitutum, munus hoc exercuerit.*

(*b*) *Subintelliguntur Canonici Domicellares.*

Digitized by Google

li *Secundarius*, (c) auctoritate ipſius & mandato, quendam Scolarem Canonicum, fratruelem GOZMARI Cantoris, (d) in domum ſuam vocavit; ſed dictus Cantor, inpatientie ſue motu exagitatus, dictum *Alemarum* inſecutus eſt; et dum ipſum attramentali tabula, (e) quam de manu pueri traxit, ferire voluiſſet, Puer trepide intercurrens, ictum in cerebro excepit, & exſpiravit. Cuſtos quoque, Pater dicti Cantoris, & quam plures Clerici eorum conſanguinei, cum Laicis ad eos pertinentibus, fugientem *Alemarum* furore deteſtabili, in Turribus eccleſie, ad occidendum obſederunt; quem MEINGOTVS Comes, divinitus ſequenti die ſuperveniens, liberavit; et Milites, pro honore DEI, & Noſtro, quaſi Vir eccleſiaſticus captivavit, & omnia bona eorum nobis publicavit.

Glorioſiſſimus ergo Imperator OTTO, audiens tantum flagitium perpetratum, *Herwardum* Didaſcalum ad Dnm Papam cum eodem negotio transmiſit; Qui nobis ſua precepit auctoritate, ut novo morbo nova remedia, & poſteris memorabilia quereremus.

Quapropter auctoritate Ipſius, aſtipulantibus quoque Aſſeſſoribus noſtris Venerabilibus Epiſcopis, *Spirenſi*, *Wormatienſi*, *Pragenſi*, *Moravienſi*, (f) pro manifeſto parricidio *Gozmarum* ab officio & beneficio depoſuimus, & tonſoratum, Cenobio, quod eſt *Nuenſtat*, (g) ad penitentiam transmiſimus. Inſi-

(c) „Qui ſecundum obtinet locum. *Idem* T. VI. p. 312. *Probabiliter* Alemarus, *Subſtitutus iſte Herwardinus erat.*

(d) DVFR. p. 197 „Qui Scholæ Cantorum præeſt in Eccleſia, et, ut „aiunt, aliis Cantoribus Cantum imponit: Qui chorum regit. „*Porro p. 198*: Officium monaſticum ——— Quicunque lecturus aut cantaturus eſt aliquid in Monaſterio, ſi neceſſe habet, ab Eo, „(*Cantore*) priusquam incipiat, debet auſcultare.

(e) *Atramentale*, ſive atramentarium. *Idem* p. 807. *Et quamvis vocabuli*: Tabula: *explicationes afferas permultas, neutra tamen huc ſe applicare ſinit.*

(f) *Ita olim vocabatur* Olomucenſis.

(g) *Indubie illud, in Dioeceſi* Wirzburgenſi *ſitum.* Cloſter Neuſtadt.

In Signum quoque, omnibus Eccleſiis noſtris, & Eccleſiarum perſonis, preſentibus & futuris, Cantorie baculum *(h)* & Inſulam *(i)* detraximus, & Eam dignitate Prioratus *(k)* exauctoravimus. Pro interventu quoque ſupradictorum Epiſcoporum, tocius Eccleſie Moguntiaee Cognationi, que tanti mali cauſa fuerat, Stipem eccleſiaſticam *(l)* reliquimus, et infimo loco, & perpetuo ſilentio punivimus.

Pro-

(h) DVFR. *T. I.* p. 920. v. *Baculi Cantorum* „Quos ii in Eccleſia de„ferebant. —— Ex legis præcepto Baculos manibus tenebant, „qui Paſchalem agnum edentes ad patriam tendebant. Secundum „hunc morem Cantores in officio Miſſæ Baculos tenere noſcuntur, „dum verus Paſchalis agnus benedicitur. —— Hinc forte ma„navit, ut Cantores & Præcentores in Eccleſiis, dum ſacrum per„agitur officium, baculos argenteos teneant.

(i) *Idem* T. III. p. 1428. „Inſula, Caſula, Planeta: Veſtis ſacerdota„lis. Hugo a S. Vict. —— Caſula, quæ alio nomine planeta, vel „Inſula dicitur. *Et in diverſo, huc magis quadrante, ſignificatu ex Stat. Synodal.* —— „Nullus Presbyter, ſeu Rector Eccleſiarum „civitatis - - - debeat portare inſulas ſub biretis. *Pergens:* In „ultimo hoc loco Inſulas intelligo Faſcias ad tegendum caput vel or„nandum: Qua notione vocem *Inſula* uſurparunt Latini. Qualis „autem fuerit antiquorum Inſula, docet *Servius* —— ——, In„ſula, inquit, Faſciæ in modum diatematis, a qua vittæ ab utraque „parte dependent: quæ plerumque lata eſt, plerumque tortilis ex „albo & cocco, —— —— Inſula, offula, mitra. —— —— „Inſula generaliter omnis veſtis ſacerdotalis dicitur; proprie tamen „Inſulæ dicuntur vittæ, quibus caput ornatur.

Fuerit itaque Inſula noſtra ſimile quoddam capitis ornamentum. In medio tamen relinquens, an non intelligi ſubtus oporteat inſula, ſive Mitra in ſenſu ſuo conſueto; qualesque tunc Cantores eccleſiarum Collegiatarum geſtare poterant. Cantor *ſaltem* ædis *Megunt.* Summæ, *Mitra certis feſtis utitur, a multis ſeculis in hodiernum diem. Vid.* IOANNIS *T. I. p. 601.*

(k) „Prior Scholæ, Primus in Schola cantorum, qui primus, dum ſa„cra facit Pontifex, Antiphonam ad introitum incipit. *Idem* T. V. p. 852. „*Prioratus,* Obedientia, ſeu minus beneficium a maiori mo„naſterio dependens. *Ex quo vero* Dignitatis *nomine inducitur; ſic eidem non licet accomodare huius generis exile quid; Commatis equidem cuius, & explicatio antecedens eſt.*

(l) *Fors Deputatum pauxillum, ad vitam agre tolerandam.*

Digitized by Google

Prohibuimus autem, ne in Eccleſia *Aſcafaburgenſi* de una Cognatione plures quam Tres aſſumantur, niſi poſt ſextum gradum. Filius cum Patre non canonizetur. Si vero propter ignorantiam, vel oblivionem huius inſtitutionis noſtre aliter factum fuerit, poſtquam preſens Scriptum in Eccleſia Moguntiaca recitetur; ex tunc, qui poſt Tres aſſumpti ſunt, vel cedant, vel voce careant.

Pro tollendis quoque in perpetuum ſimilium contentionum occaſionibus, tum pro mandato Dni Pape & Invictiſſimi Dni Imperatoris, tum pro ſupplici petitione Devoti noſtri HERWARDI Notarii atque Dydaſcali, Iura ſcolaſtica, partim noſtra Epiſcopali auctoritate, partim ex Eccleſie Moguntienſis laudabili conſuetudine, ad honorem DEI in *Aſcafaburgenſi* Eccleſia Dydaſcalo omni evo ſervanda, privilegiata reliquimus.

Quoniam ergo Scolares non ſolum in locis DEO conſecratis, ſed & in aliiis quibuscumque locis, in Doctrinam, Diſciplinam, atque timore proficere debent; ſcolares Canonici a Magiſtro de Prebendis ſuis victum & veſtitum accipiant. Cappam, *(m)* Pelles, & Pellicium de ovibus, Caligas *(n)* & Sutulares *(o)* Magiſter tantum dabit. Si Puer, parentes vel ſubſtantiam non habuerit, unde alia ei provideantur, Abbas,

(*m*) „Veſtis ſpecies, qua —— —— Monachi & Clerici induebantur, quæ olim caracalla vocabatur. —— Veſtis cilicina de caprarum pilis, quæ in modum caracallæ, quam nunc *Cappam* vocamus &c. *T. II. p. 206.*

(*n*) *Et harum quoque ſpecies effert diverſas. T. d. p. 46.* „Eædem erant „& *focillantes*, id eſt, laxæ, neque nimis adſtrictæ. S. Ferreolus „—— Et hoc curandum eſt, ne pes ita ſit ligamentis temperatius „vinculatus, ut non lactantiæ ſignum multos adſtrictus habeat, ſed „ſanctius vinculo laxiori ſolleſcat.

(*o*) „Genus calceamentorum, ſolea, planta pedis; ima pars, ſcilicet pedis medietas. *T. V. p. 614. & p. 825.*

bas, *(p)* exceptis Denariis ad veſtitum pertinentibus, *(q)* Magiſtro ſingulis annis quinque Solidos addat. Similiter & Canonico Capituli, ſi depauperatur preter ſuam negligentiam, decem Solidos dabit.

Dydaſcalus, [etiam Adiutori ſuo ſi fuerit bone fame, & Canonicis religioſis] eos commonendi habeat poteſtatem. Nullus Scolaris qui non eſt Canonicus, preter aſſenſum Magiſtri *(r)* ſcolas ingredi preſumat. Pauperes humiles Proviſoribus *(s)* carentes diligenter inſtruantur. Omnes ad diſciplinam ſummopere informentur. In Archidiaconatu *Aſafaburgenſi*, nulli, ſine licentia Magiſtri Scolares inſtruant, neque Monachi, niſi eorum habitum induant.

Hoſpites quoque, ſive in civitate maneant, ſive pertranſeant, ſi Subdiaconi ſunt, vel infra; ad iurisdictionem Magiſtri pertineant. Si vero Diaconi ſunt, Decano reſpondeant. In Scolis vero, in Choro, ſeu in quocumque loco, nullus invito Magiſtro ad correptionem Scolarium manum extendat; niſi

(p) *Inter complures vocis iſtius ſignificationes, hoc loco intelligitur Abbas* ſcholaris. *T. I. p. 29.* „Litterarii gymnaſii primarius Præfectus, Gy„mnaſiarchus. Annal. Bened. ——— Qua de re Adelbero Ar„chiepiſcopus & Gerbertus *Scholaris Abbas* ——— una congratula„bantur.

(q) *Indubie ii, de quibus ſupra* p. 52 *(l)*

(r) „Magiſter infantum ſive puerorum in Monaſteriis, * qui infanti„bus ac pueris, quos Nutritios vocabant, præerat. *Sæpe citatus Emendator* Dufr. *T. IV. p. 317. 322 fin.*

* *Sumendum promiſcue cum Collegiis Canonicorum, pro ætate illa, qua in Communi, & ſub eodem tecto vivebant.*

(s) *Videlicet Proviſores* ſtudiorum. *Idem T. V. p. 940.* „Monachus ve„ro, qui prædictorum ſtudiorum cuilibet pro tempore præpoſitus „fuerit, non Prior, ſed Proviſor vocetur, & ubique extra ſtudium „ſtet in dextero choro immediate poſt Abbatem (*ſcholarem,*)

Si quis explicationes dederit, quæ magis congruere videantur, prout exſpectare fas eſt Gloſſariis excuſſis omnibus, hunc ei laborem invidebit nemo.

Digitized by Google

niſi Cantor, dum Cantum heſternum recitant, eos corripiat. Defuncto Decano, Magiſter, vice Epiſcopi vel Abbatis, in Eccleſia faciat quod Decanus faciebat. Si Decanus ad ſua negotia perrexerit, Magiſter vicem eius ſuppleat, excepto quod Cauſas iudicialiter tractandas non ſuſcipiat.

In omni loco Fratres Decano & Magiſtro aſſurgant, & omnem reverentiam exhibeant. Preterea in Choro, Capitulo, Monaſterio, Conventu, eis Inclinia non ſubtrahant.

In Sacerdotali, Diaconali, Subdiaconali officio Dydaſcalus, ſi vult, tantum in ſummis Feſtis in eccleſia ſerviat. In feſtis, & profeſtis noctibus, Magiſter, ſi preſens fuerit, cum Senioribus Nonam vel Terciam lectionem legat. Nulla electio, nullum negotium, ſine aſſenſu Magiſtri in Eccleſia promoveatur, niſi Decanus Cauſas conquerentium tractet; vel, niſi fratres ſuos clauſtraliter emendet. Si vero Magiſter annuam licentiam accepit, & prius in contradictione alicuius negotii eius vox audita non fuit; Eccleſia, quod utile & honeſtum ſibi fuerit viſum, faciat in Domino.

Ad honorem Dei & Eccleſie ad ſtudium proficiſcendi, duobus vel tribus annis, vel amplius ſi oportuerit, cum integritate Stipendiorum, Dydaſcalo, ab Epiſcopo & Abbate licentia nullatenus eſt deneganda.

Hec omnia ad honorem Dei, & ad perpetuam Pacem *Aſcafaburgenſis* Eccleſie, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, auctoritate Epiſcopali, & officii noſtri poteſtate, Bannoque Epiſcopali, tam invariabiliter atque inmutabiliter ſtatuimus; & Sigilli noſtri impreſſione ſignavimus; ut, quotiens aliquis inpoſterum contra hoc facere preſumpſerit, Bannum Epiſcopo, conſuetam pecuniam Dydaſcalo, pro his que ad ipſum pertinent, componat; et Eccleſia, canonica eum pena diſtrictius corrigere nullatenus omittat; ut iterum omnia, iuxta priſtinam inſtitutionem, intemerata permaneant.

Data IIII Kal. Maii. Anno Dominice incarnationis DCCCCLXXVI. Actum *Moguntie* in nomine Domini. Amen.

 CXXX

CXXX
OTTONIS II.

Qualiter Loinstein & Bischoffsheim, *pervenit ad Eccleſiam Maguntinam, cum eccleſiis ibidem, ac univerſis iuribus.*

Sub ann. 978.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

OTTO divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Cum Sancta Dei Eccleſia non ſolum in his, que recta ſunt, verum & in illis que recta videntur, ſi corrigantur, conſtat; Nobis multum prodeſſe ſcimus, ſi ea que diſtorta ad noſtri preſentiam venerint, cum communi conſilio noſtrorum fidelium ad rectitudinem perducantur.

Inde notum fieri volumus omnibus fidelibus noſtris, preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter quoddam Preceptum Lvdvici Regis, a Patre noſtro dive memorie Viro, Ottone videlicet Imperatore Auguſto recuperatum, *Traiectum* nobis eſt allatum; in quo certa traditio Curtis *Logenſtein* in Pago *Einriche*, ab Vta venerabili Matre prefati Regis, ſuique Advocato, nomine Rvthart, ipſo etiam Regio Decreto conſentiente, ad Eccleſiam *Sci* Martini que eſt infra Moguntiace murum ſita, ubi Sedes Epiſcopalis eſt, cui tunc temporis Venerabilis Hatto Archiepiſcopus preeſſe videbatur; Et ab eodem Epiſcopo, ſuique Advocato nomine Hvnfrit, Curtem *Piſcofesheim* in Pago *Tubercowe*, uſufructuario tantum ad tempus vite ſue prefatam Venerabilem Matronam ſuſcepiſſe, Nobis cunctisque fidelibus noſtris innotuit.

Hac traditione Scam Mogunciacenſem Eccleſiam, a temporibus Cvonradi Regis, usquedum Archipreſulis Wilhelmi rogatu, noſter prelibatus inſignis Preceſſor, eodem precepto renovato, priori concederet poteſtati redire, certum eſt eſſe privatam.

Nos

Digitized by Google

Nos vero pro ſtatu & incolumitate Regni, & pro remedio anime noſtre, Parentisque noſtri OTTONIS, videlicet Imperatoris Auguſti, per petitionem WILLIGISI, qui modo Sce Moguncîace Eccleſie Venerabilis Archiepiſcopus preeſſe dinoſcitur, noſtro Regio Precepto hanc traditionem in priſtinum volumus reſtaurari. Videlicet, ut illa Curtis *Logenſtein* in Pago *Einriche*, in Comitatu HVGONIS, cum omnibus rebus illi rite coherentibus, eccleſiis, curtibus, edificiis, theloneis, mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, agris, vinetis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, cum omnibus appendiciis quibus prenominata Venerabilis Matrona VTA uſa eſt, ad ſepenominatum Epiſcopum perenniter poſſidenda pertineant.

Et ut hec noſtre auctoritatis traditio per ſuccedentium curricula temporum firma ſtabilisque permaneat, iuſſimus hoc preſens Scriptum conſcribi, anulique noſtri impreſſione corroborari. Manuque propria ſubtus firmavimus.

Signum Domni OTTONIS *Invictiſſimi Imperatoris Auguſti.*

EGBERTVS *Cancellarius ad vicem* WILLIGISI *Archicapellani notavi.*

CXXXI

CXXXI

EIVSDEM

Praeceptum, quo villam ASCAFA (Mayn-Aſchaff) *attribuit Collegio Canonicorum* ASCHAFFENB. *An.* 980.

Eſt eadem Charta, qua ſupra n. VI. Cum enim interea temporis nacti ſimus ipſum Originale; *hinc conſultum videbatur, expreſſiones Nominum propriorum, uti & orthographiam reliquam, illi ad amuſſim conformiter, reexhibere.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autographo.

OTTO divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Quicquid Eccleſiis DEI Imperiali munificentia contulerimus, illud procul dubio ad ſtatum preſentis vite, et aeternae beatitudinis praemia capeſſenda, nobis proficere ſperamus.

Noverit ergo omnium fidelium, praeſentium ac futurorum pia devotio, quomodo nos ob peticionem & interventum Dilecti Fratruelis noſtri, OTTONIS videlicet, *Alamannorum* & *Baioariorum* Ducis, noſtre proprietatis quandam villam, *Aſcafa* nominatam, in Pago *Moinegouues* et in Comitatu MEINGOZI conſitam, Eccleſie quae in honore *Sancti* PETRI Apoſtolorum principis *Askafaburc* conſtructa eſt, noſtra Imperiali auctoritate in proprium et perpetuum uſum conceſſimus, firmiterque donavimus cum utriusque ſexus mancipiis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, paſcuis campis, agris, ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, vinetis, venationibus, piſcacionibus, molendinis, mobilibus et immobilibus, viis & inviis, exitibus et reditibus, quaeſitis et inquirendis, & cum omnibus, iure legaliterque ad hec pertinentibus: Eo tenore, ut haec omnia ad Fratrum ibidem DEO ſervientium certas Expenſas, ut caetere res a Regibus et Imperatoribus aeccleſiis traditae, pertineant ac perpetuo deſerviant.

Vt

Digitized by Google

Vt autem dictum Praedium Fratribus ſtatutam expenſam plenarie poſſet appendere; ipſius villae, que *Aſkafa* vocatur, totam Decimam ab aeccleſia quæ eſt in *Oſſenheim*, ad quam pertinebat, hoc reſtauro comutavimus; Videlicet, quod pro ſupplici rogatione WILLEGISI Archicapellani, et pro devotiſſimo ſervitio ALTMANNI Capellani noſtri, qui dictae aeccleſiae praeſidebat, medietatem tocius Decimae illius villae quae vocatur *Oſſenheim*, a fideli noſtro ERPHONE, qui illam in beneficio tenebat, tali tenore liberrime redemimus, ut ex tunc tota decima in *Oſſenheim* ad aeccleſiam ipſius ville et ad Praebendam Parrochiani perpetuo iure debeat pertinere.

Et ut haec noſtrae Donationis ac Commutacionis, ſeu Diſpoſicionis inſtitucio omni tempore inconvulſa poſſit perdurare, hanc Cartam conſcribi praecepimus; anuloque noſtro Signatam, manu propria ſubtus confirmavimus.

Signum Domini OTTONIS *Imperatoris Auguſti.*

HILDEBALDVS *Epiſcopus Cancellarius ad vicem* WILLEGISI *Archicapellani notavi.*

Data pridie Nonas Novembris Anno Dominice incarnationis DCCCCLXXX. Indictione VIII. Anno vero Regni Dni OTTONIS *Secundi* XVIIII, Imperii autem XIII. Actum *Goslarie* feliciter. Amen.

CXXXII
Eiusdem OTTONIS II.
Traditio Prædii EBEMARSTADT *in Pago* RADINSZGOVE. *An.* 981.

OTTO divina favente clementia Imperator Auguſtus. Omnibus Xpiane Religionis & Imperialis ac Regie excellentie fidelibus, preſentibus ſcilicet atque futuris, per ſubiectum adhibiti Scripti Titulum patere volumus; qualiter nos Dilecti fratruelis noſtri, OTTONIS videlicet, Alamannorum & Boioariorum Ducis, votum piamque petitionem ſequentes; Familiis, que habitant in Predio, quod RAZO quondam tradidit ad Eccleſiam *Sci* PETRI principis Apoſtolorum in Civitate *Aſcafaburc* in honore ipſius conſtructam, in Villa *Obermareſtad* dicta & in Comitatu HASSONIS Comitis ac Pago qui dicitur *Radinzgouui* ſito; & aliis que incolunt loca ad predictam Villam in prefato Comitatu & Pago pertinencia; Noſtre dominationis auctoritate, de quacunque gente commanendum illuc convenirent, concedimus, ut de nullius Comitis Placito, Banno, aut Iuſſione curam habeant.

Interdicentes firmiter Regia ac Imperiali poteſtate, ut nullus Comes vel Iudex publicus, aut alia miniſtratoria, Villici vel Sculdaſcis, maior ſive minor Perſona, alicuius operis iugum, iuſſum, aut Bannum, preſcripti predii cultoribus deinceps imponat, aut eos aliqua diſtrictione ullummodo moleſtare preſumat. Ea videlicet ratione, ut tanto liberius prefate Eccleſie, cuius loca inhabitant, & Fratribus DEO ibidem ſervientibus, ſervitium quod debent, preparare poſſint; et in omni lege ac iuſticia agenda, per hanc noſtri imperii confirmationem, non niſi Prepoſito & Advocato eiusdem Eccleſie, dehinc alicui perſone obedientiam prebeant.

Et ut hec Noſtre Celſitudinis Donatio, firmior a cunctis per futura fidelibus tempora habeatur; Hoc Imperialis munificen-

ſicentie Preceptum inde conſcriptum, Sigillo noſtro ſignare iuſſimus; manuque propria ut infra videtur annotantes, corroboravimus.

Signum Dni OTTONIS *Invictiſſimi Imperatoris Auguſti.*

HILDEBOLDVS *Epiſcopus & Cancellarius, vice* WILLIGISI *Archicappellani recognovi.*

Data III Kal. Aprilis. Anno Dominice incarnationis DCCCCLXXXI. Indictione VIIII. Anno vero Regni *Secundi* OTTONIS XXI. Imperii autem XIIII. Actum *Rome* in DEI nomine feliciter. Amen.

CXXXIII
EIVSDEM.

Traditio proprietatis in WALCHDORF *&c.*
An. 982.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

OTTO divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si quid Eccleſiis DEI Regia vel Imperialis noſtre dominationis munificentia accomodaverimus, id procul dubio ad ſtatum preſentis vite, & eterne beatitudinis premia capeſſenda nobis proficere confidimus.

Quapropter omnium fidelium noſtrorum preſentium ac futurorum pie Devotioni pateat, quomodo nos ob peticionem & interventum Dilecti fratruelis noſtri, OTTONIS videlicet, Alamannorum & Boiariorum Ducis, noſtre proprietatis quan-

dam partem, hoc eſt quicquid habuimus in villis, *Meininga* & *Walchdorf* vocatis, & omne quod illuc pertinet, in *Meiningermarka*, in Pago, *Graffeld* dicto & in Comitatu OTTONIS Comitis ſitis, ad Eccleſiam *Sci* PETRI Principis Apoſtolorum, cuius eccleſia in loco *Aſcafaburc* vocato honorabiliter conſtructa & conſecrata eſt, Regia & Imperiali noſtre Celſitudinis donatione Fratribus DEO ibi die nocteque & *Sco* PETRO Servientibus in perhennem Expenſam conceſſimus; & easdem Villas, cum omni re illuc rite aſpiciente, in mancipiis utriusque Sexus, areis, edificiis, eccleſiis, decimis, terris cultis & incultis, pratis, campis, paſcuis, vineis, ſilvis, venationibus, aquis aquarumve decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, cunctisque aliis appendiciis que adhuc dici aliquo modo aut nominari poſſunt, ad prefatam Eccleſiam ad integrum in proprietatem tradidimus. Ea videlicet ratione, ut omne quod habuimus in Villis iam dictis, cum omni uſu in *Meiningermarca*, & in Pago ac Comitatu ſuperius ſcripto ad illas aſpiciente, ſicut eccleſie prefate a nobis in proprium eſt traditum, dehinc in poteſtate Fratrum, qui per ſingulos dies & noctes DEO ac *Sco* PETRO, in loco ſupra quoque prelibato *Aſcafaburc* dicto ſerviunt, Illis ad Victum & uſum perpetualiter maneat, & nulli hominum ab eorum iure hoc auferre, aliquo tempore liceat. *Fiſcalinis* quoque *Filiis* qui pertinent ad predicta loca, ut tali deinceps Lege utantur, quali Parentes eorum ſub Regibus & Imperatoribus Anteceſſoribus noſtris hucusque uſi ſunt, auctoritate Imperiali concedimus; Et ut nulla perſona eorum legem frangere preſumat, Regia & Imperiali poteſtate interdicimus.

Vt autem hec noſtre Donationis inſcriptio in futuro tempore a cunctis fidelibus firmior habeatur; hoc Imperiali noſtre excellentie Preceptum inde conſcriptum, Sigilli noſtri impreſſione ſignare iuſſimus, manuque propria ut infra videtur eorroboravimus.

Signum

Digitized by Google

Signum Domni OTTONIS *Invictiſſimi Imperatoris Auguſti.*

HILDEBALDVS *Epiſcopus & Cancellarius, vice* WILLEGISI *Archicappellani recognovi.*

Data Kal. Octobris, Anno Dominice incarnationis DCCCCLXXXII. Indictione X. Anno vero Regni *Secundi* OTTONIS XXV. Imperii autem XV. Actum *Capue*, feliciter in DEI nomine. AMEN.

✿ ✿ ✿

Ex præmiſſis OTTONIS II *quinque Chartis luculenter dignoſcere licet, quam largus Ipſe fuerit ac beneficus erga recens, per fratris eius* LVITOLFI *filium, tunc fundatum Collegium Canonicorum. Atenim vero non ſunt illæ ſolum, quas tantæ munificentiæ teſtes reliquit, quin adhuc aliæ quatuor. Eas ut allatis interſererem, hæſitavi ideo, quod, vel circa Indictiones, vel annorum reſpectu, ſicubi conferantur, modo cum annis Regiminis, modo cum ſubnotatis Cancellariis, ſemper in occurſum veniret aliquid, concordantiam reſpuere viſum. Potuiſſent nodos tollere Autographa, ſed dudum diſparuere; extradita forſitan in prædiorum, de quibus agunt, alienatione, permutatione; & quæ, pro tot Sæculorum circuitu, facile naſcuntur viciſſitudines. Vt tamen de Donationibus, eorundem vigore factis conſtet; ſic in compendio ſaltim perſtringendæ videbantur. veluti*

(a) *Eiusdem* OTTONIS II *Præceptum, de an. 974 V Idus Martii, Indict. 2. Regni 14, Imperii 7,* FOLGMARO *Cancellario vice* WILLEGISI *Archicappellani notante.*

te. Quo „unam Eccleſiam, & unam Curtem, cum „integris eorum pertinenciis, in villa *Rora* ſitas in „orientali Francia & in Comitatu OTTONIS, in pa„go *Graffeld*, in proprium & perpetuum uſum „[*Collegio noſtro donavit.*] Actum *Noviomago.*

(b) *Anno eodem 974 XII Kal. Iulii, Ind. 2. Regni 14, Imperii 7.* „Actum *Chirichberc:* Duas noſtri iuris Ec„cleſias quarum una in loco *Salze*, altera in villa „*Brenden* ſita eſt.„ *Subſcribente* WILLEGISO *Cancellario, vice* RODBERTI *Archicapellani.*

(c) *Anno 975 IIII Kal. Sept. Ind. 3. Regni 15. Imp. 8.* Actum BOTFELD. *Donans* „Tributum, de locis „*Ozenheim* & *Tetinga* nominatis, *in* argento & „*Fruſchingis* ——, in pago *Monnegowe* & in Comi„tatu EBERHARDI Comitis.„ *Vbi vice* WILLEGISI *notavit Cancellarius* FOLGMARVS.

(4) *Anno 980 vel 982.* [*Menſis non exprimitur.*] *Ind. 10. Regni XX.. Imp. XV.* Actum *Truttmanni*: „*Qua„liter nos,* OTTONI *Duci fratrueli noſtro, roga„tu ipſius & ſupplicatu locum quendam,* Librekes„huſen *dictum, in proprium donavimus.* —— *Ea „ſcilicet ratione, quatenus Collegium in* Aſcafaburc „DEO *ſerviens, annone ſue ſupplementum in eo habeat.* „—— —— —— *Predictus autem locus ſitus eſt in „pago* Haſſie *& Comitatu* TIEMONIS *Comitis.*

CXXXIV

Digitized by Google

CXXXIV
OTTONIS III.

Curtis NIERSTEIN, VDÆ *Reginæ quondam uſufructuario conceſſa, poſtmodum vero detenta, nunc Moguntinæ Sedi poſtliminio reſtituta.*
An. 994.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVAE TRINITATIS

OTTO divina favente clementia Rex. Notum ſit omnibus in XPO fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter quoddam Preceptum LVDVICI Regis, a WILLIGISO Sce Moguncıace Eccleſie Venerabili Archiepiſcopo, *Bruchſule* Nobis eſt allatum, in quo certa traditio Curtis, *Nerſtein* dicte, in Pago *Wormacenſe* & in Comitatu BVRCHARDI Comitis ſite, ab VTA Venerabili matre prefati Regis, ſuique Advocato BVRCHARDO, ipſo etiam Regio Decreto conſentiente, ad Eccleſiam *Sci* MARTINI que infra murum Moguncıace ſita eſt, ubi Sedes eſt Epiſcopalis cui tunc temporis Venerabilis HATTO Archiepiſcopus preeſſe videbatur; Et ab eodem Archiepiſcopo ſuique Advocato nomine *Hunfrid* Curtem *Vlmena*, in eodem Pago & Comitatu ſitam, uſufructuario tantum ad tempus vite ſue prefatam Matronam venerabilem ſuſcepiſſe, Nobis cunctiſque fidelibus innotuit. Hac traditione Scam Moguncıace Eccleſiam a temporibus CVNRADI Regis, usque dum Archipreſulis WILHELMI rogatu noſter inſignis Preceſſor, OTTO videlicet Imperator Auguſtus, eodem precepto renovato priori concederet poteſtati redire, certum eſt eſſe privatam.

Nos vero pro ſtatu & incolumitate noſtri Regni, & pro remedio anime noſtre, Parentiſque noſtri, OTTONIS videlicet Imperatoris Auguſti, & per petititionem WILLIGISI, qui modo prefate Sce Moguncıace Eccleſie Venerabilis Archie-

chiepiſcopus preeſſe dinoſcitur, Noſtro Regio Precepto hanc traditionem in priſtinum volumus reſtaurari. Videlicet, ut illa Curtis *Nerſtein*, cum omnibus illi rite coherentibus eccleſiis, curtilibus, edificiis, theloneis, mancipiis utriusque ſexus, terris cultis & incultis, agris, vinetis, pratis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, cum omnibus appendiciis quibus prenominata Venerabilis Matrona VTA uſa eſt, ad ſupradictum Epiſcopium perhenniter poſſidenda pertineant.

Et ut hec Noſtre auctoritatis traditio per ſuccedentium curricula temporum firma ſtabilisque permaneat; iuſſimus hoc preſens Preceptum conſcribi, & anuli noſtri impreſſione corroborari.

Signum Domini OTTONIS *Glorioſiſſimi Regis.* HILDEBALDVS *Epiſcopus & Cancellarius vice* WILLIGISI *Archicapellani recognovi.*

Data VIII Kal. Decembris, Anno Dominice incarnationis DCCCCXCIIII. Indictione VII; anno vero *Tertii* OTTONIS regnantis XI, etatis autem XV. Actum *Bruchſule* feliciter. Amen.

CXXXV

Digitized by Google

CXXXV

BARDONIS Archiep. M.

Seditio, inter Ipſum & Abbatem Hersfeldenſem ſuper Terminatione Capellæ ad Quercus *exorta, ad unitatem revocata.*

An. 104..

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Notum ſit omnibus Xpi noſtriſque fidelibus, futuris & preſentibus, qualiter Ego BARDO Archiepiſcopus Moguntinus Seditionem quandam, diu inter noſtros Anteceſſores & Abbates *Hersveldenſes* ſuper quadam Terminatione habitam, ad concordie unitatem revocavi.

Eſt nobis Capella quedam, in loco qui dicitur *ad Quercus* ſita, quam Preceſſor noſter ERKANBALDVS Archiepiſcopus dedicatam terminatione predicta firmavit. His ita geſtis, viſum eſt prefati loci Abbatibus, ad Suam Eccleſiam potius, quam ad Noſtram, illam pertinere terminationem. Et hac aſſidua reclamatione ſeditio orta eſt de eadem re.

Ergo cum hec diu tractarentur, Ius ſuum in utriſque Abbatem, MEGENHERVM, perventum eſt. Et ipſe, cum rem diligentius tractaret, nolens hanc litem inter nos ſtare diutius; Quicquid eſt Terminationis de fonte Rivi cuiusdam, qui vocatur *Steinbach*, usque ad *Lardenbach*, quodque etiam ad Villam pertinet, que ſimiliter dicitur *Lardenbach*, usque ad predia *Sci* WIGBERTI; Suis, Noſtriſque fidelibus iuſte iudicantibus, ad noſtram permiſit Eccleſiam.

Et hoc ne quis in futurum infringere conetur, complacuit Nobis hoc Scriptum ambobus fieri, & Suo, Noſtroque Sigillo firmari. Actum eſt ſub BARDONE Venerabili Archipreſule, & MEGINHERO Abbate venerando, in loco qui dicitur *Ingelenheim*. Feliciter.

CXXXVI
LVPOLDI.

De quodam Prato & Palude iuxta murum Mogunt.
An. 1056.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, qualiter Prepoſitus novi Monaſterii *Sci* MARTINI, nomine EMBRICHO, ceterique eiusdem Congregationis fratres, cum manu Advocati ſui, me ſciente & conſentiente Archiepiſcopo LVTHBALDO, quoddam pratum extra Civitatem Moguntiam prope murum civitatis ſitum, diu quidem neglectum & inutile, michi MEINGOZO in poteſtatem & ius hereditarium condonaverunt: Ea videlicet ratione, ut inde Ego, & poſt me heredes mei, eisdem fratribus in feſtivitate Sci *Nicolai* quinque quot annis Solidos in Cenſum perſolveremus; atque illud, cum omni in eo operata, vel operanda, utilitate in poſterum pro eodem cenſu libere poſſideremus.

Item quoque, Paludem quandam inutilem & infructuoſam, ibi vicinam, ad uſum Archiepiſcopi pertinentem, Vicedominus WISO, cum conſenſu Archiepiſcopi ſupra memorati, pro Cenſu unius quot annis Solidi michi ſimiliter conceſſit; videlicet ut ego, & poſteri mei poſt obitum meum quot annis eundem cenſum in feſtivitate Sci *Iohannis* perſolverent, & libere illud hereditario iure haberent.

Et ut hec conceſſio ſive conditio ſtabilis & inconvulſa in poſterum permaneat, hanc Cartam inde conſcriptam, Domnus LVITHBOLDVS Archiepiſcopus precepit fieri, ſuique Sigilli impreſſione inſigniri.

Actum eſt autem Anno incarnationis Dominice MLVI. Indictione VIIII. Imperante Domno HEINRICO *Tertio* Rege, Imperatore Romanorum II°. LVITHBOLDO Moguntine

ne Sedis Venerabili Archiepiſcopo. Iſti ſunt Teſtes qui hoc audierunt & viderunt.

CLERICI

EMBRICHO Prepoſitus. ARNOLDVS Cuſtos Eccleſie (maioris.) RAZO Decanus. RVOBBERTVS Cantor. XPIANVS Archipresbiter.

DVDO. LANZMANNVS Presbiter. REGEZO. GERLIB. FOLBRATH. HERMAN. WIBI. FOLKOLT. HARTWIN. ACELIN. REGINHART. HVMBRAT. & iterum HVMBRAT. REGINHERI. HERIMAN. ARNOLT. GODEBALT.

Hi ſunt LAICI

ADELBRAT filius *Almanni*. HVMBRAT de *Grazze*. MEGINLACH, & filius eius ENGILBOLT. HEINRIC. BOBBO, & AGAL.

HVMBRAT Centurio. ERNVST Camerarius. WALTHERI. DVODELIN. WISO. GODEBALT filius *Tiezelini*. EBEZO. GERLACH. BOEZZO, filius *Dudonis* Iudei. WILLECHIN. RICHELIN. BERTOLF. GODEBALT, filius *Rudolfi*. REGINBRAT. WOLFARTH. GODEMAN. WALLRAT. ARO *Rufus*. EBERO.

CXXXVII
HENRICI R.

Privilegium, quod nullus exigat BEDA *vel* THEOLONEA *vel* HERBERGAS, *ab hominibus & bonis ad Maguntinam Sedem ſpectantibus.* *An.* 1056.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Rex. Si locis DEO conſecratis aliquid de noſtra poteſtate, unde ſubleventur, addiderimus, id procul dubio ad eterne beatitudinis premia capeſſenda profuturum nobis, liquido credimus.

Quapropter omnes Sancte DEI Ecclefie ac Noſtri fideles, preſentes ſcilicet & futuri cognoſcant, quomodo Archiepiſcopus Venerabilis LVITHBALDVS Moguntine Sedis, Noſtram Celſitudinem adiit, ſecum afferens Preceptum Domini Genitoris noſtri beate memorie HEINRICI Imperatoris Auguſti, aliorumque Regum & Imperatorum Precepta, in quibus ſcriptum inveniebatur, qualiter ipſa Sedes Moguntiacenſis Eccleſie, cum eccleſiis, cellulis, vicis ac villis, vel aliis rebus omnibus illuc iure pertinentibus, ſub tuitione emunitatis ſemper fuiſſet munita; petiitque Noſtram Celſitudinem, ut eandem emunitatis tuitionem noſtra preceptione noviter confirmaremus.

Nos vero, per interventum Dilectiſſime Matris noſtre, AGNETIS Imperatricis Auguſte, atque aliorum fidelium noſtrorum conſultu, maxime autem pro amore DEI, & pro ſtatu Regni noſtri, petitionem Illius benigne ſuſcipientes, per hanc Noſtram auctoritatem prefate Eccleſie conceſſimus, quatinus nullus Iudex, Comes, Advocatus, vel quilibet, iudiciaria poteſtate invadere audeat Eccleſiam, vel parrochias, cellas, villas aut agros, ſeu reliquas poſſeſſiones predicte Sedis [quas hacte-

hactenus iure poſſediſſe viſa eſt; in quibuslibet Pagis ſita eſt, vel quicquid ab Anteceſſoribus noſtris vel ceteris fidelibus iam illuc datum eſt, vel que deinceps in uſus ipſius Eccleſie ſuperna pietas addere voluerit] ad Cauſas audiendas, vel *freda* ac thelonea exigenda, aut manſiones aut villas, redibitiones illicitas requirendas; Aut familiam ipſius Eccleſie aliquomodo diſtringere, vel a Colonis, liberis ſive ſervis, ullam iuris exactionem repetere preſumat: Et ſi furtum faciant, vel quicquam quod in eos ab aliquo legaliter exigatur; hoc totum, ſicut ab Anteceſſoribus noſtris conceſſum eſt, ita per Noſtre auctoritatis preceptum coram Advocato ipſius Eccleſie, quaſi coram Regio Exactore, quicquid Regi debeant, omnino perſolvant.

Et ut hec emunitatis & auctoritatis noſtre confirmatio rata & probabilis per futura tempora exiſtat, hanc Cartam conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus, quam & propria manu ſubtus firmavimus.

Data II Nonas Novembris Anno Dominice incarnationis MLVI, Indictione IX. Anno autem Dni HEINRICI *Quarti* Regis ordinationis IIII, Regni vero II. Actum *Eblizdorf*, in DEI nomine feliciter. Amen.

CXXXVIII

Littera Imperatoris *ſuper redemptione inquiſitionis Decimarum in* THVRINGIA.

An. 1059.

T. I. p. 495 *ad Notam* §. VI *ſubiunctam: Vbi huius rei mentio facta quidem, aſt non cum relatione ad ipſum Diploma. Quippe ex ſimplici (in præfamine Supplementorum memorato)* Repertorio *deſumptus paſſus iſte fuit.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Rex. Omnibus Sancte DEI Eccleſie ac eius fidelibus, preſentibus & fu-

turis notum eſſe volumus, qualiter LVITHBALDVS Maguntine Sedis Archiepiſcopus, tempore Patris noſtri HEINRICI *Secundi*, in *Thuringia*, ut Anteceſſores ſui, DEO ac ſanĉte Eccleſie debitam Decimam inquiſivit; Neque Pater inquiſitionem eius, iniuſtam profeſſus; eandem Decimam eidem Archiepiſcopo recognovit. Vnde poſt obitum Patris noſtri *Luithbaldus* Archiepiſcopus modeſta admonitione Noſtram Celſitudinem adiit, atque patris noſtri inceptum a Nobis adimpleri poſtulavit.

Nos igitur & rationabilem eiusdem Archiepiſcopi commonitionem agnoſcentes, ut noſtri Patris auctoritas noſtra confirmatione roborata pleniter perficeretur, conſultu fidelium, noſtrorum & maxime interventu Dilectiſſime Matris noſtre AGNETIS, Imperatricis Auguſte, pro redimendis ab Epiſcopali inquiſitione Regalis terre Decimis, C & XX manſos, ſcilicet in *Gunteresſu*, *Tunu*, *Berneſſu;* XXX in Pago *Techengowa* dicto in Comitatu HEINRICI Comitis ſitos; reliquis vero XC manſis qui reſtant in Francia expletis, dicto LVITHBALDO & ſanĉte Eccleſie Maguntine in proprium tradidimus cum omnibus appendiciis ſuis; hoc eſt utriusque ſexus mancipiis, areis, edificiis, agris, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, ſilvis, venationibus, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis, cum omni utilitate que ullo modo inde poterit provenire. Ea videlicet ratione, ut ipſe in Thuringia noſtre proprietatis Decime a debito Epiſcopalis inquiſitionis redimerentur, ac Noſtris eccleſiis Epiſcopali auctoritate atterminarentur, & confirmarentur. Ita tamen, ut noſtri homines idipſum pro Decima ſolvant, quod ante Maguntine Eccleſie pro decima perſolvere ſoliti erant.

Et ut hec noſtre traditionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni evo permaneat, hanc Cartam inde conſcriptam manu propria ut ſubtus videtur corroborantes, Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum

Digitized by Google

Signum Domini HEINRICI *Quarti* Regis. GEBEHARDVS *Cancellarius vice* LVITHBALDI *Archicancellarii recognovi.*

Data eſt XVI Kal. Marcii. Anno Dominice incarnationis MLIX. Indictione XII; anno autem ordinationis Dni HEINRICI *Quarti* Regis V°. Regni vero III°. Actum *Maguntie*, in DEI nomine feliciter. Amen.

CXXXIX
LVITBALDI
Idem negotium concernens.
An. 1059.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

LVITHBALDVS Gratia DEI Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Omnibus Sce DEI Eccleſie filiis preſentibus & futuris notum eſſe deſidero, qualiter Ego, ſicut Anteceſſores mei, tempore Domni HEINRICI *Secundi* Romanorum Imperatoris Auguſti, debitam DEO ac Sce Eccleſie in *Thuringia* Decimam inquiſivi: atque ipſe Imperator inquiſitionem meam iuſtam profeſſus, Decimam ibi ex omni Terre regalis proprietate, michi & Sce Moguntine Eccleſie recognovit. Vnde poſt obitum ipſius, filium eius HEINRICVM *Quartum* Regem modeſta ammonitione adii, atque Patris ſui inceptum adimpleri poſtulavi.

Ille igitur iuſtam & rationabilem ammonitionem meam agnoſcens, ut Patris ſui auctoritas ipſius confirmatione roborata pleniter perficeretur; conſultu fidelium ſuorum, & maxime interventu Matris ſue AGNETIS Imperatricis Auguſte, pro

pro redimendis ab Epiſcopali inquiſitione ſue proprietatis in Thuringia Decimis, C & XX manſos, videlicet XXX in villis *Gunthereſu*, *Tunu*, *Berneſſu*, in Pago Saxonie *Techenegowi* dicto ſitos; & reliquos XC manſos qui reſtant in locis Francie *Clezſilſtat*, *Buochebun*, *Buorinchelun* & circaiacentibus locis, enumeratos Deo & Sce Moguntine Eccleſie in proprium tradidit, cum omnibus appendiciis ſuis atque omni utilitate que ullo modo inde poteſt provenire. Ea videlicet ratione, ut omnes in *Thuringia* ſue proprietatis Decime a debito Epiſcopalis inquiſitionis redimerentur, atque Ipſius ibidem eccleſiis Epiſcopali atterminatione confirmarentur. Ita tamen, ut Ipſi, ſui iuris homines idipſum pro Decima perſolvant, quod & antea Moguntine Eccleſie perſolvere ſoliti erant.

Has igitur Decimas, ex omni in Thuringia proprietate, ſuis ibidem eccleſiis Epiſcopali noſtra auctoritate atterminamus ac perpetualiter eis confirmamus.

Et ut hec noſtre atterminationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc Cartam noſtri Sigilli impreſſione juſſimus inſigniri.

CXL

SIFRIDI I. A. M.

De Conſecratione Templi BRVNNINGESHAGO * *bonorumque ad illud deputatorum atterminatione.* *An.* 1067.

* Ditionis Haſſo-Darmſt. in Præfectura Nidana. *Kuchenb.* Anal, Coll. II. p. 240.

[*T. I. p. 501. n. 2.* v. Sequenti]
Iterum ex *Repertorio.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Noverint omnes Xpi fideles tam futuri quam preſentes, qualiter Domnus SIGEFRIDVS Sce Moguntine Eccleſie Vene-

Venerabilis Archiepiſcopus, Eccleſiam in loco qui dicitur *Brunningesbago* conſtructam, in honorem DNI NOSTRI IESV XPI & victorioſiſſime CRVCIS & Sce MARIE Matris DOMINI, atque Sanctorum GEORGII Martiris ac MARTINI Confeſſoris dedicavit, & Matris eccleſie honore, iure ac privilegio, ſua preordinatione confirmavit. Inſuper omnem Decimam circumiacentium rerrarum, quarum nomina hic infra ſubſcripta videntur, nondum ab ullo Anteceſſore alicubi atterminata, ſua Epiſcopali auctoritate eidem eccleſie atterminavit. Sunt autem hec, illorum que atterminavit, locorum nomina: *Creginfelt*, *Slierapha*, *Wingereshuoſon*, *Vocchenbagen*, *Gieſenbachon:* cum omnibus ad eadem loca pertinentibus vicis ac villulis, atque cum omnibus infra eorum ambitum iacentibus terris cultis atque colendis.

Et ut huius Terminationis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat evo; hanc Chartam inde conſcriptam Dns SIGEFRIDVS Venerabilis Archiepiſcopus precepit fieri, ſuique Sigilli impreſſione, ut infra cernitur, inſigniri.

Actum eſt autem Anno Dominice incarnationis MLXVII. Indictione V. VIII Kal. Aprilis. Regnante Dno HEINRICO Rege *Quarto*, in DEI nomine feliciter. Amen.

CXLI
EIVSDEM.
Littera fundationis Monaſterii RAVINGIRSBVRG. *An.* 1074.

[*T. I. p. 511 §. 2.* v. Locum: *Ex Repertorio.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

SIGEFRIDVS divina favente clementia Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Notum eſſe cupimus cunctis XPI fidelibus tam futuris quam preſentibus, qualiter BERTOLDVS Comes, & Vxor eius conſanguinea noſtra HADEWIC, con-

tempta ſeculari divitiarum affluentia, poſtpoſita heredum & amicorum ſuorum dilatata propagine, Xpm & Martirem eius *Criſtoforum* & Sanctiſſimum Confeſſorem *Martinum* heredes ſibi elegerunt.

Igitur Predia ſua, que in tribus Pagis habuerunt, idem in *Nachgowe*, in *Trachari*, in *Hundesruche*, quorum quedam in Comitatu eiusdem Bertoldi Comitis, quedam in Comitatu Emichonis Comitis ſita erant, ad Altare Sci *Xpofori* mart. in loco, *Rabengeresburc* nominato, quem locum Comes idem hereditario iure poſſederat, & in dotem eidem Coniugi ſue donaverat, poteſtativis manibus legaverunt. Sunt autem hec loca prediorum: *Tonnenſe* cum ſuis pertinentiis. *Eneriche* cum ſuis pertinentiis. *Cheri* cum ſuis pertinentiis. *Buodenesheim* cum ſuis pertinentiis. Vrbs & eccleſia in loco *Alceia*, cum dote & decimatione illuc pertinente. Manſus unus in villa *Munzichun*, & novem iugera vinee. Legaverunt etiam ad idem Altare Sci *Xpofori* mart. ſervientes ad predicta p e lia pertinentes & cetera mancipia, quibus ſingulis ius congruum, diſcreta ratione ſicut nfra videtur, ſtabilire curabant.

Poſt hec idem Bertoldus Comes & Vxor eius dilecta Hedewigis predictum locum *Rabengeresburc*, & omnia, que vel prius illuc pertinebant, vel que ipſi poſtea illuc tradiderant, ad Altare Sci *Martini* Confeſſoris in maiori Eccleſia Moguntine Sedis, absque omni contradictione legaverunt, cum omni utilitate que tunc temporis ineſſet, vel que poſtmodum fieri potuiſſet. Nec illud ad illorum bonorum *precariam*, non propter terrenam pecuniam, ſed ad remedium animarum ſuarum nec non Parentum ſuorum eo tenore fecerant, ut in loco *Rabengeresburc*, Monaſterium, ipſis quantum poſſent opitulantibus, conſtrueremus; & collectis tot Fratribus, quot a bonis eo pertinentibus paſci & veſtiri poſſent, *Canonicam* ordinaremus, in qua Fratres illi communiter viverent, & religioſe Deo ſervirent, ad exemplum eorum, qui in primitiva Eccleſia, ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur, nichil ſuum eſſe dicebant, ſed erant illis omnia communia.

Igi-

Digitized by Google

Igitur ea mancipatione ita verborum nexu peracta, & inveſtitura prediorum eorumdem ad Sedem noſtram *triduana poſſeſſione* per Eccleſiaſticos ſervientes noſtros ſicut ius & mos poſtulat confirmata; Nos ad locum *Rabengeresburc* profecti ſumus; & bonis predictis, & illius loci ſervientibus in poteſtatem noſtram per iuramenta ſuſceptis, nec non Comite BERTOLDO & uxore eius H. proprietati in eisdem prediis & mancipiis Stipula * abrenuntiantibus, omnia Epiſcopali Banno ſtabilivimus.

* *Idem quod* Feſtuca, *ſive* „*Signum & ſymbolum traditionis vel translata* „*poſſeſſionis, quam tradebat emptori venditor, aut qui modo quovis rei* „*poſſeſſionem in alium transferebat.* DVFR. T. III p. 410.

De hinc collectis in eodem loco Canonicis arbitrium tale per ſcripta noſtra conceſſimus, ut liceret eis ſue converſationis Virum, quem vellent, Prepoſitum: & bonis ſuis Advocatum quem mallent, eligere, quibus nos curam regiminis committeremus. Et cum illi morerentur, vel culpis exigentibus abicerentur, nulli Succeſſorum noſtrorum alios illis dare liceret, niſi quos iterum electione Fratrum ſubſtituerent.

BERTOLDVS etiam Comes Miles noſter effectus eſt; Quem, rogatu Canonicorum, eiusdem loci Advocatum ſubſtituimus, & de bonis que Eccleſie noſtre mancipaverant, quedam, que ſubter notata ſunt, Sibi, & Dilecte coniugi eius in beneficium dedimus; que tamen poſt obitum eorum ad utilitatem Canonicorum redirent. Manſum unum in *Rabengeresburc* cum ſuis pertinentiis, & bona Servientium omnium, preter quinque, qui Fratribus ſervirent. Nec non de antiqua dote eiusdem Eccleſie XX manſos.

Ad hec communi conſilio Nos cum Comite Servientes diſcrevimus, qui Prepoſito & Fratribus obedirent, & qui poſt obitum eius, Nobis in Curte noſtra ſervirent. Illis vero qui noſtre ſervituti ſunt attitulati, id ius in ſerviendo conceſſum eſt, quod Optimum Eccleſie noſtre ſervientes habent. Bona autem eorum illis morientibus ad filios ſuos, qui Noſtre Ec-

cleſie ſunt, pertineant. Sed quicunque filium ſuperſtitem non habens moriatur, omnis poſſeſſio eius ad uſum Canonicorum revertatur.

His ita diſpoſitis, ut laus & honor DEI in predicto loco *Rabengeresburc* augeretur, nos etiam ex bonis Noſtris ad XXX libras, decem de curte *Soberenheim*, decem de curte *Vlmena*, decem in provincia HESSVN dicta, eisdem Canonicis dedimus pro remedio anime noſtre & Comitis BERTOLDI & uxoris eius *Hedewigis*, nec non omnium Anteceſſorum & Succeſſorum noſtrorum; ut & Nos, orationum & oblationum que ibidem DEO offeruntur, participites eſſe mereamur.

Iſti ſunt Teſtes, qui preſentes hec omnia viderunt & audierunt.

BVRCHART. ADELWIN. BERTHRAM ADELO. RVEGER. ERNEBRETH. CVONO. HERIMAN. MORHART. ADELBRETH. OTTO. ADELHVN. GVNTHERI. WOLFRAM. FOLMAR. ALBRET. MEGINGOZ. RVODOLF Comes. DIEDO. RVOPRATH. WOLFRAM. WARINHERI. MILO. ERKANBRAT. RVODEGER. IOHANNES. SWIGGER. DIEDPRET.

RAZO Prepoſitus. HARTWIN Prepoſitus. ARNOLDVS Prepoſitus. RVOPRAT Decanus. FOLCOLES. GEBEHART. FOLPRET. GOZECHINVS Magiſter.

Acta ſunt hec publice, Anno Dominice incarnationis MLXXIIII. Indictione XII. Regnante HEINRICO *Quarto*, Regni eius anno XVIII. SIGEFRIDO Archipreſule currum DEI aurigante feliciter.

Occa-

Digitized by Google

* * *

Occaſione Alzeiæ, *cuius mentio intus fit*, TOLNERVS Hiſt. Pal. p. 43. *de hocce Monaſterio ex Annal.* Trithemii *notat ſequentia.*

„Alzeia, *inquit*, olim ad Comites *de Ravingirsburg* „pertinuit, & circa annum M. Comes quidam (Bertol„dus) *de* Ravingirsburg ipſum Caſtrum ſuum in Mona„ſterium Canonicorum Auguſtin. mutavit, quod in „Dioeceſi Moguntinenſi & tribus a Sponheimenſi diſtat „Milliaribus. Fundator etiam totum ſuum Comitatum „Fratribus perpetua donatione dedit, addens ei prædi„ctum oppidum *Alzey* cum omnibus proventibus. „Deinde poſt annos plurimos Comes quidam *Hirſutus* „pro dicto oppidulo *Alzey* per viam commutationis „quædam bona & proventus in Ducatu Moſellanico ſita „Coenobio huic dedit, & Arcem in eo conſtruxit; & „ſic *Alzeya* a Monaſterio de *Ravingirsburg* avulſa eſt „uſque ad preſentem diem. Tandem extinctis Comi„tibus Hirſutis Palatini Comites bona eorum obti„nuere.

Cui traditioni Tolnerus *ſubdit*, *Monaſterii Auguſtiniani huius proventus an. 1551 ex dimidia parte* Academiæ Heidelbergenſi *adiudicatos fuiſſe a Pontifice Romano.*

CXLII
EIVSDEM.

Quomodo terra inculta & montoſa prope RVDESHEIM, *exculta fuerit, & redacta in ſtatum Vinearum.* *An.* 1074.

Charta hec eſt obſervatu digniſſima, dum originem ex ea diſcimus Montis iſtius feracis, qui Vinum progenerat generoſiſſimum, ac undequaque celebratiſſimum.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

SIFRIDVS Moguntinus Archiepiſcopus. Noſtre ſpeculationis exigit officium, ut nobis commiſſa, ſumma diligentia

tia lucrifacere ſtudeamus, ita ut in omnibus utiliora & meliora proſpiciamus.

Noverint itaque univerſi tam futuri quam preſentes, Xpi noſtrique fideles, quod pago noſtro in *Rudensheim*, & in *Ibingen*, quedam terra inculta iacebat, que per omnia noſtre iurisdictioni attinebat, quam populus noſter Dei in dictis villis noſtris renovare & excolere ex noſtra conceſſione querebat. Super hoc habita deliberatione cum fidelibus noſtris, Clericis & Laicis, ſatisfecimus petitioni populi noſtri; & terram illam montuoſam & incultam eis conceſſimus, ut eam excolerent & in uſum Vinearum redigerent. Iuſſimus ergo terram illam eis dividi; et quid inde, cum eam excoluiſſent & fructiferam reddidiſſent, ſolvere deberent, iuſſimus diſtingui.

Hoc etiam in pactione poſuimus, ut de manſo, qui *fiſcalinus* dicitur, annuatim ſeptem Ame vini, & de ſingulis aliis manſis Carrata vini, & de iugere quod maiorem fertilitatem haberet Vrna vini, & de ſingulis aliis iugeribus que minus valere dinoſcerentur, dimidia urna daretur; & hec omnia ſingulis annis ſub nomine & iure Decime ſolverentur.

Vt etiam eundem populum noſtrum magis benivolum, & promptum ad excolendam terram illam haberemus; indulſimus eis, ut in campo nulla in eos fieret angaria; ſed poſtquam fructus ſuos collegiſſent, omnes ſimul, ſolverent nobis & Succeſſoribus noſtris annuatim de manſis & iugeribus, uti predictum eſt, ſub nomine Decime quadraginta carratas *Vini pontici*. Ita tamen, ut intra ſe habita eſtimatione quantum quisque de terra illa poſſideret, & ita ſummam illam nobis ſolvendam congererent, ut Nullum contra ius gravare invenirentur. Et hec omnia Sculterus noſter ab eis reciperet, & nulli alii de prememorato iure noſtro aliquid reſponderent.

Statuimus etiam, ut ſi quis hoc pro voluntate ſua ſolvere negligeret; quod ab eo Archiepiſcopus compoſitionem & ſatisfactionem exigere & accipere deberet, ita quod Vnius delictum, in Multitudinem non redundaret.

Vt

Digitized by Google

Vt autem hec noſtre pietatis conceſſio rata & inconvulſa omni permaneat evo, deſiderante & petente populo hanc Cartam conſcribi, & impreſſione Sigilli noſtri inſigniri precepimus, & Banno confirmavimus. Huius rei Teſtes ſunt

RAZO Prepoſitus. HARTWIN Prepoſitus. ARNOLDVS Prepoſitus. RVOBRATH Decanus. FOLCOLT. GEBEHART. GOZECHINVS Magiſter. BVRCHART. ADELWIN. BERTRAM. ADELO. RVOGGER. CVNO. ERNBRET. OTTO. MILO. ADELHVN. RVODOLF *Comes.* DIEDO. RVOBRAT. RVODEGER. IOHANNES. SVICGER. DIETBRET. MILO.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MLXXIIII. Indictione XII. Regnante HEINRICO *Quarto*, Regni eius anno XVIII.

CXLIII
WEZELONIS
Archiepiſcopi Moguntini,

Traditio de Bonis, que ſunt apud Villam, que dicitur LORCHA. Inter an. 1084 —— 1088, utpote Præſulatum ipſius concludentes.

T. I. p. 523. ante § II.

[Modo *ut ſupra.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS

Ego WEZELINVS, Moguntinus gratia DEI Archiepiſcopus. Notum eſſe volo tam futuris quam preſentibus XPI & Eccleſie fidelibus, quod quidam Canonicus Sedis noſtre, EMBRICHO nomine, Fratribus ſuis eiusdem Eccleſie Cano-

Canonicis quedam bona ſua tradidit, pro animabus parentum ſuorum & pro remedio anime ſue; ea videlicet ratione, ut in unoquoque menſe [quod tunc a Fratribus conlaudatum eſt] die Vigiliam & Miſſam pro eisdem parentibus ſuis, & omnibus fidelibus defunctis faciant; & Ipſa die unusquisque eorum Denarium pro carne, & panem, vel Obulum pro pane, & menſuram bonam optimi vini accipiat.

Facta eſt autem hec Tradicio, preſentibus & probantibus ſorore ſua GVODA eiusque marito RICHOLFO, ceterisque heredibus ſuis, ad Altare Sci *Nicolai* quod eſt in Clauſtro, per manum GERHARDI Comitis noſtri; Quem, Advocatum idem *Embrico*, me petente & preſente, accepit a Domino meo Imperatore HEINRICO; hoc etiam interpoſito, ut predicta *Guda* & maritus eius, fraternitatem, & locum ſepulture, orationisque communionem cum Fratribus habeant.

Hec autem ſunt Bona, que tradita ſunt: Quinque mancipia, que non aliud ius, quam meliores ſervientes Fratrum habeant, quorum nomina hec ſunt: GODEBOLT. RVOTHART. BERNHART, & uxor eius GISEBVRG, & filia eorum FRIDERVN. Aree in *Mogontia* ſeptem & dimidia. Tres manſi in *Irſenheim*, cum vinetis ſuis & omnibus pertinentiis, quorum unusquisque ſingulis annis decem Solidos & quatuor capones in feſto Sci *Martini* perſolvit. Manſus unus in *Muomenheim* cum ſuis vinetis, qui item decem Solidos & quatuor capones in feſtivitate *S. Andree* perſolvit.

In Villa autem, que dicitur *Loricha*, domus bona cum omni ſuppellectile ſua. Vinee bone, quarum quantitas & denominatio hec eſt: Vinea *Becechе* in *Geiderichesdale*, que habet menſuras Virgas . . . in longitudine, & . . . in latitudine.

Item in vinea que dicitur *Bezelini*, verſus Villam, XX virgas in longitudine, & XXV in latitudine; & quicquid in eadem vinea ante obitum fratris ſui ad ſe venerat hereditario iure. Item in vinea que dicitur Rubea, XII virgas in longitudine,

dine, & V. in latitudine. Item vinea que dicitur *Vdelberti*, que habet XV virgas in longitudine, & VII in latitudine. Item vinea in *Ocenberge*, que habet XII virgas in longitudine, & VIII in latitudine. Item vinea in *Babendale*, habens VIIII virgas in longitudine, & IIII in latitudine. Item in *Wizelinesleva*, vinea habens XIII virgas in longitudine, & V in latitudine.

Item in *Hengeresgruben* IIII vinee. Preterea vinea quedam in *Mannendal*, quam idem EMBRICO & coheredes ſui iam dudum pro anima patris ſui voverant. Hanc etiam item ipſe, & Soror ſua per manum mariti ſui, legitima traditione pro preſcriptis bonis addiderunt ea conditione, ut ſemper in anniverſario patris eorum, preſcripta Karitas illius menſis Fratribus detur, & Centum pauperibus XPI centum panes albi, centum allecia, & centum *biberes vini* tribuantur.

Habuit autem idem EMBRICO in predicta villa *Lorecha* fiſcalem manſum, cuius ſervicii ius a me ſuſceperat in beneficium. Hunc, omnimodis, Hereditatem ſcilicet & Beneficium, michi reddidit; rogans, ut ego illum predictis bonis adderem, & ſic partem commemorationis haberem, & mea traditione cetera confirmarem.

Ego igitur particeps eſſe cupiens devotionis iſtius, tradidi Fratribus eundem manſum in proprietatem, quem Ipſi, duobus ſupra traditis ſervientibus ſuis, *Godeboldo* videlicet dimidium, quod dicitur *der Razmanneshuben*, & *Bernhardo* dimidium, qui dicitur der *Megezlineshuben*, cum areis, vinetis, agris cultis & incultis, in hereditatem dederunt; ea ratione, ut non alium Cenſum, non aliud ſervitium inde debeant, niſi hoc tantum, ut ſemper ambo, vel mutatis vicibus alter eorum, excolendis preſcriptis vineis preſint; ni forte, ut ſepe fit, negligentia vel malitia male culta, ad minorem reditum cogantur. Vini quoque inde collecti, & vaſis infuſi, octo Karratas intra Octavam *S. Martini* in ſua navim impenſa inferant, & ſuo labore Moguntiam ante portam que dicitur *Epiſcopi*, perferant. Si autem alter iſtorum absque legitimo he-

Ccc rede,

rede, id eſt qui ad Fratres pertineat, mortuus fuerit; dimidium manſum quem ille habuit, in hereditatem accipiat *Ruotbardus*, qui eſt unus de ſupratraditis ſervientibus Fratrum: Et ita ſemper manſus iſte in hereditatem iſtorum maneat, niſi forte omnes absque heredibus mortui fuerint; tunc Fratres alios duos fideles ſervientes in locum illorum provideant. Bona igitur hec, nullus ſibi in hereditatem vel officium aliqua ratione uſurpet, ſed quicumque proximus de conſanguinitate eiusdem EMBRICONIS in maiori Eccleſia Canonicus fuerit, is alteri preponatur in hoc officio, quem ad hoc fideliorem & prudentiorem Fratrum communis probaverit electio.

Vt autem hec Ttraditio omni evo ſtabilis & inconvulſa permaneat, ſcriptam, & in plenaria Synodo noſtra recitatam, Banno noſtro confirmavimus, & Sigilli noſtri impreſſione inſigniri precepimus.

CXLIV
RVTHARDI.

Donatio Redituum & Advocatiarum, ad ſuſtentationem Canonicorum S. MARTINI.

An. 1092.

[*T. I. p.* 526. *n.* 1. v. Eadem]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Notum ſit omnibus fidelibus, preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter Ego RVOTHARDVS, divina gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus, memor illius divini ſermonis: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, hoc Michi feciſtis:* ob amorem DEI, & anime mee remedium, conſenſu atque conſilio fidelium meorum, tam Clericorum quam Laicorum, quedam beneficia mei Epiſcopalis iuris Eccleſie *Sci* MARTINI Moguntine Sedis, ad ſtipendium & ſuſtentationem Canonicorum inibi famulantium legitima traditione perpetuo poſſidenda donavi. Vide-

Videlicet in loco, nomine *Binga*, ſingulis annis XII libras denariorum. In Pago qui dicitur *Nachgowi* Curiam unam, que dicitur *Bleiniche*, cum omni utilitate atque iuſtitia ad eandem curiam pertinente. Nec non Advocaciam ſuper has villas: *Heinbach*, *Findene*, *Vlmene*, *Badenheim*, *Ebernsheim:* ad ſupradictorum fratrum Prebendam pertinentes.

Et ut huius noſtre Donationis integritas futuris temporibus firma ac inconvulſa permaneat, hanc Cartulam inde conſcribi iuſſimus, atque Sigilli noſtri impreſſione firmavimus.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MXCII. Indictione XV, in Civitate *Moguntia*. Preſentibus Ingenuis & idoneis Viris, GODEBOLDO maiori Prepoſito. FOLCHOLDO Decano. IOHANNE Scolarum Magiſtro. EMBRICONE Vicedomino, aliisque compluribus, feliciter, Amen.

CXLV

Traditio trium Mancipiorum ad Altare S. MARTINI. *An.* 1102.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Notum volumus fieri omnibus fidelibus XPI tam futuris quam preſentibus, qualiter ego WELDRVD, dedi pro remedio anime mee, nec non & progenitorum meorum, tria mancipia mea, ad Altare Sci *Martini* cum omni poteſtate ſua. Mulierem ſcilicet unam, IMEZA nominatam, & filium eius HELID nuncupatum & filiam eius BERTHAM nominatam. Et talem eis cenſum conſtitui, ut, quicumque Vir fuerit inter eos, ſingulis annis in feſto Sci *Martini* de Capite ſuo ad predictum Altare octo denarios perſolvat; Mulier autem ſemper libera ſine cenſu maneat.

Hoc autem factum eſt Anno Dominice incarnationis MCII. Regnante HEINRICO Imperatore hoc nomine *Quar-*

to; & RVTHARDO Moguntine Sedis Archiepiſcopo, & GERHARDO eiusdem Sedis Advocato.

Huius rei Teſtes ſunt

DRVTHMARVS eiusdem Eccleſie Cuſtos & Decanus, & Cantor GODESCALCVS, & Archipresbiter STENHARDVS, & Sedis Cuſtos BERTOLDVS. Et iſti Laici teſtes ſunt: DIETRICH. RICHART. ARNOLT. RVDOLF. RVTHELIN, & filius eius WOLFRAM. GODESCALC. WERNHERE. BERTOLF. HVMBRET. Maritus iſtius mulieris HILDEGER, & alii multi

CXLVI
RVTHARDI,

In augmentum Prabendarum S. MARTINI *Fratrum liberalitas: Vna cum Advocacia ſuper villis* HEIMBACH, FINTEN &c. *dimisſione.*
An. 1108.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Notum eſſe volumus tam preſentis temporis quam futuri omnibus XPI fidelibus, quod Ego RVOTHARDVS, Moguntine Sedis Archiepiſcopus, compenſato quantum deberem DOMINO, eiusque Dilectori Sco *Martino;* ammonitu & conſilio fidelium noſtrorum procuravi vel aliquatenus, innumerabilibus ipſorum beneficiis me gratum certificare.

Itaque Fratribus S. *Martini* in augmentum tenuis Prebende ipſorum, de reditibus *Pinguie* ad Cameram noſtram pertinentibus, XII libras denariorum annuatim perſolvendas tradidi; quas, a Villico loci predicti eorundem fratrum Diſpenſator acceptas, Eſtatis tempore pro carne ovina comparanda, prout ipſis commodius viſum fuerit, diſtribuat.

Addi-

Digitized by Google

Addidi quoque in Pago, qui dicitur *Nachgowi*, Curiam unam, nomine *Bleiniche*, cum omni utilitate atque iuſticia ad eandem curiam pertinente, nec non Advocaciam in eandem curiam, & ſuper has villas: *Heinbach*, *Fundene*, *Vlmena*, *Badenheim*, *Ebernsheim:* ad ſupradictorum fratrum Prebendam pertinentes. Quod coegit nos ita ordinare & conſtituere, et cottidiana pauperum per Advocatos oppreſſio, et Domni Prepoſiti & Fratrum frequens pro eadem calamitate tollenda petitio. Preterea roborata traditione predeceſſoris mei Archiepiſcopi WEZELONIS, qua conſtituit ſingulis annis, predictis fratribus dari de vino IIII carratas apud *Logenſtein*, ego quintam ex parte Noſtri addendam annuatim conſtitui.

Que ut rata & inconvulſa apud poſteros noſtros permaneant, hanc inde Cartam conſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione notari precepimus. Quam ſi quis Succeſſorum noſtrorum, vel aliorum, irritam facere attemptaverit, deleatur nomen eius de libro viventium, & cum Iuſtis non ſcribatur, niſi digna penitentia reſipiſcat.

Data XVIII Kal Iunii. Anno Dominice incarnationis MCVIII. Indictione I. Regnante HEINRICO huius nominis *Quinto*. Sub Teſtibus idoneis, quorum nomina hec ſunt.

EMBRICO Prepoſitus. CVNRADVS Prepoſitus Sci *Petri*, & Curie Camerarius. GODEBOLDVS Prepoſitus, & Camerarius Vrbis.

ZEIZOLFVS Decanus. DVRINBERTVS Scolarum Magiſter. RICHARDVS Cantor. WIGO Prepoſitus. REGINZO Prepoſitus. ARNOLDVS Vrbis Prefectus. BERTHOLDVS Comes. GOZWINVS Comes. VLVERICVS. STEPHANVS. WERNHERVS. EMBRICHO, & item. EMBRICHO Vicedominus, aliique quam plures.

CXLVII

Privilegium HEINRICI IMP.

Qualiter Archiepiſcopus MAGDEBVRGENSIS *commutavit Curiam in* WESELA *cum pertinentiis in* GVGENHEIM *&c. Et Archiep.* Mogunt. *dedit ei* BENVNGEN *&c. in* THVRINGIA.

An. 1112.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum, preſentium ſcilicet & futurorum induſtria, qualiter fideles noſtri, ALBERTVS ſcilicet Maguntinenſis Eccleſie Venerabilis Archiepiſcopus, & ADELGOTVS Magdeburgenſis Archiepiſcopus, pro rerum ſuarum mutua commutatione Serenitatis noſtre aures pulſaverunt. Quorum precibus benigne annuentes, ex noſtre auctoritatis licentia conceſſimus, quatinus ambo, iuris ſui res ſecundum placitum in bono invicem diſponerent.

Tunc idem Maguntinus Archiepiſcopus ſue proprietatis locum, *Bennungin* nominatum in *Thuringia* ſitum, cum aliis adnominatis, predicto Magdeburgenſi Archiepiſcopo, per manum ERWINI Comitis cum omni integritate in perpetuum poſſidendum contradidit. Contra vero ab eodem ADELGOTO Curiam, *Weſela* dictam, in Pago *Trechera* in Comitatu ADELBERTI, tradente Advocato ſuo HERMANNO, cum omnibus pertinentiis, *Gugenheim, Huſſelesheim, Treiſa* in pago *Nachgowe* in Comitatu EMICHONIS: Et eccleſia Sce MARIE, * areisque infra muros civitatis in Comitatu ARNOL-

* *Eſt illa, quam* Petrenſes *incolunt.* S. Mariæ in Ubenmünſter *nuncupata.*

NOLDI: aliis quoque eccleſiis, edificiis, vinetis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, campis; ſilvis, venationibus, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, exitibus & reditibus, viis & inviis, queſitis & inquirendis, cum omnibus ad eadem loca pertinentibus per recompenſationem ſine ullius contradictione perpetualiter tenenda atque poſſidenda, Nobis noſtrisque fidelibus coram poſitis, prefatus Maguntinus Archiepiſcopus in bti *Martini* proprietatem, & ſuam, recepit. Huius autem rei Teſtes ſunt

BRVNO *Treverenſis* Archiepiſcopus.

OTTO *Babenbergenſis.*	Epiſcopi.
ERLVNGVS *Herbipolenſis.*	
REGINHARD *Halverſtadenſis.*	
VDO *Hildeshimenſis.*	
MAZZO *Fardenſis.*	
THEODERICVS *Cicenſis.*	

FRIDERICVS Palatinus Comes.
HERMANNVS Comes.
DETHI Comes. WICBERTVS Comes.
SIZZO Comes. HEINRICVS Comes.
HERMANNVS Comes. ERPHO Comes.
EMICHO Comes, & GERLACVS frater eius.
WERNHERVS Comes. HEINRICVS Comes.
ADELBERTVS Comes.
Item ADELBERTVS Comes.
ERWINVS Comes. MEGINHARDVS.
GODEFRIDVS. RABODO. WITTEKINDVS.
HOGERVS. BVRCHARDVS. GEBEZO,
& alii quam plures; Qui, ea que viderunt & audierunt, vere teſtificari poterunt.

Roga-

Rogatu ergo Magdeburgenſis Archiepiſcopi, memorato Archipreſuli ADELBERTO eiusque Eccleſie Maguntine Preceptum confirmationis fieri iuſſimus; Per quod volumus, firmiterque iubemus, ut deinceps liberam atque ſecuram poſſidendi ea habeat poteſtatem. Et ut Noſtre conceſſionis auctoritas rata & inconvulſa omni permaneat evo; hanc Cartam anuli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus, & manu propria, ut ſubtus cernitur, corroboravimus.

Signum Domni HEINRICI, *Invictiſſimi Romanorum* Quarti *Imperatoris Auguſti.*

Data XVI Kal. Iulii. Anno Dominice incarnationis MCXII. Indictione V, anno XIII ordinationis Dni HEINRICI Regis Romanorum invictiſſimi, Regni autem eius VI, Imperii vero II. Actum eſt *Salzwitele* feliciter in XPO. Amen.

CXLVIII
Eiusdem HENRICI,
Continens Donationem quorundam Hominum miniſterialium in THVRINGIA, *factam ab* VDALRICO *Comite* de WEIMAR.

[circa an. 1120.]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

HEINRICVS divina favente clementia *Quartus* Romanorum Imperator Auguſtus. Omnibus XPI noſtrisque fidelibus notum fieri volumus, qualiter Nos, ego videlicet HEINRICVS *Quartus* Imperator Auguſtus, interventu & iuſta petitione fidelium & Principum noſtrorum, BVRCKAR-

DI

DI Monaſterienſis Epiſcopi, OTTONIS Bavenbergenſis Epiſcopi, REYNARDI Halberſtadenſis Epiſcopi, ADELBERONIS Metenſis Epiſcopi, HERMANNI etiam Marchionis, GODEFRIDI Palatini Comitis, ALBERTI Comitis, BARENGARII Comitis de *Sulcebach;* Traditionem, quam VLRICVS, bone memorie *de Wimmar*, Eccleſie Moguntine per manum HERMANNI Comitis *de Thuringia* fecit; *Diamarum* videlicet quendam, & filium ſuum, etiam *Diamarum* nominatum, & *Thimonem* nepotem illius, & *Bertam*, etiam filiam ipſius ſupradicti *Diamari*, cum filiis & filiabus ſuis, & ſupradicte Eccleſie perpetuo iure habendos tradidit; Nos quoque, ad quos allodia ſupradicti VLRICI communi iudicio Principum noſtrorum devenerunt, eandem traditionem laudamus, & proprio Privilegio confirmamus. Hac videlicet conditione, ut nulla deinceps Perſona, magna ſive parva, ſupradictos homines moleſtare vel inquietare audeat. Si vero forte, quod abſit, aliquis huiusmodi noſtre conceſſionis paginam violare preſumpſerit, Centum libras auri componat; medietatem Camere noſtre, medietatem ſupradictis hominibus.

Vt autem hoc verum eſſe credatur, & ab omnibus inviolabiliter conſervetur, hanc Cartam inde conſcriptam, & manu propria corroboratam, impreſſione Sigilli noſtri inſigniri iuſſimus.

Hoc etiam omnes ſcire volumus, quod ſupradicti homines, cum eadem iuſticia, quam illi, qui theitonice *Dienſtman* vocantur, ſupradicte Eccleſie dati ſint.

CXLVIIII

ADELBERTI I.

Quod MARCOLFVS *Præpoſitus* ASCHAFFENB. *de conſenſu Advocati conſtituerit ſibi Miniſteriales*, Pincernam & Mareſchallum, *ex Cenſualibus.*

An. 1127.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autographo.

ADELBERTVS DEI gratia Sancte Mogontine Eccleſie Archiepiſcopus. Noverint omnes tam futuri quam preſentis evi fideles, qualiter MARCHOLFVS, *Aſcafenesburgenſis* Prepoſitus, duos Viros, BVRCHARDVM & DRVITMANNVM, eiusdem Prepoſiture aliquando quidem Cenſuales, rogatu Fratrum ſuorum, & conſenſu Advocati, TIEMONIS de *Bratſelde*, Miniſteriales ſibi conſtituerit; et ex eis alterum *Pincernam*, alterum vero *Marſcalcum* ordinaverit. Ita ut, ſi idem * prenominati Viri, legitimas de familia eiusdem Eccleſie Vxores duxerint, & ex eis liberos procreaverint; qui inter eos maiores Maſculini ſexus fuerint, eadem duo predicta Officia iure hereditario obtineant; & ſic per ſingulas generationes inperpetuum ſibi in eandem conditionem ſuccedant. Advocatus et, ſi quid iuris in ipſos vel heredes eorum habere videbatur, absque omni contradictione reſignavit.

** nunquam eum ii.*

Hoc autem ut ratum & inconvulſum permaneat, Nos, pro petitione Prepoſiti & Fratrum, ac totius familie, hanc Cartam conſcribi precepimus; Quam, Sigilli noſtri impreſſione ſignatam, Banni noſtri ſententia confirmavimus. Huius rei Teſtes ſunt

CLE-

Digitized by Google

CLERICI

BERENWARDVS Decanus.
DIETMARVS Cantor.
ADELHARDVS Prepoſitus.
HEINRICVS Scolaſticus.
GEBEHARDVS Cellerarius.
OTTO Diſpenſator.
NANTHERVS. CVONRADVS. BERTHOLFVS.

LAICI

EBBO. HVMBERTVS.
RVODOLFVS. RABENOLDVS.
CVONRADVS. WALTHERVS.

Acta autem ſunt hec Anno *(Dominice)* incarnationis MCXXVII. Indictione V. Regnante Dno LOTHARIO huius nominis III°.

CL

Piarum Donationum & Oblationum, *queis* ADELBERTI Præſulatus *tempore* (MCXI —— MCXXXVII) *Eccleſia Moguntina aucta fuit ſummaria Recenſio.*

Hec ſunt Allodia, que Dominus ADELBERTVS Venerabilis Moguntinus Archiepiſcopus DEO & *Sco* MARTINO in *Maguntia* contulit. In *Turingia* Predium Dni DAMMONIS de *Eidersburc* & Miniſteriales eiusdem, cum univerſa familia humiliori. Predium Dni WICMANNI in *Apol-*

de * & Miniſteriales, & omne quod in *Thuringia* habuit, & Prepoſituram in *Eidersburc*, & Prepoſituram in *Hagen*.

* *Non eſt alius, quam* Wicmannus *iſte, noviter converſus, de quo Diploma agit ſub n.* XXV (a)

Predium Marchionis HERMANNI in *Geimungun*, cum miniſterialibus & cetera familia. In *Vigbarderode*, & in *Ichſtetin* & circumſitis quibusdam Villis XIIII manſos, quos Comes ERWINVS & Dna *Helinburc* Archiepiſcopo dederunt. Caſtrum *Horburc*, cum omnibus prediis ſuis & miniſterialibus & familia; quod Dna RIGGARDIS & filius ſuus RVDOLFVS † Archiepiſcopo dederunt.

† *Sunt ii, de quibus* n. XXVI. *Item* p. 77. 144. 146.

Predium in *Vdenhuſin*, cum eccleſia & molendino & omni utilitate, quod Comes BERENGERVS dedit. Predium in *Englide* & *Gruze*, quod Dns HELVICVS & uxor ſua dederunt. Caſtrum *Meldingen*, quod Dns GERWINVS & uxor ſua cum omnibus prediis que in *Turingia* habuerunt, & cum miniſteriali ſuo *Diderico* dederunt. Octo etiam manſos, quos in *Meldingen* Marchio HEINRICVS dedit. Quicquid Dns GVNZELINVS predii in *Thuringia* habuit, cum familia, *Sco* MARTINO & Archiepiſcopo dedit.

Caſtra *Gliche* & *Muleburch*, cum univerſo monte, qui dicitur *Rebert*, & *Breidenride*, quod dedit *Palatinus* WILLEHELMVS, & Mater eius, annuente Marchione ADELBERTO. Abbatiam in *Gerinrode*, quam dedit Dna RIGGARDIS & filii eius VDO & RVDOLFVS. *Albericum*, & filios ſuos *Vdonem* & *Eckebertum*, & filium *Vdonis* de *Megenwardesburc*, cum omnibus prediis ſuis Epiſcopo dedit Dna RIGGARDIS, & filii ſui *Vdo* & *Rudolfus*; quos etiam dedit Comes VDALRICVS de *Wimare*.

Predium quod CRISTANVS de *Waldeche* in *Gandera-ba* habuit, cum agris & nemoribus & omni utilitate dedit.

FOL-

Digitized by Google

Folradvs, & Lvdegervs & Segenhardvs Predium in *Eigelolveshuſen* quod dedit *Vdalricus*, cum prediis & familia, & cum omni utilitate Archiepiſcopo & *Sco* Martino dederunt.

Caſtrum *Kabenſtein*, quod Remboldvs cum omnibus prediis & familia dedit. *Holzhuſin*, quod Vdalricvs cum prediis & familia dedit. Caſtrum *Malsburc*, quod Folcoldvs & Vdalricvs cum prediis, & miniſterialibus *Stephano* & *Vdalrico*, & familia, *Sco* Martino & Archiepiſcopo dederunt.

Vid. n. XXVII. (a)

Comes Wernhervs * Caſtra *Holzhuſun* & *Alſtat*, & medietatem *Brubachun;* Abbatiam in *Breidenowa*, cum omnibus prediis que habuit inter *Renum* & *Mogonum* & *Werraba*, cum miniſterialibus & familia *Sco* Martino & Archiepiſcopo dedit.

* *de* Griningen *Dipl. n. XXV* (b)

Predium quod Dns Hvgo, in *Nezehe*, & in *Munſtere*, & in *Stenhem*, cum miniſterialibus & familia dedit. Abbaciam in *Ameneburc* cum omnibus bonis ſuis; que tamen diſcretius in Armario ipſorum notata inveniuntur. Predium quod Dns Mathfridvs habuit in *Quecbrunnen*, & in *Sahſun*, & ubicunque habuit, cum miniſterialibus & familia. *Gammenburc*, quod Comes Rvdolfvs dedit. Munitionem *Alterheim*, cum prediis ſuis.

Miniſteriales omnes, quos Comes Adelbertvs in montanis circa *Nuenkirchen* habuit, Filia & Vir ſuus Marchio Conradvs *Sco* Martino & Archiepiſcopo cum cetera familia dederunt.

Caſtrum *Dingenburc*, munitionem *Oberoldeshuſun* cum prediis ſuis: Caſtra duo, *Ethechenſtein* (Itſtein) & *Eppenſtein*,

que Comes VDELRICVS * dedit, cum univerſis prediis ſuis, & miniſterialibus ſuis; ſicut probatur per quoddam Privilegium Ecclesie Sci *Iacobi*, quod habet ſuper quibusdam bonis in *Rudensheim*.

* *de* Naſſau *n.* XXX.

Quedam etiam Allodia, que Dns Archiepiſcopus propria comparavit pecunia, ſpecialiter Fratribus & *bto* MARTINO inibi famulantibus contulit; Que & hic adnotari precepit. In . . geſtat, in *Phurbach*, * in *Prumeheim*, † in *Spurchene-heim*, ** in *Sulcebeim*, * in *Giſenheim*, in *Blithneſeheim*, in *Sovellenheim*, (Saulheim) in *Mumenheim*, in *Wizericheſeheim*, in *Brunecho*, *Wilre*, in *Zozenheim*. †

* Birbach. n. XLIV.
† n. XL.
** p. 77.
* n. XXXIIII.
† n. XLII.

CLI

HENRICI.

Quod ADELONGAM, *uxorem* ADELBERONIS, *ex familia Eccleſiæ Moguntinæ, nexuque Advocati ſui,* Comitis LVDOVICI, *abſolverit; delegaritque, cum ipſius liberis ad ſervitium Præpoſiti* ASCHAFFENBVRGENSIS, *tanquam Miniſteriales.*

An. 1144.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autographo. HENRICVS divina favente clementia Mogontinorum Archiepiſcopus. Equum & rationabile eſt, ut, qui erga Nos devociores & fideliores extiterunt, a nobis quoque magis

gis diligantur & honorentur, & in ſuis oportunitatibus adiuventur.

Quia igitur generatio preterit, & generatio advenit; Notum eſſe volumus cunctis fidelibus, tam preſentibus quam futuris, qualiter homo quidam de familia Eccleſie noſtre, ADELBERO nomine, cum Coniuge ſua HADELONGA nos adivit; & quia in multis familiaris & devotus nobis extiterat; ut prefatam uxorem ſuam ab omni, quam debebat iuſticia Advocato ſuo LVDEWICO, Civitatis noſtre Mogontine Prefecto, abſolveremus, impetrare promeruit.

Multis ſiquidem Nobilibus hominibus noſtris ibidem tunc preſentibus, predictus Comes, Ius, quod habebat in Ea, & quinque liberis ſuis, nobis reddidit; Nosque, ut Miniſterialium *beati* PETRI in *Aſchafenburc* ius haberent; quo tamen prius de iure ſuo reſponderant & omni poſteritati eorum, noſtra auctoritate conceſſimus; & ſoli Prepoſito illius Eccleſie de cetero in officio Miniſterialium ſuorum ſervire ſtatuimus.

Et ad huius noſtre actionis confirmationem hanc Cartulam eis ſcribi, & Sigilli noſtri inpreſſione corroborantes, ne quis ipſis inpoſterum hoc ius imminuere & ad peius detorquere preſumat, Banno noſtro interdiximus. Teſtes vero ſunt:

Capellani

HARTWIGVS. CONRADVS. BEREWIGVS. GISELBERTVS. SIGELOVS, & BEREWARDVS Decanus.

Comites

DAMMO de *Hagenowa*.
HENRICVS de *Cazenelenbogen*.
ARNOLDVS de *Lureburc*.

WOL-

Wolfram de *Wertheim*,
& frater eius **Dither.**
Eggebertvs de *Deggeneburc.*
Godefridvs de *Hoſte.*

Miniſteriales

Dvdo. Megingotvs. Walbertvs.

Acta ſunt hec autem Anno Dominice incarnationis Mill. CXLIIII. Indictione VI. Regnante Rege Conrado huius nominis *Secundo.* Prepoſito Arnoldo eidem Eccleſie tunc preſidente. Data *Mogontie* XII Kal Mai.

Superbit Diploma hoc, caracterum ornatu peculiari usque adeo, ut intuentis cuiuslibet plane rapiat admirationem.

CLII

Tranſactio ſuper Decimis Riethavsen, *inter Fratres* S. Albani *&* Ilbenstadenses.

Intus occurrens Abbas *S. Albani* HENRICVS præeſſe coepit an. 1145, mortuus an. 115 . .

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autographo.

Quotiens columbina ſimplicitas & fraterna ioconditas nubis obteguntur caligine, oportune & congrue ſapientium invitatur maturitas, quorum illuminatione propulſentur tenebre, & Sol effulgeat iuſticie; Multitudo enim ſapientium, ſanitas eſt Orbis terrarum.

Eapropter noverit preſens etas, & ſubſecutura poſteritas, cauſam Querele cuiusdam Decime, diu habitam inter ſollempnem Eccleſiam *beati* Albani & Eccleſiam *bte* Marie Vir-

Digitized by Google

Virginis in *Elvenſtad*, ſagacis conſilii probitate Venerabilis Abbatis Dni HENRICI, itemque Venerabilium Fratrum eius conniventia unanimi, hac lege interpoſita prudenter ſopitam ceſſaſſe, ita ut ultra non debeat iuſte repullulare.

Eſt modicum & exiguum territorium, nomine *Rithuſun*; Cuius Decime partem terciam, iure legis humane & divine Eccleſiam *bti Albani* conſtat poſſediſſe; Quam etiam partem decime, Eccleſia *bte Marie* Virginis, Fratres videlicet commorantes inibi puſilli & magni, a predicto Venerabili Abbate, & Fratrum eiusdem univerſitate hoc ordine ſuſceperunt, ut ſingulis annis XLVI maltra tritici, nec non X ordei, & X avene, Ei & eius Eccleſie fideliter promitterent, & efficaciter exſolverent. Quod nulla temporis oblivio, nec hominum immutabit ſucceſſio.

Annectendum preterea iudicavimus de Clerico, qui nunc eſt, vel futurus eſt in *Leheim*, ut ſuccedentibus annis ſingulis accipiet de prefato territorio ſex maltra tritici, & quatuor avene; ſicque conquieſcat ab omni inquietudine; nam prefata maltra accipit, preter eius ſudorem & laborem. Salva nimirum in omnibus reverentia iam ſepe dicti Ven. Abbatis, & *bti* ALBANI Martyris, ac Fratrum unanimitatis. Quod ſi Reni effuſio, aut inſperata perſecutio, vel aeris etiam mutatio, ut eſt grando, predictum territorium vaſtaverint; quantum miſericordia & pietas parcant iuſticie, in Domni Abbatis erit propitiacione, & Fratrum caritativa compaſſione.

Vt autem huius ſcripti Pagina futuris temporibus maneat inconvulſa, *bti* ALBANI Martyris & eius Venerabilis Abbatis Sigillorum firmabit impreſſio, & Fratrum aſtipulatio. Quorum hec ſunt nomina:

DRVTCHINT Prior.
WEZZEL ſecundus Prior.
GODEBOLD *Presbyter*.
KVNO Cellerarius.

HVNFRID Cellerarius.
DIDERICH Sacerdos.
MARCWARD, Capellanus
& Camerarius.
WOLFRAM Cuſtos.
ERFO Presbyter, & Fr. WICNANDVS.

ex Laicis

SALMANNVS de Civitate.
Duo ex Miniſterialibus eiusdem Eccleſie:
GERVNCH & WALTTELMVS.

Mirabile tamen eſt, in ipſis etiam Autographis tempus rei geſtæ, ſeu expreſſionem Annorum neglectam quandoque fuiſſe.

CLIII
ARNOLDI,
Aſſignantis iuveni cuidam Canonico Curiam clauſtralem; deſuperque legati nomine diſponendi, facultate eidem conceſſa.
An. 1160.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

ex Autographo. ARNOLDVS per miſericordiam DEI Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Provida Sanctorum Patrum inſtitutione ſancitum eſſe cognoſcitur, quod murorum ambitus eccleſiaſtice emunitati dicatus, officinas & habitacula Clericorum debeat propterea continere, qnatinus dato ſigno, ad Eccleſiam feſtinato poſſent omnes convenire, & ab exterioribus Secularium tumultibus exempti, etiam in contemplatione Scripturarum ſuo tempore valeant aciem mentis exercere.

Inno-

Digitized by Google

Innoteſcat ergo tam preſentis evi quam futuri Xpi fidelibus; quod nos eiusdem inſtitutionis formam ſequentes, Dilecto filio noſtro, Heinrico, *Aſchaffinburgenſis* eccleſie Canonico, Iuveni utique bone indolis, & canonice converſationis, Studia & honeſtatis mores ut videtur apprehendere cupienti; de petitione Dilecti quoque filii noſtri Arnoldi, preſcripte Eccleſie Prepoſiti, locum, ubi Wilemannus Monetarius manebat, iuxta eandem eccleſiam aſſignavimus; ut ibidem manſione facta, divinis obſequiis iugiter valeat intereſſe.

Nichilominus quoque ſtatuimus, quatinus reſpectu laboris ac ſumptuum, quos predictus Heinricus ibidem impenderit, de illa manſione tamquam de curia clauſtrali ſibi licitum ſit, Teſtamentum conficere; videlicet, ut cottidiano alicui memorate eccleſie Prioratui, vel honeſte converſationis Canonico, illam legati nomine poſſit aſſignare.

Vt autem ea que dicta ſunt, ſuccedentibus rata & inconvulſa permaneant temporibus, hanc Cartam conſcribi, & Sigillo noſtro ſignari precepimus: Et Archiepiſcopali auctoritate ſub anathematis interminatione ita confirmavimus, ut ſi quis preſcriptum Heinricum vel eius ſucceſſorem aliquatinus inquietare ſeu moleſtare preſumſerit, anathematis vinculis donec canonice reſipiſcat ſe noverit innodatum. Teſtes huius rei ſunt.

Hartmannus maior Prepoſitus.

Sigilochus Decanus, & Sce *Marie* in campis Prepoſitus.

Willelmus Magiſter Scolarum.

Kvonradus Prepoſitus Sci *Gingolfi.*

Godefridus Prepoſitus de *Franckenvort.*

Embricho Prepoſitus *Pinguienſis.*

Baldewinus Prepoſitus Sci *Iohannis.*

 de

de LAICIS

EMBRICHO Comes *de Linyngen.*
HEINRICVS Comes *de Cazzenelenbogen.*
GERARDVS Comes *de Nuringes.*
GERLACHVS de *Buchun.*
GERHARDVS de *Hagenbuſen.*
MENELAVS iunior de *Aſchaffinburg.*
WIKNANDVS de *Luzzelenbach.*

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCLX. Indictione VIII. Regnante Dno FRIDERICO Imperatore Glorioſiſſimo, anno Regni eius IX. Imperii vero VII. LVDEWICO Vrbis Prefecto.

Data per manum SIGILOGI Camerarii, VI Kal. Marcii.

SERIES

SERIES
DIPLOMATVM
SECVLI XIII.

Digitized by Google

Supplementis quatuor præcedentium Seculorum *ad finem perductis, ubi abrupi, filum reaſſumo; & regredior ad Annum MCC, ſeu Sedis Moguntinæ Vacaturam, quam aperuerat* Conradi I *obitus.*

Et quemadmodum ſane in iis, quæ a tempore Henrici *acciderunt, circa ſurrogandos Succeſſores res ſemper in ſtatum deteriorem prolapſa eſt; ita ſimiliter & nunc, ex Schiſmate novo* Lvpoldvm *inter ac* Sigefridvm *enato, in Moguntina Dioeceſi malis tumultuantur omnia. Ea ſub brevi ut pateant complexu, audire denuo iuvabit Monachum* Godefridvm. *[ad an. 1200. p. 366.]*

„Interea *inquit* gravis tumultus oritur in „*Moguntia.* Quidam enim (*Canonici*) ex fa„vore & voluntate Philippi Regis Lvpol„dvm *Wormatienſem*, in Epiſcopum elege„runt, quidam in Sifridvm Præpoſitum „(*S. Petri*) conſenſerunt ut eligeretur. Et ex„euntes civitatem, venerunt *Binge*, & electio„nem quam ceperant de Præpoſito Sifrido, „ibidem confirmaverunt. Quod audiens Lv„poldvs, venit in manu valida ex præcepto „& favore Philippi, & *Sifridum* & electores „eius exturbavit de *Binge*. Cernens autem „Sifridvs & Sui quod minus proficerent, „ad Ottonem Regem ſe cum ſuis contulit; „a quo clementer ſuſceptus, Regalia ſuſcepit, „& cum Exercitu, fretus eius auctoritate & „Copiis, *Binge* regreditur, expugnato & fu„gato Lvpoldo. Multos ſuorum etiam ce„pit, vix Ipſo elapſo.

Atenim Belli ſorte protinus iterum mutata, Sigefridvs *(an. 1201) omni vi & conatu* Lvpoldi Binga *expulſus, abiit* Coloniam, *ubi ritu conſecrationis ſolenni Archimyſta eſt inauguratus a* Gvidone, *Pontifi-*

tificis legato Epiſcopo Præneſtino: Cuius mox litteris commendatitiis, Ortonisque Regis acceptis, Romam *progreſſus, ab* INNOCENTIO III, *obtento Pallio confirmatus, inſimul Cardinalis* S. Sabinæ *renunciatus eſt.*

Poſt hæc (an. 1205) cum Archiepiſcopo Cameracenſi conſtitutus ab Apoſtolica Sede Commiſſarius, Coloniam *venit, & ADOLFVM Archiepiſcopum Colonienſem ab Innocentio excommunicatum (quod ſcilicet eo ipſo anno pariter excommunicatum* PHILIPPVM *coronaſſet) publice denunciavit; ac demum in obſtinatia perſeverantem, XIII Kal. Iulii in preſentia Regis* OTTONIS *coram omni populo ab officio Pontificali depoſuit.*

Orta eſt propterea in Moguntina & Colonienſi provinciis maxima calamitas: Quapropter SIFRIDVS *furori* ADOLFI *depoſiti, atque* PHILIPPI *potentiæ cedens,* Romam *reverſus, in Eccleſia S. Sabinæ titulum Cardinalatus tenuit per biennium; Iſtud videlicet, quo Vſurpator* LVPOLDVS Wormatienſis *Sedem* Moguntinam *occupare continuaverat. Inſerendæ hic ergo eſſent*

ANTARCHIEPISCOPI LVPOLDI

Chartæ binæ de annis 1206, 1208, quibus Coenobii *Schönaugienſis* poſſeſſiones de patrimonii ſui Bonis haud parum auxit;

[*Cit.* T. I. *p.* 585. *n.* 2. v. Vetuſta]

Quæ porro Litteræ eum in finem adductæ fuerant, ut Nomen *retegerent* Stemmatis, *unde Lupoldus fuit prognatus,* [de Schönfeld] *hactenus incognitum; Quoniam vero easdem iam evulgavimus in noſtra* Sylloge, *anno 1728 edita, ubi* Codex Diplomaticus Schönaugienſis *primo conſpicitur loco, idcirco ſatius reputavimus, his acquieſcere, & lectorem illuc remittere.*

PHI-

PHILIPPO *Imp. anno 1208 a* CONRADI *quondam Archiepiſcopi Mog. Nepote*, OTTONE *Rheni Palatino*, Bambergæ *occiſo*, LVPOLDVS, *non ſolum Epiſcopatu* Moguntino, *ſed etiam* Wormatienſi *privatus*, *imo turpiter in exilium proſcriptus*, *omnibus exoſus quatuor annis poenas dignas luit.*

Hoc itaque 1208 anno SIGEFRIDVS, Roma *ad Sedem ſuam* Moguntinam, *Pontifice iubente venit*, *ac lætanter a Clero & populo exceptus*, *Dioeceſin non modo propriam*, *ſed* Wormatienſem *quoque*, *poteſtate delegata gubernavit*; *quoad Pontificis* INNOCENTII *permiſſu*, *prævia* FRIDERICI, *novelli Regis (quem* OTTO *ſuſcitatum contra ſe vidit Æmulum) deprecatione*, *Wormatiam ab exilio rediit* LVPOLDVS.

De cetero monendum reſtat, *quod Chartis huius Seculi XIII*, *Titulisve*, *locum*, *quo in Volumine* I. Rer. Mogunt. *citantur*, *ſubnotare pergam*. *Vbi autem nihil ſubnotatum reperitur*, *idipſum volo eſſe Signum*, noviter (*ſive poſt editionem iſtorum Voll.*) acceſſorum. *Hæc enim*, *quia magno confluxerunt numero*; *a repetitione* τȣ Ex novis acceſſionibus: *ad vitandum tædioſos pleonaſmos*, *congruenter abſtinui*; *Locando Diplomata ſingula promiſcue*, *ordine chronologico*, *uti uſque huc*, *quisquis demum Auctor ea ediderit*. *Sunt eorum*, *in XIII quod nunc aggredimur Seculo*, *permulti*.

CLIV
WERNERI de BOLANDIA
Quod renuntiet omni iuri in Eccleſiam ODERNHEIM, *erga Canonicos* METENSES.
An. 1208.

WERNHERVS de Bolanden: Notum ſit preſenti etati & ſucceſſure poſteritati, quod Ego & coheredes mei, in preſentia Sereniſſimi Domini noſtri PHILIPPI, Romanorum Regis ſemper Auguſti, renuntiavimus omni iuri, ſi quod in eccleſia *Odernheim* * habere videbamur; liberam illam, cum Decimis & omnibus ſibi attinentibus, Canonicis maioris Eccleſie *Metenſis* in perpetuum relinquentes; & de cetero erit in poteſtate ipſorum, quemcunque velint ibidem Vicarium inſtituere.

* *Villa* Odernheim *hora unius ſpatio ſita eſt ab* Alzeia *Vrbe* [*de qua in Not. ad n. 141.*] *Quosque vigore huius Charta* Metenſis *Eccleſia a Dynaſta* Bolandio *ſibi comparaverat decimales Reditus, ii ſub annum 125. . tranſlati fuere in Capitulum* Moguntinum.

Sciendum porro, quod Odernheimenſes, *neſcio quo fato nacti ſint Corpus Epiſcopi* Metenſis S. RVFFI; *multis retro ſeculis magna illic habitum veneratione; quoadusque Belli tempore tricennalis, dominantes in Palatinatu Hiſpani illud ſuſtulerunt, deportaruntque* Brugam, *in Flandria, ubi ritu priſtino colitur. Add.* MERIAN Topogr. Pal. *p. 267.*

Ceterum quia contra hoc factum noſtrum venire nec debeo nec volo, Paginam hanc inde feci conſcribi, & Sigillo meo ac teſtium appoſitione roborari. Teſtes:

VLRICVS maior Prepoſitus *Wormatienſis.*
CONRADVS Prepoſitus Sci *Andree,*
& Camerarius *Spire.*
HEINRICVS Prepoſitus *Celle.*

Eustachius Abbas de *Hemenrode.*
Emicho Comes *de Lyningen.*
Godefridus de *Elbenſtein.*
Gerlacus de *Budingen.*
Wilhelmus de *Helfenſtein.*
Rudewinus de *Flamburnen,* (Flamborn)
Didericus de *Enſilintheim.*
& alii quam plures.

Actum Anno Domini MCCVIII. Indictione XI, menſe Maio XVI Kal. Iunii. *Inquam 17. Maii, & ſic paucis ſeptimanis ante* PHILIPPI *occiſionem, quæ contigit d. 21 Iunii.*

CLV
SIGEFRIDI II A. M.
Traditiones de origine ac incrementis Monaſterii Reiffenstein *in* Eichsfeldia.
An. 1209.
[*T. II. p. 588 princip.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Sifridus Dei gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Cum paci & quieti omnium Religioſorum ex officii noſtri debito proſpicere teneamur, quoniam importunitate Impiorum crebrius diſturbari videmus; maxime tamen Inhabitatoribus Eccleſiarum noſtre Dioceſis, in quibus ſe divino cultu ſub Religionis habitu manciparunt, providere debemus. Eapropter ne cuiusquam memorabile factum tractu temporis aut per oblivionem aut pravorum verſuciam deleatur, et voce debet Teſtium, & Litterarum teſtimonio perhennari.

Nove-

Noverint igitur univerſi Xpi fideles, tam preſentis etatis quam impoſterum ſucceſſure; Quod Comes ERNESTVS, filius Comitis ERNESTI de *Thunna*, divino accenſus ſpiramine, conniventia heredum ſuorum, videlicet Comitis ERWINI fratris ſui, Vxoris ſue GVDE & filiarum ſuarum, ad honorem Omnipotentis DEI & beate MARIE ſemper Virginis, pro amplianda Religione eccleſiaſtica Cenobium fundavit in *Ripſenſteine*, quod vulgo vocant *Albolderot*, ubi congregationem Monachorum *Ordinis Ciſtercienſis* inſtituit, quos de Clauſtro *Volcolderot* aſſumpſit. Hec autem ſunt que eidem Novelle plantacioni in remedium anime ſue contulit:

Villam prefatam *Albolderot*. Silvam que vocatur *Mittelbercb*, & aliam adiacentem *Burchage:* & partem nemoris quod dicitur *Sunderen*, quod dividitur in via que manifeſta eſt ex ſuccisis lignis alterius partis. *Adiciens* his *Wirckeshagen* & *Druckenhagen*, cuius terminus protenditur in *Audelendal. Encekendorf*, quod a Miniſterialibus ſuis, partim commutatione, partim emptione habuerat. Et *Guntherot*, cum ſilva *Strot*, quod contra Miniſterialem ſuum SIFRIDVM, cognomento *Rhann*, in *Helmbrechtesdorf* commutaverat.

Denique idem Comes, nondum ſui propoſiti viſo fine inopinata morte de preſenti luce migravit; Monachi vero loci predicti proficientes in Domino, poſſeſſiones que inſufficientes fuerant Conventui, propriis facultatibus ampliarunt, in *Vndanckeshuſen*, in *Carmanrot*, in *Birckungen*, in *Huppincſtede*, in *Dricesrot*, in *Huſen*, in *Lutenrot:* que, auctore Fratre VLRICO tunc exiſtente Abbate ſunt conquiſita. Quo ſuadente, GVDA, uxor predicti Comitis, obtulit eidem Monaſterio *Berengershagen* & *Hermanneshagen*, cum omni iuris integritate; acceptis in recompenſationem X libris argenti, que Milites *de Bodenſtein* iure poſſederant feodali.

Ad hec fundum quendam in *Druckenhagen*, quem THEODERICVS Miles *de Vdra* tenebat ab Eccleſia Moguntina in feodo; BERTRAMVS Abbas eiusdem Cenobii, nomine Eccleſie pro quodam predio in *Lutra*, quod ab eodem

Digitized by Google

Theoderico emerat, uxoris & heredum ſuorum conniventia commutavit; ita ut Predium idem, in manus noſtras ab ipſo Abbate contraditum, eidem *Theoderico* concederemus in feodo; et feodum antedictum *Druckenhagen* nominato Abbati, Eccleſie ſue nomine proprietatis titulo conferremus.

Omnibus igitur prenotatis, & his nichilominus que pretaxati Fratres ſeu donatione fidelium, ſeu propriis ſumptibus aut laboribus adepti, rationabiliter vero poſſident, aut impoſterum iuſtis modis poterunt adipiſci, auctoritate noſtra firmam pacem ſtatuimus. Hoc adicientes, & pro tranquillitate eorum paterna ſollicitudine providentes, quatenus in Grangiis eorum omnis exactio devitetur.

Ad maiorem autem huius rei evidentiam, Paginam preſentem conſcribi, & eandem impreſſione Sigilli noſtri fecimus communiri. Sub interminatione anathematis diſtrictius inhibentes, ne aliqua eccleſiaſtica ſecularisve Perſona huic Noſtre conſtitutioni auſu temerario contraire preſumat; Quod ſi quis attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI & *bte* MARIE Virginis ac beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, nec non & Banni noſtri ſententiam ſe noverit incurſurum. Teſtes huius rei ſunt

CONRADVS maioris Eccl. Mogunt. HEINRICVS *Aſchapfenburgenſis.* GVMPERTVS *Heilgenſtadenſis.*	Prepoſiti.
ANDREAS maioris Eccleſie *Spirenſis.* OBERTVS S. *Iohannis* de *Houna* Herbip.	Scolaſtici.

HEINRICVS & IOHANNES, Archiepiſcopi Notarii.

RVDENGERVS Archipresbiter de *Wendelenroth.*

LAMPERTVS Comes *de Glichen.*

ALBERTVS Comes *de Eberſtein.*

GODESCALCVS de *Pleſſe.*

THEO-

THEODERICVS de *Witbecke.*
HARTRADVS Comes *de Merenberch.*
ALBERTVS de *Bodenſtein.*
BERTOLDVS de *Wincigeroth.*
BERTOLDVS de *Cruceberch.*
THEODERICVS Vicedom. de *Ruſteberch.*
HVGO de *Wilroth.*
IOHANNES de *Gebere.*
THEODERICVS de *Vdra.*
HELWICVS de *Bodenhuſen.*
SIFRIDVS, & frater ſuus
VLRICVS, de *Schaftenbecke.*
SIFRIDVS, & frater ſuus
HERTWICVS, de *Birckinfelt.*
THEODERICVS *Boemus* de *Scharpenſtein.*
BVRCHARDVS, & frater ſuus
HEREWARDVS de *Bodungen;*
& alii quam plures tam Laici quam Clerici.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCCVIIII. Indictione XII. Epacta duodecima. Datum *Ruſteberch* XI Kal. Octobris. 21. Sept.

CLVI

CLVI
EIVSDEM,

Permittentis, ut Bona quæcunque, ſeu feudalia, ſive hæreditaria, irrequiſito Ipſius conſenſu in Coenobium queant transferri prælibatum.

An. 1209.

[*Loco citato.*]

IN NOMINE PATRIS & FILII & SPIRITVS SANCTI AMEN.

Notum ſit Vniverſitati fidelium, quod Ego SIFRIDVS DEI gratia Moguntine Sedis Archiepiſcopus & Romane Curie Legatus divina inſpirante clementia recogitans, quod ex Amminiſtratione ſuſcepta, credita michi eſſet ſolicitudo Ecclesiarum tam in neceſſitatibus earum relevandis quam in ſpiritualibus ordinandis; deprehendi, Cenobium quoddam noſtre Dioceſis. quod *Riſenſtein* vocatur, pre ceteris monaſteriis ſue profeſſionis maiori laborare inopia; adeo quod ibidem DEO ſervientibus non ſufficeret amminiſtrare neceſſaria. Vbi vero maior miſeria, ibi maior impendenda miſericordia.

Eapropter compaciens ipſorum tenuitati, ut habundantius oratio eorum in ſinum meum converteretur, auctoritate DEI & Noſtra huiusmodi libertatem predicte contuli eccleſie; Vt, quicunque Liber aut Clericus, Bona, que ab Eccleſia Moguntina per manum noſtram poſſidet feodali aut hereditario iure, vel aliquo titulo iuſte poſſeſſionis, Eidem vendere, vel in remedium anime ſue in elemoſinam dare, ſive interpoſita recompenſatione commutare voluerit; non requiſito ſuper hoc favore noſtro liberam habeat facultatem hoc exequendi, & Eccleſia gaudeat libertate poſſidendi. Magis enim acceptum DEO judicavi, ut bona noſtra ſervirent DEO militantibus, quam Militantibus ſeculi vanitatibus. Vt ſic extenuando Raptores, plures apud Dominum conſtituerem pro nobis

nobis interceſſores, qui melius tuerentur orando, quam Miles clypeo.

Auctoritate ergo qua fungimur, ſub interminatione eterne dampnationis precipimus, ne quis auſu temerario, vel occulta circumventione huic noſtre conceſſioni preſumat contraire vel proterve impediendo faciendum, vel malicioſe revocando factum. Quod quicunque fecerit, vinculo perpetue excommunicationis ſe ſciat innodatum, niſi reſipiſcat, & a vexacione eccleſie cum debita ſatisfactione quieſcat.

Vt autem preſcripta, grata & rata apud poſteros & illibata permaneant, bulle noſtre appenſione roboramus. Acta ſunt hec Anno Domini MCCVIIII. Preſentibus his Teſtibus:

CONRADO maioris Eccl. *Moguntine* Prepoſito.
ANDREA maioris Eccl. *Spirenſis* Scolaſtico.
OBERTO Scolaſtico S. *Iohannis* de *Houna* Herbipolis.
RVDENGERO Archipresbitero de *Wendelenrod.*
LAMBERTO Comite *de Glichen.*
ALBERTO Comite *de Eberſtein.*
ALBERTO, & WALTERO fratre eius, *de Bodenſtein.*
BERTOLDO de *Wincingeroth.*
BERTOLDO de *Cruceberch.*
THEODERICO Vicedomino de *Ruſteberch.*
IOHANNE de *Ghebere.*
HELWICO de *Bodenhuſen.*
SIFRIDO & fratre ſuo HERTWICO de *Birckinfelt,*
THEODERICO *Boemo* de *Scharpenſtein.*
BVRCHARDO & HEREWARDO fratribus *de Bodungen;*
& aliis quam pluribus, tam Clericis quam Laicis.

Datum *Ruſteberch* XI Kal. Octobris. 22. Sept.

CLVII

CLVII
Tractatus ſolennis *inter* OTTONEM IV *Imp.* & SIGEFRIDUM *Archiepiſcopum.* *An.* 1209.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

ex Autographo.

OTTO gratia DEI Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Inſpectoribus huius pagine univerſis in perpetuum. Ea que ab Imperatoribus vel Regibus erga ſuos Principes, maxime autem Eccleſiaſticos, ſollempni ſerie pertractantur, ut perhennis efficacie robur obtineant & vigorem, utiliſſimum eſt ſcriptorum teſtimonio commendari.

Eapropter liqueat omnibus, & a poſterorum memoria non recedat, quod nobis regnantibus necdum Imperatoriam conſecrationem adeptis, ſuper Beneficiis que Anteceſſores noſtri tenuerant ab Eccleſia Maguntina, cum fideli Principe noſtro SIFRIDO eiusdem Eccleſie Archiepiſcopo frequentes ſunt habiti, diverſique Tractatus. Conſulentibus demum fidelibus noſtris Principibus & dilectis, IOHANNE Trevirenſi, THEODRICO Colonienſi Archiepiſcopis, CUNRADO Spirenſi Epiſcopo Imperialis Aule Cancellario, pro exhibendis Nobis ab Archiepiſcopo Maguntino feodis memoratis ſecum egimus diligenter; Eumque videntes noſtre obnoxium voluntati, Quingentis marcis donare promiſimus, & Bona de quibus nos intromittere ceperamus, ſue reliquimus libera poteſtati, ſicut inferius declaratur:

Göttingen, Northeim Reinhauſen *aſſeruatur pure Eccl. Mog.*

Patronatum eccleſie de *Guttingen*, Advocaciam in *Northeim*, iurisdictionem & dominium Abbatie in *Reinhuſen*, omni modo quo pie recordationis CUNRADUS Maguntinus Archiepiſcopus ipſius noviſſimus anteceſſor fruebatur, eadem ſine quolibet impedimento dimiſimus Eccleſie Maguntine.

Econtra Roſtorf OTTONI *conditionate.*

Decimam autem in *Roſtorf* nobis porrexit Archiepiſcopus ea forma, ut, ſi nomine beneficii evinceretur ab Ipſo, nos eum redderemus indempnem.

Pro-

Promiſit etiam Excellentia noſtra, Caſtra *Glichen* ſternere, Seditione temporis & intranquillitate patrie quieſcente. Super Caſtro vero *Hanenſtein*, quod dictus SIFRIDVS Archiepiſcopus utpote ſibi proprium repetivit a Nobis, huiusmodi reſervamus queſtionem; ſcilicet ut dicti Archiepiſcopi, *Spirenſis & Herbipolenſis* Epiſcopi, qui noſtrum moderabantur conſilium tam in eundo nobiſcum pro Imperatorie conſecrationis obtentu, quam domi manendo, meram inde cunctarentur ſollicite veritatem; Et ſcito per experientiam publice noticie, ipſi Archiepiſcopo competere ius in Caſtro, nos illud iuberemus Eidem cum omni libertatis plenitudine aſſignari; Si vero reſtaret ambiguitas qualiscumque, Noſtra tamen Dominatio ſecum in Iudices conveniret coram quibus ipſe Archiepiſcopus ſue poſſeſſionis titulum tueretur, Nosque iuſtam moveremus in contrarium Actionem; qua ſi Caſtrum evincere valeremus, de permiſſione Archiepiſcopi noſtrum eſſet. Adiecimus autem de gratia habundanti, quod, etſi bene nanciſceremur ipſius caſtri dominium, ſi Archiepiſcopus inter redeundum a conſecrando tale nobis obſequium preſtitiſſet, in quo Noſtre Maieſtati complacere deberet, Ipſe prefati Caſtri maneret dominus & poſſeſſor de noſtra gratuita voluntate.

Demolitio Caſtr. Gleichen *reſervatur in pacatiora tempora.*
C. Hanenſtein *ad ulter. indaginem.*

Conſequenter ad perpetuandum circa Imperium & Noſtre Serenitatis Perſonam ipſius Archiepiſcopi favorem, ſtudium & iuvamen ſecundum ius privilegiatum Eccleſie Maguntine, Civitates eius & oppida, Munitiones & predia, ſub Regiam recepimus tutelam: Liberos & Miniſteriales ſue iuriſdictioni ſpectantes frui permiſimus iure debito & conſueto. Iudeos Civitatum ſuarum & Homines cenſuimus ex parte Imperii cuiuslibet petitionis expertes. Item Faſallos ac Miniſteriales ipſius Archiepiſcopi, Principes, Comites, Liberos, inferioresque perſonas que leſe Maieſtatis reatum incidiſſent, ſuo indulſimus gaudere patrocinio, donec Imperialem gratiam ſortirentur.

Eccleſia Mog. iura privilegiata.

Digitized by Google

Securitatis de præſcriptis ſervandis præſtatio ex parte OTtonis.

Vt autem in hoc arduo negotio, & ſollempni, cum Archiepiſcopo ſic concorditer conſummato noſtram vertere non poſſemus in contraria voluntatem; dictos Archiepiſcopos & Epiſcopos mediatores concordie conſiliique datores obligavimus Archiepiſcopo dedimusque Sponſores, ut ſi pretaxatam ſeriem mutaremus, vel aliqnando infringere niteremur; Iidem contra Nos ſuo Ipſi aſſiſterent conſilio & favore. *Spirenſis* ſiquidem Epiſcopus ipſi Archiepiſcopo in virtute obedientie ſe aſtrinxit, ut eo contingente, ſe in locum quem vellet transferret, non diſceſſurus ab illo, donec emendationem ſuſciperet a Nobis Archiepiſcopus habundantem. Tanta quippe ſe dicebat cum Imperio familiaritate ligatum, ut nunquam ſe foret oppoſiturus eidem.

Sponſores ex parte Archi. Epiſc.

A ſimili Archiepiſcopus ſepedictus, Cognatos, Faſallos & Miniſteriales ipſius: Sifridvm de *Runckel*, Wernhervm & Philippvm de *Bonlanden*, Wolframvm *Ringravium*, Walpertvm & Gerardvm Advocatos *Pinguie*, Embrichonem *Volpem*, Giselbertvm, Conradvm de foro *Rudensheim*, Vlbertvm de *Sunnenberc*, Theodricvm Vicedominum de *Ruſteberg* nobis Sponſores tradidit ſuper obſervantia premiſſorum.

Hys in ſtatu Regio pertractatis, regalis ſcripti munimen addidimus & Sigilli. Poſtremo nobis in apicem Imperatorie Dignitatis evectis, & munus benedictionis Apoſtolice aſſecutis; quia per multa innotuit argumenta quod Archiepiſcopus Excellentie noſtre tam laudabilem exhibuerat famulatum ut his & amplioribus eſſet beneficiis non indignus; Scripta uſui noſtro ſubiecta Imperatorio duximus roboranda Sigillo.

20 Nov.

Datum apud *Lucam* XII Kal. Decembris. Indictione *

* *Præciſe in hoc ſitu Scriptor abrupit, indictioni ne quidem addens numerum, unde definiri poſſet Annus. Qui tamen ſecundum omnes conjecturas eſt* MCCIX, *quo, Coronationis Romanæ cauſa, in Italiam* OTTO *conceſſerat.*

Inſcri-

Inſcriptio Sigilli:

OTTO DEI GRATIA ROMANORVM IMPPERATOR * ET SEMPER AVGVSTVS. * *P. duplex.*

Eſt id pendulum, cum transfixis filis de ſerico albo, rubro, & viridi.

CLVIII
Eiusdem OTTONIS.
Petitiones ad Iudæos Archiepiſcopo MOGVNTINO *feudaliter conceſſæ.*
An. 1212.

DEI gratia OTTO, Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Inſinuatione preſentium innoteſcat Vicedomino de *Ruſteberg*, & VLRICO *de Dullenſtede;* quod eam formam Compoſitionis, que, antequam conſecraremur in Imperatorem, fuit inter Nos & Archiepiſcopum Maguntinum, integram ſervare volumus & firmam; Et ei feodaliter concedere peticiones ad Iudeos in civitate *Maguntina*, & *Erfurt*, & in aliis Civitatibus ſuis que ſub iurisdictione ſunt; niſi cum bona voluntate ipſius Archiepiſcopi poſſimus ex his aliqua conmutare. Preterea omni promotioni, Sue, & Miniſterialium tocius Archiepiſcopatus, cum honore & profectu ſemper intendemus affectuali diligentia.

Datum *Keverlingenburg* IIII Idus Iunii. *10 Iun.*

Aſſignavimus Diplomati annum 1212. Quandoquidem Imperator tunc a bellicis ſuis contra INNOCENTIVM III *expeditionibus reverſus eſt in Germaniam. Ipſeque rei geſtæ contextus præſumptionem pariat, id contigiſſe, antequam* FRIDERICVS II, *Moguntino præeunte,* OTTONI IV *opponeretur.*

Digitized by Google

Keverlingburg *autem eſt Villa ad Duc.* Brunſv. *pertinens; in qua Aedem B. V. ſacram fundaverat* Otto. *Vid. Charta deſuper in Chronico* Rethmeieri p. 452. *Paſſ. conc.* „Igitur cum Nos circa eccleſiam S. Mariæ apud *Kever-* „*lingeborch*, a nobis inchoatam, pium felicis conſum- „mationis habeamus propoſitum; notum facimus &c. *An.* 1213.

CLIX

FRIDERICI II,

Quo Bonis omnibus, ab Anteceſſoribus ſuis Eccleſiæ Moguntinæ *detentis, occupatis* &c. *renunciat, eaque* Archiepiscopo *dimittit, quiete inpoſterum poſſidenda.*

An. 1212.

Fridericus Dei gratia in Romanorum Imperatorem Electus, Rex Sicilie, Dominus Apulie, & Princeps Capue. Vniverſis Xpi fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem in auctore ſalutis.

Vt Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis, maxime Principibus, & Illis precipue que pro noſtra promocione Res pariter & Perſonas non dubitaverunt exponere, non ſolum ea que ad ipſos pertinent, libere ac pacifice dimittamus, verum etiam eorum . . augmentare Regia munificentia ſtudeamus; & ipſa ratio perſuadet, & conſideratio *noſtri Adverſarii* nos inducit; Qui, propter facta contraria prenotatis, adverſitatem Hominum & offenſam Divinam meruit ſuſtinere.

Quapropter Nos multiplicia & devota obſequia, que Dilectus Amicus noſter Sifridus, Archiepiſcopus Maguntinus & Apoſtolice Sedis Legatus nobis ſub gravi periculo & labore ac immoderatis ſumptibus & expenſis impendit, diligencius intendentes; Vniverſis bonis que Progenitores noſtri, vel

vel alii *quicunque Imperatores aut Reges tenuerunt ab Eccleſia Maguntina*, ſive que alias *occupabant de Bonis eidem Eccleſie pertinentibus;* libere & abſolute, de bona & ſpontanea voluntate renunciamus, & iam dicto Archiepiſcopo ſuiſque Succeſſoribus dimittimus, pacifice & quiete impoſterum poſſidenda.

Preterea univerſa Iura, tam Eccleſiaſtica quam Secularia, & Conſuetudines approbatas, que idem Archiepiſcopus tam in Civitate Maguntina quam Opidis & Caſtris ſibi ſubiectis habere conſuevit, vel que ad Eum pertinere noſcuntur, ei remittimus illibata, ut ſine quolibet impedimento libere utatur eisdem. Vt autem commodius & competencius omnia premiſſa debitum ſorciantur effectum, volumus & inhibemus, ut auctoritate propria ſepedictus Archiepiſcopus ea vendicet, & in ſuam redigat poteſtatem.

Acta ſunt hec, preſentibus Dilectis noſtris CVNRADO *Metenſe & Spirenſe* Epiſcopo Imperialis Aule Cancellario. LVPOLDO *Wormacenſe*, & HEINRICO *Argentinenſe* Epiſcopis. WOLFRAMMO Abbate *de Wyzenburc*. FRIDERICO Duce *Lotheringie*, & aliis quam pluribus.

Datum *Hagenaw* III Nonas Octobris. Indictione XV. 5 Oct.

[*annum indigitans* 1212.]

CLX

De Ceſſione trium Eccleſiarum, Canonicis NEOHVSANIS *per* HENRICVM *Com.* de SARBRÜCK, *ipſorum Præpoſitum, facta tempore eo, quo Ordinarius loci ex Dioeceſi & Imperio relegatus fuerat.*

Charta LVPOLDI reſtituti, Epiſcopi Wormatienſis.

An. 1212.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Suſcitari ſolet interdum oblivionis nebula —— —— Vnde Ego LVPOLDVS, DEI gratia humilis Wormatienſis

Eccleſie Miniſter, reverſus *ab exterminio in quo diu deſudavi*, notum facio tam preſencium fidelitati quam futurorum ſecuture poſteritati; quod referentibus Canonicis de *Nuhuſa* didici, qualiter Dilectus noſter HENRICVS de *Sarapontе*, eorum Prepoſitus, attendens Eccleſie ſue deſolationem, immo etiam iam imminentem ex diuturna hoſtilitate deſtructionem, Canonicorumque ſuorum ſtipendiis non modicam attenuationem; divina inſpiracione compunctus, Confratrum ſuorum Prebendas pie & laudabiliter in ſue ſalutis augmentum duxit ampliandas; ut & ibi DEO ſervientes honeſtius vivere, & in divinis DEO poſſent frequentius laborare & famulari.

Habito itaque ſuper hac ordinatione Domini Moguntini SIFRIDI Archiepiſcopi conſilio & deliberatione; Qui eo tempore, quia extra Terminos noſtre Dioceſis, ymmo *extra*
* poteſtatem *tocius Imperii relegatus fueram*, —— * a Summo Pontifice in noſtro Epiſcopatu habebat in Divinorum ordinacione; Iura patronatus trium eccleſiarum, videlicet *Ebernburg*, *Hoicheim* Mog. Dioc. & *Vffſtein* Noſtre dioc. quod ad Prepoſituram de *Nuhuſa*, que ad Epiſcopatum Wormacienſem ſpectare dinoſcitur, de bona ipſius voluntate abſolute renuncians, —— —— Et ordinacionem Dni Moguntini, & factum —— HENRICI Prepoſiti, petitionis ſepedicte Eccleſie & divine remuneracionis intuitu ratam & inconvulſam habui, & ut decuit perfecte approbavi. ——

2 Xbr. Acta ſunt hec Anno Domini MCCXII, quarto Nonas Decembris.

CLXI

CLXI
SIGEFRIDI,

Confirmatio emptionis vend. celebratæ inter Com. de RIENECK & *Monaſterium* ERBACENSE *in* RHINGAVIA.

An. 1213.

[*p. 589. n. 2 ante § V.*]

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus. Perutilis ſcripturarum eſt memoria, Que, rerum tractatus fideliter repreſentans, contra verſucias malignancium & ſubrepentis oblivionis caliginem, cautelam adhibet & munimen.

Ad noticiam igitur pervenire volumus tam preſentis etatis XPI fidelium quam future; Quod Dilecti filii Abbas & Conventus *Eberbacenſis* Eccleſie, a fideli noſtro GERHARDO, Comite *de Rinecke*, Predium ſuum in *Ingelnheim* & *Iſenheim*, tam in agris quam in vineis & curtibus, pro ducentis quatuor Marcis cum omni iure & omnibus appendiciis comparaverunt; Ipſo Comite bona eadem reſignante in Comitatu ſub cuius iuriſdictione fuiſſe noſcuntur. Que bona ipſi Eccleſie pro Centum quinquaginta marcis antea fuerant obligata.

Prædia divendita,

prius in Comitatu ſuo reſignata.

Huic venditioni *fratres Comitis memorati*, LVDWICVS Comes *de Lon*, * & Dilectus filius HEINRCVS, *Traiectenſis* & *Aſchaffinb.* . Prepoſitus, ** atque ADA Comitiſſa gratum & benevolum prebuerunt aſſenſum, idque per ſuas patentes litteras expreſſerunt.

Aſſentientibus Com. *de* Lohn & VDA Com.

* *Notari hic meretur Nomen & familia Comitum* de Lohn, *ceu cum* Rieneccis *una eademque A Caſtro habitationis tantum differebant: uti v. g. olim Dynaſtæ* de Brauneck *intuitu Agnatorum ſuorum* de Hohenlohe.

** *Æque* Rieneccius, *dictus* de Lohn.

Pre-

Preterea dictus Comes *de Rinecke*, & fideles Xpi SIBBOTHO, BEZELINVS & DIEMARVS de *Rinecke*, & dictus *de Narath*, coram Nobis mediante datione fidei promiſerunt; quod, ſi qua prenotate Eccleſie mota fuerit queſtio ab ARNOLDO, fratre ipſius Comitis, *qui nunc in* Anglia *obſes tenetur*, ipſi ſe *Moguntie* repreſentent, nunquam egreſſuri ex ea, donec *Arnoldus* abrenunciaverit bonis illis, & ſepedicta eccleſia ab impeticione ipſius penitus abſolvatur.

Pro Arnoldo, in Anglia obſide, obligatio ad obſtagium.

Curia Rin. *Moguntia.*

Ad hec predictus Comes Curiam ſuam in *Maguntia*, in qua videlicet ſita eſt Capella *S. Lamberti*, ad abundanciorem cautelam antefate eccleſie pro LX marcis pignori obligavit; ſuper eo videlicet, quod antedictus ARNOLDVS frater ipſius Comitis abrenunciaturus ſit libere bonis illis, & quod ipſe Comes eandem Eccleſiam ab omni prorſus impeticione abſolvet, que ſive ab Eo, vel ab aliis occaſione Sui, impoſterum poterit ſuboriri.

Vt autem que premiſſa ſunt, robur obtineant firmitatis; petitum eſt hinc inde a Nobis, ut ea ſub noſtri Privilegii pagina faceremus conſcribi, & Sigilli noſtri munimine roborari.

Statuimus ergo, ne aliqua inpoſterum Eccleſiaſtica Secularisve perſona huic ordinationi, & auctoritati preſentis Privilegii temere contraire preſumat, quod ſi quis attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI, noſtramque offenſam ſe noverit incurſurum. Teſtes huius rei ſunt

CONRADVS, maioris Eccl. in Mag. Prepoſitus.
GERBODO Prepoſitus *S. Petri.* *
GERHARDVS Prepoſitus *S. Stephani.*
CHRISTIANVS Prepoſitus *S. Victoris.* **

de Capellanis

IOHANNES Canonicus eccl. *S. Stephani.*
HEINRICVS Notarius. WIDEROLDVS Sacerdos.

de

de Miniſterialibus

EMBRICHO Camerarius. GODESCALCHVS Officiatus.
ARNOLDVS ad *Quercum*. EMBRICHO filius *Mengoti*.
HELFRICVS de *Wizenowa*. BERTOLDVS filius *Herboldi*.
ERNESTVS Monetarius. HERTWICVS de *Dusburg*.
BALDVNGVS Officiatus.

de Burgenſibus

FRIDERICVS *Scado*. SIFRIDVS *Potho*
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCCXIII. Indictione I. Data *Maguntie* VI Idus Maii. Pontificatus Dni INNOCENTII Pape III anno XVI. Pontificatus vero Noſtri anno XII°. *10 Maii.*

CLXII

Complures NOBILES *iuxta ac* COMITES, *ex diſſenſione reducti in Concordiam* MEDIATORE ARCHIEP. SIGEFRIDO. *An.* 1213.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus Apoſtolice Sedis Legatus. Hec eſt forma Compoſitionis & Pacis, facte per Nos inter illos *de Schardenberc* & illos *de Gudenburc* & fautores eorum, de partium ambarum conſenſu.

Compoſitionem, quam inter HERMANNVM & STEPHANVM fratres *de Schardenberc* ex parte una: & DITMA-

RVM & ADELVNGVM germanos eorumdem ex altera, olim Conſanguinei & Amici eorum ſtatuiſſe noſcuntur, Ipſi ratam & firmam tenebunt. Et quecunque dampna, iniurie, vel moleſtie ſibi adinvicem actenus ſunt illate, de his ceſſet omnis Actio, & querela utrumque penitus ſit ſopita.

Inſuper quecunque bona in manſis aut aliis fundis poſſedit pater eorum, hec Ipſi inter ſe fraterne, benigne & equaliter partientur. Si quas vero alias poſſeſſiones habent, utpote in Iudiciis, ſuperſtatuet utraque pars unum Scultetum; & ſi quid emolumenti inde provenerit, illud inter eosdem iidem Sculteti equaliter partientur.

Item quicquid proprietatis habent *Hermannus*, & fratres ſui *de Schardenberc*, cuilibet eorum liceat partem ſuam uxori ſue legare. Quicunque vero ipſorum deceſſerit absque herede ad quem de iure tranſeat Feodum; eius feodum ad fratres ſuperſtites revertatur. *Ditmaro* & *Adelungo* reſtituantur domus eorum.

Item ſuper diſſenſione, que eſt inter HEINRICVM *de Gaſtervelt* ex parte una, & THEODERICVM *Gropen* & fratrem eius HERMANNVM ex altera; Statuimus, ut, ſi que incendia, vel rapine, vel alia dampna in rebus mobilibus utrobique ſunt illata adinvicem, illa penitus remittantur, & de cetero ſuper eis nulla queſtio moveatur. Si qua vero inter eos eſt queſtio ſuper bonis, ſive hominibus; ſuper ea formam compoſitionis ſervabunt, que ab amicis & conſanguineis eorum, in loco qui *Hart* dicitur, fuit ſtatuta; et ubi minus peracta vel ſervata extitit, compleatur.

Idem quoque fiat de diſſenſione, que inter GERLACVM de *Breidenbach* & filios eius, ARNOLDVM *Lupum* & fratrem ipſius ex parte una: & HEINRICVM de *Gaſtervelt* ex altera: Item quicquid diſſenſionis eſt inter ARNOLDVM de *Curterich* & fratrem eius WILHELMVM ex parte una, Et HERMANNVM & STEPHANVM de *Schardenberc* ex parte una: & THIDERICVM *Gropen* fratrem eius ex altera, ſuper bonis,

Digitized by Google

nis, ſive hominibus, que Avi & patres diviſerant; ſuper his ad noticiam Vicinie recurratur; & ſi quid per illam de verita-te conſtiterit, firmum & ſtabile teneatur. Quod ſi per Vici-niam nequiverit expediri, hoc quod quisque in poſſeſſione nunc habet, preſidio Iuris defendat.

Item Compoſitionem que inter Comitem GODEFRIDVM & GISONEM de *Gudensburc* ex parte una, & HERMANNVM de *Schardenberc* & STEPHANVM fratrem eius ex altera, olim apud *Gudensberc* fuit ſtatuta, Ipſi adhuc ratam habeant & firmiter obſervent. Item ſi quis fautor alicuius partium predictarum, fautorum partis alterius inimicus exi-ſtit occaſione diſſenſionis iſtius, ſit eius ſincerus amicus, nec propter hoc deinceps inſultet eidem.

Item HERMANNO *Gropen* reſtituatur domus ipſius: Et tam ipſe in ſua parte, quam alii in partibus ſuis, edificent quicquid velint. Ita tamen, ne per hoc munitio Caſtri, vel in muro vel in plancis, vel in foſſato deterioretur. *Hermanno* quoque liceat per partem ſuam facere viam unam.

Item ſi Illi *de Schardenberc* in auxilium illorum *de Brakele*: aut Illi *de Gudenburc* in auxilium GODESCHALCI de *Pirremunt* acceſſerint, in eundo & redeundo, & domi manendo, nichil adinvicem ſibi nocebunt; ſed tunc tantummodo, quando ſuut in eorum, quibus ferunt auxilium, comitatu.

Item ſuper Decima in *Witeſingen*, propter quam Illi *de Gudenburc* & *Schardenberc* inimicabantur ſibi adinvicem; diſpo-ſuimus, quod Comes FRIDERICVS de *Cigenhagen* certum & finalem diem ſtatuit; ad quem ambe partes in eius preſen-cia comparebunt, ad optinendum vel perdendum Decimam ipſam de Iure: Et ſi qua pars eam ibidem ſecundum Ius feo-dale optinuerit, illi cedat pars altera, nec ſe de illa de cetero intromittat. Item omnes utrinque Captivi, abſoluti & liberi dimittantur.

Super omnibus autem preſcriptis Iudices duos ſtatuimus, Vnum ab una, Alterum ab alia parte electum. Sta-

 tuen-

tuentes, ut ſi quid queſtionis inter ipſas partes emerſerit, deferatur ad eos, omni prorſus ab ipſis partibus ultione ceſſante, ſed Iudices eam decidant. Que ſi ab eis infra ſex ebdomadas decidi nequiverit, partes deferant eam ad noſtram Audientiam, omni ſimiliter poſtpoſita ultione, & Cauſam ſuam coram nobis, continuis decem & octo ebdomadibus proſequantur. Si autem contigerit nos extra Teutoniam eſſe conſtitutos, noſtrum patienter & pacifice reditum exſpectabunt. Poſt quem, ſimiliter decem & octo continuis ebdomatibus proſequentur in noſtra preſentia Cauſam ſuam. Ad idem quoque volumus ipſas partes Succeſſoribus noſtris teneri.

Inſuper fideiuſſionem, quam homines de *Witeſingen* Arnoldo *Lupo* fecerunt pro animalibus, que ipſe illis reſtituit, ſimul & Debitum pro quo fideiuſſit, omnino remittat.

Hec autem Compoſitio, per huiusmodi cautionem & penam eſt utrumque firmata: Singuli predictorum in manum noſtram, Comite FRIDERICO de *Cigenhagen*, Comite HEINRICO de *Wegebach*, Comite ALBERTO, & Comite HERMANNO de *Schauenburc* & HERMANNO de *Waldekke* preſentibus, fidem dederunt, & poſtmodum cautionem iuratoriam preſtiterunt, quod hanc compoſitionem inviolabiliter obſervabunt. Quod ſi quis eorum violaverit; ſi que feoda, ſive in Caſtro ſive in quibuscunque aliis bonis tenet a Nobis, illa erunt ab ipſo penitus abſoluta, & libere nobis vacabunt.

Preterea Sponſores ex utraque parte dederunt inferius ſubnotatos; Ita ſi quis huius compoſitionis violator extiterit, Sponſores eius in noſtram poteſtatem ſe repreſentent, facturi ſuper hoc, quicquid eis duxerimus iniungendum. Et hoc iidem Sponſores ſimiliter in manus noſtras, & aliorum predictorum fide interpoſita promiſerunt, idemque cautione iuratoria firmaverunt.

Spoponderunt autem: pro ARNOLDO LVPO Gyſo *de Gudensberc*. Cunradus *de Itere*. Wernherus *de Vtbershuſen*. Rich-

Richwinus *de Enſe.* Pro GYSONE Helias *de Bruninkhuſen.* Eberhardus *de Vthershuſen.* Cunradus *de Hebelde.* Pro ARNOLDO de CVRTERICH Gyſo *de Gudensberc.* Cunradus *de Itere.* Ditmarus *de Itere.* Pro WILHELMO de CVRTERICH Comes Fridericus *de Cigenhagen.* Arnoldus *de Curterich.* Wernherus *de Vthershuſen.* Pro DIETMARO & fratre ſuo ADELVNGO Arnoldus *Lupus.* Volpertus *de Hapesvelt.* Ludewicus *de Wildungen.* Tidericus *Gropo,* & frater eius *Hermannus.* Albero *de Rechlinchuſen.* Pro DIETERICO GROPONE & fratre ſuo HERMANNO Tidericus Vicedominus *de Ruſteberc.* Cunradus *de Mezze.* Sifridus *de Bidtenvelt.* Richwinus *de Enſe.* Radeboldus *de Centre.* Erneſtus *de Adenſtete.*

Ex parte altera: Pro HEINRICO de GASTERVELT, HERMANNO & STEPHANO fratribus de SCHARDENBERC Volpertus *de Hapesvelt.* Reinherus *de Wichdorf.* Albertus *Liber.* Sifridus *de Rotenberc.* Cunradus *de Hebelde.* Hertwicus *de Birkenvelt.* Godefridus *de Hapesvelt.* Godefridus *de Mezze.* Tidericus *de Hohenberc.* Gumbertus *de Ritte.* Ermingus *de Genſingen.* Ludewicus *de Wildungen.*

Teſtes huius rei ſunt:

GVMBERTVS *Fritslarienſis*	Prepoſiti.
PHILIPPVS *Heiligenſtadenſis*	
ADELOLDVS Scolaſticus.	Fritslarienſes Canonici.
HEINRICVS Cantor.	
TIDERICVS de *Apolde.*	
FRIDERICVS de *Buren.*	
CVNRADVS de *Reſteberc.*	
Magiſter ALBERTVS.	
HEINRICVS Notarius noſter.	

LAICI

Comes Heinricus de *Wildenberc*,
& Comes Hermannus de *Schowenburc*.
Heinricus *Pampis* de *Itere*.
Wideroldus & Hermannus, fratres
de Ringoltheshuſen.
Helmboldus de *Roſtorp*.
Cunradus *Vſheim* Dapifer noſter.
Cunradus *Cinco* Marſcalcus.
Boemundus de *Heiſensheim*,
& alii quam plures.

Actum *Frislarie*. Anno incarnationis Dominice MCCXIII.
5. Sept. Datum ibidem, Nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno duodecimo.

CLXIII

Canonicorum in Wezlaria,

Traditio bonorum in Emphyteuſin.

An. 1214.

ex Apographo.

Quoniam diuturna revolutione temporum, rerum ante geſtarum mentibus hominum facile ſuprepit oblivio, ideo dignum duximus, rem dignam memoria, ſcripti teſtimonio roborare.

Notum ſit igitur tam preſentis quam futuri evi hominibus, quod mortuo Henrico molendinario, Irmentrudis uxor ipſius, cum pueris ſuis omnibus, Molendinum cum ſuis appendiciis, & Salicto, a Canonicis *Wetſlarienſis* Eccleſie tali condicione & iure hereditario ſuſcepit, ut ſingulis annis XIIII

XIIII maldra ſiliginis, & totidem maldra tritici, & XXX ſolidos levis monete, & dimidium ſextarium vini Cellerario perſolvat, & Ipſa in quieta poſſeſſione ad finem vite ſue permaneat; Eaque defuncta pueri eius, indempnes, & ſine exactione que vulgo *Vorebure* dicitur, idem beneficinm iuxta prefatam condicionem irrefragabiliter & ſine omni contradictione obtineant. Et ſi aliquis heredum neceſſitate compulſus ſuam in ante dicto beneficio vendere voluerit porcionem, non in manus alienorum, ſed in manus tranſeat * heredum, aut Canonicorum. ** in orig. tranſſeiat*

Acta ſunt autem hec, Anno incarnationis Domini MCCXIIII, preſidente Apoſtolice Sedi Papa INNOCENTIO, & *diſcordantibus inter ſe*, FRIDERICO Romanorum Rege & OTTONE *ab Imperio depoſito:* TEODERICO Archiepiſcopo, *Treverenſis* Eccleſie pontificatum regente, & CONRADO *Wetflarienſis* eccleſie exiſtente Prepoſito, & CONRADO Decano, & ERNESTO Scolaſtico, & GERHARDO, OTTONE, HARTDERADO, CONRADO, GODEFRIDO, CONRADO, item CONRADO. * Teſtibus ſubſcriptis mediantibus: ** Canonicis.*

CRAFDONE. HARTBERNO. } Scabinis.
HENRICO *Longo*. LODEWICO. }
ARNOLDO Monetario.
WIGANDO Mercatore,
& ECHARDO Inſtitore,
& aliis quam pluribus.

Vt hec condicio firma & inconvulſa permaneat, preſentem paginam Sigillo Eccleſie noſtre confirmavimus.

CLXIV

CLXIV
Diploma SIGEFRIDI,
De Monaſterio HAYN, *ortu eiusdem ac progreſſu, notitiam ſuggerens amplisſimam.*
An. 1215.

[*p. 589. n. 2. ad* § *V.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus & Apoſtolice Sedis Legatus, in perpetuum. Quoniam ſuperna favente clementia in veri Regis ad hoc Specula ſublimati conſiſtimus, ut proſpicientes de longe, Nobis commiſſorum imminentes precaveamus anguſtias; Equum ideo fore decernimus & ſalutare, ſi, quod adepti ſumus Nomine, nominis effectu proſequamur, & Re.

Eapropter notum fieri volumus preſentibus & futuris XPI fidelibus univerſis; Quod *Mons* in *Aulesburch* cum ſuis appendiciis a quodam Comite BOPPONE de *Reichenbach*, & ipſius Vxore, BERTHA nomine, Ordini quondam donatus *Ciſtercienſi*, & a felicis memorie Dno HENRICO Moguntine Sedis Archiepiſcopo ſuſceptus, eiusque Privilegio roboratus in vinculo Banni, Dominico ſit mancipatus obſequio: Quem pietatis actum eorumdem Nepos fidelium Comes HENRICVS de *Cigenhagen* poſtmodum promovere geſtiens, cum ad maturam deveniſſet etatem, cum quibusdam Nobilioribus ſue Provincie Militibus, GODEFRIDO de *Hapsvelt*, & REINOLDO de *Keſenberch*, & HENRICO de *Aldershuſen*, CISTERCIVM ſub *habitu Penitentis* adiit; coramque Abbatum ſacro Collogio, tempore generalis Capituli ibidem congregato, prefatum DEO locum & glorioſe Virgini MARIE mera devotus obtulit fide, ab omni liberum exactione Ciſtercienſi condonans Religioni.

Hunc

Hunc igitur Locum in ſuam ſuſcipiens curam quidam Abbas de *Aldenberch*, GOZWINVS nomine, Fratres illuc de proprio transmiſit cenobio; quorum ordinatis moribus & vita, advenientes ibidem informarentur ſervituri DOMINO fideles: Vnde numerus crevit XPI ſervorum, quibus non defuit ad vite preſentis neceſſaria hucusque divinum auxilium.

Proceſſu temporis idem Comes HENRICVS, ut universorum DOMINO, Dominique famulis inibi degentibus reconciliaretur pro quibusdam irrogatis eidem loco iniuriis; vocato ad ſe Abbate, WILHELMO nomine, una dierum apud Caſtrum *Wildenberch*, cum duobus Monachis, WIGANDO Priore & THEODERICO, ipſe cum uxore ſua BERTHA liberisque cunctis acceſſit; et coram Miniſterialibus ſuis & Caſtellanis integra fide omni proprietati & Advocacie renuntiavit; promittens, de cetero ſe, ſuosque ſucceſſores numquam in aliquo prefatam nocituros Eccleſiam: Quod, ne videretur novercari, memorie poſterorum proprio ſcripto firmavit & bulla; noſtraque coram preſentia idem factum conſummandum ſpopondit, & ſolvit.

Nempe cum *Haſſiam* introiſſemus, & penes *Fritslar* conſiſteremus, idem Comes HENRICVS, multis intereſſentibus Terre Nobilibus, Clericis & Laicis ſe nobis obtulit; & eundem Locum, locique appendicia ſollempni perficiens Donatione, ſub defenſione *bti* MARTINI, Moguntine Eccleſie fidelis Patroni, noſtras in manus gratum DEO reconſignavit ſacrificium; ab omni, ut preſcriptum eſt, eximens iugo liberum exactionis.

Sed quoniam hanc Oblationem aſſenſu Coniugis ac liberorum neceſſe fuit impleri; Nuntios deſtinavimus Prepoſitum GVMPERTVM & Decanum ADELHELMVM & CVNRADVM de *Ruſteberch* Fritslarienſis eccleſie Canonicos, cum Militibus HENRICO & EBERHARDO de *Ottershuſen*, CVNRADO de *Borkene* & CVNRADO de *Manderin;* qui, cum Magiſtro CVNRADO tunc temporis ſancte Crucis Legato ad propriam Comitis domum accedentes communiter,

apud villam que dicitur *Mardorf*, ipſum cum uxore ac liberis omnibus repererunt; & multis coram aſtantibus, vice Noſtra ſuſceperunt a Comite prefato & eius uxore, filiisque ac filiabus omnibus, Donationem de preſcripto Cenobio, ante, noſtra coram preſentia ſolius manu Comitis oblatam.

Nec pretereundum quod adiecit de quadam Area, Fratrum induſtria & fidelium elemoſinis acquiſita; ad quam transferri prioris edificia loci minus eorum Religioni convenientis, memorati conſenſu Abbatis Fratrumque favore ſuorum a nobis petiit, & petitionis effectum obtinuit.

Inde cum veniſſemus in Caſtrum *Cigenhagen*, idem Comes HENRICVS aſtante Abbate ad noſtram cum duobus acceſſit filiis preſentiam WICKERO & HENRICO; coramque Comitibus, Nobilibus, & eiusdem caſtri Miniſterialibus iterato Locum prefatum, nova cum Area, in Noſtram noſtrorumque obtulit Succeſſorum protectionem.

Hec igitur Oblatio ut ubique terrarum ad Loci munimen innoteſceret univerſis, prefatus Abbas ad ſui Conventus promotionem & honorem cum labore ſe ipſum impendens, Nos uſque *Wirzeburg* procedentes inſequitur; ubi ſuam nobis repreſentans faciem, petivit, ut Comitis HENRICI ſuorumque Donationem heredum preſentibus panderemus Principibus, & eorum atteſtatione Nominum, noſtrum ipſi donandum Eccleſie Privilegium firmaretur: Quod nos admittentes volenter, totam rei ſeriem coram Principibus quibusdam, & Nobilibus multis de ſepedicto loco pandentes, omnibus devote ſuggeſſimus, ut memores horum ſua darent Nomina huic noſtre conſcribi Formate, quatenus in *Libro* perhennis mererentur adſcribi *Vite*. Quod omnes fideliter admittentes, eidem loco proſpera, & fidelibus ibidem Domino militaturis adoptavere bona.

Nos igitur, licet indigni, Largitoris omnium gratia bonorum Moguntine curam Metropolis agentes, benignam Fundatorum oblationem, & devotum noſtrorum Predeceſſorum

rum aſſenſum prompto comprobamus affectu; & illi Loco quicquid contulerant, nos propter DEVM concedimus, ipſamque novam Aream, cum monte *Hadenberg*, & *Breidenbach* ſilva, & allodiis in *Aldengoſa*, cum coherentibus antiquo loco prediis: monte *Aulesburg*, villa *Lovelbach*, & omnibus horum attinentiis; & *Vohelin*, *Holzhuſen*, *Holzheim*, & *Bernheit* ſilvam, partim ab Archiepiſcopo, partim a Fundatoribus Loco collata.

Item *Hadelogehuſen*, cum *Hagen* & eius decima. *Hegene* ſuperior cum decima. *Virmine*, *Suineſe* ſuperior cum decima, cuius Cenſus V ſolidorum eſt Eccleſie *Geiſmar*. Et allodia in *Suineſe* inferiori; *Cunigishus* cum decima, & Decimam *Holzhuſen*, cum *Eychenſcheit* ſilva: *Geilingen* cum decima, *Hegene* inferiorem, & *Einvirſt*, & omnia huic Ville appendentia.

Predium in *Manehuſen* cum ſuis attinenciis. Predium in *Riederin.* Vineas in *Rode*, *Ramsbach*, *Rengershuſen: Flandern* cum decima. *Sengilſceit* cum decima. *Huvele* cum decima; cumque Molendinis *Hagen*, *Lengelin*, *Waga*, *Linda;* & molendino *Guntershuſen*, & allodiis eiusdem ville, & univerſas Novalium decimas, Pecorumque & omnium nutrimentorum, que infra terminos ſue dioceſis illic Domino ſervientes elaborabunt, cum Omnibus, in campis, ſilvis, pratis, paſcuis & aquis ad preſcripta coniunctis predia, in *bti* MARTINI & Noſtram ſuſcipimus defenſionem; in verbo Domini pace munientes eterna; et ipſi nomen Aree *Aulesburg* imponentes, adoptantes bona Locum eundem de cetero promoventibus; *Ignis vero penas inextinguibilis cunctis eiusdem pervaſoribus Clauſtri imprecantes.*

Qui autem ſepedictum locum *Aulesburch* & bona eiusdem hactenus aſſignata, vel de reliquo aſſignanda quolibet modo iuſto preſumptuoſus invadere temptaverit, hunc beatorum PETRI & PAVLI, & Venerandi Patris noſtri INNOCENTII *Tercii* cuius Legatione fungimur, Noſtroque, & noſtrorum aſtringimus Banno Succeſſorum; & niſi ſatisfacien-

 do

do mature reſipiſcat, perpetuo illigamus anathemate, *ut cum Iuda Traditore diſtricti Iudicis ira plectatur eterna, & cum Archa populum diſturbante Domini turbatus intereat, indeficienti torquendus pena.*

Igitur noſtrorum indulta Predeceſſorum, cum prenominatorum donationibus Fundatorum, ſuorum heredum Comitis HENRICI & ſue contectalis Dne BERTHE, liberorumque eorum WICKERI, HENRICI, GODEFRIDI, BOPPONIS, IVTTE, DEMVDIS, horumque ſucceſſorum, ut hec prefato Cenobio deſerviant inviolata per evum, preſenti Scripto munimus & bulla; teſtibus roboramus idoneis, ne labi videantur cum tempore, que geſta ſunt labente cum tempore. Teſtes hi fuerunt:

FRIDERICVS Electus Rex Romanorum ac ſemper Auguſtus, Rex Sicilie & Dux Apulie.

ALBERTVS *Magdeburgenſis* Archiepiſcopus, & Apoſtolice Sedis Legatus.

OTTO *Wirzeburgenſis* Epiſcopus.

CVNRADVS Abbas *S. Iacobi* in *Moguntia.*

DITMARVS Abbas de *Bredelare.*

GISO Abbas de *Breidenowe.*

PHILIPPVS Prepoſitus in *Heilegenſtad.*

GVMPERTVS Prepoſitus in *Fritslar.*

ADELOLDVS Decanus, HENRICVS Cantor,

CVNRADVS Cellerarius, CVNRADVS Cuſtos & ceteri Canonici *Fritslarienſis* Eccleſie.

OPERTVS Scolaſticus, & HEROLDVS, Canonici in *Moguntia.*

IOHANNES Scolaſticus in *Aſcaffinburg.*

WIDEROLDVS Decanus *S. Victoris* in *Moguntia.*

BENE-

Digitized by Google

BENEDICTVS Capellanus in *Cigenhagen.*

LVDEWICVS & GOZMARVS germani fratres Comites *in Zigenhagen.*

WERNHERVS Comes *de Battenburg*, dans iudicium Defenſionis ſuper prefatam Eccleſiam.

GODEFRIDVS de *Eppenſtein.*

GERLACVS de *Budingen.*

HENRICVS *Pampis.* CVNRADVS de *Ittere.*

WERNHERVS de *Ottershuſen.*

ISFRIDVS de *Bentreſſe.* CVNRADVS de *Borckene*, cum filiis CVNRADO & EBERHARDO.

GERLACVS & SIFRIDVS germani fratres *de Bidenfelt.*

CVNRAD9 & HENRICVS de *Oreſe* * fratres germani. * Vrff.

RADBODO de *Cenre.*

BRVNO & THEODERICVS, germani fratres *de Aldendorf.*

CVNRADVS, & BRVNO frater eius, *de Turri.*

RVDOLFVS *Crug.* HERDEGIN *Cuppelin.*

DITMARVS *Streckebein.*

HERMANNVS de *Swensberg;* & ceteri quam plurimi, Milites & Servi.

Acta ſunt hec apud *Fritslar:* Anno incarnationis Domini MCCXV tercia Nonas Iunii, & ad finem uſque deducta apud *Wirzeburg*, coram Rege & Principibus, Nobilibusque quam plurimis Militibus & Servis, quarto Idus Iunii. Pontificatus noſtri anno quartodecimo. Romanorum Rege FRIDERICO Regnum Sicilie Ducatum Apulie gubernante feliciter, Sanctiſſimo Patre noſtro INNOCENTIO Romane Eccleſie preſidente fideliter. Amen.

Digitized by Google

AD NOTITIAM
Coenobii Haynenſis
SICILIMENTA.

Diverſas huius olim Monaſterii Chartas ediderunt Viri de Re literaria optime meriti, KVCHENBECKER * ESTOR ** *ſed intra earundem terminos continere ſeſe ipſos oportuit. Siquidem, quæ Monachorum poſt eorum ex illo eiectionem fuerint fata; quo profugerint; ut Spem repetendi aliquando relictas Sedes non depoſuerint; quomodo haud deſtiterint, in extruſi Abbatis* DITHMARI, *poſſeſſoris* Haynenſis *ultimi, locum ſubſtituere novos Præſules, donec omnis, recuperandi penates, decollata ſpes eſſet; hæc inquam a nemine uſque huc expoſita novimus.*

* Anal Haſſ. Coll. IV. p. 340. Coll. VIII. p. 275.
** Kleine Schrifften Parte I. p. 193.

Poſteaquam vero in manus noſtras incidit authenticus liber Copialis *huius Coenobii, præter Tabulas a Scriptoribus laudatis iamdum publici iuris factas* † *varii generis notabilia alia complectens; ſic Diplomatis* Sifridiani *occaſione, eadem cum B. L. communicare volui.*

† Atenim & Nobis permultæ (ex d. libro tranſcriptæ) ſuperſunt. Quibus cum *Kuchenb.* collatis, mox diſpunxi Meas, quas prelum dudum ſubiiſſe obſervabam. Quia vero illæ vix quartam efficiunt partem; e cæteris ſaltim nonnullæ, ſive inſigniores, Codici noſtro intercalandæ videbantur, ſuo in ordine proditurae.

Diploma SIGEFRIDI prælibatum quod attinet, bis illud iam editum reperio. Semel in IONGELINI *Notitia Abbatiarum Ordinis Ciſterc.* Lib. III. p. 58. & altera vice apud

Dn

Dn. KVCHENB. d. *Coll. IV. p. 347.* Cuius porro exemplar cum iſto *Iongelinico* (prout Archiepiſcopi HENRICI Diploma fundationis) de littera ad litteram concordat. Qua tamen evulgatione duplici haud obſtante nullus dubitavi, quin heic repeterem illud. Nimirum ideo, *a*) quod in *Vol I. Rer Mog.* citatum ſit. *b*) ob eius præſtantiam, ceu a capite ad calcem ſcitu referens digniſſima. Tum *c*) intuitu diſparitatis, circa editiones vitioſas, corruptas &c. et editionem probam, qualis præſens noſtra eſt.

In primis igitur ex Diplomate HENRICI * *conſtat,* *ſupra n. LVI *celeberrimum Haynenſe monaſterium originem ſuam traxiſſe an. 1144 a Comitibus* Ziegenhainiis. *Notum pariter eſt, quod in bona pace floridum ſubſtiterit, uſque ad turbida iſta procedentis Seculi XVI tempora; Coenobitis maxime, ac ſacris eorundem domiciliis admodum fatalia.*

Hæc inter Orbi illuxit Annus 1527; quando PHILIPPVS Magnanimus, HASSIÆ Landgravius, *uti cætera Provinciæ ſuæ Monaſteria, ita & iſtud invaſit, occupavitque. Abbate una cum Monachis fugatis, diſperſis; Bonis autem & poſſeſſionibus, in uſus, etſi non profanos, fundationi tamen inconſonos, converſis. Quippe traductum in Xenodochium, Pauperibus alendis, præſertim mente captis, inſervit.*

Abbas interea DITHMARVS, *a loco originis de* Wetter *dictus, cum Fratribus* Moguntiam *exul conceſſit. Et quoniam in anguſtiis rem poſitam cerneret; Prædia extra* Haſſiæ *Principatum ſita, aliis divendidit: veluti Grangiam clauſtralem in vico Wetteraviæ* Vtph, *iuxta cum fundis ad eam pertinentibus, reditibusque. Nominatim in* Oberbeſſingen, Ittunghauſen, Gunderskirchen, Laubach, & Hurloſtreiſe. *Quæ cuncta* Solmenſis *Comes* PHILIPPVS, Laubaci *reſidens, erga penſionem centum florenorum auri*, Haynenſibus *ſingulis annis exſolvendam, comparavit: Reſervata ſibi facultate, penſionem iſtam pro Summa bis mille flor. poſt decen-*

decennium a tempore initi Contractus reluendi. Confe-ctis deſuper litteris Monachus *in libro Copiali ſubiunxit ſequentia:*

„Ad candidum lectorem.

„Alienatio predictorum bonorum nullatenus facta fuiſſet, „niſi Abbas Henenſis & Sui, in Exilio & in extrema neceſſi-„tate poſiti eſſent. Veritas igitur vere dixit *Filios huius ſeculi „prudentiores filiis lucis in ſua generatione.* Quod in litteris „preſcriptis apparet. Ibi nihil prætermiſſum eſt Exceptio-„num & cautelarum, ne eadem Bona ad priores heredes ali-„quando redire valeant.

Aliis vero Tabulis, queis Contractum iſtum ratum habuere Superiores Ordinis, Compilator idem adiecit:

Penes Dn. Abbatem Ciſtercii originales litteræ ſunt reli-„ctæ, tamquam Superiorem, & Generalem totius Ordinis „Viſitatorem; ut ſemper fieri conſuetum eſt in eiusmodi re-„bus Ordinis vendendis vel alienandis. Iuxta ſtatuta Ordi-„nis.

Et porro:

„Anno Domini 1529, Dominica *Invocavit*, D. Abbas DIT-„MARVS accepit mutuo centum flor. a Priore & Conventu „Carmelitarum intra *Franckfurdiam,* pro penſione IV floreno-„rum annuatim, uſque ad redemptionem. Quos quidem C. „fl. Abbas IOANNES redemit an. 1543, ſolutis ſingulis pen-„ſionibus eorundem.

„Anno Dni 1528 Dns DITMARVS Abbas *Henenſis* im-„petravit penale Mandatum a Regimine Cæſareæ Maieſtatis „ad Comites *de Hanaw & Eyſenberg.* (Iſenburg) Similiter „ad Civitatem *Franckfurdiam, & Geilnhauſen:* In quo quidem „Mandato Comitibus ac Civitatibus illis mandatur ſevere, ne „Bona *Henenſia* ſub eorum dominiis alicui permittant, niſi ſolo „dicto *Henenſi* Abbati cum ſuis. Huius Mandati exemplar „habetur alibi.

„Poſt

Digitized by Google

„Poſt obitum vero Abbatis DITMARI an. 1529 Adver„ſarii fortius inſtiterunt ad occupandum præfata Bona. Ideo „Abbas IOANNES obtinuit renovationem præfati Mandati „Imperialis, cum aggravatione inſertæ poenæ. Quod pro„fuit uſque in annum 1533.

„CC floreni mutuo accepti.

„Anno 1528 D. DITMARVS Abbas accepit mutuo 200 „flor. ab Honeſto viro HILARIO *Ochſen*, Scriba computatio„num civitatis *Franckf.* ad penſionem V florenorum annua„tim: Quam Summam D. IOANNES Abbas redemit an. 1533, „cum ſolutione penſionum.

„Idem *Hilarius*, circa prefatum tempus emit ab D. *Dit„maro* Abbate domum cum hortulo, retro noſtrum ſtabulum, „ubi nunc eſt domus extructa, pro 150 florenis, ſi recte me„mini.

Anno eodem 1528, die Martis S. Michaelis A. feſtum ſubſecuta, ipſe DITMARVS *venditionis titulo tranſtulit in* ALBERTVM *Cardinalem Mogunt. Ædem, quam Conventus* Haynenſis *haud multo ante in Oppido* Frizlar *exſtruxerat, coemiterio contiguam, ſtatuto pretio duorum mill. flor. Poſtridie alia facta eſt conventio, qua Haynenſibus cedebatur Curia* Antonitarum *in urbe Moguntina, pro domicilio, non tamen perpetuo, ſeu, ut Cœtum aliquem ibidem inſtituerent nunquam interiturum; ſed temporali duntaxat, quoadusque aliquis eiectorum Monachorum foret ſuperſtes.*

Habitationi addita fuere alimenta, ſcilicet boves 2. porci 6. tria vini plauſtra, 2 centupondia butyri, medietas cadi halecum, & orgyiæ ligni 40. Hæcque omnia ſingulis annis præſtari promittebantur. Tali tamen pactione adpoſita, ut, ſi binos ex ſeptem, qui tunc ſupererant, Contubernalibus mori contingeret; tercia tunc alimentorum deſtinatorum pars ceſſaret. Duobus aliis deinde ſublatis, rurſus tertia minuenda eſſet. Defunctis

tandem ceteris omnibus, omnis quoque alimentorum præſtatio finiretur. Ex inſtrumento deſuper in vernacula confecto hæc habeas:

Erſtlich, nachdem ſich Abt und Convent, aus notdurftigen dapfferen urſachen auſ irem Cloſter *Heine* in dieſen ſchwinden Zeiten des Zwiſpalts Chriſtlichen Glaubens haben thun müſſen, und zu Unß, als iren Ordinarien, underthenig Zuflucht geſucht; So ſollen und wollen wir, genanten Abt, und folgenden ſeinen Convent-Brüdern ſo bei Jme und dem Orden beſtendig pliben, und nachgefolgt ſein, nemlich IOHANNI *Falckenburg* Priorn, IOHANNI *Thulln*, Bergen genent, IOHANNI Meyen, HENRICH Maſtrich, BENEDICTVS Mockſtatt, und Ambroſien *Monaſterii*, das Anthonier Hauß in unſer Stat Meintz, * irer aller Leben lang, von Einem uf den andern, zu wonen ingeben; wie wir Jnen auch das ingeben, und unß deshalben mit dem Preceptor zu *Hoeſt*, dem es zuſtendig, vereynet und verglichen haben.

* nunc Conventus Pauperum Clariſſarum.

Darzu ſollen und wollen Wir berürtem Abt, und ſolchen Brüdern iellich und iedes Jars beſonder, umb S. Martins unſers Ertz-Stifts Meintz Patronen tag, zu irer allen ufenthalt und Narung geben zwene zimblich Ochſen, sechs zimlich Sewe, dry Stuck Weins, Viertzig malter Korns, zwene Centner Butter, ein halb Thunn Herings, und viertzig Karren Holtz: Alſo, daſ Jnen ſolchs alles, ierlich zu izt angezeigter Ziet ungeverlich, durch einen ieden unſern Cammerſchreiber, oder Kelner zu Meintz, gelibert und gerichtet werden ſoll: Doch mit unterſcheid und gedinge: Wo zwo von den obgemelten Siben Perſonen abſturben, als dan ſol Jnen diſe proviſion zum Drittentheil abgeen; Und ſo aber zwo abſturben, als dan ſo ſolt abermal das Dritteil der proviſion abgezogen werden. Und ſo die lezten Perſonen abſturben, ſollen Wir als dan nymants witers ichts zu geben ſchuldig ſein.

Gloſſa compilatoris ſubiuncta:

Obgemelt Penſion vor die zwey tauſent Gulden Hauptgelts iſt kein mal uns von Heyne vollig entricht; umb Verzug, und daſ zwo Ordens-Perſonen, nemlich Abt Ditmar, und Johann Thull von

von Bergen, dem Kaufbrief inſerirt, ſind abgeſtorben anno 1529; ſonder das Dritteil derſelben Penſion abgebrochen.

1528. Item

Auch iſt die vorgeſchriebene Penſion volgender maſſ geendert, auſ unſers gnedigſten Herrn befelch. XIII Gulden zu 24 albus vor die 2 Ochſen, davon der Dritteil abgezogen. XIIII Gulden vor 4 Sewe, VIII Gulden und VIII albus vor ein Centner und 33 ℔ Butter. XIII Gulden und VIII albus vor 26 Karren Brenhols, und das Dritteil eins Karren. II Gulden vor das Dritteil einer Thonnen Herings, VI Gulden Hauſzinſ vor das Thonies Hauß.

Item

Vorgeſchrieben Penſion bezalt der Rendtmeiſter zu Meintz, zum halben theil umb S. Jorigen tag, und das ander theil umb Martini, ungeferlich.

Item der Kelner im Schloß zu Meintz bezahlt 2 Stuck Weinſ, und 27 Malder und 2 Kumpf Korns umb Martini ungeferlich.

Anno 1528 hat Abt Ditmar ein hübſch klein Pferdt, damit er von *Heine* geridten, geſchenckt Grafen *Antonien* von Eyſenberg, und mit dem Prior gen Büdingen geſant. Aber dis Geſchenck hat wenig furgetragen.

„Item

„Abbas Ditmarus cum Priore, mutatis veſtibus fue„runt *Spiræ*, tempore Comitiorum; ſed propter ferociam Ad„verſariorum nihil effectum. Anno 1528.

1529.

Bey Abt *Ditmarn* iſt auch die nue Behauſung im Heyner Hof zu Franckfurt angefangen; der meinung, daſ der Abt mit ſinen Bruderen in Zeit ires Ellends da zu wonen gedacht; welche Behauſung hat über 900 Gulden gekoſt; Darzu iſt gewendet alles, was wir armen ellendigen mochten uſpringen, mit Burgen, und ablöſen.

tandem ceteris omnibus, omnis quoque alimentorum præſtatio finiretur. Ex inſtrumento deſuper in vernacula confecto hæc habeas:

Erſtlich, nachdem ſich Abt und Convent, aus notdurftigen dapfferen urſachen auſ irem Cloſter *Heine* in dieſen ſchwinden Zeiten des Zwiſpalts Chriſtlichen Glaubens haben thun müſſen, und zu Unß, als iren Ordinarien, underthenig Zuflucht geſucht; So ſollen und wollen wir, genanten Abt, und folgenden ſeinen Convent-Brüdern ſo bei Jme und dem Orden beſtendig pliben, und nachgefolgt ſein, nemlich IOHANNI *Falckenburg* Priorn, IOHANNI *Thulln*, Bergen genent, IOHANNI Meyen, HENRICH Maſtrich, BENEDICTVS Mockſtatt, und Ambroſien *Monaſterii*, das Anthonier Hauß in unſer Stat Meintz, * irer aller Leben lang, von Einem uf den andern, zu wonen ingeben; wie wir Jnen auch das ingeben, und unß deshalben mit dem Preceptor zu *Hoeſt*, dem es zuſtendig, vereynet und verglichen haben.

* *nunc Conventus* Pauperum Clariſſarum.

Darzu ſollen und wollen Wir berürtem Abt, und ſolchen Brüdern ieclich und iedes Jars beſonder, umb S. Martins unſers Ertz-Stifts Meintz Patronen tag, zu irer allen ufenthalt und Narung geben zwene zimblich Ochſen, ſechs zimlich Sewe, dry Stuck Weins, Viertzig malter Korns, zwene Centner Butter, ein halb Thunn Herings, und viertzig Karren Holtz: Alſo, daſ Jnen ſolchs alles, ierlich zu izt angezeigter Ziet ungeverlich, durch einen ieden unſern Cammerſchreiber, oder Kelner zu Meintz, gelibert und gerichtet werden ſoll: Doch mit unterſcheid und gedinge: Wo zwo von den obgemelten Siben Perſonen abſturben, als dan ſol Jnen diſe proviſion zum Drittentheil abgeen; Und ſo aber zwo abſturben, als dan ſo ſolt abermal das Dritteil der proviſion abgezogen werden. Und ſo die lezten Perſonen abſturben, ſollen Wir als dan nymants witers ichts zu geben ſchuldig ſein.

Gloſſa compilatoris ſubiuncta:

Obgemelt Penſion vor die zwey tauſent Gulden Hauptgelts iſt kein mal uns von Heyne vollig entricht; umb Verzug, und daſ zwo Ordens-Perſonen, nemlich Abt Ditmar, und Johann Thull von

von **Bergen**, dem Kaufbrief inſerirt, ſind abgeſtorben anno 1529; ſonder das Dritteil derſelben Penſion abgebrochen.

1528. Item

Auch iſt die vorgeſchriebene Penſion volgender maſſ geendert, auſ unſers gnedigſten Herrn befelch. XIII Gulden zu 24 albus vor die 2 Ochſen, davon der Dritteil abgezogen. XIIII Gulden vor 4 Sewe, VIII Gulden und VIII albus vor ein Centner und 33 ℔ Butter. XIII Gulden und VIII albus vor 26 Karren Brenholz, und das Dritteil eins Karren. II Gulden vor das Dritteil einer Thonnen Herings, VI Gulden Hauſzinſ vor das Thonies Hauß.

Item

Vorgeſchrieben Penſion bezalt der Rendtmeiſter zu **Meintz**, zum halben theil umb S. **Jorigen** tag, und das ander theil umb **Martini**, ungeferlich.

Item der Kelner im Schloß zu **Meintz** bezahlt 2 Stuck Weinſ, und 27 Malder und 2 Kumpf Korns umb **Martini** ungeferlich.

Anno 1528 hat Abt **Ditmar** ein hübſch klein Pferdt, damit er von *Heine* geridten, geſchenckt Grafen *Antonien* **von Eyſenberg**, und mit dem Prior gen **Büdingen** geſant. Aber dis Geſchenck hat wenig furgetragen.

„Item

„Abbas DITMARVS cum Priore, mutatis veſtibus fue„runt *Spiræ*, tempore Comitiorum; ſed propter ferociam Ad„verſariorum nihil effectum. Anno 1528.

1529.

Bey Abt *Ditmarn* iſt auch die nue Behauſung im **Heyner Hof** zu **Franckfurt** angefangen; der meinung, daſ der Abt mit ſinen Bruderen in Zeit ires Ellends da zu wonen gedacht; welche Behauſung hat über 900 Gulden gekoſt; Darzu iſt gewendet alles, was wir armen ellendigen mochten uſpringen, mit Burgen, und ablöſen.

Eodem anno, veneris poſt Dominicam Iudica, *vendidit idem Abbas* PETRO Piſtori, *iuniori*, Selboldiæ, *litteram quandam de ſumma ſortis 41 fl. pro 31 fl. Brevi ab hinc autem, moerore curisque confectus ſeculo valedicens, animam Creatori ſuo reddidit. Circumſtantias neſciremus, niſi diligens Monachus in poſteritatis memoriam his eas annotaſſet verbis:*

„Anno Domini 1529, 9 die menſis Iunii obiit D. DIT„MARVS Abbas Henenſis, *Moguntie*, in domo Dni RVPER„TI de *Bidenfelt* Canonici maioris Eccleſie, & in Choro Fra„trum Predicatorum ibidem ſepultus. Cuius ſepulchro tale „inſcriptum eſt Epitaphium:

DITMARVM, Cenobii *Heyne* apud Heſſones Abbatem, oborta per Germaniam Religionis cauſà diſcordia motum dignitate, ac pulſum innocenter, *Moguntia* benigne exceptum fovit, vitaque pie functum CHRISTO remiſit Anno vigeſimo nono ſupra Milleſimum quingenteſimum. V vero Idus Iunii.

Et in appenſa prope tumulum Tabula figurata, ſequentia legebantur:

Hunc mihi dat tumulum Moguntia carne ſoluto,
  Ante quidem Exilii fata miſerta meî.
Relligionis enim, quo nunc Germania flagrat
  Diſſidio, propria ſede repulſus eram.
Haſſia teſtis erit, ſolenni ubi more creatus
  Coenobii Henenſis divitis Abbas eram.
Sed mutare locum, ceterosque mutare colonos
  Eheu fecerunt Sacra novata Deum.

Atenim utraque Inſcriptio diſparuit: utpote Lapidari *detrita*, Lignea *autem occaſione renovationis templi ſubmota.*

Neque tamen, mortuo Abbate Ditmaro *ſpem omnem depoſuerunt, qui ceteris adhuc ſuperſuere, tres Conventua-*

tuales; quin ad Præſulem monaſterii Veteris montis * *cuius filia erat Coenobium* Haynenſe, *confugerunt, eiusdemque auxilium implorarunt. Cuius ope factum eſt, ut novum, in* Ditmari *locum paucis poſt diebus elegerint Abbatem, ſcilicet* IOANNEM Falckenberg, *Prioris munere (*Haynæ *adhuc) functum; quod contigit* Coloniæ, *ipſo Electionis inſtrumento pluribus id exponente.*

* Aldenburg *in Dioec. Colon.*

Cum his, obſecro, componantur Ineptiæ quibus impudens delirat LEZNERVS, in der kurtzen Beſchreibung des Kloſters Haina, apud *Kuchenb.* Coll. IV, ubi (p. 325) expulſo Abbati *Dithmaro*, imponit nomen MEINOLPHI: Papam tunc temporis *Clementem* VII vero vocat QVINTVM. [dem Babſt *Clemente* dem fünfften des Namens]

Et p. 335: Als aber der Abt Meinolphus ſahe und vernam, daſ er ins Cloſter Heina nicht wieder eingeſezt werden konte, handelt und practicirte er ſo viel, daſ ihm und ſeinen Brudern zu Meintz ein Hoff eingethan wardt; daſelbſt hat er ſeinen Cloſter Orden ſo wol und gut er gekondt gehalten, bis er Anno Chriſti 1574 daſelbſt verſtorben. Ob nu ſeine hinderlaſſene Herren und Brüder einen andern Abt erwelet, und was des Orts ir Handel und Wandel, oder ir Vermügen ſey, iſt mir verborgen.

Exemplar Litterarum.
[CLXV]

NOS Fr. ANDREAS Abbas Monaſterii *Veteris montis* Ciſterc. Ord. in Colonienſi dioceſi, Pater & ordinarius Viſitator Monaſterii de *Heina* Ciſt. Ord. in Moguntinenſi dioceſi, nec non ſacri Ciſtercienſis Ordinis Capituli generalis Commiſſarius. Vniverſis & ſingulis, quorum intereſt vel intereſſe poterit, & preſertim eiusdem noſtri Ordinis perſonis Regularibus ubilibet conſtitutis, cum veritatis notitia ſalutem in Domino ſempiternam.

Quia ex iniuncto noſtris humeris incumbenti paterno officio, quantum in Domino poſſumus, indemnitati noſtrorum ſubiectorum Monaſteriorum conſulere, paternaque providen-

videntia futuris periculis obviare tenemur; Igitur, cum ſeculi calamitas eo, proch dolor! prolapſa ſit, ut in diverſis Germanie partibus, Noſtri & aliorum plerumque Ordinum utriusque ſexus Monaſteria ſint ob novarum Sectarum varia dogmata, & Secularium Principum potentiam aut direpta, aut omnino devaſtata & prophanata; Clenodiis quibuslibet, aliisque omnibus rebus, Bonis, fructibus & obventionibus per ſecularem poteſtatem uſurpatis; Perſonis quibusdam effugatis, quibusdam etiam pravo adfectu Habitu & Religione ſponte dimiſſis; Et inter alia, quod non absque dolore referimus, predilecta noſtri *Veteris montis* monaſterii Filia, predictum monaſterium de *Heina* in HASSIE partibus dudum fuerit omnino ſeculari potentia oppreſſum & prophanatum; ita quod Venerabilis, Religioſi & Devoti, in CHRISTO nobis dilecti, Dns DITMARVS, eiusdem monaſterii Coabbas noſter, & alii plerique Fratres, ſue Profeſſionis loco & domicilio proch dolor ſpoliati, paſſim in aliis locis exulare, ac miſere latitare ſint coacti, in non modica calamitate, miſeria & animi dolore; Quo factum putamus, quod prefatus in CHRISTO nobis chariſſimus D. DITMARVS, ultimus eiusdem monaſterii Coabbas noſter, procul dubio ex animi merore, nuper die IX menſis Iunii vel circiter, diem clauſerit extremum, cuius anima in ſancta pace requieſcat; Et, niſi per nos Paterna providentia huiusmodi Fratrum exilio & deſolationi oportuno & celeri paterno remedio conſulatur, verendum, ut omnia in preceps prolabantur, ac de dicto Monaſterio illiusque Perſonis & Bonis plene actum ſit, et pro derelictis, & ab Ordine deſolatis videbuntur;

Quapropter infraſcripti tres Fratres, videlicet IOANNES *Falckenburg*, alias *Gladbach*, eiusdem monaſterii Prior, & IOANNES *Meie* de *Dreyſa*, ac BENEDICTVS *Mockſtat*, ſepedicti monaſterii Profeſſi, qui adhuc Ordinis zelum habent, flebilibus oculis ilico ad nos recurſum fecerunt, & mortem eorundem Patris Abbatis nobis denuntiaverunt; Nosque variis ſuſpiriis, atque intimis ex precordiis pro paterno conſilio pari-

pariter & auxilio Eis tanquam omnino deſolatis miſericorditer impartiendo, humiliter implorarunt, atque, ut eorundem ſaluti conſulere pro debito paſtorali & paterno officio dignaremur, inſtantius requiſierunt;

Verum, cum nobis tanta tamque inſignis vorago atque deſolatio, iam olim proch dolor cognita, & nunc deinde Mors eiusdem D. Abbatis noſtri expoſita fuiſſent, non immerito ex paternis viſceribus commoti, in lachrymas prolapſi ſumus, haud ſatis conſulti, quid in ea re pro ingruentium periculorum acerbitate faciendum foret.

Convocatis igitur Venerabilibus & Religioſis . . Dno WILHELMO de *Gogh*, Priore Monaſterii in *Bottenbroch* dicti noſtri Ordinis, & D. HERMANNO Priore noſtri Conventus *Veteris montis*, decima quarta die predicti menſis Iunii ad Curiam noſtram in civitate *Colonienſi* nos contulimus: Quibus perſonaliter coram nobis conſtitutis, cum eisdem Capellam eiusdem Domus, quam pro loco Capitulari ad hoc conſtituimus ſuper premiſſis; et quid in hac re nobis tamquam Patri ordinario, Viſitatori ac etiam Ordinis Commiſſario facere liceat, ſeu faciendum foret, maturius deliberavimus.

Et quia conformi ſpe ducebamur omnes, hec mala tempora DEI auxilio quandoque in melius reformari; ideo oportunum, immo utile & neceſſarium fore iudicavimus, ut ex predictis tribus Fratribus, habiliter, novus deſignaretur eiusdem Monaſterii Abbas & Pater; qui tam Oves deperditas & aberrantes, quam Bona, ſi que eſſent nondum a ſeculari manu obſorpta & deperdita, recuperare & requirere, & perſonas ſic uti premittitur deſolatas, ex Reditibus, ſi qui eisdem in aliis partibus ſupereſſent, ſuſtentare, & iura & pertinentia eiusdem Monaſterii quantum a Domino permittitur tueri, & pro ſalubriori incremento conſervare poſſit.

Cum itaque nullo alio remedio huic caſui pro nunc mederi concederetur, neque perfectam Electionem, neque Poſtulationis viam amplecti poſſemus; Igitur ad maius periculum precavendum tandem demandavimus Fratribus & eorum cui-

cuilibet in diſtrictu & virtute ſalutaris obedientie; ut ſeſe, quantum poſſent recolligerent, ac pararent ad Communionem; nos etiam una cum predictis coadſumptis Patribus & Prioribus in Dei timore primitus Miſſam celebrare, & in eadem divinum auxilium devotius implorare vellemus; ut Sancti Spiritus inſtinctu novi Abbatis creatio & deſignatio, per Nos prout res poſtulabat fienda, ad Dei honorem, Ordinis decorem, & animarum ſalutem ac Spiritualium & Temporalium felicem increſcentiam ſuccedere poſſet.

Quibus peractis antedictos tres Fratres vocavimus, & illis ſerioſius iniunximus, ut nos de qualitate perſonarum ſuarum, aliiſque circumſtantiis eiuſdem Monaſterii, illiuſque rerum & bonorum, & perſonarum ſtatu plene informare curarent. Et quolibet eorum ſeorſim in predictorum coadſumptorum Priorum preſentia examinato, deinde ipſos ſimul audivimus; Atque diligenti conſideratione Perſonarum, & collatione zeli ad zelum, nec non matura deliberatione cum predictis coaſſumptis Patribus Prioribus prehabita; tandem, meritis & qualitate Perſone, ac concordi Electione dictorum duorum Fratrum exigentibus, Religioſum Fratrem, Ioannem *Falckenburg* Priorem antedictum, ibidem coram nobis conſtitutum, tam Paterna quam Commiſſaria & Ordinis auctoritate, omnibus melioribus & efficacioribus quibus potuimus & debuimus modis, creavimus, nominavimus, & deſignavimus, prout creamus nominamus & deputamus per preſentes, eiuſdem Monaſterii verum & indubitatum Abbatem, expreſſo ad hoc aliorum duorum Fratrum accedente conſenſu.

Qui quidem Frater hoc audiens, primitus tale onus, quaſi ſuis impar viribus, refutare conabatur: Nos tamen, ut huiusmodi deſignationi adſentiret, in Dei nomine eundem requiſivimus. Cuius conſenſu accedente, eidem mox ſub interminatione Divini Iudicii iniunximus, ut quecunque deperdita eiuſdem Monaſterii, quantum poſſet, recuperare: Perſonis

ſonis ad ſanctam Religionem converti cupientibus paternum gremium aperire: & in omnibus fidelis Patris & Paſtoris officium exercere ſtudeat. Eidem per traditionem Sigilli & Clavium predefuncti Abbatis, omnem curam & plenarium Regimen tam ſpiritualium quam temporalium rerum committentes; inque poſſeſſionem vel quaſi omnium bonorum, rerum, iurium & pertinentiarum eiusdem Monaſterii Paterna & Ordinaria auctoritate eundem inducendo, & quantum in nobis eſt, confirmando. Eidem ſerioſius demandantes, ut de bonis, rebus & reditibus, ſi que extent, ad predictum monaſterium ſpectantibus, legale Inventarium de manu predictorum aliorum duorum Fratrum ſubſcriptum, infra trium menſium ſpatium conficiat, & preſentari nobis faciat.

Quibus omnibus peractis, dicti duo Fratres eidem novo eorumdem Domino Abbati humiliter & devote Profeſſionem fecerunt; prout illam ab aliis Fratribus eiusdem monaſterii nunc diſperſis, & zelum Ordinis adhuc habentibus etiam fieri, paterna auctoritate demandamus.

Et in Domino hortamur, univerſos & ſingulos quorum intereſt ſeu quomodolibet intereſſe poterit obnixius exorantes, quatenus eidem D. IOANNI novo Abbati, ſic canonice electo & reſpective deſignato, fideli defenſionis preſidio adſiſtere; ac, quatenus neceſſe fuerit, Confirmationis & Benedictionis munus miſericorditer impertiri; Illique de omnibus fructibus, redditibus & obventionibus eiusdem monaſterii reſpondere velint, atque dignentur; ab omnium retributore maximo DEO premium recepturi.

In premiſſorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium nos Fr. ANDREAS antedictus Sigillum noſtrum abbatiale una cum ſigillo predicti D. Prioris de *Bottenbroch* preſentibus appendi fecimus. Datum die qua ſupra. Anno Domini MDXXIX.

IOANNEM *recens electum Cardinalis Moguntinus* ALBERTVS *non modo confirmavit, ſed inſimul (auctoritate Apoſtolica) Mitra abbatiali, ipſum ſucceſſoresque eius, inſignivit. Privilegium non addo, cum id reperiatur in* IONGELINI Notitia Abbatiarum Ordinis Ciſterc. *Lib. III. p. 61. Suppleat interim vices.*

„Confirmatio . . per Reverendiſſimum
„Ciſtercienſem.

[CLXVI]

Nos Frater GVILLERMVS Abbas Ciſtercii, in *Cabilonenſi* Dioceſi, totius noſtri Ordinis, & generalis Capituli eiusdem plenaria fungens poteſtate: Notum facimus univerſis, quod viſo, & diligenter per nos examinato Electionis decreto, cui noſtre preſentes ſunt adnexe; & quo conſtat, Religioſum Fratrem, IOANNEM *Falckenberg*, in Abbatem monaſterii noſtri de *Heyna* Mogunt. dioceſis fuiſſe electum; dictam Electionem & alia inde ſequuta & dicto Electionis decreto contenta & deſcripta, Prudentum ſuper hoc habito conſilio, Noſtra & dicti noſtri Capituli generalis auctoritate laudavimus, ratificavimus, & approbavimus, ratumque & gratum habuimus & habemus; Eidemque & ceteris inde ſequutis in dicto electionis Decreto contentis, noſtra ac prefati generalis Capituli confirmationis robur adiicimus. Supplentes eadem auctoritate omnes & ſingulos defectus, tam iuris quam facti, quos de iure ſupplere poſſumus & debemus, ſi qui forſitan in dicta electione intervenerint.

Datum in *Vogeto* ſub appenſione Sigilli noſtri. Anno Domini MDXXIX, XXVII die menſis Auguſti.

Monachus noſter in Copiali libro, porro hoc modo continuat.

Digitized by Google

1529.

„Poſteaquam IOANNES *Falckenberg* Prior eſſet in Ab„batem Henenſis monaſterii confirmatus & benedictus; duo „Fratres, . . . IOANNES *Bergen* & GEORGIVS *Neheim*, „poſt defectionem penitentia ducti, errorem ſuum coram No„tariis & teſtibus revocaverunt, & ſic recepti ſunt ad gratiam „& obedientiam Ordinis: de qua quidem revocatione extant „duo publica inſtrumenta.

„Anno eodem IOANNES Abbas . . 100 fl. mutuo ac„cepit a Decano & Capitulo Collegiatæ eccleſiæ *B. Mariæ* „Franckfurdiæ, ad penſionem annuam 4 flor. [*redimebantur an. 1541.*]

„Anno eodem 1529 Abbas *Henenſis* cum ſuis ſolvit „Franckfurdianis 50 fl. in expeditionem contra Turcam, ad „illorum vehementem inſtantiam. Nihil enim nobis profuit, „quod exules, & undique adflicti.

„Item *Hanawe:*

In gemeltem iare 1529 haben Wir von Heyne 10 Gulden dem Grafen zu Hanaw von unſeren Gueteren under inen zur Turcken-Stuer geben.

Im Jar 1532 haben Burgermeiſter und Rath zu Franckfurt zum Türcken-Zuge an unſ von Heine ernſtlich gefordert einen Wagen gerüſt mit zweien Knechten und vier Pferden; und wiewol die von Heyne ein halben wagen, Einen Knecht mit zweien Pferden in ſolchen Noeden zu ſenden; haben doch, wiewol wir im ellend, 60 Gulden zu 27 alb. gemelten Herren geben mueſen vor ire forderung.

Quæ poſtero tempore fata fuerint rebus Haynenſibus, ex ſequentibus cognoſci poteſt. Mutato ſiquidem Monaſterio a Domino territoriali in Xenodochium, convertit idem Princeps mentem ſuam in Curiam monachalem, Francofurti *ſitam, vulgo* der Hayner-Hoff *appellatam. Poſſederant eandem Haynenſes annis trecentis continuis; Titulo, quem hæcce pandit Charta.*

[CLXVII]

Vniverſitas Civium in Wetflaria. Omnibus preſentem paginam inſpecturis. Quoniam mutabilitate temporum, hominum quoque ſucceſſio permutatur; cautum eſt, ſcriptis & teſtibus firmari, que ad poſterorum noticiam fuerint deducenda.

Hinc eſt, quod preſenti litterarum teſtimonio declaramus; Quod Eccleſia de *Hegenehe* Ciſterc. Ord. Maguntine dioc. Curiam quandam in *Franckenvort* iuxta cimiterium ſitam, * apud Dn. Fridericvm de *Marburg*, & uxorem ſuam Dn. Methildim, nec non apud Dn. *de Willandesdorff*, & Irmengardim coniugem ſuam, pro Summa quadam pecunie comparavit; abrenuntiantibus Cvnrado & Ignehilde pueris Dne *Methildis*, privignis Dni *Friderici*, aliisque liberis ipſorum quos pariter genuerunt; nec non Conrado, filio Dni *Cunradi* & uxoris ſue *Irmengardis* iam predictorum, omni iuri ſuo quod eis in eadem curia compe-
1240. tere videbatur. Actum anno gratie MCC *quadrageſimo*. Huius rei Teſtes ſunt

* *nimirum* S. Barthol. *ubi extat*.

Dns Cvnradvs Archipresbiter.
Dns Wernhervs Plebanus.
Eberwinvs de *Garbenheim*,
& Eberwinvs filius ſuus.
Wezelo, & frater ſuus Eberwinvs.
Gerlacvs *Leſche*.
Sifridvs de *Blasbach*.
Heinricvs *Rufus*.
Eckehardvs de *Linden*.
Heinricvs *Scobelin*.
Godefridvs de *Linden:* Milites.

Lvde-

LVDEWICVS Scultetus.
HARTMANNVS de *Iberdal.*
GERBERTVS.
HEINRICVS, *Beatricis* *
WIGANDVS ſub tuguriis.
ORTOLFVS.
WEZELO de *Pemberg.*
WEIDEMANNVS: Cives.

* *ſubintell. filius.*

Vt autem predicta emptio robur habeat & munimen; Sigillum Civitatis noſtre preſenti pagine duximus appendendum.

Preces primum, dein minas adhibuit Landgravius, ut ſibi dictæ curiæ poſſeſſio traderetur: Sed quia Magiſtratus ipſe, ius ſibi potius in eandem eſſe credebat; res temperamento tali eſt compoſita, adſtipulantibus qui reliqui erant Monachis, ut Ser. Landgravio 1400 fl. a Senatu numerarentur, Curia huic relicta; His tamen adiectis conditionibus (a) ut d. Senatus Francof. annuam eapropter penſionem 100 flor. Monachis Haynenſibus, quousque vel unus eorum ſupereſſet, præſtare teneretur. (b) ut, ſi Monaſterium ipſum poſtliminii iure in priſtinum ſtatum contingeret reſtitui, Monachis tunc integrum eſſe deberet, Curiam eandem, pro illa, quam Landgravio Magiſtratus exſolvere ſpoponderat, nummorum ſumma reluendi. Acta hæc ſunt anno 1539. Atque in hocce ſtatu res Haynenſes permanſiſſe videntur, dum Abbas Falckenbergius *in vivis fuit. Ex vita idem deceſſit an. 1558; terræque concreditus* Moguntiæ *in Eccleſia* S. Stephani, *ſequens obtinuit ſepulchrale monumentum.*

Pervigil Haſſiacis Abbas Henenſis ab Oris
Pulſus IOHANNES: Ter denis amplius annis
Stephanicos inter Confratres qui fuit exul,
Sed gratus Moguntinenſibus hoſpes.

Prudens ac doctus, paciens, inopumque patronus,
Doctis atque bonis, Clero populoque probatus.
Carceris nunc carnis tandem exilioque ſolutus,
ad veram patriam migravit.

Ꝋ. 1558. 17 Febr.

Neque vero idem ille poſtremus fuit (ut vulgo putatur) Haynenſis *Abbas. Quippe eo defuncto, Abbas* Veteris montis, WILHELMVS Wittorpius, *Pater tunc & ordinarius Haynenſium Viſitator, accerſit ad ſe Conventuales ac Profeſſos, qui tempore medio, decedentibus ſuffecti ſupererant, reliquos; videlicet* WINANDVM Duckmann, SIMONEM Berchen, HERMANNVM Angelicum, CASPAREM Stos, & IOANNEM *de* Gernsheim; *A quibus, veriſimiliter* Aldenburgi, *electus eſt prælibatus* HERMANNVS *die 9 Martii; quem ipſum, d. 28 Mart. ſtatim confirmavit Archipræſul Mog.* DANIEL; Philippus *autem Landgravius, cum hoc ei renuntiaretur, indigne id tulit, obtendens, hoc modo nunquam extinctum iri Haynenſem Conventum, ſi nova ſemper in decedentium locum membra ſurrogandi, facultas eſſet ſuperſtitibus; quique ſua, in Monaſterium iura ac prætenſiones refricare, non deſiſterent. Impatientia igitur commotus,* Curiam, *cuius ſupra mentionem fecimus,* Francofurtenſem, *ex improviſo per ſuos occupavit. Ablegatus ea de cauſa Francofurtum,* Moguntia, *fratrum Haynenſium alter,* CASPAR Stos, *ut ipſorum ius in iſtam Curiam tueretur; ſed ædem introire prohibitus vi maiori, Magiſtratus urbani opem imploravit; fruſtraneo tamen conatu. Quapropter conſilia amplectentes mitiora, precibus ſupplicibus curiam a Landgravio recuperare, annisi ſunt Fratres. At repulſam tulerunt a Principe, ius* potius *in eandem ex pacto memorato de an. 1539 allegante.*

Nec vero tunc quidem deſtitere Haynenſes, ab aſſertis in Curiam iuribus ſuis; Repetitisque denuo precibus, id ſal-

ſaltem obtinuerunt, ut Princeps Quæſtorem Præfecturæ Nidanæ *mitteret Moguntiam, ipſumque* HERMANNVM *novum Abbatem, ne omne manu violenta ad ſe traxiſſe videretur, in Caſtrum* Ziegenhain *invitaret; proviſo eidem ſalvo conductu, ſi forte negotium amicabili ratione componi poſſet. Atenim multis hinc inde fruſtra propoſitis argumentis, res exitum ſortita eſt talem, ut Sereniſſ. Haſſiæ Landgravius Curiam ſæpefatam, uſque huc, dominii iure retinuerit. Degentes Moguntiæ Fratres, unus poſt alterum, ex ærumnoſa quam traduxerunt vita, ad meliorem migrarunt, nullis in demortuorum locum ſubſtitutis.*

Filios in Coelum præmiſſos, ſecutus eſt Pater, Abbas inquam HERMANNVS; *Quem* S. Stephani *Canonici immiſerunt eidem ſepulchro, quo prædeceſſor ipſius olim reconditus fuit. Tegitque exuvias Binorum, lapis magnus, ſimulacrum utriusque in habitu pontificali poſteris repræſentans. Caracteres circumcirca inciſi non cohærent amplius. In propinqua columna autem, noſtro adhuc tempore Epitaphium extabat, ligneum; Aſt, neſcio qua occaſione refixum, nunc ſpectandum ſe præbet in Atrio, per quod (ex ambitu) itur in conclave Capituli; immediate ad introitum, ſupra ianuam. Conſpiciuntur expreſſi coloribus, adgeniculati ad imaginem Chriſti in cruce pendentis. [ni fallor.]* Falckenbergii *Epigraphen attulimus. Reſtat altera, eidem ſubiuncta; continentiæ huius:*

Anno Domini 1574, mercurii poſt Vrbani 26 Maii, exceſſit e vivis Reverendus in XPO Pater, D. HERMANNVS Angelicus, *Colonienſis*, Monaſterii *Henenſis* in *Haſſia* electus & conſecratus Abbas; Vir, religione, pietate & doctrina celebris. Cuius anima vivat Chriſto, & perpetua fruatur requie. Amen.

Atque is fuit HAYNENSIS *Coenobii exitus, ac terminus finalis.*

CLXVIII

CLXVIII
SIGEFRIDI,
Donatio cuiusdam Inſulæ, facta Coenobitis ERBACENSIBUS.
An. 1218.

[*p. 590. n. 4.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDUE TRINITATIS

SIFRIDUS DEI gratia Sanɛte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Omnibus preſentis evi fidelibus & futuris ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus.

Tenore preſentium ad notiam volumus pervenire cunɛtorum, quod cum GODEFRIDUS de *Eppenſtein*, germanus noſter, quandam Inſulam prope *Treyſe* olim in feodo tenuiſſet a nobis, & ULBERTUS de *Schenkenſtein* conſequenter ab ipſo; Idem *Ulbertus*, fratris noſtri voluntario accedente conſenſu, in manus noſtras reſignavit eandem. Petentibus igitur his ambobus, *Eberbacenſi* Eccleſie, que, honeſtate & devotione conſueta DEO reddit & hominibus ſe placentem, libere & abſolute donamus Inſulam antediɛtam.

Ne vero Donationi noſtre occaſione aliqua quis inpoſterum contradicat, & Cenobium impedire nitatur in illa; Sigilli noſtri munimen addidimus huic ſcripto. Sub interminatione anathematis inhibentes, ne quis temere obviet iſti faɛto. Teſtes ſunt

SIFRIDUS de *Runckel.*
GODEFRIDUS de *Eppenſtein.*
FRIDERICUS de *Kelberaue.*
ULRICUS de *Minzenberg.*
ULBERTUS de *Schenckenſtein.*

EGE-

EGENO, RVDOLFVS, DIEDERICVS, HERTWINVS Caſtrenſes de *Scarpenſtein.* HEINRICVS Sculretus de *Eberbach.* HERWARDVS & CVNO Milites.

Actum & datum *Maguntie* VIII Idus Marcii. Anno incarnationis Domini MCCXVIII. Pontificatus noſtri anno ſeptimodecimo.

CLXIX
EIVSDEM.

Confirmans Hoſpitali S. MARIÆ Teutonico *Donationem Eccleſiæ in* WISBADEN *per Regem* FRIDERICVM.

An. 1218.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Omnibus preſentis evi fidelibus & futuri ad quorum venerint hec ſcripta conſpectum, ſalutem in perpetuo ſalutari. Acta Sereniſſimorum Regum & ſublimium Perſonarum quanto excelſiori auctoritate procedunt, tanto ea convenit ſollempnioribus indiciis roborari Teſtium & Scriptorum, quibus ſcrupuli excludantur oblivionis & litis.

A noſtra igitur memoria non labatur, quod Dns FRIDERICVS, inclitiſſimus Romanorum & Sicilie Rex ſemper Auguſtus, Eccleſiam in *Wiſebadin*, ob remiſſionem peccaminum & ſalutis ſue profectum Sce MARIE in *Iheruſalem* Teutonico contulit Hoſpitali: Ex parte cuius fuit nobis *humiliter* ſupplicatum, ut Donationis Regie liberalitatem confirmationis noſtre munimine ſuppleremus.

Eapropter Donum Eccleſie antedicte, ſicut ab Illuſtriſſimo Rege prefato pie ac ſalubriter noſcitur eſſe collatum, gratuite duximus approbandum; Idemque auctoritate Metropoliti-

litica confirmamus. Statuentes, ut in Eccleſia ipſa perpetui miniſtrent Paſtores; tali eis ſtipendio aſſignato, quo decenter valeant ſuſtentari; et tam Dyoceſano quam Archidiacono Iura exſolvere debita & conſueta. Curtis vero dotalis, cum omnibus Decimis, maioribus & minutis, absque diminutione qualibet ſerviet uſibus Infirmorum, quibus providet Hoſpitale.

Sub interminatione igitur anathematis inhibemus, ne ulla Eccleſiaſtica Secularisve perſona huic Confirmationi noſtre preſumat auſu temerario contraire; quod ſi quis attemptaverit, Indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius, bti *Martini*, & Excommunicationis noſtre ſententiam ſe noverit incurſurum. Teſtes autem ſunt

* Com. de Stalack,

HEINRICVS * Prepoſitus.
BOPPELINVS Decanus.
GODEFRIDVS Cuſtos.
CONRADVS Scolaſticus.
CRISTIANVS Cantor. †

† an. 1249. Archiep.,

Mgr OBERTVS Archipresbiter.
HEROLDVS: maioris Eccl. Canonici.
GODEFRIDVS de *Eppenſtein.*
WERNHERVS de *Bonlanden.*
CONRADVS Camerarius, & EBIRHARDVS.

* Idſtein.

VLBERTVS de *Edechenſtein,* *
& HEINRICVS frater eius.
HARTMVDVS de *Eſſchenburn.* †
GISELBERTVS de *Rudensheim,*
& alii quam plures.

† Eſchborn. *Aſſumentes poſtea nomen* de Cronberg.

Datum *Moguntie.* Anno incarnationis Dominice
13 Iun. MCCXVIII, Idus Iunii. Pontificatus noſtri anno XVII.

CLXX

Digitized by Google

CLXX

Libertas Aree in ASCHAFFINBVRG, *dicte* der Fron Hof.

An. 1219.

[*p. 590. n. 6.* v. Singulari]

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Tenore preſentium cunctis fieri volumus manifeſtum, quod pro anime noſtre remedio & divine retributionis obtentu, Eccleſie *Aſchaffinburgenſi*, que nobis eo propenſius eſt dilecta quanto ſpecialius eſt devota, in quadam eius Area ſuburbana talem concedimus libertatem, ut a Capitulo Colonus, quem vult, imponatur eidem; qui ab omni Tallia ſeu Collecta, vigilia, & qualibet Opidani iuris opera & impenſa liber ſit penitus & immunis. *ex Autographo.*

Vt autem eadem Area taliter libera perſeveret, & nullius obſequii debito fatigetur; hanc Cartam conſcribi iuſſimus, & Sigilli noſtri munimine roborari. Sub bti *Martini* gratia firmiter inhibentes, ne quis huic beneficio noſtro preſumat temere contraire.

Datum *Aſchaffinburg* Nonas Marcii. Pontificatus noſtri anno octavodecimo. *7 Mart.*

CLXXI

EIVSDEM.

Liberalitas erga Coenobium EBERBACH *ulterior.*

An. 1219.

[*p. 590. n. 7.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Omnibus preſentis evi fidelibus & futuri, ſalu-

Digitized by Google

tem in eo qui eſt omnium vera Salus. Ea que inter Eccleſiaſticas aguntur ſeculareſque perſonas, maxime Laicales, niſi ſcripti & teſtium indiciis roborentur, litem frequenter ingerunt, & raro permanent inconvulſa. —— —— ——

Tenore ergo preſentium ad noticiam volumus pervenire cunctorum; Quod, cum WERNHERVS de *Bonland*, Conſanguineus noſter, quandam Inſulam inter *Hattenheim* & *Ingelnheim* ſitam, olim in feodo tenuiſſet a Nobis, idem *Wernherus* in manus noſtras reſignavit eandem, et Eccleſie *Eberbacenſi* donari, a nobis poſtulavit. Ad inſtanciam igitur ipſius *Wernheri* antedictam Inſulam, racione ſinceri affectus quem circa univerſum Ordinem Ciſtercienſem gerimus, libere & abſolute contulimus Eccleſie prefate.

Ne vero huic Donationi noſtre aliquis inpoſterum quavis occaſione preſumat obviare; preſens Scriptum Sigilli noſtri impreſſione fecimus communiri. Sub interminatione anathematis inhibentes, ne quis tenori liberalitatis noſtre, facto audeat contraire; Quod ſi quis attemptaverit, indignationem Omnipotentis DEI, *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius, B. *Martini*, & excommunicationis noſtre Sententiam ſe noverit incurſurum. Teſtes:

de Conventu EBERBACENSI

THEOBALDVS Abbas. GERENO Prior. WIGANDVS Subprior. WIGANDVS Cellerarius. IOHANNES Subcellerarius. GERHARDVS Sacriſta. ECKBERTVS Subſacriſta. GERHARDVS Infirmarius. BERNHELMVS Grangiarius. HEINRICVS Cantor. ECKEHARDVS Succentor.

de Clericis.

SIMON & HEINRICVS, Notarii
ALEXANDER. HEINRICVS.

de

Digitized by Google

de Laicis.

WERNHERVS & PHILIPPVS fratres *de Bonlant.* WERNHERVS *Ringravius* Iunior. VLBERTVS de *Schenckenſtein.* HARTMVNDVS de *Aſenburnen.* [Eſchborn] CONRADVS de foro *Rudesheim.* EGENO de *Scarpenſtein.* RVDOLFVS ibidem. WIDEKINVS, & HEINRICVS Camerarius; & ceteri quam plures.

Acta & data apud *Eberbach* XIII Kal. Maii. Anno incarnationis Domini MCCXIX. Pontificatus noſtri anno XVIII. *19 Apr.*

CLXXII
EIVSDEM:

Executio voluntatis ultimæ GODEFRIDI (de Kugelberg) *Canonici* Wirzburgenſis, *circa formandum Parthenonem in* HAGEN * *An.* 1219.

* Poſtea *Schmerlenbach* vocatus. Situs: prope *Aſchaffenburgum.* Nec admittuntur niſi foeminæ Nobiles.

[*T. I. p. 1012 in Addit.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS. *Amen.*

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Tanta decurſus temporum ſolet oblivio comitari, quod, niſi res geſte ſcriptorum teſtimonio commendentur, earum ſeries non poſſit in notitiam poſterorum tranſmitti.

Eapropter ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod felicis memorie GODEFRIDVS, Prepoſitus in *Mucſtat* & Canonicus *Herbipolenſis*, in vita ſua multociens poſtulauit a nobis, quatenus ad honorem DEI & beate Virgi-

 nis,

Digitized by Google

nis, Capellam, in loco qui dicitur *Hagen*, monaſticis vellemus regulis informare; eo quod ipſe de patrimonio ſuo, & rebus aliis ſibi a Deo collatis, quantum poſſet, locum dotare vellet eundem. Hoc etiam, dum in extremis ageret, ſuis iniunxit heredibus exequendum. Poſt obitum quoque eius, Conradus maior natu, *Herbipolenſis*: & Albertus, *Moguntinenſis* Canonici, primum in ſucceſſione memorati Prepoſiti locum habentes, de conſenſu fratrum & coheredum ſuorum, quod ab ipſo Prepoſito pie diſpoſitum fuerat, a nobis devote ſtuduerunt & humiliter impetrare.

Cum igitur piis defuncti voluntatibus, & dictis Conradi & Alberti tam honeſta petentibus ſummopere ſit fauendum; Cum etiam ſecundum legitimas Sanctiones Epiſcopis interdum ex officio ſuo immineat, defunctorum exequi voluntates; Hinc eſt, quod nos ad inſtantiam dictorum Conradi & Alberti, propter deſiderium etiam & extremam diſpoſitionem Prepoſiti antedicti, qui & in vita ſua noſtras ſuper eodem negotio litteras impetrarat; prefatum locum ad honorem Dei & beate Virginis, conſentiente, immo ſupplicante Capitulo noſtro, Monaſticis Regulis duximus informandum. Annuentes, & licentiam dantes, quatenus ſub habitu & profeſſione *Ordinis Ciſtercienſis*, Conventus Sanctimonialium in loco ipſo, Deo impoſterum valeat famulari. Cum autem ſine Iuris iniuria hoc facere potuerimus; nam in Toletano Concilio continetur expreſſe, quod ſi Epiſcopus unam de Capellis ſuis vel Parochialibus eccleſiis in Monaſterium voluerit dedicare, ut in ea Monachorum regularium congregatio vivat, hoc de conſenſu Capituli ſui habeat licentiam faciendi; Hinc eſt, quod auctoritate nobis a Deo conceſſa interdicimus, & ſub interminatione anathematis prohibemus diſtincte, ne quis propoſitum negotium aliquatenus impedire preſumat.

Eccleſiam quoque *Hoſtebach*, in Aſchaffenburgenſi Archidiaconatu ſitam, cuius tam Perſonatus quam Patronatus antedicto Conrado Herbipolenſi Canonico attinebat, reſignatione eiusdem

dem facta, Ipſo de conſenſu coheredum ſuorum humiliter poſtulante, & Capitulo noſtro ſuum prebente conſenſum, cum omnibus ſuis pertinentiis, excepto duntaxat Iure tam Diocesani quam Archidiaconi, memorato Monaſterio ad ſuſtentationem ibidem DEO famulantium perpetuo duximus conferendam. Ita tamen, quod ipſum monaſterium de Perſona idonea ordinare debeat, que ipſi eccleſie provideat in Divinis; ſalvo etiam iure *Aſchaffenburgenſis* Eccleſie, in cuius eſt terminis conſtituta.

Locum quoque ipſum in *Hagen*, cum perſonis & poſſeſſionibus habitis & habendis, ſub DEI omnipotentis & Noſtram protectionem aſſumimus; ſub anathemate diſtrictius inhibentes, ne quis locum dictum, perſonas vel poſſeſſiones eius, auſu temerario perturbare preſumat; Quod qui preſumpſerit, Indignationem DEI Omnipotentis, & noſtre ſeveritatis ſententiam ſe noverit incurriſſe. Ad quorum evidentiam, preſentem Paginam noſtro & Eccleſie noſtre Sigillis duximus muniendam. Huius rei Teſtes ſunt

HENRICVS maior Prepoſitus. BOPPO Decanus. GODEFRIDVS Cuſtos. CRISTIANVS Cantor, RVTHARDVS * Cellerarius. SIMON Portenarius. ADELVNGVS Subcuſtos. HENRICVS *Pinguenſis* Prepoſitus. HEROLDVS de *Heckſtat.* SIFRIDVS Prepoſitus *S. Martini* in *Wormatia.* FRIDERICVS de *Virnenburg.* HENRICVS de *Selſa,* FOLBERTVS Prepoſitus *S. Cyriaci* in *Bruneſwich.* LODEGERVS * Prepoſitus de *Radſtorf:* Canonici maioris Eccleſie.

* de Greiffenclau.

* de Haſelſtein.

GERBODO Prepoſitus.	Canonici *S. Petri.*
WALTHERVS Decanus.	
CVNEMANNVS Cantor.	
GISELMANNVS Cellerarius.	

RIMVN-

Rimvndvs Scolaſticus.	Canonici *S. Stephani.*
Conradvs *Bercorn.*	
Walpertvs.	
Reinervs.	
Arnoldvs Decanus.	Canonici *S. Victoris.*
Cvno Cantor.	
Alexander Cuſtos.	
Albero. Godeboldvs.	
Conradvs Decanus.	Canonici *S. Mauricii.*
Walpertvs. Hvgo.	
Diemarvs Decanus.	Canonici *S. Iohannis.*
Sigewinvs Cantor	
Embricho.	
Lodewicvs Cellerarius.	

Gebeno Abbas *S. Albani.*
Hertwicvs Abbas *S. Diſibodi,*
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCCXIX.
25 Apr. Indictione VII. Datum *Moguntie* VII Kal. Maii. Pontificatus noſtri anno XVIII.

CLXXXIII

Digitized by Google

CLXXIII

REGIS FRIDERICI II,

Appropriantis MOGVNTINO *Archiepiſcopo repertam Argenti foſſionem in Monte* DIFENDAL.

An. 1219.

FRIDERICVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie. Vniverſis inſpectoribus huius ſcripti gratiam ſuam & omne bonum.

Cum ea que Sereniſſimi Predeceſſores noſtri, felicium recordationum Imperatores & Reges, circa fideles eorum Principes munifica olim liberalitate fecerunt, nos ſtabilire deceat & augere, ut creſcente in Principibus favore noſtro, propagetur in nobis ipſorum devotio atque fides; Recognoſcimus, & preſentibus litteris proteſtamur, quod Montem *Difendal*, prope *Logenſtein*, cuius fundi proprietas eſt Eccleſie Maguntine, in quo Argenti foſſio eſt reperta, Venerabili & Dilecto Principi noſtro SIFRIDO Archiepiſcopo Maguntino conceſſimus; antiqua eius privilegia imitantes, in quibus Regalis largitas eiusdem Eccleſie Archiepiſcopis conceſſit in fundis Archiepiſcopatus omnia, inventa, vel invenienda.

Eapropter ſub gratie noſtre mandamus optentu, diſtricte vetantes, ne quis in predicto Monte preſumat memoratum Archiepiſcopum uſurpatione aliqua impedire. Quod ſi quis violenter attemptaverit & inique, reus leſe Maieſtatis exiſtat.

Datum *Spire* VIII. Kalend. Iunii, Indictione octava. *25 Maii.*
[f. ſeptima.]

Digitized by Google

CLXXIV

Quod COMES SYLVESTER *renuntiavit Advocacie in* HEIMBACH.

An. 1219.

[p. 591. §. IX.]

CONRADUS DEI gratia *Comes Silveſter.* Noverint omnes huius pagine inſpectores, quod cum ego ad inſtantiam Dni HEINRICI Prepoſiti, & Conventus maioris Eccleſie Maguntine pro violenta detentione Advocacie in *Heimbach* a Dno SIFRIDO Maguntino Archiepiſcopo excommunicatus fuiſſem, & terra mea fuiſſet ſuppoſita Interdicto; tandem cupiens ſatisfacere de peccato, Advocaciam ipſam in facie totius Eccleſie Maguntine, preſente Dno SIFRIDO Archiepiſcopo publice abiuravi, et quicquid iuris in ea habui, vel habere videbar, penitus reſignavi. Bona fide & ſpontanea promittens, quod nec in ipſa Advocacia, nec in aliis, Maguntinam Eccleſiam de cetero debeam aliquatenus moleſtare. Teſtes huius rei ſunt

CONRADUS Camerarius.
OTTO Scultetus.
EBERHARDUS de *Seleboven.*
ARNOLDUS Walpodo.
RUDOLFUS Officiatus.
GODESCALCUS Advocatus.
BERTOLDUS Monetarius.
ARNOLDUS de *Quercu.*
ERNESTUS. GODEBOLDUS;
& alii quam plures, tam Clerici quam Laici fide digni.

6 Aug. Actum Anno Domini MCCXIX, VIII Idus Auguſti. Ne autem queſtio ſopita de cetero valeat ſuſcitari, ad perpetuam memoriam omnium, preſentem Litteram impreſſione Sigilli mei roborare decrevi.

CLXXV

Digitized by Google

CLXXV

De Fraternitate S. MARTINI Turonenſis. *Sub an.* 1219.

Kariſſimis in XPO Fratribus & Amicis B. * Decano & Capitulo Eccleſie Maguntine. N. Decanus P. Theſaurarius, totumque Capitulum Eccleſie bti MARTINI *Turonenſis* ſalutem in Domino.

* *Subintelligitur* POPPO, *ſive* POPPELINVS, *Decanus usque ad* 1220: *Quo anno gradum conſcendit ſummi Præpoſiti; in Decanatu vero ipſi ſurrogabatur* RVTHARDVS de GREIFFENCLAV.

Ordinata nos iubet caritas, fraternitatis officium illis impendere, qui remoto ambiguitatis obſtaculo certis indiciis cognoſcuntur. Ad vitandum igitur ambiguitatis errorem & ad quorundam, impudenter de ſe fingentium, refutanda mendacia; honeſtum eſſe & utile reputamus, ut, quicumque de noſtro Collegio veſtram Eccleſiam viſitabunt, Litteras Capituli noſtri teſtimoniales & commendaticias ſpecialiter ad vos directas ſecum deferant; quibus oſtenſis Fraternitatis beneficium a Vobis recipere mereantur. Accedenti vero alicui de noſtris partibus, ſine commendaticio teſtimonio litterarum noſtri Capituli non credatur. Siquidem impudentes quidam de noſtris partibus, ad vos, ſicut audivimus, accedentes, ſe finxerunt noſtros eſſe Canonicos, cum non eſſent.

Vnde rogamus & monemus Dilectionem veſtram, quatinus alicui de noſtris partibus venienti ad vos, & aſſerenti ſe eſſe Canonicum noſtrum, ſine litteris noſtris ſpecialiter ad vos directis de cetero non credatis.

Quia vero ab anteceſſoribus noſtris accepimus, & opinioni communi didicimus, Eccleſiam noſtram & veſtram eſſe Fraternitatis federe colligatas; apotecas noſtras, ubi privilegia, cyrographa, & alia Scripta noſtra autentica reſervantur,

 H.

H. Venerabili Prepoſito & Archidiacono, & R. Cellerario noſtre Eccleſie preſentibus, revolvimus diligenter; nec potuimus aliquid ſcriptum de fraternitate noſtra mutua invenire.

Vnde per eosdem Venerabiles Viros vobis transmittimus tranſcriptum Fraternitatis *Leodicenſis* Eccleſie, & Noſtre; ut ex ipſo formam fraternitatis & federis, que vobis placuerit, eligatis; nobis vero ſub Sigilli veſtri teſtimonio remittendam. Valete.

CLXXVI.

MEINHARDVS de Grunda *donat Monaſterio* AVLISBVRG *proprietatem ſuam in* GRVNDA media *&* inferiori. *cet.* *An.* 1219.

Frater WILHELMVS, Abbas de *Aulisburg*, in perpetuum. Cunctorum hoc ſcriptum intuentium pateſcat notitie, quod MEYNHARDVS de *Grunda*, Miniſterialis Imperii, una cum Vxore ſua LVTGARDE, & filiabus ſue ſororis METHILDE & LVTGARDE, omnem proprietatem ſuarum poſſeſſionum in *Grunda*, Media & Inferiori, in *Haſela*, *Mittela*, *Livela*, bte & glorioſe Virgini MARIE noſtreque Congregationi de *Aulisburg*, in abſolutionem ſuorum contulit peccatorum, eo pacto, ut uſumfructum inde ſibi reſervent, niſi proceſſu temporis conſilium inveniamus, utilitati noſtre communi magis neceſſarium.

Vtque hoc pietatis factum memoriali perpetuo preſentibus & futuris inhereat; ſcripto preſenti, & noſtro Sigillo effecimus roborari. Teſtes hi ſunt:

Dns

Dns GERLACVS de *Budingen.*
PETRVS de *Hittengeſeze,*
FRIDERICVS de *Buches.*
RVCKERVS de *Rohrbach.*
SIBODO de *Gruna.*
ADOLFVS & WORTWINVS;
& alii Milites & Armigeri quam plures.

Acta ſunt hec in Caſtro *Budingen,* Anno incarnationis Domini MCCXIX, Indictione VII.

CLXXVII
FRIDERICI II,

Diverſa continens Obligationum genera, queis PRINCIPIBVS *ſeſe adſtrinxit* ECCLESIASTICIS; *Ipſorum Gravaminibus cumulatim ſatisfaciendo.*
An. 1220.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

FRIDERICVS Secundus DEI gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Rex Sicilie Omnibus inperpetuum. Digna recolentes animadverſione, quanta efficacia & fide Dilecti noſtri Principes Eccleſiaſtici nobis hactenus aſtiterunt; ad culmen Imperii nos promovendo, promotos in ipſo firmando, & demum Filium noſtrum HEINRICVM in Regem ſibi & Dominum benivole atque concorditer eligendo; Cenſuimus, Eos per quos promoti ſumus, ſemper promovendos; et per quos firmati ſumus, una cum ipſorum Eccleſiis ſemper fore noſtra defenſione contra noxia queque firmandos.

Igitur quia inter eorum Gravamina, quedam Conſuetudines, & ut verius dicamus Abuſiones, ex longa perturbatione

ne Imperii, que per Dei graciam nunc quievit, & quieſcit, inoleverant in novis Theloneis, in Monetis, *que ſe invicem ex ſimilitudinibus Ymaginum deſtruere conſueverant;* in Guerris Advocatorum, & aliis malis quorum non eſt numerus; Statutis quibusdam, eisdem abuſionibus obviamus.

Primo promittentes, quod numquam deinceps in morte cuiusquam Principis Eccleſiaſtici reliquias ſuas Fiſco vendicabimus. Inhibentes etiam, ne Laicus quisquam aliquo pretextu ſibi eas vindicet, ſed cedant Succeſſori, ſi Anteceſſor inteſtatus deceſſerit. Cuius Teſtamentum, ſi quod inde fecerit, volumus eſſe ratum.

Item nova Thelonea, & novas Monetas in ipſorum territoriis ſive iurisdictionibus, eis inconſultis ſeu nolentibus non ſtatuemus de cetero; ſed antiqua thelonea & iura monetarum eorum Eccleſiis conceſſa, inconvulſa & firma conſervabimus & tuebimur; nec Ipſi ea infringemus, nec ab aliis ledi permittemus modis aliquibus, vtpote monetas turbari, & vilificari ſimilitudinibus Ymaginum; quod penitus prohibemus.

Item Homines, quocunque genere ſervitutis Ipſis attinentes, quacunque cauſa ſe ab eorum obſequiis alienaverint, in noſtris Civitatibus non recipiemus in eorum preiudicium; Et idem ab Ipſis inter ſe, Eisque a Laicis omnibus inviolabiliter volumus obſervari.

Item ſtatuimus, ne quis Eccleſiam aliquam in bonis ſuis dampnificet occaſione Advocatie eorumdem bonorum; Si dampnificaverit, Dampnum in duplo reſtituat, & centum marcas argenti Camere noſtre ſolvat.

Item ſi aliquis Vaſallum ſuum, qui eum forte offendit, iure feodali convenerit, & ſic feodum evicerit; illud ſuis uſibus tuebimur; Et ſi ipſe feodum de bona & liberali ſua voluntate Nobis conferre voluerit; recipiemus, amore vel odio non obſtante. Quocunque autem modo, ſive etiam ex morte infeodati, Principi Eccleſiaſtico feodum aliquod vacare contigerit; illud auctoritate propria, immo violentia, nullate-

latenus invademus, niſi de bona voluntate liberalique conceſſione ſua poterimus optinere; ſed cum effectu ſuis uſibus ſtudebimus defenſare.

Item, ſicut iuſtum eſt, Excommunicatos eorum, dum tamen ab Ipſis viva voce, vel per litteras eorum, vel per honeſtos Nuntios fide dignos nobis denuntiati fuerint, vitabimus; et niſi prius abſolvantur, non concedemus eis perſonam ſtandi in Iudicio: Sic diſtinguentes, quod excommunicatio non eximat eos a reſpondendo impetentibus; ſed, ſine Advocatis, perimat auctoritas in eis, Ius & poteſtatem ferendi ſententias, teſtimonia, & alios impetrandi. * *f. impetendi.

Et quia Gladius Materialis conſtitutus eſt in ſubſidium gladii ſpiritalis; Excommunicationem, ſi excommunicatos in ea ultra ſex ſeptimanas perſtitiſſe, predictorum modorum aliquo nobis conſtiterit; noſtra Proſcriptio ſubſequetur; nec revocanda, niſi prius excommunicatio revocetur.

Sic utique, aliisque modis omnibus, iuſto videlicet & efficaci Iudicio ipſis prodeſſe atque preeſſe firmiter compromiſimus; & Ipſi verſa vice fide data promiſerunt, quod contra omnem hominem, qui tali noſtro Iudicio ipſis exhibendo violenter reſtiterit, nobis pro viribus ſuis efficaciter aſſiſtant.

Item conſtituimus, ut nulla edificia, Caſtra videlicet ſeu Civitates, in fundis Eccleſiarum, vel occaſione Advocacie, vel aliquo quoquam pretextu conſtruantur; Et ſi qua forte ſunt conſtructa contra voluntatem eorum quibus fundi attinent, diruantur Regia poteſtate.

Item inhibemus, ad imitationem Avi noſtri felicis memorie Imperatoris Friderici, ne quis Officialium noſtrorum, in Civitatibus eorumdem Principum Iurisdictionem aliquam, ſive in Theloneis ſive in Monetis, ſeu in aliis officiis quibuscunque ſibi vendicet; niſi per octo dies ante Curiam noſtram ibidem publice indictam, & per octo dies poſtea finitam; Nec etiam per eosdem dies in aliquo excede-

re

re preſumant iurisdictionem Principis, & conſuetudines Civitatis. Quociescumque autem ad aliquam civitatum eorum acceſſerimus ſine nomine Publice Curie, nichil in ea iuris habeant; ſed Princeps & Dominus eius plena in ea gaudeat poteſtate. Sane quanto fidem ampliorem predictorum Principum in Nos intelleximus, tanto excellentius eorum profectibus ſemper intendimus proſpicere.

Et quoniam acta hominum, Oblivio, inimica memorie, per longam temporum evolutionem ſepelire ſolet; diligentia vigilantiori adhibita hec noſtre gracie beneficia Eccleſiis impenſa perpetuari volumus. Statuentes, ut Heredes noſtri, & Succeſſores, Imperio ea rata conſervent, & exequantur, & faciant in ſubſidium Eccleſiarum a Laicis univerſaliter obſervari.

Et ut futuris innoteſcant, & a preſentium non excidant memoria ſive noticia, ea fecimus huic pagine annotari, & Paginam ſubnotatione nominum eorum qui interfuerunt, Principum videlicet, & Sigilli noſtri munimine inſigniri. Teſtes hi ſunt

SIFRIDVS *Maguntinus* Archiepiſcopus.
THEODERICVS *Treverenſis* Archiepiſcopus.
ENGELBERTVS *Colonienſis* Archiepiſcopus.
ALBERTVS *Magdeburgenſis* Archiepiſcopus.
CONRADVS *Metenſis* & *Spirenſis* Epiſc.
Imperialis Aule Cancellarius.
ECKBERTVS *Babenbergenſis* Epiſcopus.
CONRADVS *Ratisponenſis* Epiſcopus.
HARTWICVS *Eiſtetenſis* Epiſcopus.
HEINRICVS *Wormatienſis* Epiſcopus.
OTTO *Traiectenſis* Epiſcopus.
THEODERICVS *Monaſterienſis* Epiſcopus.

HVI-

HVICARDVS *Leodienſis* Epiſcopus.
ENGELHARDVS *Nuenburgenſis* Epiſcopus.
HEINRICVS *Baſilienſis* Epiſcopus.
H. . *Havelbergenſis* Epiſcopus.
& alii quam plures.

Ego CVNRADVS *Metenſis* & *Spirenſis* Epiſcopus, Imperialis Aule Cancellarius, vice Domini Maguntini Archiepiſcopi & tocius Germanie Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnacionis MCCXX. Indictione IX. Regnante Dno FRIDERICO *Secundo* Romanorum & Sicilie Rege glorioſo. Anno Regni eius in Germania VIII, in Sicilia vero XXIII.

Datum apud *Frankenfort* VI Kal. Maii, Indictione preſcripta. 26 Apr.

Innovavit FRIDERICVS, *qua Imperator, idem privilegium an. 1233. m. Nov. Ind. VIII. Datum* Fogæ.

CLXXVIII

OTTONIS *Wirzburgenſis* EPISCOPI.

De Villicatione in BRENDEN, *&* *Bonis*, *Eccleſie* (ASCHAFFENB..) *ab* HENRICO *de* LVRE *Marſchalco collatis.*

An. 1220.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

OTTO DEI gratia Herbipolenſis Epiſcopus. Vniverſa negotia que Scriptis & Teſtibus muniuntur, plus vigoris optinent, & difficilius enervantur. Eapropter tenore preſentium pateat univerſis, quod inter *Aſcaffinb.*. Eccleſiam, & fidelem noſtrum HEINRICVM, Marſcalcum *de Lure* * ſuper

* Lauer.

per eorum negocio taliter eſt proceſſum: Eccleſia, hominum attinentium ſibi, Servicia, quolibet inpedimento ceſſante, percipiet temporibus vite Marſcalci; & ipſe Marſcalcus, qui eſt eorundem hominum Advocatus, erit ſimplici iure Advocacie ſue contentus: Et, ſi placuerit Eccleſie pariter Advocato ipſis hominibus Exactionem imponere, Medietas exactionis illius proveniet Eccleſie, alia Advocato.

Item Villicacionem bonorum Eccleſie, quecunque habet in *Salzkowe*, Marſcalcus, una cum Parrochiano in *Brenden*, bona ſollicitudine procurabit; ita ut omnes fructus predictorum bonorum in poteſtatem Parrochiani, & Dotem parrochie provide reponantur, donec poſſint integre Fratrum Prebenda perſolvi, quibuscum Stipendia ſua plene poterunt miniſtrari: Ex tunc Marſcalcus de bonis illis debitum ius Advocacie recipiet; & quicquid erit reſiduum, ipſe cum Parrochiano, discretione qua convenit, parcietur. Quodſi Parrochianus loci defungatur, ad reliquias eius & bona defuncti Marſcalcus nunquam exeret manus ſuas, ſed omnia illa Eccleſie uſibus ſalva erunt.

Decimas etiam, quas ante minus bene poſſederat, Eccleſie recognovit. Conſequenter dictus Marſcalcus culpam propriam recognoſcens, eo quod Eccleſie ſemper iniurioſus extiterat & moleſtus, in reſtaurum Gravaminum illatorum anime ſue conſulens & quieti, una cum Vxore ſua libere contulit Eccleſie manſum in *Wolbach*, de quo Talentum ſolvitur annuatim.

Item de proprietate ſua in *Brenden* & *Salze*, reſpexit eccleſiam in tribus libris Herbipolenſis monete, quas poſt eius obitum Eccleſia percipiet abſolute. Sed quam diu ipſe vivet, annuum Cenſum quinque Solidorum ex eadem proprietate perſolvet; nec in his bonis eccleſie collatis, utpote ad eius oblacionem preciſe ſpectare debentibus, Advocacie potenciam, ſeu Villicationis officium exercebit; Cum autem obierit, apud Eccleſiam perpes memoria eius erit.

Super

Digitized by Google

Super his omnibus in noſtra preſencia pertractatis, aſtante Cleri, Miniſterialium, & Civium noſtrorum multitudine copioſa, ſepedictus Marſcalcus Nobis data fide promiſit, & iuratoriam addidit cautionem, firmitatem perpetuam obſervare. Teſtes ſunt

OTTO maior Prepoſitus.
DEGENHARDVS Scolaſticus. } Canonici *Herbip.*
CVNRADVS de *Retersheim.* } Canonici *Herbip.*
WALTHERVS de *Tannenberg.* } Canonici *Herbip.*
BALDVINVS *Novi monaſterii* Can⁹
DANIEL Plebanus de *Abuſen.*
HEINRICVS Can⁹ *S. Marie* Magunt. ad *gradus.*
CVNRADVS de *Trimperg.*
THEODERICVS de *Hohenberg,*
& ALBERTVS frater eius.
VOLKERVS de *Salzberg*, Dapifer, & frater eius THEODERICVS. Item THEODERICVS, & ALBERTVS de *Herbesfeld.* ALHVNVS Pincerna. RVDEGERVS *Herbeſt*, & alii quam plures tam Clerici quam Laici.

Actum & datum *Herbipoli* Anno gratie MCCXX, VI Nonas Iulii, Pontificatus vero anno . . . 2 Iul.

Ego HEINRICVS Marſcalcus *de Lure* patenter confiteor & proteſtor, me cum *Aſcaffinb.* . Eccleſia conveniſſe, ſecundum formam in litteris Domini mei Herbipolenſis Epiſcopi ſufficienter expreſſam; Quam, ſicut fidem dedi & iuravi, ſemper absque retractacione ſervabo.

CLXXIX
EPISTOLA
Canonicorum TVRONENSIVM ad MOGVNTINOS *An.* 1221.

Kariſſimis in XPO Fratribus & Amicis, Decano totique Capitulo Eccleſie *bti* MARTINI Maguntinenſis N. Decanus, P. Theſaurarius, totumque Capitulum Eccleſie *bti* MARTINI *Turonenſis* ſalutem, & in fraterna Karitate vinculum indiſſolubile.

Sicut ex Veſtris litteris, per Venerabilem virum CRISTIANVM, Cantorem veſtrum * directis nobis innotuit; per Spiritus ſancti gratiam nobiscum unanimiter convenitis, ut, qui ſub eodem Patrono in diverſis Eccleſiis, & locis multum diſtantibus militamus; quod ſolum poſſumus, mutue Fraternitatis & fraterne Karitatis vinculo connectamur. Placuit etiam Vobis, eiusdem fraternitatis formam veſtris litteris inſerere, que talis eſt:

> Quicunque ex Concanonicis veſtris, cum Litteris Capituli veſtri ad hoc ſpecialiter directis, gratia viſitandi, vel etiam ex alia neceſſaria & honeſta cauſa ad Eccleſiam noſtram pervenerint, in Conſortium noſtrum recipiantur honeſte. Eisque in Choro ſummum locum obtinentibus, Prebenda que in victum & veſtitum de Communi confertur, ſicut aliis reſidentibus miniſtretur. Preſertim Viſitationis tempore, ſeu etiam Neceſſitatis cauſa durante. Id ipſum fiat Fratribus & Concano-

* Hic eſt CHRISTIANVS *ille* ignotus, *qui, ut Cantor, prima vice ſubiit an.* 1216. *Anno* 1223. *in locum* GERBODONIS (*cuius Anteceſſor pauculo tempore* RVTHARDVS *erat* de Greiffenclau) *virtute ſua provehi meruit ad* Decanatum; *porro an.* 1236. *ad maiorem Præpoſituram; & denique an.* 1249. *ad culmen Archiepiſcopale. Vid.* Syllabus Prælatorum Eccl. Metrop. *Rerum Mog. Vol. II.*

canonicis Noſtris, cum litteris Capituli Noſtri ad Veſtram Eccleſiam accedentibus ex cauſis ſuperius memoratis. Preterea ſingulis annis in die *Barbare* virginis pro Fratribus eccleſie veſtre defunctis, in eccleſia Noſtra; & pro Fratribus Noſtris defunctis, invicem in Veſtra eccleſia fiat Memoria generalis.

His predictis Venerabilis Cantor veſter ex parte veſtra petiit adiungendum, ut etiam pro Vivis fratribus, Veſtris & Noſtris, & adhuc Deo militantibus, ad Dei gratiam habendam, vel habitam *avementandam*,* in Craſtino Octavarum tranſitus glorioſiſſimi Patroni noſtri, ſcilicet XIII. Kal. Xbris, Miſſarum ſollempnia celebrarentur.

* *Vox* avementare: *incrementum reſpicit.*

Nos igitur nominati Precentoris petitionem, & Veſtram, quam ſalubrem novimus & honeſtam, cum omnibus ſuperius memoratis benigno animo & unanimi voluntate ad laudem Dei & beatiſſimi Martini devotiſſime duximus admittendam, & ex parte noſtra tenore preſentium confirmandam.

Actum *Turonis*, Anno incarnationis Dominice MCCXXI Nonas Marcii. *7. Mart.*

CLXXX
NASSOVIÆ COMITVM,

de irrogatis Capitulo MOGVNTINO *Iniuriis, Offenſionibus, quoad caſtrum* SONNENBERG *&* *curiam in* BIRGSTADT, *earumque abolitione* &c.

An. 1221.

[*p. 591. n. 4.*]

IN NOMINE DOMINI. Amen.

HEINRICVS & RVPERTVS Comites *de Naſſauwe*, Omnibus

bus Xpi fidelibus preſentibus & futuris vitam bonam & exitum beatum.

Cum in omni ſerie actuum humanorum cum robore ad poſteros obtinendo Scripturarum indicia exigantur; Ea ſunt potiſſimum litteris commendanda, que lite prehabita complanantur, ne Queſtio poſtmodum oriatur.

Equidem conquerente Capitulo Eccleſie Maguntine, quod Nos caſtrum *Sonnenberg*, ſitum in Predio Eccl. Mag. predicte, iniurioſe teneremus, & ipſam Eccleſiam in Cenſibus & bonis aliis offenderemus violenter; tandem ab Eis tracti in Cauſam, multa pacis & concordie deliberatione ſubiuncta ſic cum eis duximus componendum; quod nos preciſe ab omnibus bonis & pertinentiis Curie eorum in *Birgſtadt* in perpetuum abſtraharemus manus noſtras, nec Eccleſiam Maguntinam aliquatenus aggravaremus, immo deinceps in omnibus tueremur; Conſilium ipſis impendentes & auxilium, cum a nobis exegerint, oportunum.

Propterea nos Fundum memorati caſtri, & tantum flexuram indaginis iam curvate, ſed non ulterius incurvande, apud Eccleſiam Maguntinam pro Summa XXX marcarum nomine proprietatis emimus; quem ſtatim poſt Capituli reſignationem, una cum Caſtro ſuper Altare Sci Martini, de Vxorum noſtrarum Methildis & Gerdrvdis conſenſu liberaliter contulimus.

Quo facto, Dominus noſter Sifridvs Archiepiſcopus Maguntinus, cum Eccleſie unanimi connivencia & aſſenſu, Fundum cum Caſtro nobis in feodo conceſſit tenendo ab Eccleſia Maguntina, ut nullam in predictis Bonis poſtmodum exerceamus violentiam aut gravamen. Bona vero quibus nos conceſſimus Eccleſie ſervitura in omni ſtatu pacifico & ranquillo, intra ſubnotatos Terminos continentur.

In

In Campo qui vocatur *Hagenebe*, eſt Lapis finalis, dividens Terminos & Decimas inter *Birgſtadt* & *Wiſebaden*; a quo lapide itur in ſylvam *Binegarten*, ad locum qui vocatur *Arnoldesrot*, ubi etiam Lapis invenitur; a quo lapide deſcenditur ad Aquam, & per aquam illam aſcenſus fit ad *fontem* BERNHARDI: Poſtea ad Viam, que ducit *Brunehildeſtein*; poſtea *Vnechingagin* ad Aquam, & per aquam illam, *Selebach*. Deinde ad Aquam que vocatur *Duſſina*. Poſtea per viam que vocatur *Eſelpadt*, usque ad altam fagam.* Deinde per viam que tranſit *Keldre*, & per ſylvam *Heſeloch*, & per viam antiquam, per *Hachelhart*, & per *Wechalder*, usque ad lapidem qui dividit Terminos inter *Clopheim* & *Birgſtadt*. A quo lapide, quicunque agri coluntur usque ad predictam aquam *Duſſina*, Decimam & Cenſum tenentur ſolvere Curie Fratrum *Sci* MARTINI in *Birgeſtadt*.

* *Arbor, vulgo* Buchen-Baum.

Vt autem hoc factum in perpetuum firmum & inconvulſum conſervetur; preſens Scriptum conſcribi, & Sigillis noſtris fecimus inſigniri. Teſtes ſunt

GERBODO Prepoſitus ARNOLDVS Scolaſticus CVNEMANNVS Cantor	Sci *Petri*.
IOHANNES Decanus RAIMVNDVS Scolaſticus Mgr REINHERVS Can.	Sci *Stephani*.
ARNOLDVS Decanus CVNO Cantor	Sci *Victoris*.
ARNOLDVS Decanus BERWELFVS Cantor	S. *Marie* ad gradus.

LAI-

Digitized by Google

LAICI

LVDEWICVS Burggravius *
FRIDERICVS de *Kelberowa.*
FRIDERICVS de *Biegen.*
VLBERTVS de *Sonnenberg.*
HEINRICVS *Poto.*
Frater eius RVGGERVS de *Edichenſtein,*
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Dominice incarnationis anno MCCXXI.

* *ſcilicet Civitatis Moguntine, Comes* à Rieneck.

CLXXXI.
SIGEFRIDI.

ſuper renuntiatione Iuris patronatus Eccl. in BISCHOFFSHEIM, *favore Capituli* Francofurtenſis, *a Præpoſito ipſius* PHILIPPO, *Com. de* DIEZ.
An. 1222.
[*p.591.n.5.*]

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Ad noticiam Scripto volumus pervenire preſenti, quod Dilectus filius, PHILIPPVS de DIEZ Franckofordenſis Prepoſitus pio ductus propoſito, & ſpe Divine retribucionis accinctus, Iuri patronatus Eccleſie in *Biſchofsheim*, quod pertinuit ad eundem, Noſtro accedente conſenſu renunciavit omnino, ut *Franckofordenſe* Capitulum eundem perhenniter optineret Patronatum, & proventus ipſius eccleſie ad amminiculum Prebendarum cedant Fratribus in communi, poſtquaw is deceſſerit qui nunc percipit eos ſolus.

Cum

Cum igitur iuſtis petencium deſideriis & votis honeſtis celeriter prebere teneamur aſſenſum, & favorem benevolum impertiri; prefati Prepoſiti piis peticionibus inclinati, factum idem, ſicut pie & racionabiliter eſt peractum, bti *Bartholomei* confiſi ſuffragiis auctoritate Metropolitica confirmamus; una cum Prepoſito apud Franckenefordenſem eccleſiam perhenni memoria fruituri.

Sub interminacione igitur anathematis inhibemus, ne quis huic Confirmacioni noſtre preſumat auſu temerario contraire; Quod ſi quis attemptaverit, Indignacionem omnipotentis DEI & beatorum PETRI & PAVLI Apoſtolorum eius, *Sci* MARTINI, & Excommunicacionis noſtre Sentenciam ſe noverit incurſurum. Teſtes ſunt:

BOPPELINVS maior Prepoſitus.	Canonici *Maguntini*.
THEODERICVS Prep. S. *Marie* ad gradus.	
ALBERTVS de *Kuglenberg*.	
SIFRIDVS de *Eppenſtein*.	
HEINRICVS de *Hagenowe*.	
REINALDVS de *Puzalia*, S. *Severi* Prep.	
WERNHERVS de *Liebesberg*.	
FRIDERICVS de *Eberſtein*.	

Data X Kal. Decembris. Pontificatus noſtri anno viceſimo primo. 22 Nov.

Digitized by Google

CLXXXII
MILITVM de HASELSTEIN.
Littera venditionis bonorum in NORDENSTADT.
An. 1223.

GERLACVS & MARQVARDVS Milites *de Haſelſtein.* Notum eſſe volumus univerſis tam futuris quam preſentibus huius pagine inſpectoribus; Quod nos univerſa, que in villa *Nordenſtat*, tam in Iure patronatus quam in aliis bonis habuimus, conſilio prehabito vendidimus Dominis maioris Eccleſie Maguntine: et coram Dno Abbate *Fuldenſi*, cum omni iure & dominio quo nos ea poſſederamus, facta renuntiatione, eisdem Dominis, cum Vxoribus & aliis heredibus noſtris reſignavimus univerſa. Et, quod frater noſter LVTGERVS, Prepoſitus in *Raſtorf* & Canonicus maioris Eccleſie Maguntine, partem ſuam que eum in eadem Villa contingebat, eidem Eccleſie contulerit pro remedio anime ſue, teſtimonium noſtrum perhibemus.

Nos etiam promiſimus bona fide, & Vxores noſtre pro nobis & heredibus noſtris, quod nec a nobis, nec ab aliquo heredum noſtrorum ſuper bonis que vel nos vendidimus in *Nordenſtat*, vel que frater noſter contulit, Queſtio umquam moveri debeat Eccleſie Maguntine.

In cuius rei evidentiam Sigilla noſtra, cum Sigillo Domini noſtri Fuldenſis Abbatis, & fratris noſtri ſupradicti duximus preſenti Pagine apponenda. Huius rei Teſtes ſunt

BERTOLDVS & ERKENBOLDVS,
fratres *de Munchenzella*,
GERLACVS & OTTO,
fratres *de Malgoz*.
WIGANDVS de *Bienbach*.

HEIN-

HEINRICVS Dapifer *de Biberſtein.*
HEINRICVS *Florentin.*
BERTOCHVS *Moris.*
HEINRICVS de *Herde.*
RVGERVS de *Mannisbach.*
HEINRICVS de *Daſdaba.*
OTTO Advocatus.
WERNHERVS *Cigelere.*
DITMARVS de *Buchenowa.*

Acta ſunt hec Anno Domini MCCXXIII, VI Kal. Maii. *26 Apr.*

CLXXXIII

VOLQVINVS *Comes* de SCHWALENBERG, & SIFRIDVS *Archiep. mutua ſibi pollicentur auxilia: Alter erga beneficium Caſtrenſe. Datis h. i. Sponſoribus; cum obligatione ad Obſtagium. An.* 1223.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

VOLQVINVS Comes *de Sualinberc.* Amicitiarum federa, vel pactorum, ſeu quarumlibet rerum contractus, ſi litteris committantur, plus vigoris optinent, & difficilius enervantur.

Eapropter tenore preſentium pateat univerſis, quod ego VOLQVINVS de SVALINBERC, obſequio Archiepiſcopi Maguntini & Eccleſie ſue, una cum heredibus meis ſim in perpetuum obligatus contra omnem hominem, preter Imperium & *Colonienſem* Archiepiſcopum. Fidem præſtiti, & addidi hos Sponſores: WERNHERVM, & HEIN-

RICUM fratrem eius, Comites *de Battinburg*. CUNRADUM de *Itera*. DIETMARUM *Opolt*. REIMBOLDUM de *Rien*. CUNRADUM *Bulmaſt*. GERLACUM *Dickebier*. GOZWINUM de *Weldrichesbuſen*. HARTMANNUM *Brotrump*. HEINRICUM de *Ruderich*. WITIKINDUM *Dapiferum*.

Verſa vice Dns Archiepiſcopus repromiſit michi auxilium adverſus omnem hominem, preter Imperium; niſi motu proprie voluntatis, & omni ratione poſtpoſita contra aliquem vellem preliari. Et in hoc caſu non tenebitur me iuvare.

Conſequenter ut ego melius & fidelius, Sibi & Eccleſie ſue deſerviam, recepi ab ipſo in recto Caſtrenſi beneficio, unam in *Fritslaria*, & alteram in *Ameneburch*, Seſſiones. Et de mutuo auxilio rependendo, iſti pro Dno Archiepiſcopo ſpoponderunt: EKEHARDUS de *Hapesvelt*. GUMBERTUS & HEINRICUS de *Bleichenbach*. FRIDERICUS de *Langenſtein*. HERMANNUS de *Martorf*. ANDREAS de *Tribintal*, & Scabini *Ameneburgenſes*.

Item HUGO de *Heiliginberc*, & WERNHERUS frater eius. HEINRICUS de *Liebenberc*. EBERHARDUS de *Vthersbuſen*. CUNRADUS de *Meze*, & Scabini *Fritzlarienſes*.

WILLEHELMUS, & ARNOLDUS frater eius de *Gudinburc*. THEODERICUS *Grope*, & HERMANNUS frater eius. *Hermannus*, *Adelungus* & *Ditmarus* fratres: STEPHANUS & ALBERTUS: de *Schardinberc*. THEODERICUS Vicedominus de *Ruſteberc*, & HEINRICUS frater eius. —— —— —— * IOHANNES de *Gandera* Sultetus. —— —— —— * & Scabini *Geiſmarienſes*.

* *Quot lineolæ, tot Nomina, ſed tantum baptiſmalia.*

Quod ſi Ego fidei mee contraiero in hac parte, Fideiuſſores mei commonitione accepta intrabunt *Fritslariam*, vel *Ame-*

Ameneburc, numquam exituri, niſi de gratia & licentia Archiepiſcopi eis recedere concedatur. Econtra ſi ab Ipſo Pactum fuerit violatum, Sponſores ſui ſimili conditione intrabunt, *Waldeki*, vel *Curbeki*, niſi propter inimicitias ſpeciales loca ſint hinc inde ſuſpecta; quo caſu erunt Sponſores utrumque ſe in locis aliis recepturi. Item cum ab alterutra parte ſubtractus fuerit ſponſor unus, inſtituetur alter loco eius.

Poſtremo in Caſtris, Opidis, ſeu quibuslibet locis mee iurisdictionis, non convenientur homines Domini Archiepiſcopi ſuper articulo aliquo, vergente in periculum corporis vel honoris, niſi ſuper debitis tantum. Idem eſt in iurisdictione Dni Archiepiſcopi hominibus meis uniformiter obſervandum.

Vt autem inter predictum Archiepiſcopum & Me, Succeſſores eius & meos heredes memorate pactiones firmiter & iugiter obſerventur, Litteras invicem dedimus ſigillatas.

Datum & actum Anno Dominice incarnationis MCCXXIII, X. Kal. Iulii. *Fritslarie*. *22 Iun. n.*

CLXXXIV

CONFRATERNITAS *cum* CLARÆVALLENSIBVS. *An.* 1223.

Venerabilibus & Dilectis in XPO, GERBODONI DEI gratia Prepoſito, CRISTIANO Decano, SIFRIDO Cantori totique maioris Eccleſie Capitulo *Magunt.* Fr. L. * dictus Abbas *Clarevallis*, & eiusdem loci Conventus, ſalutem & DEO continue adherere.

* LAVRENTIVS, *natione Hiſpanus, & antea* Vrſariæ, *id eſt* Offeræ *in Regno* Galletiæ *Abbas, præfuit annis duobus.* [ab 1223.] IONGELINVS Notit. Abbatiar. Ord. Ciſt. *p.* 25.

Devotioni quam erga beatum BERNARDVM & Ordinem noſtrum habere dinoſcimini, in Domino congratulantes; de conſenſu Venerabilium Abbatum, in Nativitate bte Virginis apud *Claram vallem* exiſtentium, participium omnium Bonorum, que fiunt, aut fient, in domo *Clarevallis* & in omnibus domibus ad eam pertinentibus, iuxta peticionem veſtram conceſſimus liberaliter & devote: Vniverſitatem veſtram in plene Fraternitatis conſorcium admittentes, & benigne rogantes, quatinus id, quod de feſto B. BERNARDI apud vos ſingulis annis facere decreviſtis, ad votivum perducatis effectum; ut in ſollempnitate celeſti eius meritis & precibus debeatis non immerito premiari.

8 Sept. Datum Anno gratie MCCXXIII in Nativitate bte Virginis.

CLXXXV
SIGEFRIDI,
Compoſitio cum Comitibus de WITGENSTEIN.
An. 1223.

[*p.* 591. *n.* 6.]

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Apoſtolice Sedis Legatus. Vniverſis XPI fidelibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in Auctore Salutis.

Cum olim felicis memorie Predeceſſor noſter Dn. CVNRADVS Moguntinenſis Archiepiſcopus procuraſſet, quod bone mem. WERNHERVS, Comes *de Witiginſtein*, accepta quadam pecunie quantitate predictum Caſtrum, & omnes proprietates pertinentes ad illud, una cum Vxore ſua & filiis, in manus ipſius Archiepiſcopi reſignaret, & ea reciperet in feodo ab Eodem; contigit, partem promiſſe pecunie non perſolvi; Vnde cum Nos, qui ſucceſſimus Archiepiſcopo memorato, requireremus a filiis ipſius Comitis premortui,

tui, WERNHERO uidelicet Comite & germanis ipſius, ut, recognoſcentes quod fecerat Pater ipſorum, feodum ſuum a nobis reciperent & debitam fidelitatem nobis preſtarent; Ipſi non ſolum inficiati ſunt prenotata, verum etiam Bona in *Munichehuſen*, ad Abbaciam de *Ameneburc* p[illegible]nentia, nobis per violentiam abſtulerunt; alias nobis multa gravamina & moleſtias indebite irrogantes.

Tandem vero inter Nos & Ipſos, mediante proborum Virorum conſilio huiusmodi Compoſitio intervenit: Predicti Comites WERNHERVS & fratres eius recognoſcentes quod fecerat pater ipſorum, & innovantes illud, ad maiorem evidentiam & cautelam caſtrum ante dictum *Witiginſtein*, & omnes proprietates ad illud pertinentes, in manus noſtras libere reſignarunt, & eadem a nobis in feodo receperunt.

Preterea ſupradictis bonis in *Munichehuſen*, & omnibus aliis que nobis abſtulerant renuntiantes preciſe, & reſtituentes nobis ipſa ablata, & renuntiantes nichilominus omni Actioni, quam de ſeptem carratis vini, vel alias contra nos videbantur habere; Cautionem nobis iuratoriam preſtiterunt, quod ratione *Hominii*, contra omnem preciſe hominem nobis aſſiſtent. **Münchhauſen.**

Propter hoc autem eisdem Comitibus centum Marcas, & unum Dextrarium: * & duobus eorum Conſiliariis TIDERICO & CVNRADO quinque marcas donavimus, quo & melius poſſent, & artius tenerentur, promiſſa implere & debitam fidelitatem ſervare. Teſtes autem huius rei ſunt:

GVMPERTVS *Fritslarienſis.* }
PHILIPPVS *Heilgenſtadenſis.* } Prepoſiti.
Mgr OPERTVS Can. *Moguntinus.*

Mgr.

* *Equi maiores & cataphracti, quibus utebantur potiſſimum in bellis & preliis.* DVFR. h. v. *Porro ſic dicti, quod dextera ducebantur, donec adeſſet tempus prelii.*

Mgr ADELOLDVS Scolaſticus.
Mgr ALBERTVS Can. *Fritslarienſis.*
Comes FRIDERICVS de *Cygenhagen.*
Comes WITIKINDVS de *Bilſtein.*
HERMANNVS de *Waldecke.*
GODEFRIDVS & VOLPERTVS de *Hapesvelt.*
HEINRCVS *Pampis.*
HARTMANNVS de *Waldecke.*
FRIDERICVS de *Quecbrunnen.*
RVPERTVS de *Nona.*
GERLACVS & SIFRIDVS, germani de *Bitenvelt.*
TIDERICVS Vicedominus de *Ruſteberc.*
CVNRADVS *Cinco,* Marſcalcus.
CVNRADVS de *Vſheim* Dapifer noſter.
TIDERICVS *Grope,*
& frater eius HERMANNVS.
STEPHANVS de *Schartenberc,*
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno incarnationis Dominice MCCXXIII.
2 Sept. Indictione XI. Datum *Fritslarie* IIII Nonas Septembris. Pontificatus noſtri anno XXII.

CLXXXVI

Digitized by Google

CLXXXVI
CAPITVLI CATHREDR. in WIRCEBVRG:
De decem porcis in BRENDEN, *&* *annona.* *An.* 1223.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

OTTO Prepoſitus, TH. Decanus & totum Capitulum maioris Eccleſie *Wirzeburgenſis.* Que geruntur in tempore, ne cum tempore dilabantur, litterarum debent memoria perhennari.

Notum ſit itaque omnibus preſentem Cartulam inſpecturis, quod HEINRICVS, Marſcalcus *de Lure*, abſolute reſignavit coram nobis, in manus . . Decani *Aſcaſſinburgenſis* Eccleſie, & ſuorum Confratrum, Bona illa in *Brenden*, que WORTWINVS Prepoſitus eiusdem Eccleſie, Comiti ECKEHARDO Civi *Wirzeb.* . titulo pignoris obligavit; et eadem bona predictus *Heinricus* Marſcalcus ab ipſo *Eckehardo* Comite titulo pignoris acquiſivit; Videlicet XX porcos, & XI maldra tritici, XI maldra ſiliginis, & XI maldra avene annuatim ſolvenda; Que bona predictus Conventus a iam dicto *Heinrico* Marſcalco pro XL marcis puri argenti redemit.

Vt autem hec rata maneant & inconvulſa, preſentem Paginam Sigillo noſtro & ſubſcriptione teſtium fecimus communiri. Huius rei Teſtes ſunt:

THEODERICVS maioris Eccleſie Decanus.
ARNOLDVS Prepoſitus de *Onoldesbach.*
GERVNGVS de *Enkersberge.*
FRIDERICVS Cantor.
CVNRADVS de *Kugelenberg.*

Qqq HEIN-

HEINRICVS Cuſtos.

ARNOLDVS Camerarius.

ENGELHARDVS Prepoſ. de *Mockeſtad.*

GODEFRIDVS de *Sweigere.*

HEINRICVS Portenarius.

ARNOLDVS de *Zabelſtein.*

CVNRADVS *Floſculus.*

THEODERICVS de *Apolde.*

HEINRICVS de *Wechmar.*

ARNOLDVS de *Maguntia.*

HEINRICVS de *Stobewege.*

GODEFRIDVS de *Baſtheim.* *

* *huc usque* Herbip. *Capitulum.*

de Novo monaſterio *Canonici.*

WILLEHELMVS Decanus. HERWICVS. HEINR. de *Kennenkeim.* CRAFTO Cantor. SIFRIDVS. FRIDERICVS de *Kennenkeim.* ARNOLDVS. REIMBOLDVS Scolaſticus. ENGELHARDVS. ARNO Cellerarius. WIGANDVS, Can. *S. Marie* ad gradus in *Maguntia.*

LAICI

OTTO de *Baſtheim.* ALBERTVS. TRETTEBERO. IRINGVS *Creſſe.* WALTERVS & HEINRICVS, filii *Billungi* de *Bleichfeld.*

DEGENO de *Waldungen.*

HEINRICVS *Vbelacker.*

ERKENBOLDVS *Taſbort.*

OTTO *Niger* de *Foramine.*

ARNOLDVS de *Versbach.*

CVN-

Digitized by Google

Cvnradvs de *Carbach.*
Hartradvs & Rvdegervs de *Bernheim.*
Helwicvs in platea *S. Stephani.*
Fridericvs; & alii quam plures
tam Clerici quam Laici.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCCV*iceſimo tercio.* Preſidente Sedi Apoſtolice Papa Honorio, Sedi vero *Wirzeburgenſi* Ottone. Regnante Glorioſo Imperatore Friderico, & Filio ſuo Rege Heinrico; & Boppone Burgravio exiſtente.

CLXXXVII

Sententia Moguntini Archidiaconi ſuper Iure patronatus Eccleſiæ in Amena. *An.* 1224.

IN NOMINE PATRIS & FILII & SPIRITVS SANCTI.

Ego Gotfridvs Cuſtos & Archidiaconus maioris Eccleſie Maguntine. In Cauſa que vertitur inter Dominam Adelheidim de *Mincenberc* & *Pincernam* Cvnradvm de *Clingenberc* ſuper Iure patronatus Eccleſie in *Amena;* Lite legitime conteſtata, & receptis utriusque partis Teſtibus, & eisdem diligenter examinatis, cum de meritis Cauſe plene liqueat; de conſilio Aſſeſſorum meorum, videlicet Walteri Decani Sci *Petri*, Remvndi Scolaſtici Sci *Stephani*, & Magiſtri Gotfridi Canonici Sci *Iohannis* Maguntin. taliter ad Diffinitivam procedo ſententiam: Ius patronatus Eccleſie in *Amena* Dne Adelheidi de *Mincenberc* adiudico; predicto *Pincerne* ſuper eodem Silentium perpetuum imponendo. *ex Autographo.*

Actum anno Domini MCCXXIIII, XIIII Kal. Novembris. *19 Nov.*

Digitized by Google

✿ ✿ ✿

Quod Archidiaconum maioris Eccleſiæ Moguntinæ *ſe ſcribat* GODEFRIDVS, *hoc ita declarandum; quatenus nempe* Omnes Præpoſiti Eccleſiarum Collegiatarum *fuerunt olim Archidiaconi Epiſcopatus*, ſeu Eccleſie Moguntinæ: *Singuli certum Dioceſis diſtrictum ſua ſub iurisdictione habentes; Vbi de loco ad locum ambulando, Synodos exercere, ac in Cauſis, cum Temporalibus tum Spiritualibus, cognoſcere ſolebant. Et quoniam anno* 1189 CONRADVS I Præpoſituram S. IOANNIS *univerat* Cuſtodiæ metropolitanæ; *ita ut quilibet eiusdem* Cuſtos, *deinceps ſit* S. Ioannis *eccleſiæ* Præpoſitus; * *Nunc vero Archidiaconatus huius Præpoſiti* terram HASSIÆ *(in qua vicus* Amena *ſitus eſt) ſub ſe habuerit; eapropter dubitare vix licet, quin titulo* Archidiaconalis Præpoſituræ Ioanniticæ, GODEFRIDVS *Sententiam publicaverit iſtam.*

* Diploma ipſum reperies *Tomo II. p. 693.* §. *VI.* Obtinetque illa diſpoſitio in hodiernum diem.

✿ ✿ ✿

CLXXXVIII

Bona Coenobii WERBERG * *in* HVCKELN, *ex invaſione Ferarum devaſtata, venduntur Abbati* HAYNENSI. *Sub an.* 1225.

* Littera fundationis eſt n. LXX.

WIGANDVS DEI gratia Prepoſitus in *Werberg.* Notum ſit omnibus, tam preſentibus, quam beate poſt nos poſteritati, qualiter Nos & Eccleſia noſtra, in *Huckele* ſita Bona, videlicet duos manſos, cum inculti, & plurimarum Ferarum invaſione deſtructi iacerent, & nullum de eis fructum perciperemus,

Digitized by Google

mus, immo in ſpe unquam conſequende utilitatis defeciſſemus; noviſſime Venerabili Dno WILHELMO Abbati in *Hegene* & eius Eccleſie vendendo tranſegimus. Vt autem hec Transactio inconvulſa perduret, Sigilli noſtri impreſſione eam roboramus.

Domine, Clerici, & Fratres qui huic facto interfuerunt:

ELYAS, HENRICVS, } Clerici.

IRMENTRVDIS Prioriſſa.

CVNEGVNDIS, METHILDIS, STEPHANIA, } Moniales.

WALBRVNVS, WERNHERVS, HERMANNVS, BERTOLDVS, } Converſi; & alii quam plures.

CLXXXIX.

HENRICI R.

De Hominibus A. EPISCOPI *qui ſe in Oppidum* OPPENHEIM *receperunt libere dimittendis; uti & Confoederationis nonnullarum Civitatum adverſus* Eccl. Moguntinam *reſciſſione.*

An. 1226.

[*p.* 592. *n.* 4. v. Hæc inter]

HEINRICVS DEI gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus. Huius Scripti ſeriem inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.

Regie Maieſtatis Dignatio ſemper conſuevit occurrere petencium iuſtis votis: Quapropter ad inſtanciam Venerabilis & Dilecti Principis noſtri, Domini Sifridi Archiepiſcopi Maguntini, conquerentis, ſibi eſſe oneroſum, plurimum & & dampnoſum, quod ex Hominibus ſuis quidam in noſtro ſe oppido *Oppinheim* receperunt; Communicato conſilio Dilectorum noſtrorum Principum qui ſollempni noſtre Curie *Wirceburg* magnifice adfuerunt, ſtatuimus, ut Miniſteriales, Burgenſes, ſive quicunque alii homines, quovis iure prefato Archiepiſcopo attinentes, cum omni integritate reddantur Eidem, & nulli ex hominibus eius ultra in predicto Oppido colligantur.

Volumus etiam, Confederationes, ſive Iuramenta, quibus ſe Civitates *Maguntia*, *Pinguia*, *Wormacia*, *Spira*, *Franckinvort*, *Geylinhuſen*, *Frideberc* in preiudicium Eccleſie Maguntine invicem obligarunt, reſcindi penitus, & in irritum revocari.

Quod ut ratum & inviolabile obſervetur, Paginam iſtam noſtro Sigillo fecimus roborari. Cuius facti ſunt Teſtes

Theodericus *Treverenſis.* Heinricus *Colonienſis.*	Archiepiſcopi.
Hermannus *Herbipolenſis.* Bertholdus *Argentinenſis.* Sifridus *Auguſtenſis.* Heinricus *Eyſtetenſis.* Heinricus *Wormacienſis.* Engelhardus *Nuwenburgenſis.* Heinricus *Baſileenſis.*	Epiſcopi.
Conradus *Fuldenſis.* Ludewicus *Hersfeldenſis.* Conradus *Laurenſis.*	Abbates.

REGA-

Digitized by Google

REGALES LAICI

LVDEWICVS Palatinus *Comes Reni* & Dux Bawarie.

LVDEWICVS Lantgravius *Thuringie*, & alii quam plures: tam ſeculares quam eccleſiaſtice Perſone.

Acta ſunt hec apud *Herbipolim.* Anno Dominice incarnationis MCCXXVI, V Kal. Decembris. 27 Nov.

CXC
SIGEFRIDI,
Pronuntiatio ſuper Bonis Eccleſiarum Advocaticiis. An. 1227.

IN NOMINE PATRIS & FILII & SPIRITVS SANCTI *Amen*

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Requiſitum eſt a nobis in Synodo Maguntina per ſententiam generalem; Si Advocatus alicuius eccleſie, Bona in quibus ipſe ius obtinet Advocacie, iure poſſit hereditario poſſidere! Nos igitur univerſorum qui ad ſanctam Synodum convenerant freti conſilio, ſententionando dicimus, quod nullus Laicorum in bonis Eccleſiaſticis Ius hereditarium poterit optinere, in quibus ipſe, eiusdem eccleſie extiterit Advocatus. Sententiam igitur coram nobis in Synodo Maguntina latam, & ab omnibus approbatam, per Archiepiſcopatum noſtrum precipimus inviolabiliter obſervari.

Datum Anno Dominice incarnationis MCCXXVII. Pontificatus vero noſtri anno XXVI.

CXCI

Digitized by Google

CXCI

Addiviſio Portionum hæreditariarum, ab Embricone de *Rüdesheim liberis ſuis facta. Præſcripto ſimul ſuccedendi ordine circa ius mancipii.* *An.* 1227.

Omnibus in Xpo bene viventibus tam preſentis quam futuri ſeculi hoc Scriptum intuentibus clareſcere cupimus; Quod ego Embricho, dictus *Vulpis* in *Rudesheim*, & uxor mea *C.* habito conſilio omnium parentum & amicorum noſtrorum, contulimus Turrim noſtre domus procurandam ſub ea forma conditionis *E.* filio noſtro, ut ipſo vivente nullus Fratrum vel Sororum eius, quidpiam ſe habere in procuratione prefate domus conſtipulent.

Statuimus etiam ius hereditarium in Vineis illis, que ſite ſunt in *Rinbelden*, prefato filio noſtro in ſupplementum; ita tamen, ut de redditibus illis, tam Turris cuſtodibus quam Ianitoribus provideat: Ius igitur mancipii, cum fratribus ſuis cedat ſibi eque. Ipſo autem univerſe carnis viam ingreſſo, ſi Vxorem duxit & liberos genuit, nil prorſus ſe iuris in prefata procuratione habere affirmet; ſed gradatim, de fratre provectioris etatis in fratrem iuniorem iure preſcripto cedat. Id idem de ſororibus fiat.

Statuimus etiam, ut ſi quis heredum noſtrorum quod abſit, partem prefate domus vendere voluerit; facta omnium heredum Collecta, decem marce cum *merda canina* ſibi offerantur. Teſtes autem huius rei ſunt

Giselbertvs *Puer* * cum filiis ſuis.
Hertwinvs *Domicella.*
Cvnradvs de *Foro.* Meingotvs.
Theodericvs *Magnus.*

Ansel-

Digitized by Google

ANSELMVS de *Rinberc.*
ARNOLDVS. HVGO.
WIGNANDVS de *Lorche.*
HEINRICVS de *Ockinheim.*
HEINRICVS *Rufus* de *Winckela*,
& alii quam plures.

* Kint *de* Rüdesheim: *fuit palmes huius familiæ peculiaris. Deſcripſi vero litteram hanc e copia, vidimata ab ipſo Archiep.* SIFRIDO, Moguntiæ *an. MCCXXVII, VII Idus Iunii, ſui pontificatus XXVI: In preſentia* WILHELMI *Prepoſiti* S. Mauricii, FRIDERICI *Camerarii Moguntini*, HERTWICI *Præpoſiti* Pinguenſis, HERTWINI *Eſelweck* Militis: *Caſtrenſium in* Scharffenſtein.

CXCII
SIGEFRIDI,

de facto ſibi Reſtauro pro Sylva Buchenberg, *quam Comes* LAMBERTVS de Gleichen *tradiderat Eccleſiæ Apoſtolorum* Erfurti.
An. 1228.
[*p. 592. n. 7.*]

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Preſentibus & futuris fidelibus preſentem paginam inſpecturis & audituris eternam in Domino ſalutem.

Quoniam memoria nichil perdit niſi ad quod non ſepe reſpicit, preſertim cum nichil in eodem ſtatu permaneat, &

preterita preſentibus obruantur; ea que a nobis rationabiliter geſta ſunt, ne in dubium aut oblivionem veniant, Scripture curavimus teſtimonio perhennare.

Notum igitur eſſe volumus univerſis, quod bone memorie Comes LAMBERTVS de *Glichen*, quoddam Nemus quod *Buchinberg* dicitur, quod a Nobis in feodo tenuit, pro Benedictionis memoria ſibi comparanda & anime ſue remedio Eccleſie Apoſtolorum PETRI & PAVLI in *Erfordia*, ſalvo tamen noſtro iure, contulit eo tenore, ut, ſi noſtra permiſſio, mediantibus filiis ſuis Comitibus ERNESTO & HENRICO quibus ipſam Cauſam commiſerat promovendam, ſue oblationi accederet; Reſtaurum equipollens pro eſtimacione dicti Nemoris, in tribus manſis ſue proprietatis in *Magbolzleiben* ſitis, Eccleſie Maguntine proveniret.

Nos itaque ſui Voti devocionem irritare nolentes, prefatum Nemus, a filiis ſuis manumiſſum, & tribus manſis a nobis in feodo receptis, tam pro peticione Ipſorum, quam etiam pro dilectione Abbatis tum temporis, HENRICI, & tocius Conventus, ab omni exactione liberum Eccleſie memorate coram Clero & noſtris Miniſterialibus tradidimus.

Ne igitur quis impoſterum hanc ſeriem noſtre Donationis irritare preſumat; hanc Paginam preſentis negocii teſtimonialem, anathemate Apoſtolorum PETRI & PAVLI & Noſtro confirmatam, Sigilli noſtri appenſione roboravimus. Teſtes huius rei ſunt

CONRADVS Prepoſitus *S. Marie* in *Erffordia*.
WILHELMVS Prepoſitus *S. Mauricii* in *Maguntia*.
HENRICVS Prepoſitus in *Pinguia*.
CONRADVS Prepoſitus Montis *S. Cyriaci*.
CONRADVS Prepoſitus *S. Auguſtini*.
DITHMARVS Prepoſitus *Novi operis*.
GVNTHERVS Decanus Sce *Marie*.

DITH-

Digitized by Google

DITHMARVS Decanus *S. Severi.*
ARNOLDVS Scolaſticus *S. Petri* in *Maguntia.*
LVDEWICVS Scolaſticus *S. Marie.*
CONRADꝰ de *Kable*, & totꝰ Conventꝰ *S. Marie.*

LAICI autem hi ſunt:

FRIDERICVS de *Kelberowa.*
HENRICVS de *Meldingen.*
LVDIGERVS de *Bezzingen* Villicus Civitatis.
SIBOLDVS filius *Iutte.*
GVNTHERVS filius eius.
CONRADVS ante Valvam.
HARTMANNVS de *Guttingen.*
GOTSCHALCVS *Dives.*
SIBOTO *Dives.*
GOTSCHALCVS *Longus*;
& alii quam plures: tam eccleſiaſtice quam ſeculares Perſone.

Acta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini MCCXXVIII. Indictione I. Pontificatus noſtri anno XXVII.

CXCIII

BOHEMIÆ REGVM,

quod inungi debeant & coronari ab Archiepiſcopo MOGVNTINO.

An. 1228.

IN NOMINE DOMINI. Amen.

ODACHARVS & WENEZLAVS Boemorum Reges incliti. Vniverſis XPI fidelibus preſens Scriptum intuentibus ſalutem in perpetuum.

Confitemur & publice proteſtamur, quod tam Nos, quam omnes Succeſſores noſtri, Conſecrationem Regalem & Diatematis impoſitionem de Sacroſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopo, Terre noſtre Metropolitano in perpetuum tenemur recipere. Si vero idem Archiepiſcopus, requiſitus, ſe pro motu animi ſui ſubtraxerit, alteri Epiſcopo, quem nos vel ſucceſſores noſtri poſtulauerint, vicem ſuam ad exequendum committet.

Vt autem hoc ratum & inconvulſum permaneat, hanc paginam de conſenſu Venerabilium & Dilectorum, *Pragenſis* & *Olomucenſis* Epiſcoporum, & *Supanorum* noſtrorum; appenſione Sigillorum noſtrorum roboravimus.

Data *Prage* Anno Dominice incarnationis MCCXXVIII. Indictione I.

Exhibet hanc Chartam GOLDASTVS de Regno Boh. *Edit.* SCHMINCK. in append. Documentorum p. 34: *Quæ, uti valde brevis eſt, tamen Exemplar iſtud corruptum eſt. Notitia de hocce Coronationis Iure, dignior & magis ſpecifica recurret ad an. 1261. 62.*

Digitized by Google

CXCIV

HARTWICI de PLVMHEIM:

Donatio Bonorum in minori VMSTADT, *facta* HENRICO (*Comiti*) *de Ravenſpurg Canonico Moguntino: Erga retraditionem eorundem Iure hæreditario, ſervato ſemper ordine Senioratus.*

An. 1229.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Omnibus XPI fidelibus per preſens Scriptum declarari cupio; Quod Ego HARTWICVS de *Plumheim*, filius & heres VLRICI de *Kezzelſtad*, de omni proprietate quam habeo in Villa *Omeſtad minore*, que ſita eſt in Pago, quod *Bachgau* vulgariter nuncupatur, Aream unam & Manſum unum ſegregando ab alis bonis meis ſpecificavi, & eundem manſum per manum Vxoris mee, LVGARDIS, & omnium coheredum illorum bonorum, per manum Domini mei C. * REIZONIS, Dno HEINRICO de *Ravensburg* Prepoſito *Pinguenſi* & Canonico Maguntino in proprietatem veram, in debito loco, & iuſto modo Donationis ſine qualibet contradictione contradidi.

* *Conradi.*

Item omnibus innoteſcere cupio, quod poſt hec Prepoſitus memoratus Aream & manſum memoratum, pro IIII maldris ſiliginis & III maldris tritici Aſcaffinburgenſis menſure, & IIII denariis *Aſchaffinb.*. & II *Colon.*. Ei ſingulis annis perſolvendis, michi & omnibus heredibus meis iure hereditario contulit. Hac conditione interpoſita, ut ſemper Senior heres bonorum ea ſolus integra poſſideat & indiviſa; predictam annonam inde ſolvens *Aſcaffinburg* inter feſtum bti IACOBI Apoſtoli, & Sci MICHAHELIS Archangeli.

Proteſtor etiam firmiter eſſe ſtatutum inter nos, ut, ſi dicta penſio Prepoſito memorato, vel ei in quem ipſe proprietatem ſupradictam transtulerit; usque ad futurum diem

Digitized by Google

S. Michahelis in loco iam dicto perſoluta non fuerint, & bona ad ſeniorem heredem indiviſa non tranſierint; ex tunc bona ſupradicta, a me & omnibus meis heredibus libera & abſoluta, ita quod de cetero nulla nobis in ipſa competat Actio, in dominium Prepoſiti, vel cui ipſe, ſive in vita ſua, ſive poſt mortem legare decreverit, cum omni iure tranſibunt.

23 Mart. Acta ſunt hec X. Kal. Aprilis Anno Dominice incarnationis MCCXXIX. Pontificatus vero Venerabilis Dni SIFRIDI Maguntini Archiepiſcopi XXVIII. Teſtes:

HEINRICVS Decanus *Aſchaffinb.*
FRIDERICVS *Schicko.*
WORTWINVS Cuſtos.
ARNOLDVS Camerarius.
HEINRICVS de *Boetenkeim.*
CVNO. HEINRICVS de *Althertheim.*
Canonici *Aſchaffinb.*
IOHANNES Sacerdos. HARTWICVS.

Laici vero:

HEINRICVS Vicedominus *de Rudenkeim.*
EMBRICHO Scultetus.
IOHANNES de *Hoſtebach.*
GERHARDVS de *Sigelouſe.*
WALTERVS GERHARDVS *Gazzere.* EKKEHARDVS Advocatus HEINRICVS *Crowel.*
& alii quam plures Clerici & Laici.

Igitur quia Sigillum proprium non habui; in robur & firmitatem huius facti preſentem Paginam Sigillo Dni SIFRIDI Archiepiſcopi Maguntini, nec non & Eccleſie *Aſchaffinb.*. & Dni mei C. *Reizonis*, muniri diligentius procuravi.

CXCV

Digitized by Google

CXCV
DYNASTÆ de BVDINGEN,

Quod CONRADVS *de* Erlebach *bona ſua in* KIRCHDORF *&c. contulerit Eccleſiæ* Haynenſi: *Hac conditione, ut eadem recipiat pro annuo Cenſu, poſt obitum vero ipſius ad dictum Monaſterium ſint devoluta perpetualiter.*

An. 1229.

GERLACVS de *Budingen* & M. uxor ſua. Notum eſſe cupimus univerſis hoc Scriptum intuentibus; Quod, cum curam Domini Regis & Imperii circa partes *Wedereibie* ſpecialiter gereremus; CONRADVS Miles, dictus Advocatus *de Erlebach*, Miniſterialis Dni Regis, ad nos acceſſit, & coram nobis conſtitutus, Bona ſua in *Kirchdorf*, in *Gruningen*, & *Tullingen*, que progenitores ſui & ipſe multis annis iure proprietatis ſine omni contradictione poſſederant, Eccleſie in *Hegenehe*, eodem iure, ob reverenciam DEI & propter ſalutem anime ſue contulit in perpetuum poſſidenda, uxoris ſue CRISTINE manu & conſenſu plenius & perfectius accedente.

Prefatus tamen Miles & Vxor ſua poſt collationem factam bona prefata ab Eccleſia memorata pro Cenſu annuali, videlicet V ſolidis Frankenfordenſis monete, receperunt ſub hoc pacto, quod poſt deceſſum eorum, bona iam dicta cum omni iure & utilitate ad Eccleſiam ſepedictam ſint perpetualiter devoluta.

Ne autem hec Donatio coram nobis legitime facta in oblivionem aut in irritum proceſſu temporis deducatur, preſenſentem Scedulam ſcribi, & Sigilli noſtri impreſſione fecimus communiri. Huius rei Teſtes ſunt

Pre-

Prepoſitus de *Elvenſtat.*
Plebanus de *Frideberg.*
GERLACVS Sacerdos ibidem.
* Vilbel. WALTHERVS Miles *de Velewilo*, *
& RVDOLFVS filius eiusdem.
RVPERTVS de *Carben.*
CVNRADVS de *Bergen.*
RVCHERVS de *Rorbach.*
IOHANNES & THEODERICVS filii eiusdem.
BERNHELM de *Gizen.*
WIGANDVS *Slapart.*
HEINRICVS de *Carben.*
WERNHERVS de *Bienheim*,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno incarnationis Dominice MCCXXIX
19 Sept. XIII Kal. Octobris. Indictione II.

CXCVI

SIGEFRIDI.

Quod DECANVS *maioris poteſt ſuſpendere abſentes in publicis Stationibus.* *An.* 1230.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Dilecto filio Decano maioris Eccleſie Maguntine ſalutem & omne bonum.

Propter Exceſſum in Stationibus Palmarum a Decano & Capitulo *Sci* VICTORIS Nobis & Eccleſie noſtre exhibitum, in

Digitized by Google

in ipſum Capitulum condigna animadverſione animadverteremus; Sed cum Tu, & tui predeceſſores a nobis plenam habueritis hactenus poteſtatem, nobis abſentibus puniendi Eccleſiarum abſentium Exceſſus; Tibi & tuis ſucceſſoribus memoratum exceſſum, & ſimiles recognoſcimus puniendos: Ratum habentes, quicquid ſuper his decreveris faciendum.

Datum *Scarpbenſtein* IIII Nonas Aprilis. Pontificatus noſtri anno XXIX. 2 Apr.

CXCVII
EIVSDEM:
Qua, ex obitu Comitis de LVTERBERG *vacans Feudum, confert illis* de EBERSTEIN.
An. 1230.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Vniverſis intuentibus hoc ſcriptum fieri volumus manifeſtum, quod, cum Nos fidelibus noſtris Comitibus *de Eberſtein* * contuliſſemus beneficium, quod ex morte HEIDENRICI Comitis *de Luterberch* nobis vacabat; Iidem ſe Nobis & Eccleſie Moguntine noſtriſque Succeſſoribus ad obſervandam fidelitatem, & ad ferendum auxilium perpetuum contra omnem Hominem, Imperio dumtaxat excepto, iureiurando obligaverunt, eo quod nos noſtrique ſucceſſores, illos in iure ſuo foveamus, in quantum nobis de iure ipſorum conſtiterit bona fide. Adiecimus quoque, quod ſi forte oſtenſum nobis fuerit iuſto modo, nos predictum beneficium ipſis Comitibus non potuiſſe conferre; quod illis de alio beneficio, quod nobis vacare contigerit, reſtaurum faciemus.

Ad cuius rei evidentiam preſentem Paginam Noſtro, & Eccleſie noſtre Sigillis fecimus roborari. Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCCXXX, Indictione III.

* CONRADVS, & ſui fratres: *ſic in Litteris aliis inducuntur.*

CXCVIII
EIVSDEM.

Inſtituti, praeſtandarum ad miniſterium Corporis Domini OBLATARVM, *Confirmatio.*
An. 1230.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Vniverſis XPI fidelibus imperpetuum. Quod ad decorem domus DEI proviſione pia agitur, tanto debet ſolliciciori cura perhennari, quanto id ad eternitatis gloriam conducit, & pertinet ſalubriter ordinatum.

Cum igitur Dilectus in XPO, HEINRICVS dictus *Hagere* Aſchaffinb. Canonicus, proprietates quasdam apud *Oſtheim* & alibi rebus ſuis compararit, & de noſtra voluntate patrimonium IHV XPI conſtituens easdem deputaverit; Vt videlicet omnibus Plebanis ſive Sacerdotibus per Archidiaconatum *Aſch.* .. conſtitutis *Oblate* ad Corporis Domini miniſterium ab ipſa debeant Eccleſia perpetuo miniſtrari, duo quoque maltra tritici & Ama vini in *Cena* ſemper *Domini* ad ſolacium Pauperum diſtribui;

Nos tam laudabili facto benigno occurrentes affectu, de ipſius *Heinrici* voluntate & rogatu adiecimus Proprietates ipſas, per manum.. Decani Eccleſie predicte, qui p. t. Decanatui prefuerit, alicui Perſone que extra gremium eccleſie fuerit, cum Altari bte KATHERINE quod memoratus etiam HEINRICVS ſumptibus ſuis conſtruxit, conferendas. Erit itaque talis Perſona ad ſerviendum Choro in Matutinis & in Veſperis obligata. Semel quoque aut bis in ſeptimana ad Altare predictum celebrabit. Altari vero & proprietatibus ipſius vacantibus, ſi Decanus, qui poteſtatem habet ea conferendi, locationem ſive collationem eorundem neglexerit uno menſe, ex tunc Prelatus, qui poſt Decanum maior fuerit, pote-

poteſtatem habeat ea conferendi illa vice. Conditionibus premiſſis ſecundum Deum inviolabiliter obſervatis.

Ne igitur hec Ordinatio tam pia tamque honeſta preſumatur aliquatenus, quod abſit, violari, nos ipſam auctoritate omnipotentis Dei, & Noſtra, in nomine Domini confirmamus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtram Confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire; vel Bona ad tam pium opus deputata invadere aut turbare; ſi quis autem id preſumpſerit, indignationem Omnip. Dei & beatorum Petri & Pavli Ap. eius, cum vinculo anathematis ſe noverit incurſurum.

Datum *Aſchaffinburg* Nonas Iulii. Anno incarnationis Dominice MCCXXX. Indictione tercia. 7 Iul.

CXCIX

Ratione Bonorum (de quibus n. CLXXVI) *exorta Lis, præſentis Chartæ teſtimonio ſublata. An.* 1230.

Gerlacvs de *Budingen*, Scultetus & univerſitas Civium de *Geylnhuſen*. Vniverſis tam futuris quam preſentibus hoc Scriptum intuentibus notum eſſe cupimus; cum Lis verteretur inter Abbatem & Conventum de *Hegene* ex una parte: & ex altera Hartvngvm Militem *de Grindaha*, ſuper Hereditate *Maynhardi* bone memorie *de Grinda;* Vt lites & odia verterentur in amorem, mediantibus honeſtis & diſcretis Viris ſub hac forma concordavimus eoſdem, videlicet quod prefatus *Hartungus* Miles omnibus bonis que fuerant memorati *Maynhardi*, cum Vxore ſua & ceteris coheredibus libere & plane abrenuntiavit, excepta Curia in *Grindaba inferiore*, cum XVI iugeribus agrorum & duobus pratorum, que idem *Hartungus* iure proprietatis ſemper habebit. Cetera autem omnia,

omnia, prefata Eccleſia *Hegene* ceſſante omni Actione que in preſentiarum fuit, vel in futurum poterit emergere, iure proprietatis in perpetuum poſſidebit.

Vt autem hec Compoſitio, coram nobis facta ſollempniter & ordinata, perpetue ſtabilitatis robur queat obtinere; preſentem Scedulam ſcribi, & Sigillis noſtris fecimus communiri. Huius rei Teſtes ſunt

Prepoſitus (*Frizlarienſis*) BVRCHARDVS de *Cigenhagen*. FRIDERICVS Capellanus Dni Regis de *Geylnhuſen*. WIGANDVS Plebanus de *Grinda*. HERMANNVS Notarius Dni *Gerlaci* de *Budingen*.

THEODERICVS Miles de *Bardenhuſen*. OTTO Miles *de Cronenberc*. FRIDERICVS Miles *de Hittengeſeze*, & PETRVS frater eiusdem.

RICHARDVS de *Buches* iunior, Miles. ECKEHARDVS Miles *de Merlowa*. FRIDERICVS *Stichel* Miles. CONRADVS, LVDEWICVS, GERLACVS; fratres de *Alsfeld*. BRVNEMANNVS, HEINRICVS de *Mittelaha* Burgenſes. GERHARDVS Centurio de *Grinda*; & omnes Villani ibidem, & alii quam plures.

19 Iulii. Actum anno Dominice incarnationis MCCXXX, XIIII. Kal. Auguſti. Indictione III.

CC

CC

Privilegium Dni SIFRIDI *Archiepiſcopi ſuper Teſtamento ſuo; quod legavit Dominis maioris Eccleſie Moguntine.*

Stylo antiqui Scriptoris.

An. 1230.

[*p.592.n.8.*]

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

NOS SIFRIDVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Omnibus intuentibus preſens Scriptum fieri cupimus manifeſtum, quod nos medietatem Allodii noſtri, & medietatem Decime noſtre totalem in *Niederenberg*, quam cum Caſtro *Waleberc* per ſubſidium Eccleſie Moguntine comparavimus temporibus noſtris; Damus & legamus Fratribus & Concanonicis noſtris maioris Eccleſie Moguntine perpetuo poſſidendam pro remedio anime noſtre; videlicet ut *Conſolatio* * ſit Fratrum Concanonicorum noſtrorum; & ut in Anniverſario noſtro pia Noſtri memoria, quemadmodum ceteris anteceſſoribus noſtris Archiepiſcopis fieri conſuetum eſt, habeatur.

* *Idem ac refectio extraordinaria, alias peculiari nomine* Pictancia *vocata. Quandoquidem tunc temporis, Canonici metrop. adhuc in commune vivebant; ſub eodem (prope periſtylium) tecto habitantes, & in Refectorio ſimul comedentes. Mutatio circa annum* 1254. *contigit.*

Vt igitur hec noſtra Donatio robur habeat & manifeſta appareat, quo minus in preiudicium huius facti quicquam deteſtabiliter attemptetur, preſentem Paginam conſcribi fecimus, & Sigillo noſtro communiri. Teſtes huius rei ſunt

HEINRICVS Prepoſitus *Pinguenſis*. CONRADVS Decanus de *Heiligenſtat*. ORTHOLFVS Notarius, Clerici noſtri.

† *en Aſſiſtentes in extremis.* noſtri. Magiſter MAROLFVS & Mgr BRVNO † Fratres Predicatores, & alii.

Actum anno incarnationis Domini MCCXXX; VII Idus Septembris. * Pontificatus noſtri anno XXIX. Datum apud *Erphort*. *7 Sept.*

* *Obiit autem altero poſt die, Noctu, ſeu* Quinto Septembris in Idus; *uti Epigraphe quondam exprimebat ſepulchralis.* IOHANNIS p. 593.

Annus (1230) *per ſe liquet. Et tamen Nullus omnium Archiepiſcoporum eſt, in cuius anno Mortis deſignando tam plane cacutiant Nomenclatores ac Hiſtoriographi;* dum *Æram* 1225. *fingunt, qua obierit.*

Defunctum, temporis ſpatio haud longo intercedente, excepit ipſius ex fratre Godefrido *Nepos*, SIGEFRIDVS III. *vulgo* Iunior *dictus*, Can. Mog. & Præpoſitus Francofurtenſis: *Adumbratque Res ab Eo, & ſub Eo geſtas, Multitudo Chartarum ſequentium.*

CCI
HENRICI R.
de Conſtitutionibus, Colligationibus &c. *Civitatum Regni Germanici, Sententia* Procerum *reprobatis penitus, & interdictis.*
An. 1231.

ex Autographo. HEINRICVS DEI gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus. Vniverſis Imperii fidelibus ad quos preſens Littera pervenerit, gratiam ſuam & omne bonum.

Notum eſſe volumus univerſis, quod Nobis apud *Wormatiam* Curiam ſollempnem celebrantibus, in noſtra preſentia petitum fuit diffiniri, utrum Civitas aliqua, vel Oppidum in Regno noſtro conſtitutum, Communiones, Conſtitutiones, Colligationes, ſeu Coniurationes aliquas, quibuſcumque Nominibus appellentur, facere poſſent, vel ordinare: Super quo Prin-

Digitized by Google

Principes noſtros & ceteros Proceres ſacri Palatii monuimus, tamquam qui univerſis ſumus in Iuſtitia debitores.

Ipſi igitur Sententialiter pronuntiando diffiniverunt; Quod Nulla civitas, Nullum opidum communiones, conſtitutiones, colligationes, confederationes, vel coniurationes aliquas, quorumcunque nomine cenſeantur facere poſſent; Eas penitus abiudicantes. Et quod Nos, ſine Domini aſſenſu, Civitatibus ſeu Opidis in Regno noſtro conſtitutis auctoritatem faciendi Communiones, Colligationes, Confederationes vel Coniurationes, quecumque Nomina imponantur eisdem, non poteramus, nec debebamus impartiri; Et quod Dominis civitatum & opidorum ſine Noſtre Maieſtatis aſſenſu ſimilia in ſuis Civitatibus facere non licebat.

Hanc autem noſtre Maieſtatis Sententiam, perpetuam firmitatem habere volentes, Ipſam Dilecto Principi noſtro, SIFRIDO, Sancte Maguntine Sedis Venerabili Archiepiſcopo, noſtro Sigillo fecimus roborari. Teſtes hy ſunt:

THEODERICVS *Treverenſis* Archiepiſcopus.
HEINRICVS *Colonienſis* Archiepiſcopus.
CONRADVS Abbas Sci *Galli*.
OTTO Comes *Palatinus* Reni.
MATHEVS Dux *Luthuringie*.
HEINRICVS Dux *de Lymburch*.
HEINRICVS Comes *Seinenſis*.
LVTHERVS Comes *de Hare*.
WALERAMVS de *Lymburch*.
GERLACVS de *Budingen*, & alii quam plures qui noſtre ſollempni Curie interfuerunt.

Datum *apud Wormatiam* Anno Domini MCCXXXI decimo Kal. Februarii. Indictione quarta,

CCII

CCII

Tranſlatio Principatus LAVRISSENSIS (Lorſch) *in Eccleſiam* MOGVNTINAM. *An.* 1232.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

FRIDERICVS *Secundus* divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex.

Romani Principis decus extollitur, & Auguſta Sedes Imperii decoratur, cum Principatus, in quibus conſiſtit & viget Imperium, in ſua Dignitate, congrua proviſione reparat & conſervat; & Illas, ad eorum reparationem & conſervantiam Perſonas eligit & preponit, que, cum prerogativa commiſſarum ſibi Eccleſiarum, cum ſue merito Dignitatis efficientes, ad id & accepte fore cenſentur.

Vniverſis igitur Imperii fidelibus tam modernis quam poſteris volumus eſſe notum; quod Nos, conſiderantes tenuem ſtatum Eccleſie *Lauriſſenſis*, ab honore & nomine Principatus proceſſu temporis collabentem, ut non minus Imperio quam ſibi deficere videatur; Attendentes inſuper, quod Dilectum Principem noſtrum, SIFRIDVM Archiępiſcopum Maguntinum, cuius grata ſervitia cottidie Imperio preſtita Noſtro conſpectui cum multa gratitudine ſe preſentant; nec non per eandem Maguntinam Sedem, velut obſequioſam ſemper Imperio, & noſtris honoribus efficacem, ſervicium eiusdem Principatus Imperio debitum, quod per eiusdem Eccleſie impotentiam nobis hactenus eſt ſubtractum, integre poterit exhiberi; Aſſiſtente nobis, & approbante Dilecto filio noſtro HEINRICO, Romanorum Rege ſemper Auguſto, ſuper his providere volentes; una cum deliberatione & conſilio Principum, de innata providentia, & Noſtre gratia Maieſtatis eundem Principatum Eccleſie *Lauriſſenſis*, cum omni Honore,

Vaſal-

Vaſallis, Miniſterialibus, Caſtris, Opidis, proventibus, iuribus & pertinentiis ſuis, ſicut ad Nos & Imperium noſcitur pertinere; eiusdem Maguntine Eccleſie dicto Maguntino Archiepiſcopo & Succeſſoribus eius, Imperiali auctoritate in perpetuum donavimus, & conceſſimus; & nominatum Principem noſtrum Venerabilem Moguntinum Archiepiſcopum, preſentibus Principibus ſollempniter inveſtivimus; ut eadem Eccleſia Maguntina, Idem Maguntinus Archiepiſcopus & ſucceſſores eius, a modo Principatum ipſum teneant & poſſideant, & ad honorem Noſtrum & Imperii illum foveant & conſervent, ſalvo Iure, quod inde debetur Imperio.

Preſentis Privilegii auctoritate mandantes, quatinus nullus Princeps, Dux, Marchio, Comes, Scultetus, Advocatus, Miniſterialis, nullave Perſona, ſublimis vel humilis, eccleſiaſtica vel mundana, contra preſentis donationis & conceſſionis noſtre Paginam auſu temerario venire preſumat. Quod qui preſumpſerit, ſciat ſe preter indignationem noſtram, cui ſe noverit ſubiacere, in ſue temeritatis vindictam Centum libras puri auri compoſitorem; quarum medietas Curie noſtre, & reliqua, Parti paſſe iniuriam perſolvetur.

Ad huius itaque Donationis & Conceſſionis noſtre memoriam & ſtabilem firmitatem preſens Privilegium fieri fecimus, & Bulla aurea, Typario Noſtre Maieſtatis impreſſo, iuſſimus communiri. Huius rei Teſtes ſunt

B. Patriarcha *Aquilegenſis.*

E. *Salzeburgenſis.*
A. *Magdeburgenſis.*
& B. *Panormitanus.* } Archiepiſcopi.

E. *Pabinbergenſis*
S. *Ratisbonenſis*, Imperialis Aule Cancellarius, & H. *Wormatienſis:* Epiſcopi.

Ttt A.

A. *Saxonie*, O. *Meranie*, & B. *Karinthie*, Duces.
C. Abbas Sci *Galli*.
H. Magiſter Theutonicorum.
MEINARDVS de *Gerze*.
A. de *Schowenburc*. H. de *Waldenberc*. M. de *Muleburc*. Comites.
C. de *Holloch*.
G. de *Eppenſtein*.
H. de *Liebesberg*.
RICHARDVS Camerarius, & alii quam plures.

Signum Domini FRIDERICI Secundi DEI *gratia Invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Ieruſalem & Sicilie Regis.*

Ego SIFRIDVS Ratisponenſis *Epiſcopus, Imperialis Aule Cancellarius, vice predicti Dni* SIFRIDI *Venerabilis Archiepiſcopi Maguntini, in Germania Archicancellarii recognovi.*

Acta

Acta ſunt hec Anno Dominice incarnationis MCCXXXII menſe Aprilis quinte Indictionis. Imperante Domino noſtro FRIDERICO *Secundo* DEI gratia Invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Ieruſalem & Sicilie Rege Glorioſiſſimo; anno Imperii eius XII, Regni Ieruſalem VII, Regni vero Sicilie XXXIIII. feliciter. Amen.

Datum *Aquilegie*, Anno, Menſe, & Indictione predictis.

CCIII

LITTERA FVNDATIONIS CLAVSTRI WOLLBERG *Ord. Ciſt. Auctore* LVDEVICO *Comite* de RIENECK.

An. 1232.

[p. 931. v. Erat id]

Vallis cæli, *vernacula* **Himmelthal**, *poſtea vocatum; aſt Seculo XVI exoleſcens, Bona quondam ipſius an. 1619 ceſſerunt novello Collegio* PP. S. I. *Aſchaffenburgi.*

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

LVDEWICVS Comes *de Rienecche* omnibus in perpetuum. Que rationabiliter fiunt a fidelibus, Scriptis oportet commendari, ne oblivionis aut ignorantie cauſa indebite ea contingat retractari. *ex autographo.*

Vniverſos itaque, tam preſentes, quam future poſteritatis utriusque Sexus fideles ſcire cupio, quod ob amorem DEI & Sancte Matris eius, pro ſalute mea & uxoris mee ADELHEIDIS, nec non Parentum meorum, & Amicorum noſtrorum, vivorum ac defunctorum, Monaſterium, villam & molendinum, & cetera attinentia in *Wolperch*, cum conſenſu Vxoris mee iam dicte, dedi in manus Magiſtri SALOMONIS Canonici *Herbipolenſis* cum pleno iure; Hac conditione, ut

ut ibidem Cenobium Monialium *Ciſtercienſis Ordinis* conſtituatur.

Et ne aliquis heredum meorum hanc Donationem meam valeat in aliquo irritare aut perturbare, Perſonis in eodem loco Deo ſervituris preſentem dedi Paginam, Sigilli mei appenſione roboratam. Huius itaque Donationis mee Teſtes ſunt.

Magiſter Salomon. Frater Iringus Sacerdos, Capellanus Comitis. Wipertus. Albertus *Dumo.* Cunradus *Butſchuch* Milites, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno gratie MCCXXXII. Indictione VI.
17 Nov. XV Kal. Decembris, in Caſtro *Luden.* Preſidente Romane Sedi Sanctiſſimo Papa Gregorio. Regnante Invictiſſimo Imperatore Friderico, & inclito Filio eius Romanorum Rege Heinrico. Pontificatus Reverendi Moguntine Sedis Domini Sifridi anno ſecundo.

Annuntiare hoc loco convenit, quod, cum Anno ab editis Rerum Moguntiacarum *Voluminibus poſtero, (1723) Rmi Capituli Metropolitani Bibliothecam, Manuſcriptis omni ex genere copioſe inſtructam, adeundi nobis daretur occaſio; Codicillus membranaceus optimæ notæ, idemque Seculi XIII ſcripturam referens, prenſandi avidas in manus inciderit: Quem illico pervolventes, primo ſtatim intuitu tam plane preclara & notabilia ſeſe obtulerunt, ad illuſtrandas Archiepiſcoporum* Sifridi III. Christiani II, *&* Gerhardi I *res geſtas facientia, ut dolendum ſit, nullam latentis theſauri iſtius notitiam fuiſſe tunc, quando hiſtorica laudatorum Præſulum Vitæ narratio inſtituebatur. Qui defectus ut ſuppleri poſſet commode a rerum intelligentibus;* Excerpta *ex Codicillo, floris velut*

velut ſparſos, præſenti Diplomatum collectioni, ſervato ubique temporis ordine, intercalanda iudicavi peropportunum.

Orditur autem Scriptor anonymus annis aliquot ante MCCXXXII. Ad cuius finem dum Chartæ noſtræ proceſſerunt; ſic in eo acta factaque, ſpargendorum primitias ducant.

„Hoc anno (*MCCXXXII inquit*) diſcordantibus Archiepi-
„ſcopo *Maguntino* & Cvnrado fratre *Lantgravii*, pro Monte
„*Heiligenberc* in *Haſſia* ſito, & Bella moventibus; idem *Cunra-*
„*dus* XVII Kal. Octobris civitatem *Vritslar* contra multorum o-
„pinionem incendio cepit: Captivos ſecum abducens Epiſcopum
„*Wormatienſem*, ac Gvmbertvm eiusdem loci Prepoſitum:
„Heinricvm *Heilegenſtadenſem* Prepoſitum, & quosdam Ca-
„nonicos, cum aliis fere ducentis Militibus.

„Fridericvs itaque *de Drivorte*, ac ſui Complices, ruptis
„violenter armarii oſtiis magnam inde pecuniam a Civibus ibi-
„dem depoſitam manu ſacrilega auferentes, Libros, Calices, ac
„Ecclesie ornatum cum Sanctorum Reliquiis diſtraxerunt. Fertur
„etiam a quibusdam, quod dictu eſt horrendum, ipſum Sacro-
„ſanctum Corpus Dominicum a maleficis ibidem in terram igno-
„minioſe deiectum.

„Quot autem ibidem occiſi, vel quot igne conſumpti, novit
„Devs Arbiter evi. Qui eidem loco per ſuam modicam preſentis
„Ire ſcintillam, eternam Tonitru ſui comminatus eſt corruſca-
„tionem.

CCIV

Littera ſuper Cenſu unius Marce auri in feſto Sci Martini *perſolvendo pro Decimatione & Caſtro* Dobrin & Mockavwe, Ducatus Masovie.

An. 1233.

Eckebertvs Prepoſitus in *Dobrin* Ducatus *Mazovie.* Notum ſit omnibus hanc Paginam inſpecturis, quod

cum

cum Dux CVNRADVS *Mazovienſis* totam Terram, que infra duas Aquas, *Mene* ſcilicet & *Wezele* continetur, Longitudinis XXIIII miliarium, Latitudinis vero, alicubi XII, alicubi vero XV miliarium, tradiderit Militibus XPI de PRVSSIA inhabitandam, & iure dominii libere perpetuo poſſidendam, DEI intuitu precipue; & plantande ibidem fidei Xpiane; Iidem Milites Plantulam huiusmodi mee ſollicitudini committentes, meditatione caritatis predicte, *Dobrin*, item Caſtrum in *Mokgowe*, cum quadringentis manſis, & tertiam partem proprietatis reſidue terre, cum Cenſibus & omnibus proventibus que ex his haberi poterint, michi ſimiliter libere & abſolute, iure dominii contulerunt.

Ego vero beatum MARTINVM eligens porcionis mee Dominum & Patronum; univerſa predicta, de conſenſu tam Ducis, quam XPI Militum predictorum, Sce Maguntine Eccleſie confero, Iure dominii perpetuo poſſidenda. Eadem quoque Bona ab ipſa Eccleſia Maguntina pro annua penſione, unius videlicet Marce auri, recepi; annuatim ſibi in feſto *bti* MARTINI, cum una Infula, in recognitionem dominii perſolvenda. Teſtes huius rei ſunt

HENRICVS & HENRICVS de *Swarzburg*, Comites.
MARCWARDVS de *Solmeſſe*.
THEODERICVS Vicedominus de *Ruſteberg*.
LODEWICVS Camerarius *de Meldingen*.
THEODERICVS Pincerna *de Apolde*.

24 Febr. Datum *Erfordie*, Anno Domini MCCXXXIII, VI. Kal. Marcii.

CCV

CCV

Comes de SCHWARZBVRG *ratione caſtri* CRANICHFELD *ſervire tenetur Eccleſiæ* MOGVNTINÆ *contra omnem hominem.* *An.* 1233.

HEINRICVS DEI gratia Comes *de Suarzburch.* Tenore preſentium confiteor, quod Ego, & mei ſucceſſores ſervire tenemur Dno meo SIFRIDO Archiepiſcopo Maguntino, ſuisque Succeſſoribus qui pro tempore fuerint, contra omnem hominem, ratione Feodi quod ab ipſo & Eccleſia Maguntina tenemus; Caſtri videlicet *Cranichisvelt*, quod me recognoſco tenere illo iure feodi, quod vulgariter *Lethicheit* dicitur: Eodem iure a meis poſteris poſſidendum.

Ad perpetuam autem huius rei noticiam hoc Scriptum ſupradicto Dno meo Archiepiſcopo tradidi, Sigilli mei munimine roboratum. Teſtes rei huius ſunt

ERNESTVS & HEINRICVS de *Glichen.*
HEINRICVS iunior *de Suarzburc.*
GERHARDVS de *Dietze*, COMITES.
MARCWARDVS de *Solmeſſe.*
LODEWICVS de *Helſinſtein*, LIBERI.
THEODERICVS Vicedominus de *Ruſteberc*,
THEODERICVS Vicedominus de *Erphort.*
HEINRICVS Pincerna *de Appolde.*
LVDEWICVS Camerarius *de Meldingen.*
VOLCNANDVS de *Wekenheim.*
& alii quam plures.

Actum anno gratie MCCXXXIII. VII. Kl. Martii. Datum autem eiusdem anni IIII Nonas Martii. *23 Febr.*

CCVI

CCVI
Eiuſdem COMITIS
Nefas, in Archiepiſcopum & Civitatem ERFVRTENSEM *admiſſum, deditione caſtri* EICHELBVRG *pro meritis expiatum.*
An. 1233.

ex autographo.

HEINRICVS DEI gratia Comes *de Suartzburg* Senior, & HEINRICVS filius ſuus. Tenore preſentium notum eſſe volumus omnibus XPI fidelibus, quod pro reconciliatione Exceſſus dilecti *Heinrici* filii mei, quo in Dominum meum Archiepiſcopum Moguntinum & Civitatem ſuam *Erphord*. . exceſſit; Opidum quod dicitur *Eichilburg*, quod Ego & *Heinricus* filius meus a Domino noſtro *Herbipolenſi* Epiſcopo poſſedimus temporibus noſtris iure pheodali; ac Reverende Eccleſie Moguntine & Domino noſtro Archiepiſcopo contulimus ad honorem & ſatisfactionem; dedimus &, Dominationi Sue, in *Taberſtete* apud *Erphord*, ſub hac forma, quod ipſe Dominus noſter Archiepiſcopus Moguntinus Oppidum antedictum, ſancte Eccleſie ſue, citra benevolentiam Venerabilis Domini Herbipolenſis Epiſcopi, quantocius poſſet, obtineret. Quam diu autem non obtinuiſſet qualicumque occupatione Oppidum predictum, quousque poſſit obtinere, ſervabimus in noſtra pheodali poſſeſſione; nichil in tantum ordinantes medio tempore, niſi expediat honori & utilitati ſancte Moguntine Eccleſie, & Domini noſtri Archiepiſcopi placuerit voluntati. Teſtes huius rei ſunt

Dns Prepoſitus LVTEGERVS de *Rosdorf.*

LAI-

Digitized by Google

LAICI

Dns MARQVARDVS de *Solmins.*
THEODERICVS Vicedominus de *Ruſteberc.*
Vicedominus *de Appolde.*
HEINRICVS Pincerna *de Appolde.*
LVDEWICVS Camerarius *de Meldingin.*
HEINRICVS frater ſuus, & alii quam plures.

Acta ſunt hec Anno gratie MCCXXXIII ſexto Nonas Martii. Vt autem Ordinatio permaneat inmutata, preſentem Paginam per appenſionem Sigilli noſtri fecimus roborari. *2 Mart.*

CCVII

Nobilis de VIPPACH *aſciſcitur in Caſtrenſem; erga comparanda Bona quaedam, eaque Iure feudi haereditarii poſſidenda.*
An. 1233.

[*p. 1012 fin. in Addit.*]

HERMANNVS *de Vipeche* Fidelis Eccleſie Maguntine. Tenore preſentium cunctis XPI fidelibus innoteſcat; inter Dominum meum Archiepiſcopum, & me, Ordinationem huiusmodi factam eſſe:

Infra Muros *Erffordenſes* comparare debeo Curiam quandam de meis propriis denariis; & quecunque voluero, ſive infra ſive extra ipſos Muros, bona aliqua, que, cum pretio curie illius, quadringentarum marcarum Summam perfecte compleant in valore.

Hec Bona cum Curia prelibata a Venerabili Domino meo Archiepiſcopo & Eccleſia Maguntina recipere debeo,

 cum

cum heredibus meis iure feudi hereditarii poſſidenda; Ita videlicet, quod infra ſpatium duorum annorum poſt diem *Iacobi* proxime futuram hec omnia compleantur; & unus filiorum meorum nichilominus ducet Vxorem de domo Eccleſie Maguntine.

Quam ob rem Dominus meus Venerabilis Archiepiſcopus, & ſancta Eccleſia Maguntina in Caſtrenſem me cum heredibus meis perpetualiter recepit: Concedens michi in feudo Caſtrenſi de Cubiculis ſuis in *Erffordia* annuales Redditus ſex marcarum; Sic, quod quandocunque michi & heredibus meis quadraginta marcas dederit; cum his comparabo Allodium incontinenti; quod ab Ipſo, loco premiſſarum ſex marcarum, ſimiliter iure feudi Caſtrenſis, hereditariò, cum heredibus meis poſſidebo, eisdem ſex marcis uſibus Eccleſie Maguntine reſtitutis.

Vt autem hec Ordinatio hinc inde inviolabiliter obſervetur, preſentes Litteras noſtras mutuo dedimus, Sigillorum noſtrorum appenſione, nec non & teſtium qui eidem facto intererant, intitulatione firmiter communitas. Teſtes vero ſunt hi:

Prepoſitus CONRADVS Sce *Marie* in *Erffordia*.

Dns LVTEGERVS * Prepoſitus in *Rosdorf*.

* de *Haſelſtein*.

LAICI

Comes HENRICVS ſenior in *Swartzpurg*, & Comes HENRICVS filius ſuus. Comes HENRICVS & Comes ERNESTVS de *Glichen*. Dns MARCQVARDVS de *Solmis*. D. ALBERTVS de *Vipeche*. THEODERICVS de inibi. **

** ſcil. de eodem Caſtro.

THEODERICVS Vicedominus de *Ruſleberg*. THEODERICVS Vicedominus, & HENRICVS Pincerna *Apoldenſis*.

LVDE-

Digitized by Google

Lvdewicvs ſenior, Lvdewicvs Camerarius, & Henricvs frater ſuus: *de Meldingen.*

Lvtegervs de *Bezzingen.* Conradvs Dapifer *de Rynberg.* †

Acta anno Domini MCCXXXIII. VIII Idus Marcii. Data *Maguntie*, Anni eiusdem II. Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri anno ſecundo. †† *8 Mart.*

† *Fuerunt Nobiles iſti* (de Rheinberg) *Eccleſia Moguntina Dapiferi hereditarii.* Erb-Truchſeß.

†† *Circa Annos pontificatus notandum: Quando in Chartis Huius & ceterorum Archiepiſcoporum diſcrepantes apparent; id unice earundem Concipiſtis tribuendum eſſe; utpote aliis ab anno* Electionis, *aliis ab actu* Conſecrationis, *Pontificii muneris ingreſſum metientibus. Hic a* Conſecratione *putavit Scriptor.*

CCVIII

PINCERNÆ de APPOLDE,

ſuper Advocacia Villarum Wittern *&* Rostorf. *An.* 1233.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Notum ſit omnibus Xpi fidelibus preſentium inſpectoribus, quod Ego Heinricvs *de Appolde* Pincerna, vendidi Domino meo Sifrido, Archiepiſcopo Maguntino, ius Advocacie quod habui in Villis *Widerde & Roſtorff*, bonis & in *Diffendale*, tam cultis quam incultis, pro L marcis argenti; & per eum recepi. Eandem itaque Advocaciam, quam ego, & Vicedominus *de Appolde*, & *Heinricus* de *Meldingen*, & Camerarius frater ſuus in feodo habemus a Comite *Erneſto* de *Glichen*, deinceps ſervabimus ad utilitatem Domini noſtri Archiepiſcopi & Eccleſie Maguntine: Ita quod univerſum commodum inde proveniens, ad Menſam ipſius perpetuo pertinebit.

nebit. Promiſit inſuper Dns Archiepiſcopus, pro ſe & Succeſſoribus ſuis, quod dictam Advocaciam nunquam a menſa ſua alienabit, ſed ipſam Maguntine Eccleſie fideliter retinebunt. Promiſſione huiusmodi, Litteris Maguntini Capituli roboranda. Huius rei Teſtes ſunt

LUDEGERUS Prepoſitus *(de Roſtorf.)*
Magiſter IOHANNES *Wormatienſis.*
HEINRICUS de *Glichen.*
GERHARDUS de *Ditze.*
ERNESTUS de *Glichen.*
HEINRICUS de *Swarzburg.*
} Comites
THEODERICUS Vicedominus de *Ruſteberg.*
Theodericus Vicedominus *de Appolde.*
HEINRICUS, & LUDEWICUS Camerarius *de Meldingen.*
MARCWARDUS de *Solmeſſe.* *
LUDEWICUS de *Helfenſtein.*
VOLCNANDUS de *Ockenheim,*
& alii quam plures.

Ad maiorem autem cautelam Sigilla preſentibus fecimus appendi. Actum anno gratie MCCXXXIII, menſe Martio.

* *Recurrens iam aliquoties* SOLMENSIS Marquardus *iſte, ceu a* Comitibus *ſemper ſeparatus, & loco inferiore poſitus, nec etiam ſub* Comitis *titulo unquam inductus, meretur indagari. Non enim puto, tunc amplius habitam fuiſſe rationem* qualitatis miniſterialis *uti XII ſeculo, ubi Nobiles ſimplices,* (Liberos) Comitibus miniſterialibus *antepoſitos obſervare licuit. In eo tamen hallucinor, cupioque doceri, num Comes, Miniſterio ſe exuens, ſtatum* Liberi *poſtliminio recuperaverit!*

CCIX
MOGVNTINI CLERI

Indictio Viceſimæ, *diſſolvendo æri alieno, ab Archiepiſcopo in* ITALIA *conflato.*

An. 1233.

[*p.* 596. *n.* 4.]

PRELATI & univerſitas Cleri Moguntini. Vniverſis, tam prelatis quam Clericis per Mogunt. Dioceſim conſtitutis ſalutem in Domino.

Oppreſſionem, quam ex onere Debitorum in *Italia* contractorum ſuſtinet Eccleſia Moguntina, provide conſiderantes; timebamus non immerito, quod Summa excreſcentium Vſurarum tanta fieret tempore procedente, quod ad ſolutionem ipſius dicte Eccleſie predia & poſſeſſiones non ſufficerent.

Vniverſe liberationi itaque ipſius pio compaſſionis intendentes affectu, de communi conſenſu & aſſenſu ſic duximus ordinandum; ut per univerſam Dioceſim Moguntinam *Viceſima* colligatur de omnibus Redditibus eccleſiaſticis, Prelaturis videlicet, Officiis, Prebendis. . . & Vicariis, tam ſecularium quam regularium Locorum & Perſonarum; & ex ea prefata Debita perſolvantur per idoneas Perſonas, quibus iuratis hoc commiſimus faciendum.

Ne autem huiusmodi Oppreſſionis aculeus impoſterum nos invadat, ſed Clerus ſemper debita Libertate fruatur; Venerabilis Pater & Dominus noſter SIFRIDVS Archiepiſcopus Moguntinus corporale in noſtra preſentia preſtitit iuramentum, quod in tota vita ſua de cetero Mutuum non contrahat in Italia, vel aliquo loco ultra Montana, ſine conſenſu & conſilio Capituli Eccleſie maioris Moguntine; nec aliquam Exactionem faciat in Clerum ſuum. Promiſit etiam

fideliter dictum Capitulum, ſe habiturum tales dicti Archiepiſcopi Succeſſores, quod idem iuramentum preſtabunt, ad conſervandam Cleri perpetuam libertatem.

Quocirca Vniverſitatem veſtram rogamus & hortamur in Domino, quatenus huic ſalubri Ordinationi noſtre liberti animo acquieſcentes, Nuncios quos ad colligendam prefatam Pecuniam vobis transmittimus, benivole recipiatis, & Reddituum veſtrorum Viceſimam ſecundum bonam exiſtimationem eorum, & iuramenta veſtra que ſuper hoc recipient, eis qualibet dilatione vel occaſione poſtpoſita preſentetis.

Vt autem plena fides adhibeatur eis que ſuperius ſunt expreſſa, preſentem Paginam Sigillis dictorum Dni Archiepiſcopi & Capituli maioris fecimus communiri.

18 Iun. Datum Anno Domini MCCXXXIII, XIIII Kal. Iulii.

CCX

SIFRIDI III A. Mog.

LITTERÆ INDVLGENTIARVM,

ad uſum novæ Fabricæ Templi metropolitani.

prout ſtat usque hodie.

An. 1233.

[*p. 599. §. XI. n. 1.*]

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus. Vniverſis XPI fidelibus ſalutem in Eo, qui eſt omnium vera ſalus.

Quia, ut ait Apoſtolus, ſtabimus omnes ante tribunal XPI, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum; oportet nos diem meſſionis extreme, Miſericordie operibus prevenire: ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in Celis. Firmam ſpem fiduciamque tenen-

nentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam eternam.

Cum igitur Fabrica Matris noſtre, maioris Eccleſie Maguntine, que moroſe fit propter rerum defectum, multorum annorum ſpatio de ſuis facultatibus vix valeat conſummari; Vniverſitatis veſtre devotionem monemus in Domino, propenſius exhortantes, & in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis vobis a DEO collatis filiali affectu relevare curetis indigentiam Matris noſtre, cui tamquam filii ſpiritales obligati eſtis vinculo ſpeciali; Vt per hec, & alia bona que Domino inſpirante feceritis, eternam mereamini beatitudinem poſſidere.

Nos quoque de miſericordia Omnipotentis DEI, & beatorum PETRI & PAVLI Apoſtolorum eius, & bti MARTINI *Patroni* noſtri confiſi meritis, univerſis qui ad ſubvencionem ipſius ſecundum ſuas facultates manum porrexerint Karitatis, XL dies de iniuncta ſibi penitentia, & devote ſuſcepta, miſericorditer relaxamus.

Datum *Maguntie*, Anno ab incarnatione Domini MCCXXXIII, V Kal. Iulii. 27 Iun.

Atenim lente proceſſiſſe ſumptuoſiſſimam huius Archibaſilicæ fabricam inde colligitur, quod demum ſexennio poſt, conſummatam ſe ſtiterit. Ex tunc â SIFRIDO *ſolenni ceremoniarum apparatu dedicata. Teſte libro* Sacriſtiæ *p. 165:*

„Anno dominice incarnationis MCCXXXIX, quarta „Nonas Iulii per Reverendiſſimum Dominum *Sifridum* „III Archiepiſcopum Moguntinum conſecrata eſt maior „Eccleſia Moguntina in honorem Domini noſtri IESV „CHRISTI & glorioſe & perpetue Virginis MARIE, „matris eiusdem Domini noſtri, & B. MARTINI, illius „ſignipotentis Epiſcopi, Patroni noſtri, & Confeſſoris, „& aliorum plurium Sanctorum.„ *Huic vero ſollemnitati interfuiſſe Epiſcopos Suffraganeos omnes, notat* LATOMVS *in Catalogo MS.*

CCXI

CCXI

„Sifridus *Archiepiſcopus acquirit eccleſias* Hom-
„burg & Bursfeld *a Domino* Ottone
„*de* Bruneſwich.
An. 1233.

Dei gratia Otto *de Bruneswich* univerſis Paginam hanc viſuris. Recognoſcimus, & publice proteſtamur, quod Nos eccleſias proprietatis noſtre, ſcilicet in *Homburg* & in *Burſfelde*, Venerabili Domino noſtro Sifrido Archiepiſcopo & ipſius Eccleſie Maguntine cum proventibus & pertinenciis earumdem, infeodatis ſive liberis, duximus conferendas.

Datum apud *Honſtat*, Anno Domini MCCXXXIII, coram fidelibus noſtris quorum nomina ſunt ſubſcripta. A. Comes *de Dasle*. fratrum *de Hartenberg*, P. *de Pleſſe*, H. *de Cygenberg*, & aliorum multorum.

CCXII

L V D. *Comitis* de Rieneck,
de Bonis in Brenden, Woltbach & Salze.
An. 1233.

Ludewicus Comes *de Rienecken.* Omnibus hanc paginam inſpecturis ſalutis perpetue incrementum. Noverit univerſitas veſtra, quod mediante Dno Godeschalko, Venerabili Abbate *Burnebacenſi*, ſponte renuntiavimus, pro Nobis & noſtris heredibus, omni iuri Villicationis bonorum Eccleſie *Aſchaffinb.* . que habet in *Brenden*, Advocacie noſtre ſolo iure contenti. Quandocunque autem peticiones pecuniarias in homines Eccleſie duxerimus faciendas, Nuncius eccleſie perſonaliter affuturus legittimam percipiet portionem.

De

Digitized by Google

De bonis autem quatuor librarum, in *Woltpach*, *Brenden*, & *Salze*, que in remedium anime ſue, *Aſchaffinb.*. Eccleſie ordinavit HEINRICVS, Marſchalcus *de Lure* conferens & contradens, nos autem non Sui, ſed Noſtri aſſeruimus iuris eſſe; Viri Diſcreti in quos utrimque compromiſimus arbitrario iudicio ſtatuerunt, utſi quando ſuper hoc a nobis Eccleſia fuerit requiſita, bona eadem ad ſe legittime pertinere, iurisiurandi religione firmabit; Medio nichilominus tempore bona ipſa, cum perceptione fructuum integerrime poſſeſſura.

Vt igitur huius formula pactionis nulla poſſit alterutrius partis improbitate vel calumpnia conquaſſari, preſentem Paginam exinde confectam Sigilli noſtri appenſione, & Teſtium annotacione fecimus communiri. Teſtes ſunt:

RVDOLPHVS Decanus de *Cymbern.*
BVRCHARDVS Plebanus de *Grunsfeld.*
ECKEBERTVS & HEINRICVS,
Monachi de *Burnebach.*

MILITES vero:

SYBOTO *Betzelin.* DVDO de *Altertheim.*
HEINRICVS *Kotebuz.* (Kodwiz.)
HEINRICVS *Streckeſus.*
ECKEHARDVS & DRVTWINVS: Advocati,
& alii quam plures.

Acta ſunt hec, Verbi incarnati anno MCCXXXIII.

CCXIII
EIVSDEM,
De Bonis in SYGELBACH, LARHAVPTEN &c.
An. 1233.

LVDEWICVS Comes *de Rienecke*. Tenore preſentium ad noticiam cupimus pervenire cunctorum, quod ab Eccleſia *Aſchaffinb.*. Bona in *Sygelembach*, pro XXX ſolidorum Cenſu annuo, infra Octavam *bti* MARTINI in *Aſchaffinburg* ſolvendo, qui cenſus monete *Wirzeburgenſis* eſſe debebit, ad vitam meam, & uxoris mee ADELHEIDIS recepi poſſidenda. Cenſum autem iſtum, ſi in termino ſolvere neglexerimus pretaxato, bona eadem continuo & abſolute ad Eccleſiam devolventur. Sane memorie commendandum, quod hec ipſa conceſſio non tranſibit aliquatinus ad heredes.

De Bonis autem in *Larhoubeten* ex altera parte trans aquam, attinentibus ad Curiam in *Bratſelden*, Eccleſia ipſa, proventus ſibi de iure debitos, iurisiurandi religione, ſi inſtare decrevero, tenebitur optinere. Super bonis autem in *Gezemanneshuſen*, Eccleſia omnem contra me remiſit impeticionem. Super Novalibus vero de *Bartenſtein*, vicinorum hominum noticie totalis inter nos Queſtio relinquitur dirimenda.

Vt igitur ſuper his nulla poſſit inpoſterum altrinſecus calumpnia ſuboriri; preſentem Paginam exinde conſcriptam, Sigillo meo & Teſtium annotatione feci fideliter communiri. Huius negocii Teſtes ſunt

RVDOLFVS Decanus de *Cymbern*.
BVRCHARDVS Plebanus de *Grunsfeld*.
HEINRICVS monachus de *Burnebach*.

MILI-

Digitized by Google

MILITES autem

SYBODO *Bezelin.* DVDO de *Alternsheim.*
HEINRICVS *Kodebuz.* HEINRICVS *Streckeſus.*
ECKEHARDVS & DRVTWINVS Advocati,
& alii quam plures.

Acta publice, in Choro *Aſchaffinburgenſi*, Verbi incarnati anno MCCXXXIIII.

CCXIV

Dynaſta de HOHENFELS *recognoſcit, Decimam in* NIERSTEIN *competere Eccleſiis, quas in earundem perceptione hactenus turbaverat, intus nominatis.*

An. 1234.

Notum ſit univerſis, quod Ego PHILIPPVS de *Hohenvels*, ad quem decima Vini totaliter in *Nerſtein*, & pars decime Annone ſpectare dinoſcitur, inſtructus ſum a Viris fide dignis, tam de *Nerſtein*, quam de *Nacheim*, quod eadem Decima ultra Terminum, qui *Marckenburne* dicitur, verſus *Nackheim* non extendatur, nec aliquid in ea iuris ultra habere debeam; ſed usque ad dictum Terminum attineat Decime in *Nackheim*; cuius duas partes habebit Eccleſia *Sci* GEREONIS in *Colonia*, tertiam partem Eccleſia in *Nacheim*.

DEVM igitur pre oculis habens & Iuſtitiam, iam dictis eccleſiis Ius ſuum in memorata Decima recognoſco: firmiter ſub bona fide repromittens, quod de cetero neque Ego neque aliquis ex parte mea, nec Heredes mei nec aliquis ex parte eorum, ipſis Eccleſiis in ſepedicta Decima percipienda, inquietem vel moleſtiam aliquam inferemus.

Verum ut hoc ratum permaneat in perpetuum, Sigillum Iudicum Maguntine Sedis & meum his Litteris eſt appenſum. Teſtes huius rei ſunt

BERTOLDVS *Heppendip.*
HEINRICVS *Stroluz,*
Scultetus in *Nerſtein.*
WOLFINVS de *Nacheim.*
YRME de *Nerſtein.*
GODDANE de *Swalberc.*
DORINCHARDVS de *Hoemvels.*
WERNHERVS *Rufus* de *Selſen.*
EMBRICHO de *Badenher.*

} Milites.

EMBRICO Scultetus de *Nackheim,* & omnes Scabini ibidem, & quam plures alii, tam Milites quam Ruſtici.

17 *Aug.* Acta ſunt hec Anno Domini MCCXXXIIII in Octava S. Laurentii.

CCXV
Littera SIFRIDI
pro DECANO & Capitulo S. GEREONIS Coloniæ, *ad ſupplendum portiones ipſorum præbendales ex fructibus eccleſiarum in* NACKHEIM & BVBENHEIM.

[In diſtrictu Moguntino verſus Oppenhemium.]

An. 1234.

p. 597. n. 11,
Vbi tamen rem narrando non obſervata fuit diverſitas, inter reditum ex Curtibus, & *inter illum* de binis Eccleſiis. *Namque Curiarum proventibus Capitulum iam fruebatur integre; quoniam vero haud ſufficiebant, hinc defectum ſuppleri petiit ex Eccleſiarum reditibus.*

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus. Vniverſis Paginam hanc viſuris ſalutem in omnium

omnium Salutari. Cum a Nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut per ſollicitudinem Officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Sane ſupplicantibus nobis Dilectis in Xpo, Prepoſito, Decano & Capitulo *Sci* Gereonis in *Colonia*, quod, cum de Curtibus quas habent in *Nacheim* & in *Buvenheim*, iuxta conſtitucionem ab antiquo ordinatam Prebenda ipſorum nondum poſſit ipſis plenarie miniſtrari; Nos Ipſis hoc de ſpeciali dignaremur indulgere, ut Redditus Eccleſiarum in villis predictis in Supplementum defectus Prebendarum ſuarum eis liceret Fratrum uſibus applicare;

Quocirca iuſtis ipſorum poſtulationibus favorabiliter inclinati, Deſideriis eorumdem paterne annuendum duximus in hac parte. Liberaliter permittentes, ut Ipſi, prebenda competenti aſſignata Sacerdotibus deſervientibus pro tempore in eccleſiis memoratis, reſiduum Reddituum earumdem, ſalvo per omnia iure Archiepiſcopi & Archidiaconi, ſupplemento prebendarum ſuarum de noſtra auctoritate & conſenſu licenter applicent & aſſignent.

Vt autem hec noſtra Conceſſio perpetue robur obtineat firmitatis, & nullus ei auſu temerario valeat contraire; preſentem Paginam conſcribi, & eam Sigillo noſtro, cum annotacione Teſtium qui eidem intererant, fecimus communiri. Quorum nomina hec ſunt:

Iohannes Prepoſitus *Pinguenſis*. Arnoldvs S. *Victoris*, Waltherus S. *Petri*, Bvrchardvs S. *Marie* ad gradus in *Maguntia* Decani, & alii quam plures.

Datum *Maguntie* Anno Domini MCCXXXXIIII, VI Idus Septembris. *8 Sept.*

Digitized by Google

CCXVI
FRIDERICI II. IMP.

Quod filius quondam SIFRIDI *Marſcalci debeat eſſe Eccleſiæ Moguntinæ Miniſterialis.*
An. 1234.

FRIDERICUS DEI gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex. Per preſens Scriptum notum facimus univerſis Imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris; quod Venerabilis Maguntinus Archiepiſcopus, Dilectus Princeps noſter, Celſitudinem noſtram humiliter ſupplicavit; ut, licet filius quondam SIFRIDI, Mareſcalci Eccleſie Maguntine, ex parte matris ſue Miniſterialis debeat eſſe Imperii; quia tamen feodum patris —— * quod tenet ab eadem Eccleſia, nec debitum ſervitium exhibet eidem; dignaremur concedere, ut ſit Miniſterialis Eccleſie nominate; Nos autem ſuis ſupplicationibus inclinati, nec non indempnitati eiusdem filii dicti quondam *Sifridi* providere volentes; ipſum eidem Archiepiſcopo Maguntino duximus concedendum, ut eidem Epiſcopo ratione feodi quod tenet ab eo, debitum ſervitium exolvere teneatur

* annctet. . *Tales ſunt huius verbi inenodabilis litteræ.*

Ad huius autem conceſſionis noſtre memoriam & inviolabilem firmitatem, preſens Scriptum fecimus, & Sigillo noſtro iuſſimus communiri. Datum *Precure* Anno Dominice incarnationis MCCXXXIIII, menſe Novembri octave Indictionis.

❁ ❁ ❁

Continuatio MS. Bibliothecæ metrop.

„Hoc anno (MCCXXXIV) *Erphordenſes* ingratitudi-
„nem Domini ſui Maguntini & offenſam graviter incur-
„rebant

„rebant. Quoniam anno preterito, dum in Regis quadam fuiſſet Expedicione, ab ipſis in Curribus & Militibus iuvamen petierat, & ſubſidium. Quod dum ipſi renuerunt, Dominum ſuum graviter exacerbaverunt. Poſtea vero Ipſum in *Adventu Domini* Erfordiam invitantes, concordare non potuerunt.

„Quapropter MAGVNTINVS Erphordiam cum gravi „indignatione egreſſus, ipſos coram Rege in *Frankenevurt* proxima Curia convenit, in pluribus eos accuſans. „Erphordenſes autem ad eandem Curiam a Rege citati, „Nuncios illuc direxerunt, ratum habituri, quicquid „cum Rege, ac Domino ſuo, de forma compoſitionis „obtinuiſſent. Quid plura! Nuncii, Regis arbitrio negocium committunt. Sed Rex compoſitionis Formam „arbitratus, Nuncios fide conſtrinxit iuratoria, quodſi „cives Erphordenſes eandem refutarent formam, revertentes, ſe Maguntino repreſentarent. Qui domum „reverſi, Civibus ſuis conceptam a Rege Compoſitionis „formam litteris & verbis referebant.

„Quam Formam cum Erphordenſes recuſaſſent, nec „iidem Nuncii ſtatuto termino reverſi fuiſſent, Archiepiſcopus in ipſos Excommunicationis tulit ſententiam. „Quos eciam Rex, proxima Curia circa feſtum Vdelrici in *Aldenburc* habita, ſuo Banno ac Regie proſcriptioni ſententialiter innodavit. Quapropter iidem Erphordenſes, a quarta feria ante Palmas usque in Kal. Auguſti divinis caruerunt. Quo die, mediantibus Lantgravio atque Prelatis Erphordenſibus, Compoſitio ſtatuebatur, ſatisfactione pecuniaria confirmata. Sicque „Divina reſumpta fuerunt.

CCXVII

CCXVII
CAPITVLI SPIRENSIS:
Alienatio Prædii ſui apud ESCHWEGE *in Eccleſiam* MOGVNT. *Accepti olim ab* Imperatrice N.

Sub an. 1235,

Quoniam Præp. Conradus, *& Decanus* Sifridus *iſto temporis tractu occurrunt in Litteris, quas dedi* Sylloge I. *p. 171. 178.*

CONRADVS Prepoſitus, SIFRIDVS Decanus, totumque Capitulum *Spirenſis* Eccleſie. Licet alienationes poſſeſſionum, quas Eccleſie de pia liberalitate Fidelium ſunt adepte, & legitime Sanctiones & Statuta canonica interdicant; penſata tamen equitate in certis caſibus, ſi urgens cogat Neceſſitas, aut evidens ſuadeat Vtilitas, has indulgent; Nec ex eo fruſtrari videntur vota Donantium, apud Eccleſias perpetuo remanere volentium que dederunt, ſi ipſe eccleſie conditionem ſuam meliorem poſſunt facere de oblatis;

Eapropter conſiderantes, quod de Predio noſtro apud *Eſchenwege*, a felicis recordationis . . *Imperatrice*, Eccleſie noſtre collato, propter loci diſtantiam, & malitiam ibidem habitantium nullum vel modicum fructum recipere conſuevimus; Eſtimantes nichilominus, quod de precio ipſius, dicte Eccleſie noſtre in uberioribus redditibus poterimus providere; De communi conſilio & conſenſu unanimi idem Predium, cum mancipiis, terris cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, ſilvis, paſcuis, viis, inviis, queſitis & inquirendis, & univerſis iuribus ac pertinentiis ſuis, ſicut ad nos ex Donatione memorate Imperatricis pertinere dinoſcitur, excepta Abbacia loci eiusdem, & Abbacia in *Cophungen*, Venerabili Patri ac Domino noſtro SIFRIDO, Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopo, & ipſius Eccleſie pro Quadringentis marcis puri

puri argenti vendidimus, ut de ipſo, tamquam de Suo, poſſit diſponere pro ſue lubito voluntatis, liberum, quitum & abſolutum; non a nobis infeodatum, nec emphiteutico iure locatum: plenam & Warandiam, ubi opus fuerit, preſtituri. Et in ſignum translationis Dominii, privilegium ei tradidimus ſuper donatione memorate Imperatricis Eccleſie noſtre conceſſum.

Vt autem Contractus huiusmodi venditionis ratus permaneat & incommutabilis, preſentem ſuper hoc Litteram, Sigillo Capituli noſtri ſignatam, Archiepiſcopo dedimus antedicto.

CCXVIII
A. SIFRIDI
Littera fundationis Xenodochii ad S. SPIRITVM *Moguntiæ.*
An. 1236.

[*T. I. p. 82. v.* Enim vero *& p. 598. n. 3.*]

Seu, eiusdem Translatio ex Immunitate & vicinia Templi metrop. ad Rheni ripam, iuxta Capellam S. Gereonis. *Conf. Dipl. n.* LXI. p. 167, & 242.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus omnibus in perpetuum.

Venerabilia DEO dicata loca, in quibus egentes & peregrini gratum Receptaculum, fatigati Quietem, Refectionem eſurientes, Potum ſicientes, & alii, tam Divites quam pauperes gratum & acceptum ſolacium ſemper inveniunt, tanto enixius iuvare, manutenere, atque tueri nos convenit, quanto ſpecialius eorum cura, proviſio & promocio nobis dinoſcitur imminere.

Eapropter conſiderantes, ſitum Hoſpitalis in fundo & in emunitate maioris Eccleſie Maguntine conſtituti, neceſſitatibus Infirmorum & commodo minime aptum eſſe; ad inſtantiam Civium Maguntinorum, de conſilio & conſenſu Prelatorum & Capituli noſtri, idem Hoſpitale, cum univerſis ſuis pertinenciis, ad ripam Reni iuxta Capellam *Sci* GEREONIS duximus transferendum: Mandantes, ut ibidem conſtrueretur Receptaculum egenorum, in locum Hoſpitalis prediƈti feliciter ſucceſſurum. Et ut gratis proficiat incrementis, amplioribus Privilegiis de conſilio & aſſenſu diƈtorum Prelatorum & Capituli muniendum duximus, & dotandum.

Indulgentes in primis, ut liceat tam eccleſiaſticis quam ſecularibus Perſonis, Seculum relinquere volentibus, ad prediƈtum Locum accedere; & ibidem Regulariter profitendo, *Sanƈto* SPIRITVI, quoad vixerint in Religionis habitu famulari. Ita videlicet, ut ad mandatum Reƈtoris ipſius, Clerici idem Hoſpitale in divino officio & Sacramentis eccleſiaſticis miniſtrandum procurent; Fratres vero & Sorores, Infirmis cibum & potum, & alia ipſorum neceſſitati conveniencia miniſtrent humiliter & devote.

Idem eciam Hoſpitale, cum fratribus, tam Clericis quam Laicis, & Sororibus, qui ſe & ſua ad eundem locum prediƈto modo transtulerint, ab omni Exaƈtionis onere, angariis & parangariis, liberos eſſe volumus, & immunes.

Item ſtatuimus, ut eis ex integro liceat capere, tam ex Teſtamento quam preter teſtamentum, Legata, fideicommiſſa, et, tam inter Vivos, quam Mortis cauſa Donationes.

An. 1244 hicce § in praejud. Epiſcopi magnam paſſus eſt mutationem. Conf. n. CCXL. *Art.* 15.

Item ſtatuimus, ut Reƈtor eidem loco a Nobis tantum & noſtris Succeſſoribus preficiatur. Prefeƈtus autem de Spiritualibus & cura ſubditorum nobis reſpondeat; et de amminiſtracione Temporalium dignam Nobis, vel ei quem ad hoc deputaverimus, reddat coram ſuis fratribus racionem. Et ſi Reƈtor idem inventus fuerit minus utilis, vel dampnoſus; eo ſine ſtrepitu iudiciorum remoto, alter preficiatur, qui poſſit & velit preeſſe pariter & prodeſſe.

Pro-

Digitized by Google

Prohibemus inſuper, & firmiter interdicimus, ut nullus, fratres vel ſorores ſeu familiam eiusdem loci, tam pro ſuis Exceſſibus, quam pro Querelis cuiuslibet, audeat trahere ad iudicium Seculare; ſed iidem a ſuo Rectore, & Rector a ſuo Iudice eccleſiaſtico iudicium accipiat, & correctionem.

Preterea licenciam & auctoritatem dicto Rectori & fratribus quos ad hoc deputaverit, concedimus baptizandi, Confeſſiones audiendi, Penitencias iniungendi, Sepulturam ibidem preſtandi, & Sacramenta eccleſiaſtica miniſtrandi infirmis fratribus, ſororibus, & univerſe familie dicte Domus.

Inhibemus inſuper, ne quis Locum eundem ſupponere audeat Interdicto, niſi ad hoc ex noſtra ſpeciali auctoritate procedat; vel forte propter aliquod Grave, contingat generalem in *Maguntia* fieri ceſſationem Divinorum, conſenſu Eccleſiarum.

Item prohibemus firmiter, ut nulli fratrum aut ſororum, poſt factam in eodem loco Oblacionem liceat abcedere, vel de rebus loci, aut eis quas obtulit, aliquid aſportare. Diſcedentes vero nullus audeat retinere, niſi forte, petita ſui Rectoris licencia, ad Ordinem tranſierint ſtrictiorem.

Perpetuo preterea Decreto ſtatuimus, ut, ſi divina favente clemencia locus predictus in tantum fuerit amplificatus, ut alia Hoſpitalia poſſidere incipiat, in predictis omnibus pari iure & gracia cenſeantur.

Memorato eciam loco, omnia que nunc iuſte poſſidet & quiete, vel in futurum dante Domino iuſto acquiſicionis titulo poterit adipiſci, preſentis Scripti patrocinio confirmamus. Statuentes, ut Nobis, & Succeſſoribus noſtris Aureum, XX denarios Maguntinos valentem, & duos Cereos de duabus libris Eccleſie maiori, in feſto *bti* MARTINI nomine Cenſus exſolvat.

Vt autem ea que ad honorem Dei omnipotentis, & ad excitandum fidelium devocionem laudabiliter acta ſunt, eius omnibus firma permaneant & inconvulſa; huius Pagine tenorem conſcribi, & Sigillorum, noſtri videlicet & Capituli maioris Eccleſie, munimine precepimus roborari.

Nulli itaque hominum liceat huic noſtre conceſſionis ſeriem infringere, vel ei auſu temerario contraire; Sed ſi quis attemptare preſumpſerit, indignacionem Dei omnipotentis, Apoſtolorum Petri & Pavli, & *bti* Martini, & Noſtram ſe noverit incurſurum. Teſtes huius rei ſunt

Cristianvs Prepoſitus Conradvs Decanus Iohannes Scolaſticus Albertus * Cantor	*maioris Eccleſie.*
Waltheruvs Decanus Hertwicvs Scolaſticus Conradvs Cantor	*Sci Petri.*
Theobaldvs Decanus Arnoldvs Scolaſticus Heinricvs Cantor	S. *Stephani.*

* de *Kugelberg.*

LAICI:

Heinricvs de *Hagenauwe.*
Rvpertvs Camerarius,
Ottho Sculteтus,
Rvdolfvs, Bertholdvs,
Godefridvs, Heinricvs Waltbodo:
Officiales Civitatis, & plures alii,
tam Clerici quam Laici.

Actum Anno Domini MCCXXXVI pridie Kal. Auguſti. ‡ *Iulii.*

Nota:

✿ ✿ ✿

Nota: *Hæc Domus hoſpitalis ſolo paupertatis vel infirmitatis titulo neminem recipit; ſed iis duntaxat, quoad vixerint, locum & habitationem concedit, nec non ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria in ligno, vino & ſiligine miniſtrat, qui ſenio vel viribus fracti, certa quadam pecuniæ Summa hæc præfata hoſpitalitis iura ſibi acquirunt.*

Cæterum ea, quæ SIFRIDVS *in Diplomate reſervaverat ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, anno vero* 1244 *ipſi, ſub ſpecie conceſſionis voluntariæ, a Magiſtratu civico extorta fuerant,* * *hodie exercentur per* Scholaſticum metropolitanum, *ceu perpetuum huius Loci* ** Proviſorem.

* Conf. n. CCXL. Art. 15.

** Sigillum ipſius, quod cuidam Chartæ anno 1285 conſcriptæ appendet, egoque ex mera curioſitate privata æri incidi curavi, tale fuit:



CCXIX
IMP. FRIDERICI II.
Refutantis Eccleſie Moguntinæ *Advocatiam* BISCHOFFSHEIM, *quam ab Ea tenuerat iure feudi. An.* 1237.

[p. 598. ad §. IX.]

ab autographo.

FRIDERICVS DEI gracia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Irlm & Sicilie Rex. Per preſens Scriptum notum fieri volumus univerſis Imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris; quod Nos attendentes grata & accepta ſervicia, que Dilectus Princeps noſter, Venerabilis Moguntinus Archiepiſcopus, Nobis & Imperio exhibuit laudabiliter & devote, & inceſſanter exhibet, & inantea exhibere poterit graciora; Advocaciam in *Biſchovesheim*, & bona circumadcencia, Villam ipſam; que ab Eccleſia Moguntina in iure feudali tenuimus, eidem Archiepiſcopo & Eccleſie ſue duximus reſignanda.

Ad cuius rei memoriam preſens Scriptum ſibi fieri, & Sigillo noſtre Maieſtatis iuſſimus communiri.

Data apud *Ratiſponam*, Anno Domini *Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo ſeptimo.* Menſe Aprilis, Xme Indictionis.

✿ ✿ ✿

Continuatio Cod. MS. Bibliothecæ Metrop.

„Eodem anno (MCCXXXVII) pridie Nonas Maii „*Maguntinus* ab Imperatore *Erphordiam* veniens, ſol„lemniter a Clero ſuſceptus eſt. Qui proxima ſequenti „Dominica in Eccleſia Sci *Petri* LVTOLFVM in *Halber„ſtatenſem*, & BERNHARDVM in *Pragenſem* conſecra„vit Epiſcopum. Cooperantibus ſibi iſtis Preſulibus: „*Merſeburgenſe*, N. *Havelbergenſe*, ac PEREGRINO antiquo

Digitized by Google

„tiquo *Pragenſe.* Aderant eciam eidem Conſecrationi „Hermannvs Lantgravius, Bertoldvs Comes *de* „*Hennenberc*, ac innumera Plebs, propter Indulgentiam „illic congregata.

* * *

CCXX

Leges compoſitionis inter A. Episcopvm & *Comitem* de Reichenbach. *An.* 1237.

Gotfridvs Dei gratia Comes *de Richenbach.* Recognoſcimus & proteſtamur, quod ſuper diſcordia, que vertebatur inter Dominum noſtrum Sifridvm Archiepiſcopum Moguntinum & Nos, talis Compoſitio interceſſit, quod nos Domino noſtro Caſtrum *Cygenhagen*, & omnia eidem Domui attinentia, reſignavimus ſimpliciter Ipſi & Eccleſie Moguntine, ab ipſo & Succeſſoribus ſuis iure proprietario perpetuo poſſidenda. Preterea teneri debemus Eidem, ſuisque ſucceſſoribus eo ſervicio, quod *Ledigkheit* vulgariter appellatur.

Ziegenhayn *appropriatur Eccleſia Mog.*

Comitis nexus.

Item renuntiavimus omni rancori & iniuriis, quas habuimus contra Ipſum, & Bvrckhardvm *Fritzlarienſem* Prepoſitum ac fratres ſuos Comites *de Cygenhagen*, & homines eorumdem, quos de Captivitate noſtra potuimus habuiſſe ſuſpectos.

Oblivio iniuriarum.

Eiusdem Captivitas.

Si vero Queſtio, que vertitur intra Comites memoratos & nos ſuper Bonis hereditariis, per Arbitros communi Partium voluntate electos decidi non poterit, ſupradictus Dominus noſter Archiepiſcopus eam decidet, ſecundum Iuſticiam, vel Amorem.

Queſtio de bonis hered., a Moguntino decidenda.

Et hec omnia ſupradicta fideliter nos ſervare promiſimus; & inſuper tam Nos, quam XX Milites nobiscum, preſtiti-

de pactis ſervandis Cautio.

ſtitimus ſuper ipſis bona fide ſervandis corporaliter ſacramentum; hoc adiecto, quod ſi contra premiſſa, & iuramentum huiusmodi venerimus ullo modo, Excommunicationi ſepedicti Domini noſtri Archiepiſcopi, & Proſcriptioni Imperii ſimus ſubiecti. Preterea omnia Feuda que tenemus ab eodem Domino noſtro Archiepiſcopo & ab Eccleſia Moguntina, ipſo facto vacabunt. Et has penas elegimus ultronea voluntate.

contrafacturi Comitis poena.

13 Nov. Datum *Moguntie* Annno gratie MCCXXXVII, Idus Novembris.

CCXXI

Super Comicia RUCHESLO (Reuſchel *in* Haſſia) *Contractus empt. vend. cum Nobili viro* de MERENBERG. *An.* 1237.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

ex Autographo. Noverint univerſi, quod nos SIFRDUS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, cum Dilecto Conſanguineo noſtro CUNRADO, Nobili viro *de Merenberg* pro ſe, & fratre ſuo WIDEKINDO, ſuper Comicia in *Rucheslo* & univerſis ſuis pertinenciis, Villis, Iuribus, & Iurisdictionibus, exceptis Iudiciis & Iurisdictionibus harum villarum: *Gladebach, Lare*, *Roidesberg*, *Kircperg*, *Treyſe* & *Lundorf*, Contractum fecimus ſollempnem emtionis & venditionis, Eccleſie Moguntine, Nobis, & Succeſſoribus noſtris in perpetuum duraturum.

Excepte Ville prenotate tamen ad vocem Preconum Iuſticiarii noſtri dicte Comicie, quod vulgariter dicitur *Lantſchreie*, ſequentur iuſticiam ſecundum Terre conſuetudinem, & principalis Tribunalis dicte Comicie communiter recepte. Ita tamen, quod ſi quam mulctam ſive Emendam homines Exce-

Digitized by Google

Exceptarum villarum preſtabunt, dictis Nobilibus & eorum liberis cedere debebit.

Ad hec dictos Nobiles in caſtro noſtro *Ameneburg* ſedecim libris *levium denariorum* uſualium Terre illius pro iure Caſtrenſis peculii, quod vulgariter dicitur *Burclen*, infeudavimus, annis ſingulis ſolvendorum. Hac adiecta conditione, quod iidem Nobiles & eorum liberi, Homagio nobis facto, Nobis & Eccleſie noſtre Moguntine ſervitium ſive ſattellitium contra omnes Homines, tam de Caſtro dicto, quam etiam de ſuis, *Merenberg* & *Cliperc*, in perpetuum fidele preſtabunt, & indefeſſum.

Quodſi contigerit predictos Nobiles ſine liberis Maſculis decedere, eorum Filie eodem iure quo & Ipſi, de predictis Denariis debebunt ſollempniter infeudari. Quod ſi forte dicti Nobiles in caſtro *Ameneburg* nec volent nec poterint reſidere, debebunt ibidem honeſtum Caſtellanum, pro ſe reſidentiam facturum locare. Nos etiam verſa vice eosdem Nobiles eo debito iuris, quo merito alios Vaſallos & Caſtellanos noſtros amplectimur, tenebimur defenſare.

Comiciam ſupradictam dicti Nobiles iure feudi concedent aliquibus de Miniſterialibus ſive fidelibus noſtris, iuxta noſtre beneplacitum voluntatis; poſt quorum mortem alios, quibus nobis placuerit, infeudabunt, nullo nobis & Eccleſie noſtre ex hoc preiudicio generato.

Celebratus eſt hic Contractus emptionis & venditionis ſuper dicta Comicia, re tradita, & habita fide de precio, videlicet Octingentis marcis: Vallato contractu ex parte noſtra Fidei dacione, ex altera vero, Iuramento corporaliter preſtito, tam ſuper obſervando Contractu pro ſe, quam fratris ſui Witekindi ratihabitione, nunc in Imperii ſerviciis exiſtentis.

Et ut hec firma permaneant, preſentem Paginam Noſtro, & Cunradi Nobilis predicti Sigillis fecimus communiri. Huius rei Teſtes ſunt

Zzz ARNOL-

ARNOLDVS Prepoſitus. IOHANNES de *Vilar*.. Canonicus maioris Eccleſie *Treverenſis*, ECKEHARDVS Decanus de *Ameneburg*. *Frater* WERNERVS, quondam Comes *de Battenburg* *

GODEFRIDVS de *Biegen*.

RVPERTVS de *Karben*.

REYNARDVS de *Aldenburg*.

GODEBERTVS de *Didinsbuſen*.

WERNERVS *Cornigel*.

SIFRIDVS de *Atisbach*.

BERNELMVS *Pannecuche*.

ADOLFVS de *Hucheleim*.

& alii quam plures.

15 *Dec.* Actum *in Campis* apud *Sigardesbuſen* Anno Domini MCCXXXVII, XVIII Kal. Ianuarii.

* *Antea* Comes, *nunc* Frater *audit, eo quod tempore poſtero ſacra Militia* Ioannitice *nomen dederit. Eſtque illemet ipſe qui in Chartâ* Haynenſi, *n.* CLXIV, p. 437 *inter Teſtes hac formula adductus cernitur :* WERNHERVS Comes *de Battenburg*, dans iudicium Defenſionis ſupra prefatam Eccleſiam.

Continuatio ex Cod. M. S. Bibl. Metrop. ad An. MCCXXXVIII *in Vere.*

„Eodem anno circa Dominicam *Letare* MAGVNTI„NVS ex parte Imperii Principes Teutonie quoſdam *Er„phordiam* citaverat. * Quo dum nullus Laicorum „Principum perveniſſet, nec Epiſcoporum, exceptis *Hal„berſtatenſe* & *Hildensheimenſe* Epiſcopis; ſuſpecta Con„ſpiratio quorundam Principum contra Imperatorem de„clarata fuit. —— —— Poſt hec *Maguntinus* Domi„nica Palmarum Maguntiæ *Curienſem* conſecravit Epiſco„pum.

* *tanquam* Vicarius Imperii *hoc fecit. Conf. n.* 227.

„Eodem

„Eodem anno Imperator Curiam quam Principibus „Teutonicis indixerat Civitate *Veronenſi* Kal. Maii celebravit. Quo tamen dum non perveniſſent, per internuncios a Conſpirationis infamia ſe diligenter excuſabant. —— —— Dein filiam ſuam HERMANNO „Lantgravio per manum Maguntini Epiſcopi in *Aſchaffenburg* deſponſavit.

CCXXII

De Caſtris BATTENBVRG & KELLERBERG, *una cum* Comicia STIFFT, *Archiepiſcopo dimittendis. An.* 1238.

Pro medietate Caſtrorum *Battenburg*, *Kellerberg*, & Opidi interiacentis, & Comicie que dicitur *Stiefft*, dande ſunt SIFRIDO Comiti *de Battenburg* & ſuis fratribus Marce ſexcente: Ducente ad XVI ebdomadas ab illa die quo fuerit aſſignata Dno Archiepiſcopo Moguntino medietas dictorum Caſtrorum & Opidi & Comicie prefate. Item ab eadem die ad alias XVI ebdomadas, ſi fratres nominati *Sifridi* de caſtris, opido & comicia ſatisfecerint Archiepiſcopo Moguntino, medietatem ei reſignantes, ſicut ipſe SIFRIDVS iam fecit, dabuntur alie marce ducente: & iterum ab eodem ſolutionis termino ad tertias XVI ebdomadas marce ducente alie plenarie perſolvantur. Si vero ex caſu aliquo fratres ipſius *Sifridi* pro ſe non fecerint, ſicut ille iam fecit, medietatem dictorum omnium Dno Archiepiſcopo aſſignantes; Trecente marce tam diu detinebuntur in Dni Archiepiſcopi poteſtate, donec ei de primis, ut predictum eſt, fuerit ſatisfactum.

Pro dicta autem pecunia antefatis terminis perſolvenda fideiuſſerunt, quorum nomina ſunt ſubſcripta. Fideliter promittentes, quod ſi iuxta condictum pecunia non fuerit perſoluta; ipſi intrabunt *Franckenfurt*, inde nullatenus exituri, niſi

 de

de dictorum conſcientia & conſenſu. Comicie autem tunc medietas Dno Archiepiſcopo eſt aſſignanda.

Iſti ſunt Termini: Centa de *Hartenfelt*. Centa de *Ruttene*. Centa de *Hentreſſe*. Centa de *Treiſa:* Iſte Cente quatuor ſunt omnino libere. Item Centa de *Geismare*, & Centa de *Fromelskirch*: in iſtis duabus ſunt Centgravii reſidentes, & ius Comitis liberum eſt omnino. Item Centa de *Lixfelt*, item Centa de *Duduſſe*, item Centa de *Wetter*, item Centa de *Laſphe*: in illis ultimis Lantgravius tollit omnem iuſtitiam violenter.

Item Homines illi liberi, qui pertinebant *Wanegelhuſen*, & fuerunt Comitis HERMANNI, modo ſunt pro medietate Dni Archiepiſcopi. Nomina Teſtium huius rei ſunt iſta:

CRISTIANVS maior Prepoſitus.	Canonici *Moguntini*.
IOHANNES Scolaſticus.	
WALTHERVS de *Aſſceburnen*. *	
SIFRIDVS de *Aldenburg*.	
BVRCKARDVS S. *Marie* de gradibus	Decani.
ECKEHARDVS de *Ameneburg*	

* Eſchborn.

LAICI

Dns HEINRICVS de *Hagenawe*.
Dns RVPERTVS de *Carben*.
CONRADVS de *Bergen*.
HARTMVDVS de *Aſſceburnen*.
EMERCHO *Vulpes*. (de *Rüdesheim*.)
GISELBERTVS frater ſuus.
ARNOLDVS Camerarius.
OTTO Sculterus.
EBERWINVS de *Buſſeck*.

CON-

CONRADVS Dapifer. (de *Schweinsburg.*)
SIFRIDVS filius ſuus.
HELFFRICVS *Iudeus.* * — * Antiqua familia nobilis *Moguntie.*
GOTFRIDVS de *Hapesvelt.*
WIDEROLDVS de *Michelnbach,*
& GODEBERTVS.

Hi omnes fideiuſſerunt, ut ſuperius eſt dictum. Ad maiorem autem evidentiam & firmitatem huius rei, Sigilla, videlicet Capituli Moguntini, Fratris WERNHERI de *Wiſenfelt,* * olim Comitis, & SIFRIDI Comitis *de Witegeſtein* huic Pagine ſunt appenſa.

* Wiſenfeld *fuit olim Domus Ioannitica.*

Acta ſunt hec Anno Domini MCCXXXVIII, XIII Kal. Auguſti. *20 Iulii.*

Continuatio Cod. MS. ad hunc annum.

„Eodem anno, XVII Kal. Decembris MAGVNTINVS „damnum fere irrecuperabile, & iacturam graviſſimam „Epiſcopatus in Caſtri *Ruſteberc* amiſſione fuiſſet paſſus, „ſi merita *bti* MARTINI non interveniſſent. Nam HENRICVS Prepoſitus *Heiligenſtatenſis,* congregata Militia, „H. Comitem *de Glichen* dicti Caſtri fraudulentum invaſorem favente divina gratia cepit, ac caſtrum recuperans, Eundem in eodem vinculis iniecit.

 CCXXIII

CCXXIII
SIFRIDI,
de Officio Burgraviæ *in* RUSTEBERG, *conceſſo Comitibus* Eberſteinenſibus.
An. 1239.

SIFRIDUS DEI gratia Sanĉte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.

Obſervandum, titulum Archicancellarii *heic apponi prima vice.*

Noſſe volumus litteras has viſuros, quod Nobili viro CONRADO, Comite *de Eberſtein*, movente nobis ſuper eo, quod *Burcgeſeze* & *Burgraveſchaft* dicitur, Queſtione, & dicente, quod Pater ſuus ea olim in Caſtro noſtro *Ruſteberg* poſſediſſet; Nos, multa patris ſui ac ſua devotione reſpecta, illa ſibi contulimus, fidei ſue datione ab ipſo & iuratoria cautione recepta, quod nobis perpetuo ſerviat & Eccleſie Maguntine, Caſtrumque noſtrum *Ruſteberg* nobis & Eccleſie Mag. contra omnem hominem ſine quolibet dampno cuſtodiat, & tenebitur; & erit Adiutor noſter, quod *Ledichman* dicitur in vulgari, contra quemlibet hominem in hoc Mundo. Sed & manſionem, quam in Caſtro ipſo ſibi aſſignavimus, ſeniori fratrum ſuorum qui ſuperſtes fuerit concedemus, ſi, Comite memorato ſolvente carnis debitum univerſe, hoc a nobis obſequiis ſuis ille valuerit obtinere. Si vero per diviſionem hereditatis ſue ceſſerit uni de fratribus officium Burgravie prediĉte, reſignante hoc nobis Comite prenotato, illud ei, cum hoc ceſſerit, conferemus, ſi fuerint eius obſequia nobis grata.

Debet etiam Comes, ea fratres ſuos cohibitione tenere, quod ſuper Officio ſepediĉto, quam diu vixerit ipſe Comes, aut hereditas eorundem diviſa non fuerit inter ipſos, aut alias quam

quam diu illud uni ex eis non contulimus, nos non impetent ullo modo, vel eccleſiam Maguntinam.

Et hoc frater ſuus Dns OTTO, *Leodienſis* Electus, WILDEGRAVIVS, FRIDERICVS Cuſtos *Moguntinus*, * Comes BVRCHARDVS de *Woldenberg*, GODESCALKVS de *Pleſſe* ac filii ſui; OTTO, LVDEVICVS & HERMANNVS fratres eius, Comites *de Eberſtein*, pro ipſo, & cum ipſo, data fide promittere curaverunt. Conſcriptis ſuper hoc ipſorum Litteris, & reſignantes.

* *natu Com.* de Eberſt.

Datum *Maguntie* Idus Martii. Anno ab incarnatione Domini MCCXXXIX. Pontificatus vero noſtri anno X. *15 Mart.*

CCXXIV
Pontificis GREGORII IX

Breve, quo mandat Abbati de WEISSENBVRG, *ut relaxet ſententiam Excommunicationis, quam bini Abbates*, de MALLERSTORF & THIERHAVPTEN, *promulgaverant irrationabiliter contra Moguntinum Archiepiſcopum.*

An. 1239.

GREGORIVS Epiſcopus Servus Servorum DEI. Dilecto filio Abbati de *Wiſſenburg* Spirenſis dyoceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sua nobis Moguntinus Archiepiſcopus petitione monſtravit; Quod, cum Dilectis filiis, de *Malharsdorf* & *Thirhupt* * Abbatibus, & Priori de *Malhardsdorf*, Ratiſp. & Auguſtenſis dyoc. direxerimus Scripta noſtra, ut eum ad reſtitutionem Caſtri de *Starckenberg*, quod ad monaſterium *Lauriſſe* ſpectans ut dicitur detinet, monitione premiſſa auctoritate noſtra ſublato appellationis impedimento cognita veritate compellerent; Ipſi in ipſum, ſine cauſa rationabili, nulla competen-

* *utrumque in* Bavaria *ſitum*, Ord. S. Bened.

tenti monitione premiſſa, Excommunicationis ſententiam promulgaverint, contra Statuta Concilii generalis; Ipſis, noſtris Litteris damus in mandatis, ut, ſi eſt ita, Sententiam ipſam infra octo dies poſt ſuſceptionem earum ſine qualibet difficultate relaxent; in Cauſa ipſa, ratione previa, proceſſuri iuxta priorum continentiam litterarum.

Quocirca Diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi dicti Iudices mandatum noſtrum infra preſcriptum tempus neglexerint adimplere; Tu ex tunc, ab eodem Archiepiſcopo ſuper his pro quibus excommunicatus habetur Cautione recepta, iuxta formam Eccleſie ſententiam relaxes eandem; et iniuncto Ei quod de iure fuerit iniungendum, in eadem Cauſa, iuxta traditam Eis formam, appellatione remota previa ratione procedas. Proviſo, quod ſi pro manifeſta offenſa dicta ſententia ſit prolata; niſi prius ab Excommunicato ſufficiens preſtetur Emenda, nullatenus relaxetur. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel amore ſubtraxerint, per Cenſuram eccleſiaſticam, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere.

7 Iun. 1239. Datum *Laterani* VII Idus Iunii. Pontificatus noſtri Anno tertio decimo.

CCXXV
TRACTATVS SOLEMNIS
inter Ducem Brunſuicenſem OTTONEM, *& Archiepiſcopum* SIFRIDVM.
An. 1239.

ex Autographo.

DEI gracia OTTO de *Brunswic* Dux. Hec eſt forma Compoſicionis, & Vnionis, qua cum Venerabili Domino SIFRIDO Archiepiſcopo Maguntinenſi in Concordiam ducti ſumus. Recepit ſiquidem nos, Archiepiſcopus in Devotum ſuum, & filium Adoptivum; & porrexit Feoda illa nobis & here-

Otto fil. adoptivus Ar. Epiſcopi.

Digitized by Google

heredibus noſtris, que Avus noſter HENRICVS Dux Saxonie bone memorie tenuit ab Eccleſia Maguntina; Collationem ſuam in Pagina ſua proteſtans: De his nobis & heredibus noſtris, ſicut de iure & ubicumque debet, warandiam preſtiturus. *Feuda Henrici L.*

Bonorum autem illorum ſuorum, que *Vrbore* vulgariter nominantur, & libere ſibi vacant; & maxime bonorum Advocatiarum in *Heiligenſtat*, *Geiſmare*, & *Northene*, advocatiarum iura ſibi libera remanebunt. Item promiſit nobis aſtare in iuſta Cauſa noſtra contra omnes preter quam contra Imperium & Archiepiſcopum *Colonienſem*, ac preter illos, quos ſalvo honore ſuo non poterit impugnare. *Bona Vrbore, Advocatiarum, earumque iura. Preſtandum* Ottoni *auxilium.*

Vnde nos Donationem Eccleſiarum in *Homburg* & *Bursfelde* cum proventibus & pertinentiis earumdem, infeodatis ſive liberis; Decem quoque Miniſterialium noſtrorum, quos inter Mares & Feminas inter *Renum* & *Wiſeram* eligendos duxerit; Illam inquam donationem, Sibi & Eccleſie Maguntinenſi olim Anno gratie MCCXXXIII factam a nobis,* noſtra Pagina renovamus, & quod fecerimus legitime, proteſtamur. Renuntiavimus etiam Advocatie in *Geiſmare*, quam de iure debuiſſemus habuiſſe. *Renovatio Donationis* Homburg *&* Bursf. *cum X Maſc. & Foeminis ex Miniſter.* * n. CCXI. *Advocatia* Geiſmar.

Sed & viciſſitudine digna promiſimus, Ei & eccleſie Maguntine in iuſtis Cauſis ſuis aſſiſtere & ſervire contra omnes, Imperio tamen excepto, & Eis, quos honore noſtro ſalvo nec debemus nec poſſumus impugnare. Si vero de aliquo noſtro homine, qui eſt iuris & poteſtatis noſtre, querimoniam nobis moverit Archiepiſcopus, nos eundem infra ſex ſeptimanas poſt querimoniam nobis factam, offerimus Ei, vel ad ſatisfactionem, vel ſecundum gratiam aut iuſtitiam reſponſurum. Quod ſi facere non poterimus, erimus Adiutores eius contra illum Turbatorem ſuum, donec ſatisfecerit habundanter, in Gratia, vel in Iure. Hec autem Confederatio inter nos inita & firmata durabit inviolabiliter Decem annis. *Aſſiſtentia reciproca & ſervitium ex parte Ducis. Ille ſpondet, Querimoniis contra Suos ſatisfacturum. Confoeder. terminus.*

Vt autem omnia hec, ſicut ordinata provide ſunt, & geſta per Viros providos & fideles, ſemper maneant inconvul-

ſa, ea Pagina noſtra preſenti, Sigillo noſtro munita, duximus roboranda. Cum eorum teſtimonio quorum nomina ſunt ſubſcripta.

Venerabilis C. *Hildenſemenſis* Epiſcopi. G. de *Iaza.* H. de *Heiligenſtat*, & R. Sancti *Cyriaci* in *Brunſwic* Prepoſitorum, & Magiſtri M. Scolaſtici *Hildenſemenſis*.

Laicorum vero:

HEINRICI de *Stalberg*
THIDERICI de *Honſtein*,
& GODEFRIDI de *Cigenhagen*. } Comitum.
HERMANNI Advocati de *Cygemberg*.
HERMANNI de *Vslaria*.
ERNESTI de *Vslaria*.
GODEFRIDI Marſcalci *de Biegen*.
HEINRICI Pincerne *de Appolde*.
HEIDENRICI Vicedni de *Ruſteberg*.
BERNHARDI de *Dorſtat*.
IORDANI Dapiferi.
WILLEKINI Marſcalci.
IVSARII Pincerne.
ANNONIS de *Heimburg*.
& aliorum quam plurium.

Acta ſunt hec apud *Northuſen* Anno gratie MCCXXXVIIII.
16 *Iunii*. Datum apud *Heiligenſtad* XVI Kal. Iulii.

✝ SIGILLVM OTTONIS DVCIS DE BRVNSWIC. *In forma magna, Leonem exhibens.*

Con-

Continuatio MS.

„Hoc anno (1239) VI Nonas Iulii civitate *Moguntina* „celebratum eſt Concilium, preſidente CONRADO Re- „ge Imperatoris filio, ac eiusdem Civitatis SIFRIDO „Archiepiſcopo cum IX fere ceteris Epiſcopis. In quo „Concilio Epiſcopus *Eiſtatenſis*, querelando, miſerabi- „les exhibuit Litteras, in quibus continebatur, quomo- „do ſui Miniſteriales, ac cives Eiſtetenſes iam fere per „annum pertinaciter in Excommunicatione manentes, „diabolica atque heretica preſumptione ac perverſione „ipſum Epiſcopum, cum Clero ſibi favente crudeliter „expellendo, abieciſſent, & Laicas perſonas in Epiſco- „pum ac Prepoſitum & Decanum elegiſſent; ac eiusdem „Matricis eccleſie Sacriſtiam infrigendo ſpoliaverint: „Quomodo etiam ipſorum Errorem Magnates ac poten- „tiores quidam de Terra foventes, pernicioſe in Malicia „confortaverint; ac qualiter ſuos fautores, ſi deceſſerint, „cum muſicis inſtrumentis ad Sepulturam conducendo, „letanter ſepeliant.

„Eiusdem Concilii tempore THEOBALDVS Rex *Gre-* „*corum* de Francia veniens, iuſſu CONRADI noſtri Re- „gis ab SIFRIDO Maguntino, in loco qui dicitur *Wi-* „*ſebat*, benigne ac honorifice ſuſceptus eſt. Siquidem „Conſtantinopolitani, ac quidam alii ipſorum fautores, „Catholice atque Romane Eccleſie nec non ipſi Regi „Grecie contradicentes, per Sciſmatis vitium manifeſte „ſe opponere non verentur. Quapropter Dominus Pa- „pa a predicto Grecorum Rege interpellatus, duo milia „Peregrinorum, in Francia ad Terram ſanctam Signato- „rum ipſi in auxilium aſſignari mandavit; Iter Terre „ſancte ſic circa eosdem diſpenſative commutans.

CCXXVI
SIFRIDI
Charta Protectoria, in gratiam Hoſpitalis B. M. V. Frizlariæ.
An. 1239.

[*p. 1008. v.* Præter ea *in Addit.*]

ex Autographo. SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniverſis XPI fidelibus litteras has viſuris eternam in Domino ſalutem. Cum a Nobis petitur quod pietati convenit & a rationis tramite non recedit, celerem nos decet aſſenſum, & favorem benevolum petentibus impertiri.

Eapropter Dilectorum in XPO filiorum, Pauperum, degentium in Hoſpitali *Sce* MARIE apud *Frislariam* pio deſiderio inclinati; Perſonas, & Locum ipſum, cum omnibus Bonis que in preſentiarum iuſte poſſident, vel in futurum modis iuſtis preſtante Domino poterunt adipiſci, ſub *bti* MARTINI & Noſtram protectionem ſuſcipimus ſpecialem.

Capellam autem *Sci* BONIFACII, penes quam ipſum Hoſpitale eſt ſitum, quamque ipſis Capitulum *Frislarienſe* contulit intuitu pietatis, ac alia ipſorum bona, ſicut ea iuſte obtinent & quiete, Hoſpitali eidem auctoritate Metropolitica confirmamus, & preſentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat *cet.*

22 Iunii. Datum apud *Frislariam*, Anno gratie. MCCXXXIX, X. Kal. Iulii. Pontificatus noſtri anno decimo. [*pro IXo.*]

CCXXVII

Digitized by Google

CCXXVII
EIVSDEM
Capitulum *S.* MAVRICII a præſtito Iuramento abſolventis.
An. 1239.

Vt inſeratur, digna viſa ideò, quod pandat, ipſum SIFRIDVM, *Imperatore tunc abſente in Italia, fuiſſe* Vicarium Imperii. *Momentum notabile, hactenus incognitum.*

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, *&* PROCVRATOR. Dilectis in XPO filiis Decano & Capitulo Sci *Mauricii* Maguntinenſis ſalutem in Domino. *ex Autographo.*

Cum ex cauſa olim neceſſaria, & auctoritate bone memorie SIFRIDI predeceſſoris noſtri Archiepiſcopi Maguntini preſtiteritis ſacramentum, non recipere quemquam in Canonicum & in fratrem, niſi vel in Diaconatus vel Sacerdocii Ordine conſtitutum; Quoniam cauſa ceſſat, & tale ſacramentum Eccleſie veſtre inutile immo dampnoſum penitus eſtimamus; preſertim cum, ſicut Diaconi & Presbiteri, Sic Subdiaconi apud vos neceſſarii habeantur; Nos ſacramentum idem auctoritate noſtra duximus relaxandum, & ſuper eo hac noſtra Pagina vos munimus.

Datum *Maguntie* Anno Domini MCCXXXIX XIIII Kal. Auguſti. Pontificatus noſtri anno decimo. [*nono*] *19 Iulii.*

 CCXXVIII

CCXXVIII

Monaſterio AVLESBVRG *ab* HENRICO *Milite* de Kensheim *bonorum ſuorum in* BVCHONIA *facta Donatio, poſtquam iure Regio & Civili conſuetudine a Donante reformata & confirmata fuerat, ſub protectionem Regalem ſuſcepta.*

An. 1239.

ex Autographo.

RVBERTVS dictus *de Carben*, Scultetus in *Frankenſort*, Scabini, & univerſi Cives ibidem. Vniverſis ad quos Scriptum hoc pervenerit preſentium auctoritate volumus declarari; quod HEINRICVS Miles *de Kensheim*, qui dicitur *Scobelin*, & uxor eius ADELHEIDIS, omnem Proprietatem quam poſſident in *Buchen*, cum univerſis pertinentiis eiusdem proprietatis donaverunt Eccleſie in *Aulisburg* Cyſterc. Ordinis poſſidendam in perpetuum, in preſentia Dominorum ſuorum, Domini ſcilicet GERLACI de *Budingen*, & Dni *Reyz* de *Bruberg:* Filiis ac Generis ipſorum conſentientibus eisdem. Poſtmodum vero in noſtrum commune convenientes, Iure regio ac Civili conſuetudine factam donationem reformaverunt coram nobis, & confirmaverunt eandem.

Nos igitur illam *Donatam* cum tota eiusdem pertinentia ſub Regalem protectionem ſuſcipientes, ut rata & inconvulſa in perpetuum permaneat, preſentem Cartam Sigillorum noſtrorum teſtimonio roboratam dedimus Eccleſie memorate. Tempora geſtorum & Teſtibus qui aderant fideliter aſſignantes.

Actum in *Frankenſort* Anno gratie MCCXXXIX. Huius rei teſtes ſunt

CVNRADVS Decanus.
BERTOLDVS Parrochianus.
Magiſter NYCHOLAVS.

ARNOL-

Digitized by Google

ARNOLDVS Cuſtos.
OTTO Canonicus; hy Clerici.
RVPERTVS Burggravius. *
OTTO de *Aſenburnen.* **
RVPERTVS. MARQVARDVS.
CVNRADVS dictus *Meſenbug.*
IOHANNES *Golſten.*
VLRICVS *Longus.*
RVDOLFVS. MARTINVS.
HEINRICVS *Cloveloch.*
HERMANNVS *Niger.*
BALDEMARVS. HATPERN.
HERBORDVS: Scabini,
& alii quam plures.

* *Fridbergenſis.*
** Eſchborn.

CCXXIX
CONRADI COM. SILVESTRIS,

continens, quod ipſe in forma Compoſitionis renuntiavit bonis ville MEDERSHEIM *Archiepiſcopo* MAGVNTINO: *Quodque ipſe & Heredes ſui perpetuo ſint ad ſerviendum aſtricti Ecleſie* Mag. *contra omnem hominem, excepto Imperio: Et ſi contrarium fecerit, Feuda que habet ab Eccleſia, ad eccleſiam revertantur.*
An. 1239.

IN NOMINE IHESV XPI.

Ego CONRADVS *Silveſter Comes*: Tenore preſentium confiteor & proteſtor, quod inter Venerabilem Dominum meum

meum SIFRIDVM Archiepiſcopum Moguntinum, & Me, de ſpontanea voluntate noſtra talis Compoſitio intervenit; Quod Ego, Vxor mea, & filii mei pro nobis & Heredibus noſtris, renuntiavimus Bonis ville *Medersheim*, & eorum attinentiis univerſis, ſive liberis ſive in feodo conceſſis, nec in eisdem, nec in aliis bonis ſuis, per Nos, vel interpoſitas Perſonas inferemus, vel permittemus inferri ab eis quibus poterimus imperare, iniuriam aliquam, aut gravamen Domino Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntine.

Bona renunciata.

Reparatio damni illati,

ITEM Dampna a nobis illata in eisdem Bonis Dno Archiepiſcopo, a tempore bone memorie *S.* Comitis *de Sarbrucke*, reſarciam usque ad Nativitatem Domini proximo venturam. Et de hoc dedi fideiuſſores ſecundum eſtimationem bonorum Virorum qui ad hoc deputati ſunt; ſcilicet THEODERICI de *Kellenbach*, HEINRICI de *Latere*, CONRADI de *Swabenheym*, WERNHERI de *Bekelnheym.* Et eſt hec dampnorum eſtimatio facienda infra feſtum bti *Martini* proximum, alioquin Fideiuſſores iſti: ſcilicet GERHARDVS Comes *de Ditſe*, SYMON frater Comitis *de Spanheim*, GODEFRIDVS de *Bikenbach*, CONRADVS *Irſutus Comes*, EBERHARDVS de *Lapide*, WERNHERVS de *Bolandia*, PHILIPPVS de *Falkenſtein*, PHILPPVS de *Hohenvels*, EMBRICHO *Ringravius*, & THEODERICVS de *Kellenbach* intrabunt *Maguntiam*, inde non exituri, niſi reſarcita fuerint dampna iuxta eſtimationem predictam.

ſecundum Æſtimatores.

Servitium & opera militaris, ſignanter contra Bavaria D.

ITEM Ego, & filii & heredes noſtri, bona fide ſerviemus, armata manu, & aliter Dno SIFRIDO Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntine perpetuo contra omnem hominem, preterquam Imperium, et expreſſe contra Ducem BAWARIE & fautores ipſius.

In expeditionem euntium numerus.

ITEM pro dampnis & iniuriis quas ſuſtinuit alias a me Dns Archiepiſcopus, ſerviam Ei & Eccleſie Maguntine cum ſexaginta Militibus, & Armigeris quadraginta, per quinque annos; Ita quod, dum ſingulis annis ſemel requiſierit Archiepiſcopus vel Succeſſor eius illud a me, ducam & predictos homines

homines in ſuccurſum contra inimicos ſuos, & nominatim contra Ducem *Bawarie* ſupradictum.

ITEM Capitulo Maguntino in bonis ſuis in *Monſterche* nullum gravamen vel iniuriam inferam, vel inferri permittam ab eis, quos poſſum prohibere. *Capit. Mog. ab iniuriis ſervatum.*

ITEM renuntiavi omni rancori & inimicitiis quos habui contra Archiepiſcopum & fautores ſuos, & quoslibet ſervitores, Clericos ſive Laicos; & tenebo amicitiam plenam cum ipſo & Eccleſia Maguntina: Et Clericos, qui contra mandatum Dni Archiepiſcopi & Interdictum ipſius temere & contumaciter celebrarunt, quo minus puniantur canonice, non defendam; Sed & feoda que ab Eccleſia ipſa teneo, libera erunt, & libera revertentur ad ipſam; ſi Ego, Filii, vel heredes mei, hec que dicta ſunt, violaverimus ullo modo. *Amneſtia.* *Inderdicti violatores Clericos Comes non fovebit.*

ITEM, ſi contra aliquod horum venero, ſubieci me ſpontanea voluntate vinculis Excommunicationis & Proſcriptionis; ita ut excommunicatus ſim, & proſcriptus nuntier, & periurus; Et tamen intrabunt *Maguntiam* fideiuſſores noſtri ſubſcripti, ab Archiepiſcopo moniti, inde non exituri, niſi duo Marcarum milia, a me, vel ab ipſis fuerint perſoluta Archiepiſcopo Maguntino memorato. *Obligatio ad pœnas.*

ITEM promiſi fide data, & iuravi, Ego, Vxor mea, & Filii noſtri, iſta obſervare fideliter, ſine omni dolo; & do de hoc litteras noſtras preſentes, & procurabo dari litteras Domini noſtri Regis. *Iuramentum.* *Littera Regis.*

ITEM, ſi forte aliqua littera a Dno Papa, vel ab Imperatore, vel aliunde, ſuper illorum que preſcripta ſunt, diſſolutione obtenta eſt, vel fuerit, commodo earum renuntiavimus per pactum, tam nos principales Perſone, quam fideiuſſores noſtri. *Pactorum per Papam aut Imp. diſſolutio ſit irrita.*

Vt autem omnia hec & ſingula firmiter obſerventur, dedi pro me, uxore, filiis & heredibus meis fideiuſſores GERLACVM Comitem *de Veldenze*. FRIDERICVM Comitem *de Lininge*. EMBRICHONEM *Ringravium*. CONRADVM *Comi-* *Sponſores.*

Comitem Irſutum. GODEFRIDVM & GERHARDVM de *Eppenſtein.* WERNHERVM de *Bolandia.* PHILIPPVM de *Hobenvels.* PHILIPPVM de *Falckenſtein.* THEODERICVM de *Kellenbach.* WILHELMVM de *Swarzenberge.* WILHELMVM *Buzel* de *Lapide.* HEINRICVM de *Lapide.* HERMANNVM filium *Cunonis* de *Dune.* WINANDVM de *Waldecke.* WILHELMVM *Porez* de *Durne.* GERLACVM de *Merkesheim.* PHILIPPVM filium *Kindelini* de *Spanheim.* WILHELMVM de *Frankenſtein.* GERHARDVM ſeniorem Vicedominum Wormatienſem. CONRADVM *Stoecke.* VOLKERVM de *Dune.* GERHARDVM iuniorem Vicedominum Wormatienſem. THEODERICVM de *Blidenſtat.* IOHANNEM de *Dalburge.* PHILIPPVM filium *Vrolig* de *Spanheim.* WERNHERVM de *Walbach.* WERNHERVM de *Lapide.* ANSELMVM de *Lapide.* GOTFRIDVM de *Randecke.* BERTHOLDVM *Schube.* GODEFRIDVM *Canum.* HERMANNVM fratrem eius. LVDOLFVM de *Smideburc*, & HERMANNVM de *Crubo*, & EBERHARDVM de *Lapide:* Qui omnes ſi hec vel horum aliquod non fuerint obſervata, ad commonitionem Dni Archiepiſcopi vel Succeſſorum ſuorum, vel Eccleſie Maguntine ſi Sedes vacaverit, factam; vel per ſe ipſos, vel per litteras, vel per certum Nuntium infra quatuordecim dies a commonitione computandos, qualibet occaſione ceſſante intrabunt *Maguntiam*, inde nullatenus exituri, donec duo Marcarum milia Colon. denar. Dno Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntine fuerint perſoluta: Eisque, pro me, uxore mea, filiis & heredibus meis, promiſi ut predictum eſt, . . * in ſuo robore nichilominus duraturis,

Obſtagium.

* *deficit vocabulum unum.*

Num pacta, ſervata vel non fuerint,

De eo vero, utrum, que premiſſa ſunt, vel eorum aliquid, fuerint obſervata, vel non; dicti fideiuſſores Dno Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntine non movebunt aliquam queſtionem; ſed ad commonicionem ſimpliciter factam intrabunt. Si vero, poſtquam intrarunt, mihi vel meis heredibus vel ipſis fideius-

iuſſoribus videatur, quod ſint commoniti minus iuſte, utpote quod predicta, vel aliquid horum non fuerit violatum; ſuper hoc Iudices elegi, una cum Dno Archiepiſcopo memorato, *Wormacienſem* & *Spirenſem* Epiſcopos qui pro tempore fuerint: *de Liningen* & *de Ditſe* Comites; Qui requiſiti, ſuper queſtione violationis præmiſſorum diligenter & de plano veritatem inquirent; & quid iudicaverint, a parte utraque ſervabitur: Ita videlicet, quod ſi pronuntiaverint, contra premiſſa ventum non eſſe, & per conſequens fideiuſſores commonitos minus iuſte; dictus Dns Archiepiſcopus eorum perſolvet expenſas. Sin autem, facient ut ſuperius eſt expreſſum. Quod ſi non omnes quatuor his exequendis poterunt intereſſe, Duo ipſorum ea nichilominus exequentur. Si vero alterum, vel utrumque dictorum Comitum migrare contigerit ab hac luce, alter, vel alii loco ipſius vel ipſorum, ad hec exequenda a partibus eligentur. Quod ſi aliquis vel aliqui fideiuſſores deceſſerint, alter vel alii a me vel meis heredibus idonee ſubſtituentur. Quod ſi infra menſem a commonitione Dni Archiepiſcopi vel Eccleſie Maguntine factum non fuerit; memorati fideiuſſores, commoniti, ut premiſſum eſt intrabunt Maguntiam, inde non exituri, niſi fuerit hoc perfectum. Fideiuſſores etiam, ſi forte, quod abſit, contra obligationem ſuam venerint, ſubiecerunt ſe Excommunicationi, Proſcriptioni, & fidei violationi, ut de his publice denuntientur; Et ſtatim de hoc, litteras ſuas dabunt ad Curiam Dni Imperatoris vel Regis teſtimoniales, de eo, quod ſe Proſcriptioni huiusmodi ſubiecerint. Et qui Sigilla non habent, utentur ſigillis habentium.

ſuper eo Iudices electi arbitrabuntur.

Sponſorum pœnæ,

Vt autem hec perpetua firmitate conſiſtant, preſentes Littere de conſenſu Noſtro, Vxoris noſtre, Filiorum noſtrorum, ac fideiuſſorum predictorum confecte ſunt, ac Sigillorum, noſtri, & uxoris noſtre munimine roborate.

Acta ſunt hec apud *Pinguiam.* Anno Dominice incarnationis MCCXXXVIIII. Et ſunt teſtes huius rei

 CRI-

Cristianus maior Prepoſitus.
Conradus Decanus.
Iohannes Scolaſticus Magunt.
Rimundus Abbas *Eberbacenſis.*
Cristianus Abbas de Monte *Diſibodi.*
Albertus Cantor.
Sifridus de *Aldenburc* Can. Mag.
Heinricus Prepoſitus de *Heilgenſtad.*
Hertwicus Scolaſticus *S. Petri* Magunt.

LAICI:

Embricho *Ringravius.*
Arnoldus de *Turri.*
Gerhardus de *Ravensburc.*
Gerhardus Comes *de Ditſe.*
Godefridus Marſchalcus *de Bigen.*
Wernherus de *Bolandia.*
Philippus de *Falkenſtein.*
Heinricus de *Libesberc.*
Conradus Pincerna *de Clingenberc.*
Philippus de *Hohenvels.*
Gerhardus de *Pingwia.*
Otto Scultetus Maguntinus.
Helfricus *Iudeus.*
Conradus *Magnus* de *Seleboven.*
Rudolfus Walpodo.
Wernherus de *Beckelnheim.*
Heinricus dictus *Hundeszagel.*
Giselbertus *Vulpes* de *Rudensheim.*
Volmarus de *Wintersheim.*
Conradus de *Rudensheim.*
& Anshelmus Scultetus de *Pingwia.*

CCXXX

Digitized by Google

CCXXX
LITTERÆ REVERSALES
de Feudis intus memoratis.
An. 1240.

[*p. 600. n. 2. v.* Hoc tamen]

Nos CONRADVS de *Schonenberg* proteſtamur per litteras has preſentes; quod recipientes a Domino & Conſanguineo noſtro, Dno SIFRIDO Archiepiſcopo Moguntino, omnia feoda noſtra, preſtitimus ei debite fidelitatis & homagii ſacramentum. De Caſtro autem noſtro *Schonenberg*, quod in feodo recepimus, ut tenemur, ab ipſo, conſtituimus nos eidem talis fidelitatis & ſervicii debitores, quod *ledigman* volgariter nuncupatur, preſtito hoc nichilominus corporaliter ſacramento: Et quandocunque in his erga ipſum violaverimus fidem noſtram, quod abſit, reputabimur & erimus ipſo facto infames, quod vulgo dicitur *erlos* & *rechtlos*. Teſtes huius rei ſunt.

Comes CONRADVS de *Eberſtein*.
Comes ADOLFVS de *Dassla*.
HERMANNVS de *Vslar*.
BERTOLDVS de *Brackle*.
HEIDENRICVS Vicedns de *Ruſteberg*.
THEODERICVS *Grope*.
ALBERTVS de *Schardenberg*.
CONRADVS Decanus Moguntinus.
BVRCKARDVS Prepoſitus *Fritzlarienſis*,
& alii quam plures.

Actum *Geismarie*, Anno gratie MCCXL II Nonas Marcii. Pontificatus Domini noſtri SIFRIDI anno IX°. *6 Mart.*

CCXXXI
A. SIFRIDI,
de Decima in BEKELNHEIM.
An. 1240.

SIFRIDUS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Noſſe volumus univerſos preſentium inſpectores; quod, Eris alieni ob defenſionem Eccleſie contracti pondere nos prementе, attendentes, quod poſſeſſiones noſtras ob hoc alienare Iuris non permittat auctoritas; Tertiam partem Decimarum quas habuimus in *Goybekelnheim*, cum univerſis attinentiis ſuis, vendidimus Capitulo Eccleſie noſtre pro Centum viginti marcis *Colon.* Reputantes non vere alienatum quod a nobis in dictam eccleſiam eſt translatum. Et plenam Warandiam ei tenore preſentium nos promittimus preſtituros.

Ne igitur Contractus huiusmodi, occaſione qualibet diſſolvatur, preſens Scriptum ſuper hoc ei dedimus Sigilli noſtri munimine roboratum.

3 *April.* Actum *Maguntie* Anno Domini MCCXL tertio Nonas Aprilis. Pontificatus noſtri anno X.

CCXXXII
EIVSDEM,
Abbati S. IOANNIS *in* Biſchoffsberg *datum Privilegium portandi Mitram.*
An. 1240.

[*p. 600. n. 3. v.* Tunc vero]

ex autographo. NOS SIGIFRIDUS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archican-

cancellarius, Dilecto filio EMBRECHONI, Abbati eccleſie Montis *Sci* IOHANNIS in *Rinecowe*, ſalutem cum vera in Domino caritate.

Vt inter Prelatos Eccleſie Maguntine prerogativa debita numereris; quia hactenus Infula caruiſti, Tibi & Succeſſoribus tuis in perpetuum indulgemus, ut ad eccleſie tue decorem, tuumque ac ſucceſſorum tuorum honorem utamini infulis, Infulatorum Abbatum morem & conſuetudinem obtinentes. Et ut honor is vobis perpetuo conſervetur, preſenti ſuper eo vos Pagina communimus.

Datum apud *Pinguiam* VI Idus Aprilis. Anno Domini MCCXL. Pontificatus noſtri anno Xmo. *8. Apr.*

CCXXXIII
REVERSALES
de feudo Caſtrenſi apud INSVLAM.
An. 1241.

In nomine veri DEI.

Ego CONRADVS de *Schonenberg* recognoſco & hac pagina mea proteſtor, quod cum a Venerabili Domino meo SIFRIDO, Archiepiſcopo Moguntino, pro me & meis heredibus VI marcarum caſtrenſe receperim feudum, dandum nobis per Vicedominnm de *Ruſteberg* qui pro tempore fuerit, de Officio Sculteti Geyſmarienſis, ut ſimus Caſtrenſis Ipſius in novo caſtro ſuo apud *Inſulam*, ſitam * *Lupeldesberg* & *Burswelt*, que olim fuerat WIDEKINDI de *Veſperde*; bona fide promiſi, quod cuſtodiemus & tenebimus totis viribus Caſtrum ipſum Sibi, ſuis Succeſſoribus & Eccleſie Moguntine, contra omnem hominem. ** inter.*

Poſtquam autem ſolverit michi vel heredibus meis memoratis Dominus meus prefatus L marcas *gravium denariorum*, de quibus comparabimus VI marcarum Redditus quos reci-

Digitized by Google

recipiemus ab Ipſo nomine feudi caſtrenſis, non tenebitur Vicedominus amplius ad ſolutionem VI marcarum dictarum, ſed erimus contenti feodo memorato. Quod ſi Caſtrum idem deſineret eſſe caſu quolibet contingente, erimus ſue Eccleſie Caſtrenſes pro feodo predicto, *Geyſmarie*, vel alias ad voluntatem ſuam vel ſucceſſorum ipſius, ubi competens nobis erit.

26 Martii. Vt autem ullum dubium oriatur, Litteras has conſcribi feci, & Sigilli mei munimine roborari. Datum *Geyſmarie* Anno Domini MCCXLI, VII. Kal. Aprilis.

CCXXXIV

Nobilium *a* LINSINGEN:

Quibus conditionibus Eccleſiæ Mog. vendiderint caſtrum IAGSPERG.

An. 1241.

NOS LVDEWICVS & WORTWINVS, fratres *de Linſingen*, recognoſcimus & proteſtamur litteras per preſentes; Quod, cum nos Domino noſtro, Dno SIFRIDO Archiepiſcopo Moguntino, & Eccleſie ſue vendidimus Caſtrum noſtrum *Lenswideshuſen* nunc *Iagſperg* nuncupatum, quod in predio noſtro dinoſcimur conſtruxiſſe; Quia idem Dominus noſter Archiepiſcopus bona fide promiſit, quod nos & heredes noſtros ſemper velit manutenere, protegere & *tueri*; Promiſimus & nos ſibi vice verſa, & iuravimus preſtito corporaliter ſacramento, quod ab eadem Domini noſtri Archiepiſcopi & Eccleſie Moguntine fidelitate & ſervicio nullo umquam tempore recedemus.

Ego quoque WORTWINVS, & filius fratris mei ducemus Vxores de familia & Miniſterialibus Eccleſie Moguntine. Super hoc etiam preſtitimus iuramentum, & fideiuſſores dedimus infraſcriptos: BRVNONEM Dapiferum *de Cygenhayn*,

Digitized by Google

genhayn, CONRADVM de *Wynterſcheit*, fratrem ſuum, GODEBERTVM & GERLACVM fratres *de Battenburg*, GOTFRIDVM de *Hapeſvelt*, WIDEROLDVM de *Michelnbach*, EBERWINVM de *Drahe*.

Et ſi non ſervabimus & implebimus hec predicta, nec ad commonicionem fideiuſſorum iſtorum infra ſex ſeptimanas ſatisfaciemus Domino noſtro Archiepiſcopo ſupradicto vel eius Succeſſoribus qui pro tempore fuerint & Eccleſie Moguntine, ex tunc fideiuſſores iidem intrabunt *Ameneburg*, non exituri, niſi de bona voluntate & licentia Archiepiſcopi & Eccleſie Moguntine.

Ad hec nichilominus proteſtamur, quod pro feudo noſtro Caſtrenſi, ſcilicet V talentorum Redditibus, quos iure feodi caſtrenſis nobis conceſſit, erimus ſui Caſtrenſes apud *Ameneburg*, aut *Fritzlar*, vel alias ubicunque voluerit, donec pro voluntate ſua muniverit & aptaverit *Iageſperg* caſtrum ſuum; ex tunc faciemus in eo reſidentiam perſonalem.

Vt igitur fortius aſtringamur ad omnia hec predicta firmiter & fideliter obſervanda; quia Sigilla propria non habemus, hanc Litteram inde conſcriptam procuravimus ſigillari Sigillis Comitis GOTFRIDI de *Zygenhain*, Dni GYSONIS *de Iaza* Herbipolenſis Archidiaconi, & ECKHARDI Decani de Ameneburg in evidens teſtimonium omnium predictorum.

Datum apud *Ameneburg* Anno gratie MCCXLI, IIII Nonas Aprilis. *2 Apr.*

CCXXXV

Littera CONRADI, Colonienſis *Eccleſie Archiepiſcopi,* & CONRADI Spirenſis *Epiſcopi: Qui arbitrati ſunt, quod* Archiep. Mogunt. *deſtruere debeat Caſtrum montis* S. Thisboti; *Et propterea Comites* SILVESTRES *Caſtrum* Kirberg: *Comites* de SPANHEIM *Caſtrum* Spanheim: *Comites* IRSVTI *Caſtrum* Ruwenberg *Eccleſie Maguntine donaverint, & ab Archiep.* MAGVNTINO *in feudum receperint.* *An.* 1242.

Ponuntur hisce Tabulis in certitudinem ea, de quibus Auctor SERARIVS p. 601 §. XVI, & IOANNIS in Nota ſubiuncta.

Vniverſis XPI fidelibus, tam preſentibus quam futuris, CONRADVS DEI gratia Sancte *Colonienſis* Eccleſie Miniſter, Italie Archicancellarius; et CONRADVS DEI gratia *Spirenſis* Epiſcopus in perpetuum.

Ad abolendam que ſuboriri ſolet in geſtis hominum calumpniam, preſentis Scripti teſtimonio notum eſſe volumus, & declarari cupimus univerſis; quod cum ſuper diſcordiis & controverſiis, habitis inter Venerabilem Patrem SIFRIDVM, Maguntine Sedis Archiepiſcopum & eius Eccleſiam ex una parte; CONRADVM *Silveſtrem*, HEINRICVM & CONRADVM, *Irſutos*: & SYMONEM de *Spanheim*, Comites, ex altera, in nos fuerit compromiſſum hinc inde; Nos, mediantibus bonorum Virorum conſiliis, Pacem inter eos reformavimus; in hunc modum videlicet, quod pro deſtructione Caſtri & munitionis Montis Sci *Thiſboti*, quam arbitrando mandavimus fieri ab Archiepiſcopo Maguntino; *Silveſter Comes*, Caſtri *Cirberc*: IOHANNES, HEINRICVS & SYMON, fra-

fratres *de Spanheim*, Caſtrum *Spanheim:* HEINRICVS & CONRADVS *Irſuti Comites*, Caſtri *Rubinberc* proprietates donaverint libere Archiepiſcopo ſepe dicto, bto MARTINO & Eccleſie Maguntine: Caſtra ſupradicta in feodo recipientes; ut Ipſi, & eorum heredes propinquiores exheredari non valeant de iisdem.

Inſuper ordinavimus, ut ab alterutra partium deinceps munitio non fiat in Clauſtro prenotato ſive Monte. Et, ſi diebus modernorum ab aliqua partium id fieri contigerit; Nos, & HEINRICVS Comes *Seynenſis*, FRIDERICVS Comes *de Liningen*, EBERHARDVS de *Eberſtein*, & alii prefati Comites contra eundem ipſi aſſiſtemus; Idem facturi, ſi in aliquo ordinationem pacis ordinate pars altera violaret. Hoc etiam adiecto, quod ſi alius, preter predictas Partes, montem ſepedictum & Clauſtrum firmare vellet, aut munire; Nos, & Archiepiſcopus Maguntinus cum prefatis Comitibus, qui ſe ad hec & ad omnia alia ſupradicta adimplenda ad noſtrum arbitrium obligarunt, contra omnes id communiter defendemus.

Vt autem predicta noſtra ordinatio in quam partes hinc inde conſenſerunt, robur firmitatis optineat, preſentes Litteras in teſtimonium predictorum conſcribi, ac noſtris & predictorum Comitum Sigillis fecimus communiri. Actum anno Domini MCCXLII, VI. Kal. Aprilis. *27 Mart.*

CCXXXVI
BVRCHARDI Præp. B. V. WEZLARIÆ:
Largientis Capitulo Decimam vini in CALSMVNT &c. *ad uſum* Mandati. *An.* 1242.

BVRCKARDVS DEI gratia *Wetſlarienſis* eccleſie Prepoſitus. *ex Autographo.* Notum eſſe cupimus univerſis tam preſentibus quam futuris;

turis; quod nos Decimam Vini in *Kalſmunt* & *Garbenheim*, ad Prepoſituram noſtram ſpectantem, Dilectis in Xpo Decano & Capitulo Eccleſie ſupradicte, in perpetuam Elemoſinam contulimus propter DEVM; in vineis non ſolum iam cultis, ſed etiam inpoſterum excolendis, ut ex eo prefatis Canonicis, *Cenam Domini* celebrantibus, propinetur.

Ne autem hec noſtre liberalitatis Donatio a quoquam calumpnioſe valeat revocari; preſentem Litteram in perpetuam rei memoriam conſcribi fecimus, & Sigilli noſtri munimine roborari. Teſtes huius facti ſunt

* Trohe.

ALBERO, *Schiffinburgenſis* eccleſie Prepoſitus. HARTMVDVS de *Traba* * ibidem Canonicus. CVNRADVS de *Colhuſen* Canonicus Sci *Victoris* in *Maguntia*. BERNHELMVS dictus *Vbela* de *Nittehe*, & frater eius PHASOLDVS. RICHOLFVS Scabinus, & alii quam plures.

Acta autem ſunt hec *Wetflarie*, in curia LVDEWICI

16 Iun. Sculteti noſtri. * Anno Domini MCCXLII XVI Kal. Iulii.

* *Inquam* noſtri; *eo quod Prepoſitus iam tunc, & ad noſtram uſque ætatem, Ius conſtituendi* Wezlariæ *Sculteum exercuerit. Cuius, uti &* Præfecti (*quem Comites* Naſſoviæ *ceu Advocati Imperiales deputabant: modo* Ser. *Landgr.* Darmſt.) *partes Wezlarienſi in Senatu potiores dubio procul erant. Nunc vero poteſtas eorundem, ad Sententiarum per Scabinos latarum, Executionem duntaxat, reſtricta dignoſcitur.*

Prepoſiturâ ante Luſtra decem unita Menſa Archiepiſcopali Trevirenſi; *proin & creatio Sculteti, a nutu Emi Principis Electoris dependet.*

CCXXXVII

CCXXXVII
De Officiis Moguntini Archiepiſcopi in GVTTERN, DORLA &c. *An.* 1243.

NOS BERTHOGVS de *Slathem*, Dapifer, * & FRIDERICVS dictus *de Drivorte* ** recognoſcimus & proteſtamur, quod Dominus noſter: Dns SIFRIDVS Venerabilis Archiepiſcopus Maguntinus, obligavit nobis tytulo pignoris obtinendos omnes Redditus & proventus, quibuscunque nominibus exprimantur, qui de Officiis ſuis in *Guttern*, *Durlo*, *Myela* & *Valckene* ſibi proveniunt annuatim, habendos pro octingentis marcis argenti; quarum medietas, ſcilicet quadringente marce, debent eſſe *examinatum* argentum, alia vero medietas, argentum quod vocatur *latum*. Et quidquid perceperimus annuatim de ipſis, debemus in ſortem noſtri debiti computare. Preterea quandocunque voluerit redimere ipſos Redditus & proventus, absque aliqua difficultate dimittemus eosdem. Computatis in ſortem omnibus receptis, prout in ſuis Litteris inde confectis plenius continetur. *ex Autographo.*

Et ſuper hac noſtra proteſtatione preſentem Cartam Sigillis noſtris fecimus communiri. Datum Anno incarnationis Dominice MCCXLIII, V. Idus Marcii. *11 Mart.*

* *Fuerunt Nobiles de* SCHLATHEIM Dapiferi hereditarii *Landgraviatus* Thuringiæ. PAVLLINI Annal. Iſen. p. 18. BERTHOGI *autem huius Sigillum exhibet duas forvices erectas, quibus oves tondentur.*

** Trefurtenſium *Dynaſtarum nomen* familiæ genuinum *eſt* de Nortmannis: *derivatum a Caſtro gentilitio* Nortmanſtein, *quod urbi* Trefurtenſi *adiacet Vulgo tantum vocabantur, ſeque, ſcribebant* de Driforte, *ceu Oppidi iſtius Domini.*

Hac occaſione non poſſum, quin in memoriam revocem Iacobum *de* NORTMANNIS, Præpoſitum Moguntinum, *cuius dies emortualis in* libro Animarum *ſive*

Digitized by Google

Necrologio p. 518. *refertur ad VIII Kl. Xbris*, *ſed absque expreſſione Anni.* * *Reproductus in* Syllabo *noſtro* Prælatorum & Canonicorum Eccleſie Metrop. T. II. p. 276, *poſitusque*, *in incertum*, *circa finem ſeculi XIII.*

* Pro Calendariorum iſtorum mirabili ſtylo.

Huiuscemodi Nomen, *cum plane peregrinum mihi videretur*, *proinde ſuſpicabar*, *fuiſſe ipſum* IACOBVM *hominem quendam* Italum, *aut* Francigenam, *a Pontifice M. de Præpoſitura* proviſum; *Sic ex dictis nunc apparet*, *quod ex domo* Germanica de Nortmannis, *ſeu de* DRIFORTE *originem traxerit ſuam. Tempore vitæ interim latente adhuc. Haud diu ſaltem Præpoſituræ munus eundem adornaſſe*, *ex eo conſectaneum arbitror*, *cum alias in tanta*, *quam tractavi*, *Chartarum farragine*, *non potuiſſet aliquando in occurſum non venire.*

CCXXXVIII
SIFRIDI,
de Donatione, facta olim ab Hominibus ſuis de BVCHECK, *dum in Cœnobio* ARNSBVRG *Habitum Ordinis aſſumerent.*
Confirmata An. 1243.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in XPO .. Abbati & Conventui in *Arnsburg* Ord. Cyſt. Mag. dioc. ſalutem in Domino.

Cum bone memorie BERTHOLDVS & eius filius CONRADVS, noſtri homines *de Buchecke*, Bona ſua que in villis *Nyder-*

Nyderwalde, *Hopperod* & *Wydelberg* obtinebant, Vobis & Ecclеſie veſtre dum Religionem veſtram intrarent duxerint conferenda; Nos ad ſupplicationem veſtram, Donationem huiusmodi gratam habentes & ratam, Bona ipſa vobis auctoritate preſentium confirmamus. Cedentes nichilominus iuri noſtro, ſi quod forſitan nobis in bonis competeret ſupradictis.

Datum apud *Ameneburg* II Kal. Maii, Anno Domini MCCXLIII. Pontificatus noſtri anno Tertiodecimo. *30 Apr.*

CCXXXIX

Expoſitio Prærogativarum ac Iurium, competentium Epiſcopis EYSTETENSIBVS *in Dioeceſi Moguntina ex inſtituto* S. BONIFACII: *Deſuper, in congregato. An.* 1243.

Concilio provinciali Quæſtione mota â Coepiſcopis; eaque, Cauſæ diſquiſitione per Teſtes prævia, pro Auriacenſi *deciſa.*

Scire debent univerſi, quod temporibus bti BONIFACII egregii Confeſſoris XPI, & Patroni Sce Eccleſie Moguntine, tempore eo quo eandem Eccleſiam regebat, btum WILLIBALDVM Confeſſorem XPI, cuius Avunculus erat, & quem tenerrime diligebat, *Eyſtetenſi* eccleſie Paſtorem prefecit. Que Eccleſia, cum eſſet ſatis honeſte per B. *Willibaldum* cooperante ſibi S. *Bonifacio* glorioſe fundata & dotata, & nomen Principatus glorioſe poterat, tum in Rebus tum in Honore obtinere; B. BONIFACIVS ob dilectionem S. WILLIBALDI Eyſtetenſem eccleſiam magnam volens ſublimare & honorem eius augmentare, cum ipſam pre ceteris Eccleſiis que eius Metropoli ſuberant, diligeret; de conſilio ſuorum Suffraganeorum, & accedente ſui Capituli conſenſu, de conſcientia & omnium Eccleſie Moguntine Miniſterialium &

& Vaſallorum, indicto ad hoc Concilio in eadem eccleſia, de Dni Pape tunc temporis conſilio, conſcientia & permiſſione, B. *Willibaldum* & eccleſiam ſuam Eyſtetenſem, & omnes eius in dicta Eccleſia ſucceſſores Epiſcopos, pre omnibus ſuis Suffraganeis & eorum Eccleſiiis primum poſt ſe, in Honore, in Seſſione, & eius Eccleſiam in perpetuum fore, pronuntiavit:

Et Eccleſia Moguntina Paſtore vacante, vel Epiſcopo in Provincia non exiſtente, vel eadem Eccleſia in diſcordia manente; quod S. WILLIBALDVS & eius Succeſſores in omnibus, medio tempore, donec eccleſie & eius Epiſcopi ſtatus reformaret in melius, dictam Eccleſiam nominibus regere deberet impoſterum, & gubernare. Que Ordinatio per Papam tunc temporis eſt confirmata & privilegiata, & in Eccleſia Moguntina in antiquis libris illius eccleſie eſt conſcripta. In quo vero iure & honore Eccleſia Eyſtetenſis & eius Epiſcopi, ab illis temporibus quo ordinatio facta eſt talis, & erat, ſine omni quievit contradictione.

Anno vero Domini MCCXLIII, VII Kal Iulii, cum Concilium in Eccleſia Maguntina eſſet indictum; et cum b. m. SIFRIDVS, eiusdem Sedis Archiepiſcopus tunc temporis, in die Concilii ad Concilium cum Coepiſcopis ſuis conſedere vellet; ut indictum Concilium turbaretur, Dns Epiſcopus *Hildenſemenſis*, & D. *Warburnenſis*, & D. *Wormatienſis* Ius Dni Epiſcopi EYSTETENSIS & ſue Eccleſie ut ſupra notatum eſt quod competebat Ei in Eccleſia Moguntina; quilibet eorum, pro Se & Sua eccleſia, quod Primus eſſe deberet poſt Moguntinum, proponebant, & ſuper hoc ſibi fieri iuſtitiam, poſtulabant.

Dominus vero *Eyſtetenſis* Epiſcopus, FRIDERICVS nomine, dictus *de Parsberg*, & Iuris peritus, cum audiret, dictos Epiſcopos ius Eccleſie ſue, & eis alienum impetere, & tamquam rem ſuam petere; Ipſe, ut homo providus & litteratus, pontificalibus indutus & veſtitus, ius Eccleſie ſue laudabiliter

ter defendebat; Et Teſtes quos ad probandam intentionem ſuam induxit, taliter iurati depoſuerunt.

Duo Prepoſiti, & unus Decanus, quorum quilibet ſe circa Centum eſſe annos dicebat, ſic dixerunt, & concordaverunt in omnibus ſupra notatis. Adicientes, quod, quando Moguntinus vellet preſidere Concilio; quod ab una parte Monaſterii Sedes deberet eſſe, que caperet niſi duas Perſonas, MOGVNTINVM, & EYSTETENSEM Epiſcopum. Ex alia vero parte Domini Epiſcopi eiusdem Sedis Suffraganei deberent ſedere per ordinem. Et ſi D. Moguntinus medio tempore inciperet egrotare, D. Eyſtetenſis dicto Conſilio deberet preſidere, & tractare ea que eſſent tractanda; & decidere, & Concilium conſummare. Et quod tunc non de propriis, cum eandem Eccleſiam ſibi regeret; ſed de bonis eccleſie Moguntine deberet procurari; Et in Reditu, donec ad Villam que vocatur *Pergeln*, que attinet eccleſie Eyſtetenſi, ibi de propriis deberet ſuſtentari.

Dixerunt etiam, quando D. Eyſtetenſis vocaretur venire *Moguntiam*, ſive eſſet in Cena Domini ſive in aliis feſtivitatibus, & D. Moguntinus qualicunque de cauſa non poſſet exequi officium ſuum; & D. Eyſtetenſis ratione iuris ſui & ſue Eccleſie quod ex antiquo ſibi in Eccleſia Moguntina ſcitur eſſe conceſſum ad exercendum ibi divinum officium, & in Dioceſi ſi neceſſe eſſet, ad eccleſias conſecrandas vocaretur; quod Procuratores Dni Moguntini deberent occurrere Dno Eyſtetenſi apud villam iterum que dicitur *Pergeln*, que ad eccleſiam Eyſtetenſem ſpectare dinoſcitur iure proprietatis: Et cum in ſero vixiſſet ibi de propriis, de mane Procuratores eccleſie Moguntine deberent ex tunc procurare de rebus eccl. Mog. Dn. Eyſtetenſem cum XXXVI Equitantibus, ibi, & veniendo Moguntiam, & ibi commorando, & redeundo domum, iterum donec ad villam *Pergeln*. Ibi tunc primum de propriis deberet ſuſtentari *(teſtes)* dixerunt. Et quando taliter vocatus D. Eyſtetenſis veniret Moguntiam, quod ex

 tunc

tunc a Canonicis maioris eccleſie ſuſcipi & recipi deberet proceſſionaliter.

Cum vero Teſtes prenotati in hunc modum iurati depoſuiſſent, & per omnia concordaſſent; D. Eyſtetenſis ſub forma Iudicii iuſtitiam ſibi & Eccleſie ſue fieri petivit, & inſtanter. Premiſſis tamen allegationibus ſuis & probationibus, hoc de iure fieri debere.

Dns vero MOGVNTINVS, de conſilio Dnor. Epiſcoporum & Capituli ſui, intentionem D. Epiſcopi EYSTETENSIS pro ſe & ſuo Capitulo ſufficienter eſſe probatam, interloquendo pronuntiavit; & talem Prerogativam ſuper qua vertebatur Queſtio, Dno Eyſtetenſi Epiſcopo ſuiſque Succeſſoribus, prout rite probatum fuerat, Sententionando adiudicavit.

Dns vero Eyſtetenſis de ſecunda die Concilii, ad renovationem ſui iuris cum Dno Moguntino in una Sede, ſecundum quod teſtes depoſuerunt, Concilio laudabiliter preſedit, & loco Dni Moguntini, ea que ibi tractabantur, in publico luciditſſime diffinivit. Et die tertia, quia D. Moguntinus officium perſonaliter exequi non poterat, Monaſterium in maiori eccleſia Moguntie, omnibus qui ibi erant Epiſcopis ſibi cooperantibus, & Rege CONRADO preſente, glorioſiſſime dedicavit.

Vtique dedicationem Monaſterii, citra *Eccleſiam*, *Narrator intelligit. Quandoquidem* Eccleſiæ conſecrator SIFRIDVS *ipſe erat. Quomodo autem ſe ſinat parificari Annus* 1243, *quo hæc facta dicuntur, cum Anno* 1239, *quem huic actui Traditiones aſſignant, non video. Conf.* Nota *ad n.* CCX.

Teſtes omnium precedentium ſunt hi:

Dns Epiſcopus *Herbipolenſis*. D. *Argentinenſis*. D. *Babenbergenſis*. D. *Spirenſis*. D. *Wormatienſis*. D. *Hildensbemenſis*. D. *Paderbrunenſis*. D. *Halberſtadenſis*; & alii quam plures Prelati, Clerici, & Laici.

VLRI-

Digitized by Google

VLRICVS de *Katzenſtein* Prepoſitus *Herriedenſis*. CONRADVS dictus *de Caſtel*. OTTO de *Ponte*. HERMANNVS de *Thanbuſen*: Canonici *Eyſtetenſes*. HEINRICVS Notarius, Canonicus *Herriedenſis*. Et Miniſteriales Eccleſie CONRADVS iunior Dapifer, CVNO de *Lapide*, et alii quam plures ſimili modo interfuerunt.

Acta ſunt hec regnante Domno Papa Innocentio *Quarto*; et Imperatore FRIDERICO & filio ſuo Rege CONRADO regnantibus. Qui Imperator per eundem Papam *Innocentium* poſt hec apud *Lugdunum* Iuſtitia exigente eſt deſtitutus.

Anno Domini MCCXLIII, VII Kal. Iuiii. *25 Iunii.*

❁ ❁ ❁

Inſerenda hoc loco eſſet Charta SIFRIDI, *de Dato* Frizlar 1244 V. Idus Iulii, *qua, Abbati & Coenobitis Montis* S. PETRI Erfurti *omnes aſſignat Reditus Parochiæ* ALICH *ſuarum in ſubſidium Præbendarum*;

cit. p. 601. n. 4.

Quia vero nihil aliud affert notatu dignum, hinc prætereundo eam, Lectorem remitto ad SCHANNATI *Coll.* 2. Vindem. *p.* 11. *n.* XVIII.

❁ ❁ ❁

CCXL
SIFRIDI

Privilegia largiſſima, Immunitates ac Libertates, queis cumulavit Cives ſuos & Subditos Moguntinos. Quin potius omnium iſtorum Extorſio.

An. 1244.

[p. 601. § XVI n. 1.]

In nomine veri DEI. *Amen.*

NOS SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, recognoſcimus nos feciſſe hanc Gratiam ad commodum *noſtris* Civibus Maguntinis.

1) Ipſi nunquam ſervient nobis, exeundo Civitatem cum Exercitu & Armatis; nec aliqua bona nobis conferent, niſi de eorum bona fuerit voluntate.

2) ITEM de Bonis que habent ſita ſub noſtro Iudicio, nunquam dabunt aliquam exactionem, niſi Cenſum iuſte & rationabiliter ab antiquo ſtatutum.

3) ITEM bona ipſorum, noſtros Theoloniarios & theolonia precedentia, erunt penitus a . ſolutione theolonii libera & ſoluta.

4) ITEM neque Nos, neque aliqui Iudices noſtri, *impetemus* eos; nec aliquod ius requiremus ſuper Edificiis, que *uberzimmer* vulgariter appellantur.

5) ITEM ſi Dominus conceſſerit; quod civitatem *Caſtel* * in noſtra habuerimus poteſtate, eam faciemus continuo devaſtari.

* *Vicus, e regione Moguntia.*

6) ITEM infra miliare, vel infra Muros, non edificabimus aliquod Opidum ſive Caſtrum.

7) ITEM

Digitized by Google

7) ITEM quando DOMINVS Dn. Papam & Imperatorem fecerit concordare, ipſi cives nobiſcum erunt ipſorum reconciliationi penitus interclufi.

8) ITEM annuemus & permittemus, quod ipſi cives viginti quatuor eligent ad Conſilium civitatis, ſic, quod uno decedente, alter in locum ſuum ſuccedens protinus eligatur.

9) ITEM pecuniam, que vulgariter *Vngelt* dicitur, quam in civitate nunc habent, ſtare permittemus quam diu expediens fuerit civitati.

10) Inſuper boni amici ſumus & erimus omnium in civitate: Et ſi fuerint accuſati, nunquam ipſis hoc malitioſe obiiciemus, nec id requiremus ab ipſis.

11) ITEM civitatem nunquam intrabimus cum pluribus hominibus, quam quod nobis & civibus *noſtris* viſum fuerit expedire.

12) Preterea quicquid Iudeis noſtris promiſimus, inviolabiliter obſervabimus.

13) ITEM ſi contingat vallari civitatem ab Hoſtibus civitatis, nos perſonaliter intrabimus civitatem, ad defenſionem Noſtri, & noſtrorum qui ſunt in ea.

14) *Et ipſa Civitas nunquam deſeret, nos vel noſtros, propter aliquem hominem.*

15) Et concedimus hunc Articulum, quod Conſiliarii civitatis habeant plenariam poteſtatem, in Hoſpitale preſentandi Sacerdotem; et, ſi exegerit culpa ſua mediante, auctoritate noſtra deſtituendi eundem; Et adminiſtrationem Temporalem committent civibus quibus voluerint, & quos ad hoc viderint expedire.

ITEM ut omnia hec predicta, per nos & omnes Epiſcopos ſucceſſores noſtros rata teneantur, dabimus Dni Pape,

 Noſtras,

Noſtras, Capituli noſtri maioris, nec non & omnium eccleſiarum Maguntinarum: Dominorum *Treverenſis* & *Colonienſis* Archiepiſcoporum, *Spirenſis* Epiſcopi, & omnium Adiutorum noſtrorum, ſi quos nunc habemus, vel habebimus, Litteras ſigillatas. Et iuravit Capitulum, quod nunquam aliquem in Epiſcopum eligent, niſi iuret, quod omnia hec obſervet fideliter, & per Litteras ſuas confirmet.

Preterea in omnium premiſſorum evidens firmamentum Nos cum Capitulo noſtro preſtitimus Iuramentum, quod premiſſa inviolabiliter obſerventur. Et, ſi nos vel aliquis ſucceſſor noſter infregerit hec, quod abſit, ipſum Capitulum cum omni Clero, & Miniſteriales Eccleſie, ipſos cives contra nos vel ſucceſſorem noſtrum, tota fide, cum diligentia & absque omni dolo unanimiter adiuvabunt.

Acta ſunt hec *Maguntie* Idus Novembris. Anno Domini MCC *Quadrageſimo quarto*. Pontificatus noſtri anno . .

13 Nov.

de Civitatis MOG. ſtatu brevis Disquiſitio.

Eodem hoc anno 1244 (ut ſcribit IOANNIS *T. I. p. 18.) Cives Moguntini, quemadmodum turgido ſemper & factuoſo fuere ingenio, omnem pene ſubiectionem & obſequium obliti, inſolentes excitarunt turbas. Vt reſiperent, ac ad ſanam redirent mentem,* SIFRIDVS *ſemel atque iterum paterne monebat. Monitis cum Illi locum haud relinquerent, Vi compeſcendos ſtatuit; ac Obſidione ſatis gravi fractos, ad deditionem faciendam, & quidquid ſumptuum erogatum erat in bellum, impendio privato exſolvendum coegit.*

Cum autem non longe poſt, hoc ipſo ſcilicet anno 1244, SIFRIDVS *a Moguntinis inopinato compulſus Tabulas ediderit ſuperius expoſitas, utpote conditionibus repletas tam iniquis; Ea ſane, que* Ioannis de Sifridi *debellatione*

tione tradit, * *non videntur poſſe adeo firmiter ſubſiſtere.*

* *E Manuſ. PP. Auguſtin. Mogunt. procuratum a nobis.*

Aſt quocunque res ſe habeat modo; vigore horum Articulorum *Moguntini* Cives, *ſuam nefarie prætenſam, & per attentata ſæpius usque huc male nutritam* Anarchiam, *avitæque ſubiectionis excuſſionem in tuto nunc tandem poſitam crediderunt, vel ſaltem iſta Privilegia in eiusmodi ſenſum reprobum vafre detorſerunt: Id a multo iam tempore meditantes, ac totis viribus allaborantes, quatenus conſtituerent & firmarent formam Reipublicæ peculiarem, quaſi mediam inter Ariſtocratiam & Democratiam.*

Titulus equidem, ſive Baſis *immunitatis cerebrinæ huius ac impudentis* primaria, *fundatur in Privilegio* Adelberti I, *(ſupra n. XLV. p. 116. & quæ illic notavimus.)* Secundaria *vero baſis nititur congerie gratiarum a* Sifrido *ex neceſſitate conceſſarum ſubſtrata. Teſtantibus etenim Electorem* Theodericum * *inter, &* Conſules Civesque *Actis, quibus coram delectis Arbitris ſub medium Seculi XV cum magno ſtrepitu fuere ultro citroque ventilata ambarum Partium iura;* Moguntinenſes ** *unice ac ſolum Privilegia bina prælibata, tanquam clypeum Achillis impenetrabilem obiiciunt, vociferantes, ſeſe illis adeptos eſſe conditionem ſtatus liberi, a Moguntini Principis ſubiectione prorſus exempti:*

* de *Erpach.*

** *Extant adhuc, multis conſcripta Voluminibus.*

Archiepiſcopo *conſtanter opponente* Articulum 14; *quippe ex nexu tam arcto per* Sifridum *ſibi provide reſervato, Eosdem, uti antehac, ita deinceps iurisdictioni S. Moguntinæ Sedis in perpetuum ſubiectos eſſe, & manere. Porro: privilegia illa, Civibus, (quos ſemper* Suos

Suos *nominaſſet,) a* Sifrido *non fuiſſe ſponte conceſſa, ſed, cum Is, eodem 1244 anno,* Moguntiæ *Arreſto perſonali detineretur, extorta, & coacta.*

Cives *econtra replicando clamant, hæcce Privilegia in principio regiminis a quolibet poſt* Sifridvm *ſucceſſore fuiſſe iurisiurandi religione firmata.* Theodericvs *vero ad tollendam omnem decertationem ſubiicit, caſu nimirum dato, non conceſſo, quo Cives per Privilegia, crebro recocta, illam plenariæ Exemptionis & independentiæ libertatem probaſſent, ac eviciſſent; nihilominus per ſeditioſam* Articuli 14. *contraventionem perdidiſſe omnia illa indulta; & quidquid in favorem exinde ſuum ſubdole potuiſſent derivare, iure meritiſſimo amiſiſſe.*

Duravit autem iſthæc [Scriptis in vanum ventilata] Contentio, donec occaſione famoſi illius, Dietherum Iſenburgium *inter &* Adolfum Naſſovium, *Diſſidii,* Adolfus, *collectis auxiliaribus Copiis, d. 27 Oct. quæ erat ipſa Vigilia* SS. Simonis & Iudæ App. *anno Domini 1462 profunda nocte, & ſatis intempeſta, cum ſilentium quietum teneret omnia ſuperatis per ſcalas Muris, & Ringavienſibus per effractas D. Stephani portas in ſuccurſum vocatis, faventem* Diethero *Vrbem occupavit; atque immorigeros ab antiquo* Cives, Dei, *Dominique ſui* Rebelles, *graſſante in capita ferro, igneque ædibus iniecto edomuit; & octingentos circiter ſuperſtites, in Foro boario, loco ipſis præſcripto. ſub poena corporis, bonorumque iactura congregatos, glorioſus Victor una cum* Lvdovico Veldenzio, & Eberhardo Eppenſteinio, *cæterisque ſuis Adiutoribus, valida Ringavienſium & Helvetiorum manu ſtipatus circumdedit; ac inſtar gregis ovium in agmen compulſos, durioribus ac iracundis verbis graviter increpans,* combuſtis publice Privilegiis, *acerbe exprobravit, quod fidei datæ*

Digitized by Google

datæ obliti, atque omni iureiurando neglecto, contra Bullas Apoſtolicas, Cæſariſque Mandata, DIETHERO *depoſito, & excommunicato pertinaciter adhæſiſſent, ac in maximos & incredibiles Sumptus Moguntinam Eccleſiam, itemque ſe ipſos ac Suos, perfidia ſua & malitia induxiſſent; atque idcirco poenas graviſſimas eſſent promeriti.*

Mitius tamen cum Devictis agendum ratus, iuſſit omnes hos, nullis induciis conceſſis, ſine ulla cunctatione ex urbe migrare; nemini ſuam Vxorem, liberos, Parentes, aut Cognatos ſalutandi vel iisdem valedicendi facultate data; atque in locis certis tam diu, quoad Imperatoris ſententia ſuper eos ferretur, commorari, adiuravit; A reliquis poſtea tanquam verus ex ordinatione Romani Pontificis Archiepiſcopus, & legitimus Dominus ac Princeps agnitus & ſalutatus, a DIETHERO *depoſito, & humiliato (qui veniam prius ab Apoſtolico Legato petierat, abſolutionemque impetrarat) gladium, Inſigne Principis quod Electores ante ſe ferre iubent, in frequenti virorum Illuſtrium cœtu accepit. Sicque lamentabili illa foedifragorum Civium emigratione, ac* DIETHERI *exauctoratione, Vrbi patriæque pacem, Sibi vero ſuiſque Succeſſoribus, ſubditos in cunctis obedientes & fideles tam feliciter reſtituit, ut nemo unus ab eo tempore contra Archiepiſcopum & Principem ſuum, prætextu Immunitatis iſtorumque antiquorum Privilegiorum, muſſitare, nedum Seditionem moliri, vel auſus, vel deinceps auſurus ſit.*

MOGVNTIAM *fuiſſe Civitatem* Imperialem, *communis quidem eſt traditio, ſed* plane erronea. *Prout etiam in veteri Imperii* Matricula, *an. 1431 ſub* SIGISMVNDO *confecta, altum de ea eſt ſilentium. Ita quoque ipſius civitatis* Sigilla, *ſive excuſam Imaginem ſpectes, ſive Inſcriptionem; eorum,* An fuerit Civitas Imperii?

Digitized by Google

quæ Civitatem Imp. denotarent, præ ſe ferunt nihil; * *cum tamen eiusmodi Notæ in aliis Vrbium immediatarum Sigillis non deſint.*

Rem denique totam conficit MAXIMILIANVS *Romanorum Rex, nuper electus, in Tabulis manu propria ſignatis, quas an. 1486* ** *Archiepiſcopo* BERTOLDO *dedit, ſuaque Regia declaratione & auctoritate Dominium Moguntinæ Civitatis ex aſſeſtabilivit eiusdem Principibus.*

In his nimirum tabulis Rex ſapientiſſimus communem imaginariæ Immunitatis errorem ſufficienter edoctus, ex certa ſcientia decernit, & ad perpetuam rei memoriam declarat, quod Moguntia *priſcis temporibus Cæſari, vel Regi Romanorum nullo unquam homagio, iuramento, Gabellis, vectigalibus, Iudicio forenſi, vel alio quovis onere obligata, vel obſtricta fuerit; ſed quod Archiepiſcopus iam inde ab immemoriali tempore uſque in præſens, Proprietatem, Iurisdictionem, Forenſe altum & baſſium Iudicium; etiam ius Monetæ, Menſurarum, Ponderum, Vecti-*

* *Typarii veteris (forma maxima) ſimulacrum dedimus* T. I. p. 1000. *Epigraphen habens ſq.*

AVREA MAGVNCIA ROMANE ECCLESIE SPECIALIS FILIA.

Et in iis, quæ mediam accedunt formam, MARTINVS *ſiſtitur* ADHVC CATECVMENVS. [*oblique ducunt hæc, a* Martini, *Strato cubantis, latere.*] *Ex adverſo apparentem ipſi obſervamus* CHRISTVM Dominum, *eundem alloquentem:* O bone Martine . . . . *Cuiusmodi (modo non ſuccurrentia) verba, ſigilli peripheriam conſtituunt.*

Tertium Sigillum vero, Chartis negotia leviora tractantibus apponi ſolitum, duas *præſentat* Rotas; *trabe, ſeu faſcia duplici per modum crucis compoſita, ab invicem ſeiunctas.* Inſcr. SIGILLVM *minus* CIVITATIS MAGVNTINE.

** *Martis poſt diem* Philippi & Iacobi *App.* Coloniæ.

Vectigalium, Teloniorum, liberi Conductus, ordinandi Nundinas, aliaque Superioritatis & imperii Iura in Vrbe predicta conſtanter habuerit, & exercuerit; Quodque Cives *in republica ſua aliter agere nihil debuerint, aut potuerint, niſi*, quantum illis ex Archiepiſcoporum gratia conceſſum erat.

Tabulæ iſtæ, propediem (Superis conatui noſtro faventibus) in extenſo prodituræ, vel ideo dignæ ſunt, quæ quoad paſſum concernentem ſubiungantur, ut vulgaris Scriptorum, Erronea pro Veris tradentium, Opinio, Regia illa Declaratione & Decreto elidatur, retundaturque ad confuſionem Eorum, qui illam fovent, tuentur, ac defendunt.

Diplomatis Regii, ab Autographo deſumpti, EXTRACTVS.

Wir Maximilian —— Römiſcher Kunig *&c.* Bekennen fur Unß und all unſer Nachkommen am Reich, —— —— Nu und (als) GOT der almechtig unſ zu der Höhe und Laſt des Heil. Röm. Reichs verſehen hat, ſind Wir billich gemeint, allennthalben anhanngende Spenne und Irrung abzulegen, *preſertim qua ſacrum Imperium tangant & Principes Electores.*

Demnach Wir betracht haben die Vorderung, ſo unſer lieber Herr und Vater der Römiſch Keyſer an Ertzbiſchove und Stifft Mentz furgenomen, und zu haben vermeint hat, Mentz die Stat antreffende; als ob dieſelb dem Heyl. Röm. Reich on mittl zuſteen und Eigen ſein ſolte; Und Unſ Warheit des Hanndels und Sachen mit Fleiſ erlernet und erfarn; Und befinden nit, daz die genannt Stat, und die Burgerſchafft daſelbs, in vordern Zeiten, Römiſchen Keyſern oder Kunigen mit einicher Huldung, Phlichten, Stewrn, Tributen, Gerichten, oder annders ye verwant, verphlicht, verhafft, oder gewertig geweſen; Oder auch das Römiſch Reich der in Beſeß, Uebung und

 Gebrauch

Gebrauch geweſen ſey; Sunder daz die Ertzbiſchoven und Stifft Mentz von alten Zeiten bis her, die Eigenſchafft, Herſchafft, Huldung, Weltliche Hohe und Nider Gericht; auch Müntz, Maß, Gewicht, Zolle, Geleyt, ordenung des Marckts, Wechſels, Gewanndt-Snidts, Fleiſch-Kaufs, und anndere Oberkeit, an und in der gemelten Stat gehabt und herbracht hat; und die Burgerſchafft nit annders in irem Weſen, und Verſehung der Stat, hanndln ſollen oder mögen, dann ſo vil, und Sy durch Begnadung von Ertz-Biſchoven und Stifft Mentz zu Zeiten erlangt; als Wir des alles glaublich underrichtung emphanngen, und verſtannden haben: Solch Bericht der Warheit, auch zu vor Got —— ——, auch die Gerechtigkeit, und —— Dinſte des Erwirdigen Bertolds, Ertzb. zu Mentz —— —— angeſehen, —— —— *Et qua de omnimoda, eidem, Vrbis addictione, ſimilique ex parte Regis, ſi qua eſſet opus, renuntiatione ſubduntur.*

✿ ✿ ✿

CCXLI

Decima in RODE *a nexu feudali liberata donatur* Aulesburgenſi *cœnobio: Subſtituta eidem tertia parte villæ* GERWICHSHAGEN. *An.* 1245.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniverſis ad quos preſens Pagina pervenerit. Que geruntur in tempore, ne ſimul cum tempore dilabantur, poni ſolent in lingua teſtium, & ſcripture memoria perhennari.

Hinc eſt, quod nos tam preſentibus quam poſteris tenore preſentium declaramus; quod recepta a GERLACO Milite *de Aldendorf* Decima in *Rode*, quam a nobis iure tenuit feudali; pro peticione ſua ſupplici donavimus Eccleſie de *Aulesburg* Ciſterc. Ord. Mag. Dioc. iure proprietatis in perpetuum poſſidendam. GERLACO dicto Proprietatem ſuam, ſcilicet ter-

tertiam partem ville *Gerwigeshagen*, nobis in Reſtaurum prefate Decime taliter aſſignante, quod eodem iure quo Decimam habuerat, bona eadem poſſideret.

Ne igitur memoratum Cenobium a noſtris Succeſſoribus, vel prefati Militis heredibus proceſſu temporis contradictionis moleſtiam ſentiat vel gravamen, nos preſentem Paginam Sigilli noſtri munimine duximus roborandam. Teſtium nomina, qui, cum hec fierent, aderant, inſerendo.

Acta ſunt igitur hec in *Ameneburg*, Anno Domini MCCXLV. Pontificatus noſtri anno XV. His preſentibus.

CVNRADO maioris Eccl. Mag. Decano.
Magiſtro LVDEWICO ſuo Concanonico.
ECKEHARDO Decano de *Ameneburg*.
ECKEHARDO de *Hapsfelt*.
CRAFFTONE de *Sweinsberg*.
WIDEROLDO & EBERWINO de *Alge*.
aliisque noſtris quam pluribus Caſtellanis.

CCXLII

Advocati de CYGENBERG *vendunt Advocatiam* BVRSFELD *&* *nemus* Branwald *Eccleſiæ Moguntinæ; ab eadem iure feudi poſſeſſa hactenus: Datis ſimul fideiuſſoribus, amputandi omnem, intra terminum currentis Anni, Actionem, quam illi* de SCHARZFELD *&* LVTTERBERG, *circa Nemus prædictum aſſerant ſibi competere.*

An. 1245.

[*p. 601. fin. n. 3.*]

In nomine veri DEI.

NOS HERMANNVS *Advocatus* de *Cygenberg*, & HERMANNVS filius meus, & heredes noſtri preſenti pagina pro-

teſtatione publica confitemur, quod Venerabilis Dominus noſter SYFRIDVS Archiepiſcopus Moguntinus medietatem Advocacie in *Burſfelde*, cum omni iure quo nos eam tenuiſſe dinoſcimur ab Eccleſia Moguntina; & medietatem Nemoris quod vulgo *Branwalt* vocatum eſt, quod in feudo ſimiliter tenuimus ab eadem Eccleſia, cum iuris ſui plenitudine comparavit a nobis pro Ducentis marcis argenti; quarum medietatem ſolvent nobis cives *Fritzlarienſes* qui de illis apud nos pro ipſo Domino noſtro fideiubere curarunt; pro reſiduis vero centum obligavit nobis allodium ſuum *Orvalle;* ita ut poſtquam nobis ſolverit centum marcas, illud taliter ei reddemus, qualiter aſſignavit, & nichil remanebit nobis iuris in feudo advocacie, vel nemoris antedicti.

Et quia Domini *de Schartſeld* & *Luterberg* aſſerunt ſe habere ius in nemore ſupradicto, promiſimus data fide pro nobis & heredibus noſtris, & dedimus fideiuſſores, Comitem ADOLFVM de *Waldecken*, ALBERTVM de *Schardenberg*, & HENRICVM Vicedominum de *Ruſteberg*, quod tollemus omnem Actionem Nobilium predictorum, & efficaciter faciemus intra terminum huius anni, quod Nobiles iidem renuntiabunt penitus omni iuri quod in predicto nemore aſſerunt ſe habere.

Ad hec, ut ego HERMANNVS ſenior ſim Caſtrenſis in *Inſula*, & reſidentiam faciam in eadem, vel ponam Militem vice mea ad defendendam eam neceſſitate aliqua ingruente; dedit michi L marcas pro villa *Rosbach*, ut ſit Eccleſie Moguntine; & ego & heredes mei tenebimus eam iure caſtrenſis feudi ab Eccleſia memorata. Sed ſi reſidentiam ibi facere non potero, vel noluero, vel ut dictum eſt mittere Militem ad eandem debite faciendam; villa eadem cedet tota cum omni iure ſuo Domino meo Archiepiſcopo & Eccleſie Moguntine, niſi forte L marcis redimere velim eam, quod ipſe Dominus meus in meam poſuit optionem.

Vt

Digitized by Google

Vt igitur ſuper his nulli umquam aliquod dubium generetur, in evidentiam eorum feci Paginam hanc conſcribi, & Sigillo meo muniri.

Acta ſunt apud *Fritzlariam* VII Idus Iunii, Anno gratie MCCXLV. *7 Iun.*

CCXLIII

Fideiuſſoriæ cautionis tenor.

In nomine IHV XPI.

Nos Adolfvs Comes *de Waldecke*, Albertvs de *Schardenberg*, & Heidenricvs Vicedominus de *Ruſteberg* proteſtatione publica confitemur, nos coram Viris fidelibus promiſiſſe fide data, ac preſtitiſſe Domino noſtro Sifrido Archiepiſcopo Maguntino fideiuſſoriam cautionem pro Hermanno *Advocato* de *Cygenberg*, Hermanno filio eius, & heredibus eorumdem; Quod, cum Nobiles viri, Domini *de Schartfeld* & *Luttirberg*, in Nemore illo quod *Branwalt* vocatur ius aſſerant ſe habere; idem *Hermannus* & heredes eius tollere debeant omnem Actionem Nobilium eorumdem; & facere cum effectu, intra terminum huius anni, quod Nobiles ipſi renuntient penitus omni iuri quod habere ſe dicunt in Nemore ſepedicto. In cuius rei evidentiam *&c.*

Acta ſunt hec apud *Fritzlariam* VII Idus Iunii, Anno gratie MCCXLV. *7 Iun.*

✽ ✽

De *Cygenbergiorum* præſtantia, amplis poſſeſſionibus *&c.* conferri poteſt Leznervs, apud *Kuchenb.* Anal. Haſſ. *Coll. VII. p. 185.* Vbi, ſignanter binorum in utraque Charta præſcripta occurrentium, Memoriam ex Agenda Cœnobii Mariengarten reproducit ſeq. Hermannvs iunior *filius* Hermanni ſenioris, *Comes & Dominus in* Zigeberge, *fundator huius Altaris, obiit anno Domini 1266. Cuius anima requieſcat in pace.*

✽ ✽

CCXLIV

CCXLIV
SIFRIDI,
de Novalibus & Piſcatura in uſum parthenonis RETTERS.
An. 1245.

[p. 602, p. 1012. lin. 6, & p. ſq. princ.]

Eo principaliter fine adducta, ut ex eiusdem Dato liqueret, non an. 1246 Adminiſtratorem Eccleſiæ Fuldenſis *conſtitutum fuiſſe* SIFRIDVM *noſtrum, prout Scriptores velint; Quandoquidem iam in hacce, antecedentis anni, Charta talis audiat.*

ex Autographo. SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, & *Miniſter* FVLDENSIS *eccleſie.* Omnibus XPI fidelibus ad quos pervenerit Scriptum preſens ſalutem in Omnium Salutari.

Dum ſit cautum pias & providas hominum actiones ſcripture teſtimonio roborare, ne vel hominum malicia infirmentur, vel oblivionis caligine ab humana memoria per ceſſum temporis elabantur; Innoteſcere cupimus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos compaſſionis oculo intuentes tenuitatem & devocionem Monialium de *Retters*, Ord. bti *Auguſtini*, ut ylarius & expedicius Oracionibus & divinis obſequiis valeant inſudare; Decimam provenientem de Novalibus nemoris, ſiti inter ipſum cenobium *Retters* & aquam dictam *Viſchebach*, quod eedem ad uſus ſuos excolunt & extirpant, ipſis tradidimus iure perpetuo poſſidendam.

Vt autem hec noſtra Donacio robur obtineat firmitatis, preſentem Paginam Sigilli noſtri munimine communitam in teſtimonium ei damus.

Datum in Caſtro *Eppenſtein*, Anno Domini MCCXLV,
12 Iun. II Idus Iunii. Pontificatus noſtri anno Sextodecimo.

Cum

Digitized by Google

Cum ad annum hunc 1245. nullum amplius Diploma producere habeamus, neque etiam ad ſequentem 1246. ſuppetat aliquod; Sic in eo geſtorum defectum diplomaticum, ſupplet

Continuatio MS. Bibl. metrop.

„Hoc anno (1246) XI Kal. Iunii, dum ille FRIDERICVS, quondam dictus Imperator, adhuc in ſua perduraret pertinacia, HENRICVS *Lantgravius*, iuxta Herbipolim in villa dicta *Hocheim*, Domini Pape auctoritate a MAGVNTINO & pluribus Epiſcopis ac Principibus in Romanum Principem fuit electus. In cuius adiutorium multa hominum milia Cruce ſignabantur ad Catholice fidei defenſionem, quam ille iam dictus FRIDERICVS ab Eccleſia preciſus impugnaturus timebatur. Poſthec HENRICVS Rex, magna a Dno Papa recepta pecunia, quosdam Principes atque Barones per eandem illis diſtributam ſibi conciliavit; Collectoque preclaro concitus Exercitu, cum CONRADO filio ſupradicti *Friderici* ſibi reſiſtere conante, iuxta fluvium *Mogum* non longe ab oppido *Frankenevurt*, valida manu Nonis Auguſti conflixit; Et auxiliante ſibi de celo DEI gracia Victor exiſtens, ad mille fere viros captivos abduxit.

Ordine chronologico, ceu res quæ ante Datum Chartæ ſequentis contigit, ex MS. progredimur in Annum 1247.

„Anno Dni MCCXLVII *Henricus* Rex, dum ſecundam in Bawariam atque Sueviam feciſſet expeditionem, ex nimio motu paſſus *Emorroidas*, celeriter in Thuringiam ad caſtrum *Warberc* revertebatur; ubi, morbo invaleſcente, XIII Kal. Marcii (*17. Febr.*) diem clauſit extremum; ſepultusque eſt in monaſterio Sanctimonialium *S. Katherine*. In quo nimirum ſine Herede defuncto, Nobilis illa Principalis proſapia terminata eſt, que a primo LVDEWICO per CXLVII annos in *Thuringia* tenuerat principatum.

CCXLV
Tranſumptum Pacificationis inter SIFRIDVM & LANDGRAVIVM.

Spectant hæ Tabulæ ad Annum 1232, *quo nempe Pax iſta reformata fuit.* (T. I. p. 595) *Atenim ſequendo Datum Tranſumpti, eas huc collocare maluimus.*

1247.

IN NOMINE SANCTE & INDIVIDVE TRINITATIS.

Super deſtructione *Frislarie* & *Wicenhuſen* opidorum, & aliis dampnis que Dns SIFRIDVS Archiepiſcopus Maguntinus, & Dns CVNRADVS *iunior* Lantgravius hinc inde ſenſerunt cum Guerram haberent adinvicem, talis Compoſitio intervenit: Antiqua compoſitio, ſicut ordinata eſt a Dno SIFRIDO, quondam Archiepiſcopo, & Dno LVDEWICO pie memorie quondam *Lantgravio*, modis omnibus in perpetuum inconvulſa ſervetur. Item opidum *Wolfhagen* conceſſit Dns Archiepiſcopus in feudo Dno *Cunrado* Lantgravio memorato, & concedet heredibus ſuis legitimis, filiabus etiam, filiis non exiſtentibus, poſt mortem ſibi iure hereditario ſucceſſuris. Et ſi idem *Cunradus* rogaverit in vita ſua, ut concedatur fratri ſuo, & filio fratris Opidum memoratum, hoc ei nullatenus denegabit.

Nos GARDIANVS & Conventus *Fratrum* Minorum *Frislarienſium* verba predicta in quodam Privilegio, predictorum Dni Archiepiſcopi, *Cunradi* quondam Lantgravii, ac quondam Magiſtri CVNRADI *de* MARBVRC *Predicatoris verbi* DEI Sigillis ſignato, de verbo ad verbum vidimus contineri. Alios quoque articulos, qui ad comprobationem iuris, quod Archiepiſcopus idem ſuper eodem opido ſibi & Eccleſie Maguntine competere aſſerit, non conducunt, ipſum pri-

privilegium continebat; quos preſentibus apponere ſuperva- caneum arbitramur.

In teſtimonium autem eorum que vidimus, Sigillum noſtrum Litteris preſentibus duximus apponendum.

Datum Anno Domini MCCXLVII, VIII Kal. Aprilis. *25 Mar.*

✿ ✿ ✿

CONRADVS *de* Marburg, *Sanctæ illius Regiæ ſobolis*, ELISABETHÆ Landgraviæ, *Capellanus & conſcientiæ Arbiter, nec non* Hæreticæ pravitatis Inquiſitor *negotio Pacis prælibatæ adhibitus immortalem præ ceteris Mortalibus Seculi XIII memoriam poſt ſe reliquit. Aſt eo cumprimis ex capite* famoſus, *quod Zelo utens nimis indiſcreto, quin imo Muneris ſui poteſtatem omni cum Sævitia exercens; poſtquam longo annorum tractu plures de Plebe, obiecto Hæreſeos crimine flammis voracibus tradidit comburendos, eoque demum Rigoris devenit, ut vindicem manum etiam in Nobiles, ſignanter Comitem* de Seyna *extendere præſumeret; tandem an. 1233, cum e Conventu Imperii Moguntino iter in* Haſſiam *relegiſſet, haud procul* Marburgo *patrio Solo, a quibusdam Militibus* de Dernbach *inopinato ex inſidiis invaſus fuerit, & crudeliter occciſus.*

Vtrum hic extiterit Monachus, nempe Dominicanus, *num* Clericus ſecularis? *de eo Scriptores Neoterici diſcrepant. Ego ſentio cum iis, qui pro ſtatu concludunt* Clericali. *Subſcribens proin Cl.* Ayrmanno, *in ſua de Fratre C. de M. an. 1733 publicata Diſſertatione.*

Licet enim contranitantur alii; certum eſt, ex claſſe Monachorum (non Graduatorum) in Chartis, iſtius & ſequentis ævi, occurrere neminem, niſi prævio nomine Fratris. *Quodſi vero gradu* Magiſtri, *ſive Doctoris inſignitus fuiſſet; ordinarie quidem loco Fratris, nomini baptiſmali præponebatur* Magiſter, *aſt Statu Ordinis*

religioſi cuius Membrum erat, conſtanter adiecto. V. G: Mgr. *Conradus* de *Marburg*, ex Ordine Fratrum Predicatorum, * Seminator (*vel ſi cupis* Predicator) Verbi Dei.

* *Ex Ordine S.* DOMINICI! Nunquam ita.

De huiusmodi autem ſtatu Monaſtico ubi nulla ſit mentio, ſed verbum Magiſtri duntaxat *Nomini præfigitur; nihil inquam certius eſt, ac, quod talis expreſſio deſignet* Clericum ſecularem.

Cum ergo Marburgenſis CONRADUS *ſemper ſemperque audiat* Magiſter, *absque ſubiuncta Ordinis alicuius Monaſtici expreſſione; ac præterea τὸ* Prædicator Verbi Dei *nullam habeat connexitatem cum profeſſione ſacra alicuius Ordinis, vel ſtatus Regularis; verum tantummodo demonſtret munus accidentale* Concionatoris *cui Conradus iſte quaſi ex profeſſo navavit operam; His manifeſtis rationibus perſuaſus, pro ſententia ſuperius adducta iterato indubitanter concludo. Hoc eſt, quod audacter dicam, Auctores veteres,* * *qui monachum* Dominicanum *fuiſſe narrant, deceptos eſſe ex titulo* Prædicatoris, *atque ſic a rei veritate aberraſſe.*

* *Theodericus, Tritheim. &c.*

✿ ✿ ✿

CCXLVI

Inter SIFRIDUM & *Miniſteriales* de Wolfershauſen *Conventiones variæ & pactitata, obiecti Iurisdictionalis, feudalis, caſtrenſis,* Centæ &c. *An.* 1247.

NOS HERMANNUS & HEINRICUS fratres *de Wolfershuſen* cupimus univerſis preſentibus & futuris fieri manife-

niſeſtum, quod Dominus noſter SIFRIDVS Archiepiſcopus Moguntinus reſpectu ſervitiorum noſtrorum que ſibi & Ecclesie ſue preſtitimus, & auctore DEO, ſicut Miniſteriales ſui preſtabimus in futurum, dimiſit nobis Iurisdictiones, que *Cente* vocantur, quibus Patrem noſtrum, cum nos olim per Dn. *Lantgravium* contra iuſtitiam ſpoliatos fuiſſe, probaverimus teſtimonio legalium & bonorum Virorum; & ſpecialiter iurisdictionem ſuper villam *Dyetmelle* que *Oberſte gerichte* vocatur; iure feudi a Se & Maguntina Eccleſia poſſidendas. Ita tamen, quod ſi Archiepiſcopo vel ſuis Succeſſoribus placuerit ipſas a nobis redimere, nos absque difficultate dimittere eas, & reſtituere teneamur pro ea Summa pecunie, quam Dns HEINRICVS *Hildensheimenſis* Electus, ADOLFVS Comes *de Waldecke*, HEIDENRICVS Vicedominus de *Ruſteberg*, & CONRADVS de *Elbene*, vel alii, ad hoc de ſuo & noſtro conſenſu & arbitrio aſſumendi, eorum vice moderandum duxerint, ſeu taxandum.

Inſuper, ut efficacius ei ſervire poſſimus, ſicut & recognoſcimus ex debito nos teneri: in Reſtaurum quoque dampnorum noſtrorum, que nobis & noſtris hominibus in reedificatione caſtri *Heyligenberg* per ſuos homines irrogata fuerunt, dedit nobis CC marcas argenti. Item dedit nobis LXXX marcas nomine caſtrenſis feudi, ut in caſtro *Heyligenberg* ambo faciamus reſidentiam perſonalem, vel ſaltem unus noſtrum: Et is qui non fecerit reſidentiam, dabit & ponet pro ſe Caſtrenſem honeſtum & probum, & in armis militaribus iugiter expeditum, qui in Caſtro deſerviat vice ſua.

Item dedit nobis XX marcas, ut inde paremus nobis in caſtro neceſſarios manſos. Pro his trecentis marcis que ſupra diſtincte ſunt dedit nobis ſecuritatem & certitudinem infraſcriptam; ſcilicet quod pro Ducentis & L marcis obligavit nobis Decimas ſuas in *Kaſſel* & in *Velthagen*, & inſuper omnes Centas quas Sculteti de *Kaſſel* hactenus procurarunt; pro reſiduis autem L marcis, infra feſtum Sci *Martini* proxime perſolvendis, dedit nobis fideiuſſoriam cautionem.

Ceterum poſtquam nobis ſolverit LXXX marcas prefatas, quas debet nobis nomine feudi caſtrenſis, aſſignabimus ei & Eccleſie Moguntine de bonis proprietatis noſtre, ſicut ipſi in Caſtro habebimus, plus minus VIII marcarum Redditus annuatim, & in feudo caſtrenſi habebimus perpetuo bona ipſa. De fida etiam caſtri eiusdem cuſtodia, que *Burgbude* vulgariter appellatur, ſibi preſtitimus iuramentum.

Denique, licet, ſicut predictum eſt, Centas quasdam nobis in feudo conceſſerit, et alias nobis titulo pignoris obligaret; Homines tamen in ipſarum Centarum terminis commorantes, nichilominus tenebuntur venire ad *maius Tribunal Comitatus* HASSIE, ſi ex aliqua cauſa illuc fuerint evocati.

Ego HEINRICVS, quia Sigillum proprium non habeo, ſum contentus ſigillo fratris mei, quo hec Pagina eſt munita. 26 Martii. Datum *Fritzlarie* VII Kal Aprilis, Anno Domini MCCXLVII.

CCXLVII
SIFRIDI,
de tradita Cerdonibus *Moguntinis Curia quadam in Emphyteuſin.*
An. 1247.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Recognoſcimus, & hac noſtra Pagina proteſtamur, quod Dilectis noſtris civibus Cerdonibus Maguntinis, qui *Lober* vulgariter nuncupantur, & ſuis heredibus, Curiam illam quam a RVDOLFO *Waltpoden* comparavimus pro certa pecunie quantitate, in qua etiam Venditores linei panni; ſimiliter cum ſutoribus, qui *Cordewender* dicuntur; pro ſuis locavimus portionibus; hereditario iure contulimus perpetue poſſidendam: Tali conditione annexa, ut ſolvant nobis ex illis eundem Cenſum,

ſum, quem usque nunc ſolvere de antiquis ſuis Stationibus conſueverunt.

Adicimus etiam, ſtatuentes, quod nulli omnino liceat, emere ſeu vendere Corium quod ex ipſorum facultate paratur in aliqua parte vel loco civitatis Maguntine, preterquam in curia predicta, quam ad hoc duximus aſſignandam ſicut ſuperius plenius continetur. Si quis vero repertus fuerit contrarium faciens in emendo ſive vendendo corium, LX ſolidos Maguntinenſis monete Camere noſtre ſolvet.

Vt autem ſuper omnibus que premiſſa ſunt, prenominati cives noſtri & heredes ipſorum perpetuis temporibus ſint muniti, & ut omne ſuper iis dubium conquieſcat, preſentem paginam ſuper eis conſcribi fecimus, & Sigilli noſtri munimine roborari.

Acta ſunt hec *Maguntie*, Anno ab incarnatione Domini MCCXLVII, Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri anno XVII. *1 Apr.* Indictione XIII.

CCXLVIII.

SOPHIA Wildungenſis, *caſtra* WILDVNGEN KESEBERG &c. *iure hereditario ad eam devoluta, aſt per Maritum quondam ſuum iniuſte alienata, recuperando imparem ſe videns, Iura ſua & Actiones* MOGVNTINÆ *cedit Eccleſiæ.*

An. 1247.

[p. 603. *ante n.* 2.]

Reverendo in XPO Patri ac Domino SIFRIDO, Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopo, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, SOPHIA, nata quondam FRIDERICI Comitis *de Wildungen*, relicta BVRCHARDI Burggravii *Magdeburgenſis*, paratum ad omnia ſue poſſibilitatis obſequium.

Licet

Licet olim bone memorie Domino & marito meo Burggravio meum prebuiſſem aſſenſum, & poteſtatem dediſſem vendendi *Wildungen*, *Keſeberg*, ac alia caſtra & opida cum ſuis pertinenciis univerſis, que in partibus *Haſſie* & circa noſcuntur ad me iure hereditario devoluta, quondam Dno Sifrido Archiepiſcopo Moguntino; Idem tunc maritus meus preter meum aſſenſum caſtra & poſſeſſiones predictas de facto, cum de iure non poſſet, vendidit quoquo modo Dno Ludewico, tunc Lantgravio Thuringorum; Qui dum viveret, & poſt eum fratres ſui & nepos ipſa bona contra iuſticiam occuparunt, me contradicente quantumlibet & invita;

Quia igitur predictorum habitatores caſtrorum ſaltem nunc tandem ea ex morte predictorum fratrum & nepotis eorum libera michi reſtituere denegant, ut deberent, nec id poſſim perſonaliter proſequi contra eos; Vobis veſtriſque Succeſſoribus & Eccleſie Moguntine de conſenſu heredum meorum meam cedo ex hac parte, teſtimonio preſentium, Actionem; traducens in vos & veſtram Eccleſiam ius, quod in caſtris & opidis prenotatis ac eorum pertinenciis ad me ſpectat. Teſtes huius rei ſunt:

Adolfus Comes *de Waldecke*. Gotefridus de *Merenberg*, quondam Abbas de *Hyrſewydeh*. Herbortus Subprior de *Heyne*. Fridericus Cappellanus & Scriptor meus. Wernherus de *Steten*, Heinricus *Durre*, & Dudo, Milites mei.

Actum *Fritzlarie* Anno Domini MCCXLVII, *quarto*
2 Apr. Nonas Aprilis.

Continuatio MS.

„Hoc etiam anno (1247. d. 3 Octobris) Willehelmus Dux *Hollandie* in Regem electus eſt. Vir utique pacificus, ac modeſtia & continentia ut dicitur inſignitus.

CCIL

CCIL

Donationis, de qua n. CCXXVIII, Confirmatio à GERLACI Büdingii *Generis & in Territorio ſucceſſoribus.*

An. 1247.

CONRADVS de *Hohenloch*, ROSEMANNVS de *Kempenich*, & ALBERTVS de *Trimperch*. Omnibus preſentem Paginam inſpecturis. Equum eſt & ſalutare, ut hi, qui ſubſidio pollent temporali, Illis pie ſuccurrant propter DEVM, qui pro ſalute ipſorum, Salvatoris clementiam precibus indeſeſſis valent implorare.

Hinc eſt, quod preſenti Scripto cunctorum intuentium noticie declaramus; quod Bona in *Buchen*, que HENRICVS Miles *de Kensheim*, cognomento *Scobelin*, & uxor ſua ALHEIDIS, cum conſenſu & mera voluntate bone recordationis Dni GERLACI de *Budingen* Soceri noſtri, Eccleſie DEI genitricis & score glorioſe Virginis MARIE de *Hegenebe* Ord. Ciſt. pie contulerunt; Nos & heredes noſtri, ut illius Donationis, & perpetue a DEO remunerationis participes eſſe mereamur, ipſam iam dictam donationem libero & pleno conſenſu Eccleſie predicte de *Hegenebe* confirmamus atque ſtabilimus.

Adicientes huic Donationi dimidium manſum, qui inter ipſa prefata bona in *Buchen* ſitus eſt, quem de *Fuldenſi* Eccleſia iure tenemus feodali; niſi forte, quod abſit, propagine liberorum contingat nos orbari, vel noſtram poſteritatem in propagatione ſui Generis ſic deficere, quod ad Fuldenſem eccleſiam ius ſuum redire ſit neceſſe; tunc memorata eccleſia de *Hegenebe* monaſterio Fuldenſi pro nobis teneatur in iure ſuo reſpondere.

Et ut iſta Largitio pateat univerſis, preſentem Cartam Sigillorum noſtrorum appenſione decrevimus roborare.

Actum Anno gratie MCCXLVII, menſe Novembri.

Notes: *Iſtius loci, fors Terræ* (Buchen) *Condominos, cum* Büdingiis *fuiſſe Dynaſtas* de Breuberg. *Adſunt enim conſimiles Litteræ, a* CONRADO *dicto* Reiz *de* Bruberg, an. 1245 *editæ, in quibus ſe ad conſenſum patris ſui, fratrisque,* EBERHARDI, *Donationi huic præſtitum refert.*

Annus qui XLVII. excipit, circa Diplomata noſtra cum ſit ſterilis, eapropter beneſica MS. ope pergendum.

„Hoc etiam anno (1248) X Kal. Septembris, Maguntinus Archiepiſcopus *Erbipoli* predicans, plures ſuper ſancte Fidei invaſores Cruce ſignavit. Pronuncians ibidem, quod FRIDERICVS, quondam Imperator, in Longobardia quendam religioſum Pontificem tam ignominioſe atque crudeliter caude Caballi alligari precepe„rit, ut eiusdem iumenti ſtercora ipſius ori inciderent, vel incidere potuiſſent; ſicque miſerabiliter diſtractum ſuſpendio interire mandavit. Cuius corpus dum quidam Minorum Ordinis Fratres ſepulture, ſicut dicitur, tradidiſſent, eosdem Tyrannus ille confeſtim vivos ſepeliri demandavit.

CCL

Particula genealogica ad Stemma Dynaſtarum Haſſiæ *veterum de* ITTER.

An. 124..

Ego GODEFRIDVS de *Hapsfeld* tenore preſentium proteſtor, quod Manſum quendam, ad territorium ville *Bozebach* pertinentem, unde Cenſus quatuor *gravium Solidorum* ſolvitur annuatim, quem a pie recordationis Dno CVNRADO de *Ittre* Socero meo pro concambio cuiusdam manſi in *Herretshuſen*, quem ego apud Conſanguineum meum Dn. EBERHARDVM de *Gaſtervelt* pro quadam pecunie quantitate compara-

paraveram, ſum adeptus; Coniuge mea p. m. IVTTA, eiusdem *Cunradi* filia defuncta, pro remedio anime ipſius & mee, Eccleſie *Sce* MARIE perpetue Virginis in *Hegenebes* Ord. Ciſt. contuli, iure proprietatis in perpetuum poſſidendum; predicto Dno. CVNRADO ſocero meo aſtante, & Donationi manum, ut eo foret ſollennior, apponente.

Proceſſu vero temporis manſum prefatum in *Herretshuſen*, quem eidem per concambium dederam ut eſt dictum, una cum Prepoſito de *Keſtelberg* . . . denuo comparavi; bonis ceteris que in eadem villa pariter poſſedimus, permiſcendo.

Et ne Conventus de *Hegenebes* a ſucceſſoribus ſepedicti Dni *Cunradi* de *Ittre*, vel a meis, rei ſeriem ignorantibus, ſuper hac tam legitima mea donatione inpoſterum contradictionem ſentiat aut gravamen, ſcripture ſtudui commendare. Rogando Fratrem WERNHERVM Domus Sci *Iohannis* Iheroſolimitani, quondam Comitem in *Battenburg*, * ut preſentem paginam Sigillo ſuo, quia proprium non habui, ſigillaret.

* n. CCXXI p. 546, & p. 549.

CCLI
SIFRIDI

Actus quem in hac vita peregit, præſentique Diplomate obfirmavit, ultimus. Seu, Donatio eccleſiarum parochialium in Hentſchuchſeim *&* Bensheim, *erga Capitulum Metropolitanum.*

An. 1249.

SIFRIDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in XPO Decano totique Capitulo Maguntino ſalutem in Domino.

 Cum

Cum ex eo, quod in negotio Eccleſie nobis devote & fideliter adheſiſtis, Prebendarum veſtrarum ſint Redditus imminuti; Vt ſaltem aliqua reſtauratio dampnorum univerſitati veſtre, nobis opitulantibus valeat provenire, qui ex compaſſione paterna veſtris iacturis non inmerito condolemus; duas Parrochiales eccleſias, *Henſchuesheim* Wormacienſis: & *Bensheim* noſtre, Diioceſum, quarum collatio ad nos ſpectat, cum omni iure & pertinentiis earumdem, vobis conferimus in perpetuum obtinendas; ita quod Proventus, illius que iam vacat, videlicet *Henſuesheim*, incontinenti: & alterius, cum primum vacaverit, communibus veſtris uſibus libere applicetis. Ordinata tamen, & Statuta certa & conpetenti de utraque eccleſia primitus portione, que Vicariis perpetuis ibi DEO pro tempore ſervituris, & per Vos inſtituendis, perpetuo aſſignetur. De proventibus autem eccleſiarum ipſarum, largum & honeſtum Memoriale per veſtram prudentiam petimus, & volumus ordinari, quod in Anniverſarii noſtri die annis ſingulis preſentibus tribuatur.

Vt autem hec Collatio perpetuam obtineat firmitatem, damus vobis ſuper ea preſens Scriptum, Sigilli noſtri munimine roboratum. Teſtes autem collationis ipſius ſunt:

Magiſter IOHANNES Decanus, & Mgr LVDEWICVS, maioris Eccleſie: Mgr GERVNGVS, Medicus, Sci *Petri:* FRIDERICVS Scriptor noſter, Sci *Stephani* Canonici *Maguntie.* Et Fr. BARTHOLOMEVS de Ordine *Minorum* Fratrum.

7 *Mart.* Datum *Pinguie* Nonis Martii. Anno Domini MCCXLVIIII. Pontificatus noſtri XVIIII.

✿ ✿ ✿

Prænominati Teſtes, tanquam Perſonæ privatæ, & in paucis familiares, Occupationi Archipræſulis noſtri, SIFRIDI, *iamiam cum Morte luctantis, adhibiti, ſpecia-*

cia-

Digitized by Google

ciatim annotari merentur. Veluti a) Magiſter GERVNGVS, b) Frater BARTHOLOMÆVS: quorum alter Corporis, alter Animæ ſalutem in curis habuit. Scriptor c) FRIDERICVS, officio Secretariorum intimorum, qui lateri Dominorum ſuorum ubivis adhærere ſolent, fungebatur, & prælaudatam procul dubio Donationem litteris mandabat.

Decanus maioris Eccleſiæ d) IOANNES, una cum e) LVDOVICO Canonico, ad pium Sifridi præmeditatum opus promovendum, effectuique dandum, vel accerſiti, vel motu proprio, comparuerunt.

Inter cunctos hos, LVDOVICVS ſibi conciliare pridem norat gratiam, amoremque Principis SIFRIDI: Cuius potenti patrocinio in Eccleſia Metropolitana Canonicatum adeptus, ad honores gradum ſibi fecit altiores.

LVDOVICI huius Cognomen gentilitium, oblivione delevit temporum antiquitas. Patriam tamen, quæ fuit Colonia Agrippina, tot inter Chartas, mentionem ipſius facientes, nobis ſervavit ſaltim Vnica, de an. 1257, dum Vicariam fundaret in Æde metrop. ſub titulo S. Victoris; ubi quippe ſe ſcribit: Ludevicus de COLONIA Scolaſticus Maguntinus. Imitatus hac in re uſitatum iſtius ſeculi morem, quo, Civico genere, utut honeſtiſſimo, ſati, Cognomen occultare atque ſupprimere ſolebant; Baptismali Locum illum, in quo vitalem hauſerant lucem, immediate ſubiiciendo.

Econtra Status eccleſiaſtici Nobiles, nativitatis ſuæ nec urbem, caſtrum &c. in ipſorum editione Nominum unquam appoſuerunt. Sed, aut Familiæ nomen annexerunt Luſtrali, aut hoc ſolum expreſſerunt; maxime poſtquam evecti iam fuiſſent ad dignitates & Prælaturas.

 Cano-

Digitized by Google

Canonicos Metropolitanæ Mog (*quod vel obiter moneam) a cunctis retro ſeculis præclaro ſanguine cretos fuiſſe, certo eſt certius. Subinde tantum obſcuris natalibus orti irrepſere; idque potiſſimum proviſione Pontificia. Quos utpote multum inviſos, vulgo* Intruſos *vocabant.*

Redeo ad LVDOVICVM *noſtrum: de cuius naſcendi ſorte valde mediocri, non minus de intimæ Dilectionis vinculo, quo idem ille,* SIFRIDO *Archipræſuli coniunctus erat; teſtimonio eſſe poteſt Charta ipſius* Ludovici, *ſub n. CCLVIII conſpicua, vi cuius idem, ceu Præpoſitus* S. Victoris *& Archidiaconus per Stratam Montanam,* Bensheimenſis *eccleſiæ collationem a* Sifrido *factam, aſſenſu firmavit ſuo, & ratam habuit. Animum hoc modo atque affectum, erga Benefactorem defunctum ſingulari gratitudinis nota & ſymbolo prodens, efficaciterque demonſtrans.*

Ceterum LVDOVICI *noſtri frequens ad Dignitates promotio, iuxta ac notabilis ante obitum ſtatus mutatio, hac ſerie contigit: Qua* Canonicus Metrop. *prima vice ſe exhibet Anno 1244. In* Præpoſitum *D.* Victoris *electus an. 1249, in maiorem* Scholaſticum *1252, Anno 1260 in* Decanum; *Tandem vero hiſce Dignitatibus, raro exemplo depoſitis ac dimiſſis, an. 1267 feria II poſt Remigii,* Ordinem Fratrum Minorum *Moguntiæ ingreſſus eſt.*

Datum Sifridini *diplomatis ſunt* Nonæ Martiæ. *Supervixit autem, dies duntaxat binos. Mortalitatem, poſt Regimen annorum XVIII viciſſitudine varia tranſactum, exuens die menſis eiusdem nona. Quoſuper audire præſtat Compilatorem* MS. Bibliothecæ metrop. *ſæpius adductum:*

„Anno MCCXLIX SIFRIDVS Maguntinus Archie-„piſcopus, poſtquam per univerſam Dioceſim ſuam „omnes Prepoſituras, ac meliores Parrochiales vacan-„tes

„tes auctoritate Dni Pape per biennium ſibi uſurpan„do recepiſſet; dictus Papa, non his contentus, ap„poſuit adhuc ipſum ſublimare, ac Legatum Germa„nie conſtituere. Sed terribilis DEVS in conſiliis „ſuper filios hominum: Cuius Iudicia abyſſus multa; „Qui humilem reſpicit, & alta a longe cognoſcit, hu„ius immenſe Dignitatis gloriam intercidit.

„Nam cum eſſet in Expeditione cum Rege, ante „curtem Regiam *Ingelnheim* dictam, cepit infirmari, „venitque *Pinguiam*; ubi VII Idus Marcii diem clauſit „extremum. * Cui CRISTANVS maior Prepoſitus „Maguntinus ſucceſſit. **

„Hoc etiam Anno in die Palmarum ſupradicta Re„galis curia a Rege WILHELMO viriliter expugna„ta eſt.

* *Necrologium ad VII Idus Mart. de eo ſic:* „Θ SIFRI„DVS Iunior, Archiepiſcopus Mogunt qui contulit „Eccleſie noſtre Cenſus de areis apothecarum ante no„ſtrum Monaſterium. —— Item contulit nobis duas „eccleſias, *Bensheim* & *Henſchuesheim*.

** *V. ſupra p. 476. Not.*

Ac ſane vix capi, nec excogitabilis reddi poteſt ratio, quare nulla prorſus Stemmatis gentilitii mentio uspiam fiat in tam excelſi faſtigii Principe Electore, illo in primis tempore, quo aliorum Ordinis Eccleſiaſtici Principum, haud intruſorum, familias annotare, uſitatiſſimum iam fuerat.

Præterea, licet ſeculo XIII procedente, in more poſitum eſſet, Canonicis, (ſimpliciter talibus) Chartis ſua adſcribere cognomina; noſter tamen CHRISTIANVS, *ne una quidem vice, ſub Canonici titulo occurrit; ſed primus demum in conſpectum venit, cum honorofica pridem fulgeret Prælatura.* [Eiusmodi Prælaturis ſemel obtentis, nomen Stemmaticum quaſi abiiciebatur.] *Eundem vero tempeſtive admodum, virtute ac meritis ſuis penetraſſe ad iſtum bono-*

honoris gradum, vel inde cognoſcitur, quod ante an. 1210 S. VICTORIS *Præpoſitura iam fuerat auctus.* *

* T. II. p. 613 *Catalogo eorum.*

In antiquiſſimis Syllabis, quorum complures noſmet ipſi tractavimus, gentilitia ſingulorum Archipræſulum Mogg. Nomina, inde ab Arnoldi *tempore, expreſſa deprehendimus, excepto ſolo noſtro* CHRISTIANO, *in cuius gente adducenda vel alleganda deficiunt omnes, eandemque ſilentio prætermittunt. Sed cave, ne argumentum, ad obſcuros* Chriſtiani *natales inde depromas; Eos quippe haud fuiſſe inclaros, vel ſolum hoc comprobat, quod* Wernherus *de* BOLAND, *magnæ ac veteris proſapiæ Dynaſta*, Chriſtianum, *ſuum appellat* Cognatum. *T. II. p.* 596.

Ex familia igitur Dynaſtis vel æquali, vel minimum dignitate haud impari fulgente, ortum fuiſſe oportet CHRISTIANVM, *quâ, Cognationis vinculo præfatum* de Boland *attigit; quandoquidem cum inferioris gradus perſonis matrimonia contrahere, mores Priſcorum haud ſinebant.*

CCLII

CHRISTIANI II.

Exemptio Vniverſitatis in HAGEN *a Iure & onere Advocatorum.*

An. 1249.

[p. 606. n. 10.]

CRISTIANVS DEI gratia Conſecratus in Archiepiſcopum Moguntinum Dilectis fidelibus ſuis, Vniverſitati in *Hagene* apud *Aſchaffinburg*, gratiam ſuam & omne bonum.

Tam

Tam Perſonas veſtras, quam villam *Hagene* quam inhabitatis, proſequentes ſpeciali gratia & favore, ut ampliore poſſitis pace & tranquillitate gaudere; ab omni iure & onere Advocatorum vos duximus eximendos. Nolentes, ut cuipiam de cetero, niſi Nobis, ſuper aliquo iure quod Advocatis conſuevit exſolvi, debeatis aliqualiter reſpondere.

Preterea volumus vos omni iure & libertate gaudere, quam Burgenſes noſtri in *Aſchaffinburg* habere noſcuntur; ſive quam apud Predeceſſores noſtros a temporibus quondam Dni CONRADI Archiepiſcopi Mag. noſcimini habuiſſe.

In cuius facti memoriam damus vobis has Litteras, Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum *Aſchaffinburg* Kal. Novembris. Anno Domini MCCXLIX. *1 Nov.*

CCLIII

Littere Reverſales aſſumptorum Caſtrenſium apud AMENEBVRG.

An. 1249.

[p. 605. n. 9.]

NOS CRAFTO de *Schweinsberg*, & LVDEWICVS Advocatus, dictus *de Marburg*, notum eſſe volumus univerſis; *ex Autographo.* Quod, cum Venerabilis Dominus noſter CRISTIANVS, conſecratus in Archiepiſcopum Maguntinum, nos in ſuos Caſtrenſes apud *Ameneburg* duxerit aſſumendos, & promiſerit nos non deſerere pro quocunque homine, ſed nos in noſtra iuſticia conſervare, ſicut in ipſius Litteris ſuper hoc confectis plenius continetur;

Nos eidem promiſimus vice verſa, fide data, & corporale preſtitimus iuramentum, quod Sibi & Eccleſie Maguntine contra Hominem quemlibet ſerviemus; de parte mei *Craftonis*, Dno Abbate *Fuldenſis* monaſterii, eo quod eius ſum Miniſterialis, dumtaxat excepto. Et promiſimus nichilominus

Digitized by Google

bona fide, quod ab ipſius ſervicio nullatenus recedemus, niſi de ſua voluntate & licentia ſpeciali. Hec promiſimus, preſent.

Dno Symone *Durlonenſe*, & Dno Eberhardo, *Frislarienſis* Eccleſiarum Prepoſitis.
Hermanno de *Wolvirshuſen.*
Helfrico Sculteto *Maguntino.*
Friderico de *Warthemberg*,
& Friderico Clerico, nato ſuo.
Giselberto de *Birgeſtad.*
Ludewico de *Linſingen.*
Henrico de *Erlebach*, Pincerna.
Cunrado Marſchalco ipſius Domini noſtri Archiepiſcopi, & aliis quam pluribus.

In cuius facti teſtimonium & cautelam, prefati Dni noſtri, & mei *Craftonis* ac dicti *Frislarienſis* Prepoſiti, quod ego Ludewicus pro me petivi apponi, Sigilla preſentibus ſunt appenſa.

4 *Xbr.* Datum apud *Ameneburg* II Nonas Decembris. Anno Domini MCCXLIX.

* * *

Sigilli Epiſcopalis inſcriptio: + CRISTIANVS DEI GRA CONSECRATVS IN ARCHIEPVM MAGVNT.

Craftonis *illud, eundem Typum refert, quo* Schenckii *de* Schweinsburg *adhuc hodie utuntur; gradientem ſcilicet ſupra rhombos Leonem.*

Contin.

Digitized by Google

Contin. MS. Bibl. Metrop.

„Anno (1249) CRISTANVS Moguntinus Archiepi-„ſcopus, in vigilia Nativitatis Domini *Erphordiam* veni-„ens, honorifice a Clero ſuſceptus eſt. Et a Civibus, in „eccleſiis S. *Petri* & S. *Severi*; & in eccleſia *bte Virginis*, „per LAMBERTVM eiusdem eccl. Prepoſitum. * Cui „Clerus Erphordenſis, ac tocius Prepoſiture, fecerat O-„bedientiam. Quem, preterito anno defuncto *Sifrido* „Maguntino, Dns Papa inveſtiverat Beneficio. Tandem „huiusmodi controverſia ſopita, dictus Preſul, HEINRI-„CVM S. Petri Abbatem, iam valetudinarium, abſolvit. „VOLMARVM, eiusdem Eccleſie quondam Monachum, „ſed nunc *Burſveldenſem*, ſubrogans eidem.

* *fuit is Com.* de Gleicheu.

CCLIV

CONRADVS *quondam Converſus* Haynenſis, *ſubſcribit pœnæ Mortis, eidem, in vexæ ulterioris caſum, dictandæ a Sculteto & Civibus* de GRÜNBERG. *An.* 1250.

IOHANNES Scultetus de *Grunenberg*. Vniverſis ad quos preſens pagina pervenerit innoteſcat, quod CVNRADVS cecus, quondam Converſus in *Hegenebes*, Ciſt. Ord. abrenuntiavit omni iuri, quod ſibi ſuper hereditate parentum ſuorum quocunque modo ad Eccleſiam predictam competere videbatur; caſſata omni conditione que inter ipſum & Cenobium prefatum ſepius eſt formata. Ita ſane, quod Conventus de *Hegenebes*, ſolutis pro eo duobus Talentis, marcam & dimidiam exolvet eidem; relicta ſibi hereditate XV agrorum, quam ſui parentes, ab antiquo, de *Werberg* cenobio habuerunt.

 Cun-

Digitized by Google

Cunrado iam dicto, ſi Eccleſiam predictam deinceps verbo vel facto gravare preſumpſerit, adeo, quod in ipſum aliquam habeant Actionem, Mortis in ſe ſententia acceptata, quam Sculterus & Cives de *Grunenberg* dictaverint in eundem.

Actum in *Grunenberg* Anno Domini MCCL, Octava S. *Stephani*. Huius rei Teſtes ſunt

Dns CRAFTO de *Vffleiden*. MENGOTVS & MENGOTVS fratres, dicti *Aurei*. MENGOTVS *Gimbo*, & GISO frater ſuus: Milites. SIBERTVS. HEINRICVS dictus *de Saſſen*. VOLPERTVS de *Lindenſtrut*. ARNOLDVS de *Quecborn*. ROPERTVS *Lobach*: Scabini, & alii quam plures.

CCLV

Quod curia de LAPIDE *poſſit altius edificari.* *An.* 1250.

CRISTIANVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius: Vniverſis has litteras viſuris ſalutem in Domino.

Atteſtatione preſentium recognoſcimus, quod cum EBERHARDVS de *Lapide*, Domum curie ſue, quam edificare de novo inceperat; et lacius extenderet & altius elevare quam deberet, et, quam noſtre Curie proſpectui expediret; Noſque ob hoc feciſſemus eum ab edificando, publice ac debite prohiberi; Tandem idem in noſtra preſentia conſtitutus recognovit, quod curiam eandem, cum edificio nove domus diſpoſuerat in animo ſuo relinquere Capitulo Maguntino poſt obitum ſuum, ad faciendum de illa memoriale perpetuum. Cumque in noſtra & multorum de Capitulo preſentia fideliter promiſiſſet, quod curiam preſcriptam totam poſt mortem ſuam relinqueret ipſi Capitulo abſolute, de illa memoriale anime ſue perpetuum habiturus; & quod ipſam curiam

Digitized by Google

curiam nulli perſone donaret, venderet, vel legaret, aut etiam obligaret; niſi ex caſu inopinato & notorio in tantam paupertatem vel neceſſitatem incideret, quod ipſam curiam eum obligare vel vendere oporteret; Nos ob pium eius propoſitum, ac voluntatem Capituli noſtri ac preces eiusdem, cui de facili aliquid negare non poſſumus, dicto *Eberhardo* licentiam dedimus, ſuum edificium conſummandi. Teſtes:

IOHANNES Decanus. SIFRIDVS Cuſtos.
FOLRADVS Scolaſticus. *S.* Archipresbiter.
LVDEVICVS S. *Victoris* Prepoſitus.
SYMON Prepoſitus *Dorlonenſis.*

Actum anno Domini MCCL, VII Kal. Octobris. Pontificatus noſtri anno Secundo. *25 Nov.*

CCLVI
EIVSDEM.

Qualiter DECANVS *maior in publicis Stationibus punire habeat abſentes.*
An. 1251.

NOS CRISTIANVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius: Ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, quod inter Dilectos in XPO, Decanum & Capitulum maioris Eccleſie, ac Prelatos & Canonicos aliarum Eccleſiarum Magunt. ea occaſione Diſſenſione ſuborta, quod Decanus maior, Sci PETRI & S. STEPHANI Decanis mandaverat, ut quosdam de ſuis Concanonicis incarcerarent, nec eosdem eximerent absque ſuo beneplacito voluntatis pro eo, quod iidem Canonici in quadam Statione publica, Chorum exeuntes, Miſſe ſe ſollempniis ſubtraxerunt; Prelatis & Canonicis memoratis non

Digitized by Google

recognoſcentibus Decano maiori auctoritatem talia puniendi, aut tales vel conſimiles penas infligendas per Decanos Suos, vel alios, demandandi; Econtra aſſerente Decano maiore, quod non tam ex conſuetudine antiqua & approbata, quam ex recognitione & declaratione aliquorum Predeceſſorum noſtrorum, hec & ſimilia facere poterat, & debeat;

Nos attendentes, quod conventus, Proceſſiones & Stationes, quas obſervare & facere conſueverunt eccleſie Maguntine, ob divine reverentiam Maieſtatis ac cauſa honeſtatis ſeu pietatis, nec non commoditatis publice, a Sanctis Patribus ſunt inducte; ac cupientes divini Nominis cultum noſtris temporibus non minui, ſed augeri; pariterque dolentes, in ſubditis noſtris, in qnorum quiete quieſcimus & fovemur in pace, materiam ſcandali & diſcordie ſuboriri; omnibus eccleſiis generaliter ad noſtri preſentiam convocatis, pro diſcordia huiusmodi ſopienda temptavimus ſollicite, ex officii noſtri debito interponere partes noſtras.

Tandem poſt altercationes, conſilia, & tractatus habitos hinc inde, Decanus maior, cum Capitulo ſuo: ac Decani & Prelati aliarum eccleſiarum cum eorum Capitulis, ad huiusmodi diſcordiam ſopiendam ſe noſtro arbitrio, ſive iudicio ſimpliciter ſubmiſerunt. Firmiter promittentes, ſe irrefragabiliter perpetuis temporibus ſervaturos, quicquid circa premiſſa duceremus inter Eccleſias ordinandum.

Quamquam autem conſuetudo antiqua quorundam Predeceſſorum noſtrorum, & recognitio per Litteras *ſuas* facta; ac proprie & indubitate noticie certitudo, quam nobis & dierum prolixitas & Decanatus maioris regimen quod gesſimus certi exercitii experimento reliquit; cum non ſolum, quid nos ipſi in Decanatus officio, ſed &, quid quidam predeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum circa correctionem talium egerint, memoriter teneamus, ſufficienter informent; animi tamen noſtri motum, ad diſſenſionem huiusmodi congrue decidendam ex domeſtica duntaxat noticia

cia & ductu proprie voluntatis, procedere vitavimus in hoc facto.

Sed ut facilius ferretur ab omnibus, & a cunctis firmius ſervaretur, quod de conſilio aliquorum ex Omnibus, per nos contingeret ordinari; aſſumptis ad conſilium noſtrum, de Maiori, & de aliis Eccleſiis quibusdam Perſonis, quas & eccleſiaſtice diſcipline & communis concordie preſumpſimus Zelatores, & cum eis habito ſuper his tractatu diligenti, Diſſenſionem predictam taliter duximus decidendam.

Diffinimus, & irrefragabili ordinatione ſtatuimus, quod ſi in Proceſſionibus, aut divino officio Stationum conſuetarum, ſeu Exequiis funerum, aliquis de Secundariis eccleſiis communiter abſens fuerit; vel, ſi *Decanus*, vel *Prelatorum inferiorum* aliquis defuerit; per DECANVM *Maguntinum*, nobis abſentibus, abſentia huiusmodi, equitatis adhibito moderamine puniatur, niſi ſubſit talis abſentie iuſta cauſa. Sin autem ex *Canonicis* aliquem, vel aliquos, modo predicto abeſſe contigerit; ad Denuntiationem Decani maioris, ſeu etiam Proprii motu Decani, per ſuum Decanum: vel ſi Decanus abſens fuerit, per ſuperiorem proxime illius eccleſie Prelatum ibi preſentem, absque detrectatione & tergiverſatione qualibet, Carcer infligatur eisdem. Et ſi forte Decanus aut Prelatus predicti ad requiſitionem Decani maioris in eo reperti fuerint negligentes; Ipſi, Decanus ſeu Prelatus, Decani maioris correctioni ſubiaceant in hoc caſu.

Quod ſi Decanus, vel Capitulum eccleſie alicuius, aliquibus ſuis Canonicis licentiam dederit equitandi, vel *minuendi*,* aut eos debilitate ſeu alio canonico impedimento cognoverit laborare; et ſuper eo ipſe Decanus, vel alter eius Concanonicus fide dignus, teſtimonium ſic abſentibus duxerint perhibendum; cum Tales culpa non teneat, a pena ſimiliter ſint immunes. Captione omni & fraude hinc inde penitus relegatis: Vt nichil amor vel odium vendicet; ſed ad honorem DEI, & decus eccleſiaſtice diſcipline, Prelatorum & ſubditorum intentio ſimul referatur.

*vera lectio.

Ple-

* idem ac Capellanus.

Plebanorum vero, & *Capellariorum* * abſentia, ad requiſitionem Decani per Prepoſitum maiorem, ſi in conventu Eccleſiarum, vel Civitate preſens fuerit, puniatur; alioquin Decani maioris correctioni ſubiaceant in hoc caſu.

In huius autem noſtre ordinationis ſeu diffinitionis eternam memoriam & perpetuam firmitatem, preſentem cedulam noſtri Sigilli munimine, ac prefatorum Capituli & Decani maioris Eccleſie ceterarumque eccleſiarum Maguntinarum ſigillis duximus roborandam.

Actum *Maguntie*, Anno Domini MCCLI.

CCLVII
EIVSDEM,
in augmentum Præbendarum maioris Eccleſiæ pia liberalitas.
An. 1251.

[p. 605. n. 5.]

ex Autographo.

CRISTIANVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Tenore preſentium recognoſcimus, & ad univerſorum notitiam cupimus pervenire; quod cum olim eſſemus in minori, videlicet *Decanatus* Maguntini officio conſtituti, penſatis diverſis beneficiis nobis impenſis ab Eccleſia Maguntina, que nos *ab annis Adoleſcentie noſtre tamquam Mater pia delicatis alimoniis enutrivit*, retributione aliquantula recompenſare huiusmodi beneficia cupientes; dilectis in XPO Prelatis & Capitulo ipſius Eccleſie, ad emendationem Prebendarum ſuarum, pia liberalitate propter DEVM, & ob reverentiam *bti* MARTINI Patroni noſtri, Bona noſtra nobis proprietatis titulo attinentia, videlicet quinquaginta & ſeptem iugera & aream unam, & unum iugerum & dimidium vinearum in *Erbenheim*, item duos Manſos & ſilvam & pratum &

& aream in *Brekenheim* ſita, ſuper altare Capelle *bti* NICOLAI, eccleſie noſtre contigue, abſolute contulimus & preciſe.

Deinde cum eſſemus Domino opitulante in Archiepiſcopatus noſtri Kathedra ſublimati, bona eadem per *Mundiburdum* noſtrum, HELFERICVM Sculcetum *Maguntinum*, in diſtrictu eiusdem Comicie, quod *Grafſcaf* dicitur in vulgari, Scabinis & Villanis earumdem villarum preſentibus, cum ſollempnitate Iuris, & *Bannis* iuxta conſwetudinem eorumdem, conferri fecimus nomine noſtro dicte Eccleſie Maguntine, ſub eodem proprietatis titulo in perpetuum poſſidenda.

Vt autem hec noſtra Collatio robur obtineat perpetue firmitatis, preſentem Litteram Sigillo noſtro duximus muniendam. Sub teſtimonio Teſtium ſubſcriptorum, quorum nomina ſunt hec:

WERNHERVS * Prepoſitus. IOHANNES Decanus. SIFRIDVS de *Aldenberg* Cuſtos. VOLRADVS Scolaſticus. Magiſter LVDEWICVS Prepoſitus Sci *Victoris*. GERHARDVS Archipresbiter. GISELBERTVS de *Rimberg*, & SYMON, *Dorlocenſis* eccleſie Prepoſitus; ac quam plures alii Canonici maioris Eccleſie. Et HELFRICVS dictus *Iudeus*, Sculcetus Maguntinus.

* de Eppenſtein.

Sunt autem hec nomina Scabinorum qui intererant collatione predicte:

CONRADVS *Rufus*. CONRADVS dictus *Hogheimer*, & CONRADVS Sculcetus de *Erbenheim*: CONRADVS de *Igeſtat*, & ENGILBERTVS molendinarius de *Brekenheim*, & quam plures alii fide digni.

Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLI Idus Maii. Pontificatus noſtri anno Secundo. 15 Maii.

Digitized by Google

✿ ✿ ✿

Sedenim haud diu bonus CHRISTIANVS *Cathedram Moguntinam tenuit: utpote hoc ipſo anno, ſive Regiminis ſui II°, aut tertio intrante, ab ea decedens. An motu ſpontaneo, num coacto, Scriptores variant.* Sifridus *Presbyter, aliique depoſitum dicunt, & exauctoratum.*

Epiſcopus C. vero in Chronico veteri, *ex quo in vita* HENRICI, ARNOLDI &c. *non pauca dedimus, [cuiusque Chronici* Chriſtianus *ipſe Noſter, præſumptivus Auctor eſt] rerum cum eo peractarum Initia,* a) *& Finem,* b) *his reddit verbis:*

a) —— —— „Conſedere rurſum fratres Eccle„ſiæ Maguntinenſis; eligunt ſuum Præpoſitum nomine „CHRISTIANVM, qui a cunabilis fuerat in ipſa Eccleſia „enutritus. Eadem die eſt a Legato, qui tunc erat præ„ſens, confirmatus, & a Rege regalibus inveſtitus, die Pe„tri & Pauli *&c.*

„Omnes religioſi, & qui Deum præ oculis habere cre„debantur, ſuper huius hominis promotione gaudebant, „ſperantes pacem rebus dari, maxime quia idem bellicis „rebus non fuerat aſſuetus; etiam qui negotio fuerant „inimici, congratulantur ei.

b) „Sed non ſtetit diu in Epiſcopatu: accuſatur enim „apud Papam, quod omnino inutilis eſſet Eccleſiæ, & quod „evocatus ad Expeditiones Regis invitus veniret. Hoc „autem verum erat, eo quod fierent incendia, ſectiones „vinearum, devaſtationes ſegetum. Dicebat etenim, „nequaquam decere talia Sacerdotem: Sed quicquid de„beret per Gladium ſpiritus, quod eſt Verbum DEI, „omnimode ſe promtum aſſerebat & voluntarium ſervi„torem. Cumque eius Predeceſſorum ſequi veſtigia mo„neretur, reſpondit: ſcriptum eſt, *Mitte gladium in vagi„nam.* Ob hoc in odium Regis & multorum incidit Lai„corum, qui omnes eum accuſantes, apud Papam obti„nuerunt, eum ab Epiſcopatu ſubmoveri. Ceſſit ergo, „Anno Domini MCCLI.

„Sub-

Digitized by Google

„Subſtitutus eſt autem ab eodem Legato Adoleſcens „ſubdiaconus, GERHARDVS nomine, filius Comitis *Con-„radi*, qui dicebatur *Sylveſter comes.* &c.

Audire pariter iuvabit Anonymum in Cod. MS. Metr.

„Hoc anno (1251) Dns Papa, comperta FRIDERICI „quondam Imperatoris morte, de Regni negotiis diligen-„ter deliberans, quendam HVGONEM Cardinalem, Or-„dinis Fratrum Predicatorum de ſuo Latere legatum miſit „in Alamaniam ad WILHELMI Regis confirmationem. „Qui veniens *Maguntiam*, eiusdem Eccleſie Preſulem „CRISTANVM, ceſſionem a Papa noviter petentem de-„poſuit: Aſſignans eidem per totam Maguntinam Dio-„ceſim unam in qualibet eccleſia Conventuali Prebendam. „Subrogando nichilominus ipſi GERHARDVM, Silveſtris „comitis filium.

CHRISTIANVS, *poſt amotionem ſuam quorſum devenerit, vel ubi terrarum deſierit vivere, quia Scriptores ad unum omnes ſilent; grates Anonymo noſtro debentur immenſæ, quod rem tam plane memorabilem, iuxta ac mirandam, ex oblivionis caligine nobis reſtituat. Nimirum:*

„Hoc etiam Anno XPIANVS Maguntinus Archiepi-„ſcopus Hoſpitaliorum Ordini ſe tradidit„ *Et nonnullis „interiectis:* „Hoc (*eodem*) Anno *Xpianus*, Maguntinus „quondam Epiſcopus, *Pariſius* defunctus eſt, ac in domo „Hoſpitaliorum ſepultus. [*Omnia hæc eodem an.* 1251.]

Atque ſic attingimus tempora GERHARDI I.

CCLVIII
LUDOVICI,
ad S. Victorem *Præpoſiti*, *conſenſus Archidiaconalis in Donationem Parochiæ* BENSHEIM, *de qua n.* CCLI. *An.* 1251.

Reverendis, ac Dilectis in Xpo Dominis & Confratribus ſuis, WERNHERO Prepoſito, IOHANNI Decano, totique Capitulo Maguntino Magiſter LODEWICUS Prepoſitus eccleſie S. *Victoris* Maguntie, eorum Concanonicus, ad quelibet obſequia cor & fidem.

Originis debitum naturale, que Me, licet extremum & ultimum, poſuit in ſorte & numero familiæ Eccleſie Maguntine; ac veſtre nichilominus gratie immenſa dignatio, qua me humilem & indignum ex humiliori remotiorum loco membrorum in faſtigium & decus Capitis transferentes, & in veſtrum iam dudum Collegium collegiſtis; ſic Cor meum vincunt hinc inde, ut inter alia hoc quaſi primum & unicum in mea iugiter intentione verſetur; qualiter commodis & profectibus tante Matris, ac Veſtris, qui, ut pro Vobis, & Illa, aliqua facere valeam, aliqualem me efficere voluiſtis, me totum ſemper impendam; ſicque iure rependam; quicquid gratuitorum michi gratia contulit, & naturalium Natura donavit.

Igitur, cum recolende memorie amantiſſimus Dominus meus, mei humilis poſt DEUM precipuus exaltator Dns SIFRIDUS, olim Archiepiſcopus noſter, eccleſiam Parrochialem in *Bensheim*, mei Archidiaconatus, ad ſuam collationem ſpectantem, in augmentum Prebendarum veſtrarum, Dno IOHANNE Decano noſtro & me hoc promoventibus, *nobisque Eidem aſtantibus*, Vobis & veſtris ſucceſſoribus cum multa devotione liberaliter duxerit conferendam; Ego, ob tanti

&

& tam Dilecti michi reverentiam Collatoris; ac veſtram etiam caritatem, Collationem ipſam gratam & ratam habeo, ac in eam conſentio, preſentium teſtimonio litterarum, Sigilli mei munimine ſignatarum. Meo, & ſucceſſorum meorum in omnibus & per omnia ſalvo iure.

Datum Anno Domini MCCLI, in vigilia Omnium Sanctorum. *31 Octob.*

Continuatio MS.

„Anno Domini MCCLII Wilhelmus Rex conſilio & auxilio Legati, ut creditur, filiam Ducis *Brunswicenſis* duxit uxorem: Cum igitur ipſas Nuptias „*VIII Kal. Febr.* in quo bti Pauli converſio contingitur, „*Brunswic* celebraret propter imminentem quarto die „*Septuageſimam*; fortuito, candele caſu, ipſa thalami caminata fuit incenſa; Multoque ibidem apparatu regio „vel ornatu conſumpto, Sponſus cum Sponſa, Domino „auxiliante, quaſi nudi, vix periculum mortis evaſerunt. „His denique nuptiis dictus Legatus, ac Maguntinus *Electus* cum quibusdam aliis Epiſcopis interfuiſſe referuntur. „Sicque Rex magnum huius terre ac Principum ſibi „conquiſivit favorem.

„Hoc anno Gerhardus Maguntine Sedis Electus „in Dominica *Exurge* Erphordiam veniens, ab huius „civitatis Clero honorifice ſuſceptus eſt. Qui ibidem, „Ieiunio vernali Diaconatum: in Sabbato *Sitientes* Sacerdotium adeptus, ſtatim Predeceſſorum ſuorum ſententiam, in Marchionem *Misnenſem* & *Brabantie* Ducisſam, pro feudis ex obitu Henrici Regis Epiſcopatui ſolutis & a iam dictis iniurioſe detentis, promulgatam confirmavit. Omnes civitates ac villas, ipſorum „iurisdictioni per *Haſſiam* atque *Thuringiam* ſubiectas „ſub Interdicto ponens. Qui poſtea vocatus a Legato, „*Magdeburg* pervenit; ac dein *Brunswic* cum Rege veniens, in die Palmarum ab *Eboracenſe* Archiepiſcopo „in Pontificalem ſublimatus eſt dignitatem; ubi etiam ſequenti die Rex Wilhelmus a Marchione *Brandenburgenſe*, ac Duce *Saxonie* ceteriſque huius terre

Digitized by Google

„Magnatibus, in Romanum ſollemniter electus eſt Prin-
„cipem. . . . .

„Itaque prefatus Rex WILHELMVS de die in diem „tam coram DEO quam coram hominibus creſcens, in „die Paraſceve magnum devotionis & humilitatis prebuit „exemplum; ita ut per Civitatem ſupradictam Brunswi- „cenſem, laneus, ac nudis incedens pedibus Sanctorum „viſitavit eccleſias, largasque erogaret elemoſinas. Mul- „ta denique de eo predicabantur virtutum inſignia. Nam „pacis amator, iuſtus atque diſtrictus Iudex, moribusque „maturus, pius ac mitis apparebat & humilis. Quapropter „cooperante ſibi DEI gratia, per Romane Sedis Legatum, „omnium fere Principum ſibi conciliavit favorem; ex- „cepto Duce *Bawarie*, qui Genero ſuo CONRADO, filio „quondam Imperatoris, in ſui honoris ac ditionis peri- „culum, pertinaciter adherebat. —— ——

CCLIX

Comitis de ZIEGENHAIN,

de ferenda ope & auxilio contra Eccleſiæ MOGVNTINÆ *Hoſtes, præprimis Marchionem* MISNENSEM *&* VIDVAM *Ducis* Brabantiæ.

An. 1252.

[p. 609. n. 7.]

NOS BERTOLDVS Comes *de Ziegenhan* recognoſcimus & publice proteſtamur; Quod, quia Reverendus Pater & Dns noſter GERHARDVS Archiepiſcopus Maguntinus, Nobis, pro ſe, Succeſſoribus ſuis & Eccleſia Maguntina, promiſit nos proſequi gratia & favore, nec deſerere occaſione periculi cuiuscunque; Nos ei promiſimus, & promittimus fide data & preſtito corporali ſacramento, quod Sibi & Eccleſie Moguntine contra ipſorum quoslibet Invaſores, ſpecialiter Marchionem *Miſnenſem* & Relictam Ducis *Brabantie*, nos

nos & heredes noſtri perpetuo fideliter ſerviemus totis noſtris viribus, excluſo penitus omni dolo.

Et quoniam idem Archiepiſcopus in ſubſidium nobis promiſit Marcas exolvere quadringentas poſtquam Eccleſia ſua ad fortunam devenerit pinguiorem; contenti erimus, quod de duobus milibus marcarum, ſi quas ſimul ad manus ſuas contigerit pervenire, totaliter Quadringentas predictas: de mille quingentis Trecentas: de mille: Ducentas, de quingentis marcis Centum, nobis de Camera ſua ſolvat.

Porro, ſi ſolutio ipſius pecunie usque adeo fuerit prorogata, quod ſuper Diſcordia que inter ipſum Archiepiſcopum & prefatos Marchionem & Duciſſam vertitur, Compoſitio amicabilis intercedet; & ex compoſitione huiusmodi, Poſſeſſiones alique ad Eccleſiam redierint Maguntinam: ſufficiet nobis, de ipſis aſſignari Redditus XL marcarum, tam diu obtinendos, quousque ipſe XL marce nobis fuerint perſolute.

Sufficiet quoque nobis, ſi, priusquam per vices vel ſimul iuxta modum preſcriptum ipſa nobis pecunia perſolvatur, vel etiam Compoſitio proveniat antedicta; Feuda ſibi aliqua ſimul vel ſucceſſive vacaverint circa *Renum*, illa nobis conferat feudi titulo obtinenda, quousque ad Summam L marcarum habeamus de illis, in annuis redditibus: Quos in ſolutionem ipſarum Quadring.. marcarum taliter computare debemus, ut, quociens & quando de feudis eisdem habebimus circa XII marcarum proventus; de C. marcis abſolutum eundem Archiepiſcopum & ſuam Eccleſiam nuntiemus; Si autem ſupradicti Redditus XL marcarum nobis fuerint aſſignati, ſive L marcarum feudis nos infeudari contigerit ab eodem Archiepiſcopo; tamen liberum erit Ei, per prefatas quadringentas marcas a nobis redimere redditus hos, vel illos, ſi hoc ſue ſederit voluntati.

Hoc etiam contractu inter ipſum Archiepiſcopum & nos habito eſt adiectum; Vt, ſicut ipſe ad predicta omnia fideliter adimplenda, Se, Succeſſores ſuos & Eccl. Mog. nobis & noſtris

ſtris heredibus obligavit; ſic & heredes Noſtri, non ſolum Eidem, ſed & Succeſſoribus ipſius . . ad promiſſum per nos iuratum eorum fidele auxilium, perpetuis temporibus tenebuntur. Eligimus ſiquidem . . . ſpontanea voluntate, quod idem Archiepiſcopus ad ferendum Eccleſie Maguntine auxilium ſupraſcriptum, vel ad reſtituendum Eidem predictas CCCC marcas, nos per Interdicti & Excommunicationis ſententias debeat coartare.

Ne autem contractum inter ipſum Archiepiſcopum & nos familiaritatis vinculum de facili diſſolvatur; in hoc convenimus cum Eodem; ut, ſi fortaſſe diſſenſionis cuiuslibet ſcrupulum inter nos invicem contingeret ſuboriri; non propter hoc ſubito Ipſe ſuam nobis ſubtrahere debeat beneficentiam ſeu favorem; nec vice verſa ab eius obſequio nos ſubducere debeamus; Ymmo, nec a diſſenſionis huiusmodi principio, usque ad finem X & VIII ſeptimanarum, alter in alterum grave aliquid attemptare preſumat; infra quas, ipſe qui in alterum deliquiſſe videbitur, per inſtantiam leſe Partis, & exhortationem amicabilem, ad ſatisfaciendum congrue de commiſſis trahi valeat & induci.

In cuius noſtre proteſtationis memoriam damus eidem Archiepiſcopo & Eccleſie ſue preſens Scriptum Sigilli noſtri appenſione munitum. Datum apud *Ameneburg* Anno Domini
22 *Maii.* MCCLII, XI Kal. Iunii.

Contin. MS.

„Poſt hec ſollemnem Rex indixit Curiam Kal. *Iulii*
„*Vrankenevurt* celebrandam, in qua tamen eodem fere
„tempore defunctum ſuum graviter lugebat Socerum.
„Eidem itaque Curie iſti Principes interfuiſſe referun-
„tur: Epiſcopi: *Maguntinus*, *Colonienſis*, *Leodienſis*, *Spi-*
„*renſis*, *Argentinenſis*. Dux *Brunswicenſis*, nuper defun-
„cti filius, preter Abbates plures & Comites & Barones;
„ubi Rex, Ducem *Bawarie* ſententie Proſcriptionis inno-
„daſſet, ſi per quoſdam interceptum non fuiſſet.

CCLX.

CCLX

Militum *Wolfskebliorum*, *de vendito Eccleſiæ* Moguntinæ *Caſtro* WOLFSKEHL *&* *Comicia in XIII Villis* &c. *pro CL marcis.* A*n.* 1252.

[p. 1013 in Addit.]

NOS ALBERTVS & GERHARDVS Milites, & EMBRICO filius fratris ipſius: GERHARDVS de *Wolveskelen:* *ex Autographo.* Tenore preſentium publice proteſtamur . . . quod Caſtrum noſtrum *Wolfskele*, & Comeciam quam habemus in tredecim villis, ſcilicet *Wahſenbiblos*, *Crumbſtat*, *Hoven*, *Bubensheim*, *Stocſtat*, *Pfopfenheim*, *Buneshe im*, *Erevelt*, *Leheim*, *Herlesheim*, *Dornheim*, *Biblos*, *Godelo:* & in duabus curtibus Monachorum *Hegene*, videlicet in *Rietbuſen*, ac medietatem illius iuris quod *Wiltban* vulgariter dicitur; prout, dictam *Sententiam* in Iudicio *Lauriſſenſi*; Forum etiam panis & vini in *Biblos*, vendidimus pro Centum & quinquaginta Marcis denariorum *Col.* Venerabili Domino noſtro GERHARDO Archiepiſcopo Moguntino; & idem Caſtrum, ac omnia iura que in omnibus ſupradictis habuimus & habemus, reſignavimus & reſignamus in manibus eiusdem Domini noſtri, & ſimpliciter renuntiamus eisdem, ac preſtamus ei warandiam eorundem.

Ipſe quoque Dominus noſter Archiepiſcopus tres Manſiones, que *Burgen* dicuntur vulgariter, nobis & legitimis noſtris heredibus conceſſit in Caſtro predicto perpetue poſſidendas, quarum unam ipſe Dns noſter ad uſus & commoda ſua de bona voluntate noſtra recipiet & tenebit, quam duxerit eligendam; & illi, cuius Manſio illa extitit in ipſo caſtro, aliam aream aſſignabit, cui, domum edificanti in illa, dictus Dns noſter ad conſtructionem ipſius competens dabit ſubſidium prout videbitur expedire; nec aliquem de *Starcgen-*

genberg † in predicto Caſtro ullo umquam tempore collocabit.

† *Subintelligendo Arcis iſtius Caſtrenſes.*

Nos etiam promittimus bona fide, quod dictum Caſtrum conſervabimus, & cuſtodiemus fideliter ad honorem & utilitatem Eccleſie Moguntine, in cuius ſervitio nos & heredes noſtri tenemur & volumus perpetuo permanere.

16 Iunii. Actum *Moguntie*, Anno Domini MCCLII XI Kal. Iulii. Preſentibus Dominis

IOHANNE Decano

SIMONE * Cuſtode.

WALTHERO de Aſchenburnen.

Magiſtro GYSONE, & BERTHOLDO Notario Dni Archiepiſcopi, Can. *S. Petri* Mogunt.

ARNOLDO Camerario Moguntino. ** SIFRIDO Dapifero *de Rimberg*. GISELBERTO *Vulpe*. CVNRADO de *Zagelbach*, † FRIDERICO Sculteto, & ARNOLDO *Walpodone*, Civibus Moguntinis.

* *ortu* Wildgravius : *AEp.* Gerh. *frater.*

** *familia* Mog. *Nobiliſſima* de Turri.

† *a vico* Zahlbach *prope Vrbem.*

In cuius facti robur & perpetuam firmitatem, memorato Dno nro GERHARDO Archiepiſcopo preſentes damus Litteras, noſtrorum Sigillorum * munimine roboratas. Et quia ego EMBRICO proprium ſigillum non habeo, contentus ſum Sigillis predictorum.

* *Referunt ea Brachium curvatim extenſum, cui oblonga appendet manica. Pollice & indice annulum tenens Manus, eundem quaſi ſpectandum porrigit.*

CCLXI

Digitized by Google

CCLXI

Littera Rectoris, FF. & SS. *Domus hoſpitalis* ad S. SPIRITUM; *de centenario Olei, Capitulo* Metrop. *pro dono data Capella* S. GEREONIS, *perpetuum die* Martini *præſtando.* *An.* 1252. [T. I. p. 8. b)

FRIDERICUS *Miſeracione Divina* Canonicus S. *Stephani* & Rector Hoſpitalis *Maguntini*: Vniverſi Fratres & Sorores hoſpitalis eiusdem: Cunctis XPI fidelibus hoc Scriptum viſuris ſalutem in eo, qui eſt Omnium ſalus vera.

Venerabiles Domini noſtri, WERNHERUS Prepoſitus, IOHANNES Decanus, SIMON Cuſtos, VOLRADUS Scolaſticus & ceteri Fratres omnes Capituli Moguntini, *Sci* GEREONIS capellam noſtro Loco vicinam nobis pie & liberaliter contulerunt, ad diſponendum de illa edificando, deſtruendo, ſeu alio modo quolibet, quomodocunque nobis & Loco noſtro ſalubre & commodum videremus; Nos autem Donationi predicte pie & liberaliter nobis facte volentes ſaltem ex parte grata viciſſitudine rependere; prefate Maiori eccleſie Centenarium unum Olei in feſto S. MARTINI contulimus annuatim, ad ordinandum Lampades in eadem.

Et ad illam olei quantitatem ſingulis annis perpetuo perſolvendam, nos & ſucceſſores noſtros obligamusunanimi voluntate teſtimonio Scripti huius; Hoſpitalis predicti ipſiusque Rectoris Sigillorum munimine roborati.

Datum *Maguntie*, Anno Domini MCCLII XVII Kal. Decembris. 15 Nov.

Digitized by Google

CCLXII
GERHARDI I.
De furto a duobus Canonicis, iuxta veterem rigorem eccleſiaſticum graviter punito.
An. 1253.

[p. 609. n. 9.]

GERHARDVS DEI gratia Sanĉte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Conſtitutis coram nobis HENRICO de *Dusburg* & HERTWICO de *Scarpenſtein*, Canonicis eccleſie S. *Marie* ad gradus *Moguntie*, & veniam petentibus ſuper Furto, quod in feſto S. *Stephani* proxime nunc preterito infra Matutinas, in pecunia & rebus aliis, GELFRADI eorum Concanonici commiſerunt; corporale de ipſis, in preſentia Prelatorum & Capituli noſtri, nec non Capituli diĉte eccleſie S. *Marie* ad gradus recepimus iuramentum, quod ſuper prefato deliĉto noſtris in omnibus & per omnia mandatis parerent; et ipſi nichilominus ſe ad id ſub obtentu beneficiorum ſuorum voluntarie aſtrinxerunt.

HENRICVS *fuit e familia civica* Mogunt., *cui, ab ædibus, prope* S. Emeranum, zum Dußburg *vocatis, adhæſerat nomen. Quasque an.* 166.. *clariſſimus inter Eruditos ille*, Io. Chriſt. L. B. *de* Boineburg, *magno ſumptu noviter exſtruxit;* HERTWICVS *vero, nomine & familia nobili, ſatis cognita.*

Nos autem habito ſuper hoc conſilio pleniori, licet ad privationem Beneficiorum contra eos de iuris rigore deberemus procedere, & poſſemus; exemplo tamen illius Evangelici Samaritani, qui vinum pariter infundit & oleum vulneribus ſauciati, ad privationem beneficiorum non procedimus contra ipſos; ſed, ut tam ipſi quam alii, Pene metu a ſimilibus arceantur, ac per hoc communis ſalus & ſecuritas procure-

curetur, Penas eis diverſas, tamen conſideratis meritis Delinquentium & qualitate delicti ac aliis circumſtantiis, de conſilio & conſenſu Prelatorum & Capituli noſtri, irrevocabiliter, & irremiſibiliter infligimus ſubnotatas.

Volumus igitur, & in virtute ſancte obediencie, ac ſub debito predicti iuramenti diſtricte precipiendo mandamus; Quatinus, hinc, ad vigiliam Purificationis S. Marie proximam, dicti HENRICVS & HERTWICVS iter arripiant, de hac Civitate noſtra & regno Theutonie recedendi, & ſaltem usque ad Dominicam qua cantatur *Exurge* proxime ſubſequentem, ſint extra Theutonie terminos conſtituti; et quod *Henricus* de *Dusburg* infra Triennium, *Hertwicus* vero infra Biennium ad partes Theutonie nullatenus revertantur.

Ceterum quamvis legali ſit auctoritate ſancitum, ut male meriti perpetua egeſtate debeant laborare; ut tamen miſericordia ſuperexaltet Iudicium, & ſubditos noſtros, quantum cum DEO poſſumus in caritatis viſceribus amplectamur; de ſpeciali eis gratia indulgemus, & ita volumus obſervari, ut, ſi eos *Pariſius*, vel in alio ſollempni Studio morari contigerit gratia ſtudiorum, *Henrico* de *Dusburg* medietas fructuum Prebende ſue; *Hertwico* vero Prebende ſue fructus ſicut licentiato per Capitulum, pretaxatis temporibus integre miniſtrentur; ut ſic, moribus & ſcientia melius valeant informari. Hoc expreſſim adiecto, ut ſi forte operam Studio non dederint, & de vero compertum fuerit, ſcolaſticis eos non inſiſtere diſciplinis; de fructibus Prebendarum ſuarum nullam penitus percipiant portionem.

Sane transacto Triennio, ſi HENRICVS de *Dusburg* reverſus ad propria ſuam voluerit deſervire Prebendam, hoc ei nequaquam liceat, niſi prius per Sedem Apoſtolicam vel eius Legatum ſit diſpenſatum cum ipſo, ut in ſusceptis valeat Ordinibus miniſtrare; & veſte mutata ſex ebdomadarum in Clauſtro penam cum appendiciis ſubeat carceralem. Quibus peractis, ad deſerviendum Prebendam ſibi ad eccleſiam

ſuam patebit acceſſus; Ita tamen, ut in forma inferiori ultimum ſemper locum habeat, & ad Capitulum non accedat; nos enim Prioritatis ordine & conſorcio, ac Voce Capituli perpetuo privamus eundem. Curiam quoque, quam hactenus de eccleſia tenuit, de cetero non habebit, nec ulla ſibi domus vel curia de ipſa Eccleſia ammodo concedetur.

HERTWICVS etiam elapſo Biennio, ad deſerviendum Prebendam ſuam nullatenus admittetur, niſi prius cum eo diſpenſatum fuerit, & ipſe penam ſubiverit carceris, ut ſuperius eſt expreſſum. Volumus inſuper, & mandamus, ut idem *Hertwicus* nequaquam recipiatur ad Capitulum infra quinquennium, numerandum a tempore facinoris perpetrati. Ex tunc autem de Noſtra, vel eius qui pro tempore Archiepiſcopus fuerit, diſpenſatione ad Capitulum aſſumi poterit, ſi ipſum Capitulum eum cognoverit moribus et ſcientia emendatum.

Prohibemus etiam ſub debito predicti iuramenti dictis HENRICO & HERTWICO, ne de cetero tale facinus attemptare preſumant; & ne occaſione huius facti perſonam aliquam, Eccleſiaſticam, vel etiam Secularem, ullo unquam tempore verbo vel facto preſumant aliquatenus moleſtare.

Porro mandamus & diſtricte precipimus, ne prefati *Henricus* & *Hertwicus* vel alter eorum, contra hec omnia vel eorum aliquod, preſumat aliquid ullo tempore impetrare, aut ratum habere ſi fuerit aliquid impetratum; vel uti etiam impetrato. Quod ſi forte ſecus acciderit, volumus, *ut ex* tunc ipſo iure vacet Prebenda taliter impetrantis, aut etiam impetrato utentis, & quod ipſe nichilominus ſit periurus.

Ad hec ſi predicti *Henricus* et *Hertwicus* vel alter eorum de civitate & Regno iter non arripuerit recedendi, aut fines regni non exceſſerit temporibus prenotatis; vel extra regnum agens ad partes regni reverſus fuerit premature; aut forte, facinori nunc commiſſo delictum ſimile, dummodo convincatur de eo, de cetero perpetrarit; transgreſſorem huiusmodi penis

penis preſcriptis, ſcilicet vacationis beneficii & periurii, decernimus ſubiacere.

Vt autem hec noſtra mandata firma & illibata perpetuo obſerventur; ea conſcribi fecimus, et Noſtri, ac Capituli noſtri Sigillorum munimine roborari. Datum *Maguntie* XIII Kal. Februarii, Anno Domini MCCLIII. Pontificatus vero noſtri anno ſecundo. *20 Ian.*

CCLXIII
EIVSDEM.

Inter Cives Moguntinos & Dynaſtam de HOHENFELS *quoad Caſtrum* WEISSENAV *ſuborta Diſſenſio, Ipſius auctoritate componitur.*

An. 1253.

[p. 609. n. 10.]

NOS GERHARDVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, tenore preſentium recognoſcimus & conſtare cupimus univerſis; Quod, cum inter Dilectum Conſanguineum noſtrum, PHILIPPVM de *Hoenvels*, ex parte una, & Cives *noſtros* Moguntinenſes ex altera, iam diu gravis diſcordia exorta fuiſſet; tandem Nobis mediantibus talis Compoſitio interceſſit, quod ipſe *Philippus* de *Hoenvels* & heredes ſui dimidiam aream caſtri *Wiſſenowe*, * que *Burckſtadel* appellatur, infra foſſatum exterius & murum, absque omni contradictione dedit in perpetuum Civibus Moguntinis. Si vero aliquis, cives Moguntinos ſuper dicta Area impugnaverit vel impediverit, ad hoc ſibi non preſtabit ullatenus conſilium vel iuvamen; immo eis exſolvet promiſſum totaliter memoratum, pro quo dicti cives Moguntini ſibi Ducentas & quinquaginta marcas liberaliter perſolverunt.

* Weiſſenau *prope Mogunt.*

Item

Item promiſit eis dictus noſter Conſanguineus bona fide, quod omnia Bona, que Eccleſie Moguntinenſis Milites ac Cives ibidem in diſtrictu ſuo obtinuerunt hactenus ex antiquo, eodem iure tenebunt, quo, tempore bone mem. DVDONIS, quondam Camerarii Moguntini, ea poſſediſſe noſcuntur. Si vero poſt illa tempora, alique Eccleſie vel milites aut Cives Moguntini in diſtrictu ipſius Conſanguinei noſtri bona aliqua compararunt, ipſi ad ea onera tenebuntur, que ante emptionem & venditionem huiusmodi de ipſis conſueverunt exſolvi. Et ſic ipſe Conſanguineus noſter, & Cives noſtri Moguntini ad firmam & fidelem amicitiam voluntarie ſunt reverſi. Teſtes ſunt huius facti:

CONRADVS *Irſutus Comes.* DYTHERVS Comes de *Katzenelenbogen.* SYFRIDVS Marſchalcus *de Frowenſtein.* * PHILIPPVS de *Frowenſtein.* WILHELMVS & FRIDERICVS fratres, filii quondam *Conradi* de *Rudensheim.* VLBERTVS & VOLGMARVS de *Sunnenberg*, & quam plures alii fide digni.

* Frauenſt.

In cuius facti memoriam & debitam firmitatem preſentem Litteram Sigillo noſtro duximus roborandam. Actum *Maguntie* Anno Domini MCCLIII, Pontificatus noſtri anno Primo.* II Nonas Februarii.

* Febr.

* a Conſecratione *computando.*

CCLXIV
*De iure Apothecarum * ante atrium Eccleſie.*
[Maioris, in foro.]
An. 1253.

* *Sunt officina mercatoria, etiamnum illic exiſtentes, at vero huius incomparabiles fabrica Proſpectui quam plurimum officientes.*

GERHARDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.

Digitized by Google

rius. Tenore preſentium confitemur, quod Nos Decano & Capitulo maioris Eccleſie Maguntine pro LXXX marcis denar. Colon. vendidimus omnes Cenſus, qui nobis & Succesſoribus in perpetuum provenire deberent de Domibus, Scragonibus, & apothecis intra & extra murum conſtitutis; illis apothecis tamen exceptis, quas *Humbertus* dictus *ad Arietem* † extra murum conſtruxit. Ipſamque pecuniam in utilitatem noſtre Eccleſie duximus convertendam.

† *Eſt is Fundator Parthenonis* S. CLARÆ. *T. II. p. 871.*

Ita tamen hec vendidimus, quod, ſi nos a proxima Dominica *Invocavit* usque ad annum, rurſus emere voluerimus cenſus ipſos pro eadem pecunie quantitate, Ipſi nobis ſine contradictione qualibet illos tribuent ad emendum; Et nos Illos cum ſcragonibus compellemus, ut in certis locis illos locent & ponant, in quibus ſtare conſueverant ex antiquo.

Datum *Maguntie*, Anno Domini MCCLIII III Idus Februarii. Pontificatus noſtri anno primo. *11 Febr.*

CCLXV
EIVSDEM.

Caſtrum STARKENBERG, *Comiti* Leiningenſi *a Caſtrenſibus proditorie aſſignatum, quomodo illud recuperaverit.* *An.* 1253.

NOS GERHARDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Per preſens ſcriptum notum facimus univerſis; Quod, cum Caſtrum *Starkenberg*, a Comite *de Liningen* & Caſtrenſibus ibidem (qui Caſtrum ipſum Comiti proditorie aſſignarant) nullatenus alias recuperare poſſemus, * niſi Litteras * *Conf. ſupra n. 224.*

 Capi-

Digitized by Google

Capituli Maguntini primitus daremus eisdem, per quas Capitulum, iuri, quod ex collatione bone memorie predeceſſoris noſtri Dni Sifridi olim Archiepiſcopi, & confirmatione Dni Pape, vel ex quocunque alio titulo obtinebat in eccleſiis *Bensheim* & *Hentſcusheim*, renuntiaret expreſſe; Decanus & pauci de Capitulo, ipſo Prepoſito, Cuſtode, Scolaſtico, Archipresbitero & pluribus aliis abſentibus, nulla omnino in Veritate renuntiatione facta ſuper iure ſibi acquiſito in eccleſiis memoratis; ſed ſimulatorie, ac eadem intentione & cauſa, ne Caſtrum dictum, irrecuperabiliter in perpetuum Eccleſie perderetur; ad multam noſtram inſtantiam, Renuntiationis huiusmodi nobis Litteras tradiderunt; Sub ea proteſtatione, quod Ipſi, tanquam pauci de Capitulo, has Litteras nec dare poterant, nec dare intendebant, nec dabant in preiudicium Capituli in hac parte; Sed hoc ſimulatorie faciebant, de facto, ad certum perditionis Caſtri periculum evitandum;

Quibus datis, & ſic Caſtro rehabito, Prepoſitus, cum aliis abſentibus prima vice, & generaliter omnes de Capitulo ad nos unamiter accerſivit, & contradixerunt publice Litteris memoratis.

Quare & Nos, pro tanti zeli & compaſſionis affectu nobis & Eccleſie Maguntine exhibito in hoc caſu, Capitulo ipſi ingrati nolentes exiſtere, preſcriptas renuntiationis Litteras, Capitulo, quo ad dictas eccleſias in iure ſuo volumus non obeſſe; Sed eisdem recognoſcimus ius plenum & antiquum in ipſis, renuntiatione huiusmodi ſimulatoria, & Nobis & Eccleſie tam utili, non obſtante.

Vltronea quoque corporalis iuramenti preſtatione nos firmaſſe fatemur, quod Capitulum memoratum in dictis Eccleſiis non ſolum non impediemus, ſed fideliter fovebimus toto poſſe.

Super amotione quoque Caſtrenſium in *Starkenberg*, & Nigrorum monachorum *Lauriſſe*, faciemus omnimodis quicquid nobis Capitulum conſuluerit faciendum.

13 Febr. Datum *Maguntie*, Anno Domini MCCLIII Idus Februarii.

CCLXVI

Digitized by Google

CCLXVI
EIVSDEM

Mandatum, de coercendo per Excommun. Eppenſteinio, pro illatis violentiis ac iniuriis in homines villæ BIRGSTADT.

An. 1253.

[p. 609. n. 12.]

GERHARDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilecto in XPO Decano S. *Mauricii* Mogunt. ſalutem in Domino.

Cum GODEFRIDVS, natus Nobilis viri GODEFRIDI de *Eppenſtein*, & GODEBOLDVS, Dapifer eiusdem, Ruſticis ville Capituli Moguntini, in *Birgſtadt* videlicet, duris verberibus caſtigatis, Pecora ipſius ville violenter abſtuliſſent, & tam diu eadem detinuiſſent, quousque ruſtici iidem quosdam *pullos carnisprivíales* * ad Caſtrum dicti Nobilis pro redemptione pecorum fuere deferre compulſi; nos Nobilem ipſum hortati ſumus & attente rogavimus, ut pullos ipſos, per natum ſuum & Dapiferum ſuo nomine ſic acceptos, infra octo dies memoratis ruſticis reſtitui procuraret, ac eisdem, ob honorem Noſtrum, dicti Capituli, ac proprium, de illatis ſibi verberibus ſatisfieri competenter; alioquin nos contra eundem ac ſpoliatores preſcriptos iuxta Statuta Concilii Moguntini procedere oporteret.

* Faſſnachts-Hüner.

Quocirca Diſcretioni tue precipiendo mandamus, quatenus, ſi dictus Nobilis infra octo dies ſuperius, noſtris non curaverit monitis obedire; Tu eum ad id faciendum, per Excommunicationis & Interdicti, ſi opus fuerit, ſententias auctoritate noſtra compellas, Natum quoque dicti Nobilis, & *Godeboldum* Dapiferum excommunices, & tam diu facias ex-

communicatos publice nuntiari, quousque digne ſatisfecerint Capitulo memorato.

22 Febr. Datum *Seligenſtadt*, Anno Domini MCCLIII VIII Kal. Marcii.

CCLXVII

GERHARDVS, *novorum Pedagiorum cauſa excommunicatus, reſtituitur a Cardinale* HVGONE.

An. 1253.

Venerabili in Xpo Patri, Dei gratia Archiepiſcopo Maguntino; *Frater* HVGO Miſeratione Divina Tituli Sce *Sabine* Presbiter Cardinalis Apoſtolice Sedis Legatus, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem.

Vt Eccleſie Romane ſitis eo fortius obligati quo a nobis vos amplioribus gratiis noveritis honoratos, peticionibus veſtris libenter annuimus, eas quantum cum honeſtate poſſumus ad exauditionis gratiam admittendo.

Cum igitur vos ab Excommunicationis ſententia, qua pro extorſione novorum Pedagiorum eratis aſtricti, duxerimus abſolvendos; Nos veſtris precibus benignum impertientes aſſenſum; quod eccleſiis, quas ſic ligati conſecraſtis, Clericis quos ad Ordines promoviſtis, ſeu quibus Dignitates aut Perſonatus vel alia Beneficia eccleſiaſtica, ſi etiam curam habeant animarum, contuliſtis, Vos, vel Predeceſſores veſtri; & privilegiis, vobis vel eccleſiis veſtris conceſſis nullum propter dictam excommunicationis ſententiam preiudicium generetur, auctoritate vobis preſentium indulgemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis

Digitized by Google

quis autem hoc temptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ſe noverit incurſurum.

Datum *Leodii* XVII Kal. Maii. Pontificatus Dni INNOCENTII Pape *Quarti* anno decimo. *15 Apr. 1253.*

Succinit Cod. MS, *iſthac periodo finiens.*

„Anno MCCLIII, dum ſupradictus Legatus pro quo„dam Theoloneo, fere per Annum excommunicationis „ſententia Maguntinum inodaſſet, ac illius Senten„tiam contra Marchionem (*Miſnenſem*) HENRICUM „caſſaſſet, circa Paſcha reconciliati ſunt.

Cardinalis iſte HUGO, *Ordinis Prædicatorum, natione fuit Francigena, a loco nativitatis,* Vienne Allobrogum *in ſuburbio* Saint Chers, *communiter* de S. Charo *nuncupatus.* QUETIF Scriptor. Ord. Prædd. T. I. p. 194. *Ex cuius porro Vita, fuſe fol. ſqq. conſcripta, nonnulla ſaltem, ſeu eſſentialia, proprio ipſius Auctoris ſtylo huc traducere inconſonum haud videtur.*

„Vt ingenio erat ad litteras propenſo ac facili, *Pa„riſios* iuvenis venit, emenſisque — — ſtudiis, in „ſacra Facultate Baccalaureus admiſſus eſt. Tum „& Iuri utrique operam dedit, quod & publice do„cuit; gerendis interea *Willelmi* Principis Sabaudi, „*Thomæ* I Comitis filiorum quinti, negotiis diſten„tus. — — — — HUGO a Principe Sabaudo ex„peditus, cuius ſolæ rationes ipſum retardaverant, „— — d. XXII Febr. (an. 1224) idem [*cum præeunte „quodam Humberto*] B. DOMINICI iugum ibidem * cum „ingenti mentis fervore ſubiit.

* in domo Saniacobea Pariſiis.

„*Et poſtquam obita eius munera ac officia perſtrinxiſſet:* „Anno 1244 — — — 28 Maii INNOCENTIUS IV „inter XII Cardinales quos in æde S. Petri *Romæ* crea„vit, — — — HUGONEM tituli S. *Sabinæ* Pres„byterum Cardinalem nominavit; hicque de ſua pro„motione monitus, in occurſum dicti Pontificis *Lug*„*dunum*

Digitized by Google

„*dunum* venientis cum Odone — — Epiſcopo
„Tuſculano *Seguſium* uſque perrexit; iamque ibi erant
„ambo cum eam urbem *Innocentius* pridie Idus Nov.
„intravit, & ab eo tum ſui Cardinalatus annulos rece-
„perunt, eumque Lugdunum uſque comitati ſunt, quo
„IV Non. Dec. tandem pervenit. — — Quantum
„(*Pontifici*) fuerit utilis in Concilio Lugdunenſi I. an.
„1245 celebrato, narrant qui acta ſcripſere. - - - - -

„Mortuo poſtea an. 1250 — — Friderico II
„Imperatore, *Hugo* anno ſequenti — — 19 Apr. cum
„Gvillelmo Hollando Cæſare, qui *Lugdunum* ad
„Pontificem venerat, Legatus in *Germaniam* miſſus
„eſt, qui Eccleſiæ iura in illis regionibus tueretur;
„quod & inter adverſantium inſidias magno animo &
„intrepido ubique implevit. - - - - - -

„Vt miro erga ſacras litteras perpetuo arſit amore,
„quicquid ei ab Eccleſiæ negotiis ſuperfuit otii, totum
„legendo ſcribendoque impendit. Sed agendi tan-
„dem ſcribendique finem impoſuit Mors, quæ eum
„ad meliora tranſtulit *Vrbe veteri* XIV Kal. Apr.
„MCCLXIII. *&c.*

CCLXVIII
INNOCENTII IV
Commiſſio, data Electo Neapolitano, *ut* Gerhardvm, *propter inſtantem, ab eoque perficiendam, Coronationem Bohemiæ Regis, ab Excommunicatione abſolvat.*
An. 1254.

Innocentivs Epiſcopus, Servus Servorum Dei: Dilecto filio B. Electo *Neapolitano* Apoſtolice Sedis Legato ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum

Cum Kariſſimus in Xpo filius noſter, OTACHARVS, Rex Boemie Illuſtris, ſicut eo inſinuante accepimus, Regio diademate cupiat coronari; Quia Maguntinus Archiepiſcopus, de cuius manibus idem Rex deberet Coronam ſuſcipere, per Dilectum filium noſtrum HVGONEM, TT. Sce Sabine presbiterum Cardinalem, tunc Apoſtolice Sedis Legatum, Excommunicationis vinculo dicitur innodatus; Volumus, & preſentium tibi auctoritate mandamus, quatinus eidem Archiepiſcopo, ut libere ad eiusdem Regis coronationem poſſit procedere, abſolutionis beneficium, dummodo ſatisfaciat ſuper his pro quibus excommunicatus habetur, iuxta Eccleſie formam exhiberi procures. Quod ſi recuſaverit ſatisfacere, Tu dilectis filiis Capitulo Maguntino ——, * ut per aliquem de Suffraganeis ipſius Eccleſie, Regem eundem faciat coronari. Et ſi prefati, Capitulum, id noluerint efficere, tunc hoc uni de Suffraganeis ipſius, vel alicui alii Pontifici quem ad id idoneum fore cognoveris, eadem auctoritate committas, qui eiusdem Archiepiſcopi vice, coronationis ipſius officium ſeu miniſterium exequatur.

* *Verbum omiſſum.*

Datum *Laterani* VI Idus Aprilis. Pontificatus noſtri anno Vndecimo. *1254. 8 April.*

CCLXIX

Conventio Interimiſtica inter GERHARDVM & M. Miſniæ HENRICVM, *cum Proprio, tum Tutorio* Pueri *de* HASSIA *nomine, quoad Feuda, morte* HENRICI *ultimi Thuringorum* Landgravii *conſolidata.* *An.* 1254.

NOS GERHARDVS DEI gratia Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Vniverſis ad quos preſens ſcriptura pervenerit, ſalutem

lutem in auctore ſalutis. Quoniam labilis eſt hominum memoria, & mutabilitati ſubiacent univerſa; neceſſe eſt in ſcripta redigi, quod difficile propter rerum mutabilitatem poſſet memoriter obſervari.

Recognoſcimus igitur, & tenore preſentium publice declaramus, quod inter Illuſtrem Principem, Dominum HEINRICVM, Marchionem *Miſſinenſem*, noſtrum Conſangwineum, & Nos, talis forma Compoſitionis ſeu concordie, qualis ſubſequitur, eſt tractata.

Conferemus ſiquidem Dno Marchioni, iure feodali, de nomine *officium Marſchalci*, & Comicias in *Sibenleyben*, *Schonreſtede*, & minorem Comiciam in *Mittelhuſen;* Caſtrum *Spadinberg*, & curtem in *Gruzen*, cum ſuis pertinentiis univerſis; ac alia omnia feoda, que clare memorie HEINRICVS, olim *Thuringorum Lantgravius*, a Maguntina Eccleſia iure tenuit feodali. His duntaxat exceptis, que iam, Vaſalli, a Nobis aut noſtris Predeceſſoribus, quaſi dominum feodi ſecuti, in feodo receperunt; Quos, nec Nos compellemus, neque Marchio, ut ea recipiant ab eodem. Verum ſi qui predictorum, a Marchione ea recipere voluerint, non coacti, nos ad hoc noſtrum conſenſum adhibebimus, & favorem.

De *Duncdorff* vero, & de aliis, ſuper quibus Burcgravius *de Kirchberg* a nobis inpetitur, taliter eſt tractatum; quod in bono pacis a nobis in ſuſpenſo tenebitur ad noſtrum arbitrium, quousque probetur, ſi ſuper ipſo negotio poſſit aliquid maturius pertractari. Ita Marchio prefatus nichil iuris *ſibi* in his vendicet, ſed per omnia Nobis, & noſtre Eccleſie Maguntine ſalve ſint Actiones in Burcgravium & bona memorata.

Taliter eſt etiam tractatum, quod nos omnem Actionem, que nobis poſſet competere de bonis, ſitis in HASSIA, & eius confinio, que predictus olim Lantgravius in feodo tenuit ab Eccleſia Maguntina, voluntarie differemus, & in bono pacis ſtare ſinemus, quousque PVER *de* HASSIA *annum*

num duodecimum compleverit; qui *a feſto Nativitatis* Sci Iohannis Baptiſte *proximo, ad biennium expirare dinoſcitur*, ſicut idem Marchio *eius Tutor* eſt confeſſus. Et Cauſam poſt X vel XII ſeptimanis elapſis ſine *vara*, * Marchio vero predictus verſa vice mille marcas puri argenti, nobis aut noſtris Succeſſoribus & Ecclesie Maguntine exſolvet. De quibus, quingentas in feſto nativitatis Sci Iohannis Baptiſte proxime nunc venturo ad annum, & reſiduas quingentas a feſto Nativitatis Domini proximo ad annum exſolvet; que pecunia tota erit in *Wizenſe* preſentanda, & eam conduci nobis faciet *Mulenburg* Marchio antedictus.

** hic aliquid omiſſum videtur.*

Caſtrum etiam, & Opidum * pro eadem pecunia idem Marchio nobis & noſtre Ecclesie obligare tenebitur, cum certis & congruis Redditibus, quos nos duxerimus acceptandos. Quod ſi debitis temporibus ea, Caſtrum & Opidum, non fuerint integraliter abſoluta, prout eſt premiſſum, pro certa pecunia; cum ſuis redditibus & pertinentiis omnibus ad nos & noſtram Eccleſiam Maguntinam iure dominii devolventur, & erunt propria Ecclesie Maguntine. Si vero medietatem tantum pecunie in primo ſolutionis termino idem Marchio exſolverit, ad ipſum dimidietas reddituum revertetur; Caſtro & Opido, cum reſidua parte reddituum, pro aliis quingentis marcis remanentibus in pignore uſque ad ſolutionis terminum proxime tunc venturum. Si autem medietas pecunie, que occurrerit in primo termino perſolvenda, ſoluta non fuerit, medietas Caſtri & Opidi, ac Reddituum cum eisdem obligatorum, nobis & noſtre Ecclesie Maguntine pleno iure dominii in perpetuum remanebunt.

* ſubintell. *Mühlburg*

Convenimus etiam, Nos & idem Marchio in hunc modum; ut, ſi ſuper premiſſis noſtre Ecclesie Maguntine Capitulum in hanc formam nullatenus conſentiret; quod tamen Treuge inter ipſum Marchionem, & *Puerum* de *Haſſia* antedictum, & Eorum homines, ac Nos & noſtros homines, durabunt a feſto nativitatis Sci Iohannis Baptiſte proximo, ad

Digitized by Google

Annum; Que a nobis, & eiſdem, debent firmiter obſervari, ab his in quos habemus poſſe, & qui in noſtris munitionibus eſſe volunt, & a nobis cupiunt defenſari. Si qui vero a nobis declinare voluerint, partem alteram ut offendant; Iudici Provincie partis alterius id diebus XIIII ante dicetur; nec ab hominibus ſive munitionibus noſtris ex tunc aliquod auxilium ſentiant, aut iuvamen. Et ſi homines Marchionis Treugas ipſas infringerent, vel etiam non ſervarent; FRIDERICVS *de* TRIVORTE nomine Marchionis eas faciet firmiter obſervari. Et ſimiliter Nos, Virum idoneum eque dignum ad hoc preficere tenebimur, qui diſponet, quod Treuge a noſtris hominibus ſimiliter obſerventur. Hec ſiquidem Treuge promittentur a decem noſtris hominibus, & totidem Marchionis, quod debeant inviolabiliter obſervari.

Quod ſi forſan, quod abſit, ab altera vel utraque parte Treuge ipſe non voluerint obſervari, partes non ſervantes per Excommunicationis ſententiam ſingulis diebus Dominicis, & manu armata ſi neceſſe fuerit, ſunt etiam inducende, ut easdem obſervent efficaciter, & perfecte. Et ſi nec hoc proficiet, erit ſuper hoc ad Noſtram, & Marchionis preſentiam recurrendum, ut nobis cooperemur ad invicem, quod eedem Treuge inviolabiliter obſerventur.

Vt autem predicta omnia robur obtineant & debitam firmitatem, preſentem paginam ſuper his conſcribi fecimus, & noſtri ac Capituli noſtre Eccleſie Maguntine, quorum ad hoc conſenſus acceſſit, Sigillorum munimine decrevimus roborari.

16 Maii. Actum apud *Vdenſtete*, * Anno Domini MCCLIIII, XVII Kal. Iunii. Pontificatus noſtri anno tertio.

* **Vdſtet, *in* Thuringia.**

CCLXX

CCLXX
INNOCENTII

Epiſtola hortatoria ad WILHELMVM R. *ut, indignatione depoſita,* GERHARDVM *priſtinæ reſtituat benevolentiæ.*

An. 1254.

INNOCENTIVS Epiſcopus, Servus Servorum DEI. Cariſſimo in XPO filio WILHELMO Regi Romanorum illuſtri ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

De remittentis pectore fons emanat, & ad veniam refluit, quicquid pietatis exuberat, & effundit in alterum; ita ut tantum ſibi indulgeat, quantum alteri condonarit. Propter quod, ſi ad remittendum te ipſum ad prenſens inducimus, ſperamus hoc a tua clementia tanto poſſe facilius obtineri, quanto tibi eſt ipſa remiſſio commoda productura.

Sane iam pridem accepimus, quod Venerabili Fratri noſtro Archiepiſcopo Maguntino, circa quem tua deberet proficere, ac vigere ſinceritatis affectio, adeo tue gratie, ultra quam expediat, oſtium obſeraſti, quod ad recuperandam ipſam, vix ſperet poſſe ſibi, niſi per noſtram inſtantiam, aditum reſerari.

Cum itaque idem Archiepiſcopus, ut generoſam ipſius taceamus originem, inter ceteros Imperii Principes locum obtineat potiorem, ac per hoc, ipſius favore tue Thronus potentie poſſit feliciter roborari; Regalem Celſitudinem rogamus, monemus, & hortamur attente; quatinus, ſi qua forſan turbationis aut indignationis, quod abſit, moleſtia contra eundem Archiepiſcopum animo Regali ſubrepit, ipſam pro noſtra & Apoſtolice Sedis reverentia omnino depellens, eum in Gratiam ſolite benignitatis admittas. Prudenter attendens, quod tunc potentia Regalis magis attollitur, cum

adverſus motus irarum in patientie virtute triumphat, & provocatus iniuriis, benignius retrahitur a vindicta. Sciturus, quod ſi eundem Archiepiſcopum, utpote precipuum Imperii membrum, unanimem tibi curaveris conſervare, ut intemerata inter te ac ipſum vigeat idemptitas animorum, tue procul dubio augebitur & firmabitur Solium dignitatis; et indevotorum rebelliumque ſuperbia, ex hoc in ſua facilius ſuperabitur, & deficiet vanitate. Si autem votis noſtris acquieſcere curaveris in hac parte, id tanto gratius & acceptius reputabimus, quanto ad tui honoris faſtigium propenſius & attentius aſpiramus.

1254. 26 Iul. Datum *Anagnie* VII Kl. Auguſti. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

CCLXXI

Epiſtola d. Pontificis, *in eodem negotio ad* GERHARDVM *directa.* *An.* 1254.

INNOCENTIVS Epiſcopus, Servus Servorum DEI. Venerabili fratri Archiepiſcopo Maguntino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Novit ille, qui nichil ignorat, quod Eccleſiam Maguntinam inter ceteras Orbis Eccleſias ſpecialis dilectionis privilegio amplexantes, ad exaltationem ipſius plenis deſideriis aſpiramus; ut exuberante circa ipſam noſtre munificentie dextera, ipſa clarius honorum multitudine inſignita reſplendeat; et ex ſemine devotionis, quam ſemper hactenus circa Sedis Apoſtolice, ac Eccleſie generalis honorem indefeſſo ſtudio habuiſſe dinoſcitur, honorificentie plenos collegiſſe manipulos glorietur.

Quam ob rem Tu, qui eidem Eccleſie preeſſe dinoſceris, multa debes iocunditate letari, ex quo talem ac tantum affe-

Digitized by Google

affectum vides nos gerere circa ipſam, nec non & propenſiori ſtudio haberi ſollicitus; ut honori Sedis eiusdem, ac noſtris deſideriis non impariter te coaptans, libenter adimplere ſatages, que noſtris beneplacitis ſint accepta.

Non enim latere te credimus; quanto Cariſſimum in Xpo filium noſtrum, WILHELMVM Regem Romanorum Illuſtrem, utpote Plantam noſtram, noſtrisque manibus conſitam, per DEI gratiam, & provectam, dilectionis affectu proſequimur; propter quod, ipſum, tanquam publicum Atheletam Eccleſie, & libertatis eccleſiaſtice Defenſorem, tanto debes efficaciori favore proſequi, ac etiam honorare, quanto ipſius miniſterio maiora commoda ipſi Eccleſie proventura creduntur, quantoque in ipſius Curia inter ceteros digniorem locum dinoſceris obtinere. Si enim inter eundem Regem & te viguerit vinculum caritatis; augeri Eccleſiam tuam, roborari Imperium, Hoſtiumque humiliari & conculcari ſuperbiam ex huiusmodi unione continget. Quid enim moleſtum vobis rebellium molimina ingerere poterunt, ſi fuerit inter vos conformitas animorum, aut quid vobis non ſuccedet ad votum, ſi vos mutue connexionis glutino ſalubriter curaveritis continere.

Rogamus itaque Fraternitatem tuam, monemus, & hortamur attente, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes; quatinus eundem Regem pro noſtra & Apoſtolice Sedis reverentia favorabiliter proſequens, ac honorans, eidem in omnibus que ad exaltationem & augmentum eiusdem Imperii pertinent, Predeceſſoris tui imitando veſtigia, potenter ac patenter aſſiſtere non omittas; ut, ſicut apud ipſum eminentioris dignitatis honore preemines, ſic in exhibitione devotionis, & gratorum obſequiorum, ceteros Alemannie Principes antecellas.

Datum *Anagnie* X Kl. Auguſti. Pontificatus noſtri anno duodecimo. 1254 23 Iul.

Digitized by Google

CCLXXII

Monaſterii de THRONO S. MARIÆ, *offerentis ad Aram* D. MARTINI *Cenſum trium librarum ceræ, pro eidem donata eccleſia in* VIRNHEIM.

An. 1254.

[p. 610. n. 5.]

Reverendis & Dilectis in Xpo, Prepoſito, Decano totique Capitulo Maguntino, Abbatiſſa & Conventus de *Throno Sce Marie* Ord. Ciſt. Mag. dioc. devotas orationes in Xpo.

Quia parrochialis eccleſia in *Wernhem*, Venerabili Patre Archiepiſcopo Maguntino & Vobis auctoribus, noſtris communibus uſibus eſt donata perpetualiter obtinenda; Nos in recognicionem gratie huiusmodi nobis facte liberaliter promittimus, & nos preſentis Scripti ad hoc vobis teſtimonio obligamus, quod ſingulis annis in feſto *bti* MARTINI Patroni veſtri dabimus in perpetuum tres libras Cere ſuper Altare veſtrum, ad tres candelas, que in feſto ipſo ad honorem DEI & dicti Sancti cum reliquis candelis incendantur.

Promittimus eciam, quod Excommunicatis & interdictis auctoritate Sedis Maguntine, nec vivis communicabimus, nec defunctis. Et ſi fecerimus contrarium, eligimus de hoc per veſtre Eccleſie Iudices coherceri. Datum Anno Domini
15 Iulii. MCCL*quarto*, in die Diviſionis Apoſtolorum.

CCLXXIII

Digitized by Google

CCLXXIII

Provincialis FF. Minorum,

Quod nullus debeat ſepeliri in ipſorum Cemiterio, niſi obtentâ prius licentia Plebani, aut Archiepiſcopi.

An. 1254.

Vniverſis preſentes litteras inſpecturis Frater CONRADVS, Fratrum Minorum ſuperioris Provincie in Alemannia Miniſter & Servus, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.

Cum de profeſſione ac conſuetudine Ordinis noſtri pacem annuntiemus quibuslibet, & ſalutem; decet nos viros eſſe pacificos, & exhibere nosmet ipſos, quantum in nobis eſt, omnibus, & in omnibus ſalutares.

Ne igitur, unde quorundam devotioni vellemus obſequi, aliis eſſemus honeri; Noveritis, nos, conſilio & aſſenſu Diſcretorum Fratrum noſtrorum, & congrua deliberatione prehabitis, ſtatuiſſe firmiter, & preſentis Scripti, cum Sigilli noſtri appoſitione teſtimonio publice roboraſſe; ut nullus de Civitate Maguntina in cimiterium noſtrum apud Maguntiam ad Sepulturam debeat recipi, niſi prius Plebani ipſius, vel Dni Archiepiſcopi, vel Vicariorum eorumdem ſi forſitan non adeſſent, petita licentia, & obtenta.

Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLIIII. tertio Kal. Auguſti.

CCLXXIV

Digitized by Google

CCLXXIV
De conditione Bonorum in KEBEL.
An. 1254.

NOS STARCKARDVS DEI gratia Abbas, & Conventus in *Seligeſtat*, eccleſie de *Hegenebes* preſens Scriptum perpetuo duraturum.

Notum ſit univerſis, quod Dna LVTGARDIS, HEINRICVS, FRIDERICVS & DITHERICVS *de Kebelo*, & coheredes eorum univerſi *Seligeſtat* venientes, omnia Bona ſua, propria, hereditaria, & feodalia de conſenſu Dni ARNOLDI Abbatis & Conventus de *Seligeſtat*, eccleſie de *Hegenebes* ſub proteſtatione huiusmodi contulerunt, quod iam dicta Eccleſia, de bonis hereditariis, Curie Dominorum de *Seligeſtat* ſite in *Kebelo*, cum ſolitis ſerviciis Canonem debitum exolvere debeat annuatim. Hoc adiecto, quod manſionarius ibidem inſtitutus ſine conſenſu Abbatis de *Seligeſtat* nullatenus debeat permutari; de quo videlicet, cum extinctus fuerit, *melius caput* de pecudibus illius curie, Eccleſie de *Seligeſtat* exolvetur.

Nos igitur, quod ab Anteceſſoribus noſtris factum, ad ipſorum inſtantiam renovantes, preſens Scriptum eidem Eccleſie, Sigillis noſtris contulimus roboratum. Teſtes:

Dns FRIDERICVS Prior. LVCIANVS Hoſpitalarius, HENRICVS Cellerarius & Cuſtos, reliquique Fratres univerſi.

Datum Anno Domini MCCLIIII. Indictione XII.

CCLXXV

Digitized by Google

CCLXXV

Littera proteſtationis Nobilium de Eppenſtein, *quod nichil iuris habent in officio Sculteti in villa* Birgſtat. *An.* 1254.

NOS GODEFRIDVS Dominus *de Eppenſtein*: Recognoſcimus & publice proteſtamur, quod Capitulum Maguntinum habet plenum ius, inſtituendi & deſtituendi Scultetum in Villa ſua *Birgeſtat*: Ad cuius officium ſpectat iudicare de bonis Proprietariis, & Hereditariis, Debitis, aliisque Cauſis civilibus quibuscunque. Nosque in ipſa habere debemus Cintgravium, ad quem de cauſis Sanguinis, & eis, que vulgo dicuntur *Vrevel*, in eadem Villa pertinet iudicare.

Quare bona fide promittimus, quod de preſcriptis, & aliis que pertinent ad officium Sculteti eiusdem, nec per Nos, nec per noſtrum Cintgravium, vel quemlibet alium intromittemus nos de cetero iudicare; nec quo ad ea ipſius Sculteti coartabimus poteſtatem. Capitulum etiam, & Scultetus eorum, quo ad predicta, Cintgravii noſtri officium minime perturbabunt.

In cuius rei teſtimonium, conſcribi fecimus Litteras has preſentes, & Sigilli noſtri munimine roborari. Actum & datum Anno Domini MCCLIIII, in Octava bti Nicolai. *13 Xbr.*

CCLXXVI

Sententia Excommunicationis, qua in Eppenſteinios *vigore n. CCLXVI lata fuerat, Relaxatio.* 1254.

[p. 609. ad n. 12.]

HERMANNVS Decanus S. *Mauricii* Mogunt. Executor a Venerabili Patre Dno Archiepiſcopo conſtitutus: Quia

per viros idoneos quos ad hoc miſi, videlicet Dn. CONRADVM dictum *Magnum*, Canonicum, H. Camerarium, & Magiſtrum IOHANNEM de *Wirtzeburg*, Vicarios Eccleſie Moguntine, michi fuit legitime facta fides, quod Dns GODEFRIDVS de *Eppenſtein* reſtituit nonnullos pullos carnisprivia-les, quos filius ſuus GODEFRIDVS, & Dapifer GODEBOLDVS ſuo nomine acceperunt a Ruſticis & hominibus ville *Birgſtadt*, que eſt Capituli Moguntini, & hoc, Sabbatho *quatuor Temporum* ante *Natalis*; quodque ſic tractari fecerat cum hominibus eisdem, quod iidem recognoverunt, ſibi fore de illatis verberibus ſatisfactum; Ego de voluntate prefati Capituli relaxo Excommunicationis, quam in perſonas dicti Nobilis, filii ſui *Godefridi*, & *Godeboldi* Dapiferi: et Interdicti ſententias, quas in Terram ſepefati Nobilis occaſione huiusmodi tuleram auctoritate Domini noſtri Archiepiſcopi Moguntini.

Actum Anno Domini MCCLIIII, in Craſtino ſabbathi quatuor Temporum quod ante Natalis Domini tunc occurit.

CCLXXVII

Conſenſus Archiepiſcopi ſuper eccleſiam in Oſterna. *An.* 1254.

GERHARDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in XPO Decano & Capitulo Maguntino ſalutem in Domino.

Licet ſimus omnibus ſubiectis nobis eccleſiis debitores, noſtre tamen Matrici eccleſie Maguntine, *cuius ſumus â pueritia lacte paſti*, commodis & profectibus congaudere principaliter, & intendere ſumma diligentia nos convenit & oportet, prout debite gratitudinis ratio nos inducit.

Cum

Digitized by Google

Cum igitur Dilectus in Xpo, Abbas Sci *Thisboti*, Ordinis S. Benedicti noſtre Dioceſis, de conſenſu tocius ſui Conventus eccleſiam in *Oſterna* noſtre dioc. cum univerſis reditibus & pertinenciis ſuis quos Paſtor ipſius conſueverat hactenus percipere, ob divinam bti MARTINI & noſtram reverentiam Vobis in augmentum Prebendarum veſtrarum duxerit liberaliter conferendam; ita quod, cum primum eam vacare contigerit, omnes Proventus ipſius eccleſie, qui ſuper competentem & honeſtam Prebendam perpetui Vicarii ſacerdotis, reſidentis ibidem, ad eam per Abbatem prefati Monaſterii preſentandi, potuerint ſupereſſe, communibus veſtris uſibus perpetuo & libere applicetis; Nos collationem huiusmodi ratam & gratam habentes, ac ei noſtro, ſucceſſorum noſtrorum, ac etiam Archidiaconi per omnia iure ſalvo, conſenſum adhibentes voluntarium & expreſſum; eam vobis in nomine Domini auctoritate preſentium confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtri conſenſus & confirmationis infringere *cet.* Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLIIII XVI Kal. Ianuarii. Pontificatus noſtri anno tertio. *17 Xbris.*

CCLXXVIII

Capitulum S. GEREONIS *auctoritate iudiciali mittitur in poſſeſſionem Bonorum, eidem ab* Hohenfelſio *contra fidem olim * datam ereptorum.* *An.* 1255.

* ſupra n. CCXIV.

ADOLFVS Comes *de Waldecke*, Iuſticiarius Reipublice, Vniverſis preſens Scriptum viſuris, M. Sculteto in *Oppinheim*, in eo qui Salus omnium eſt, ſalutem.

Cum Venerabiles viri, Decanus & Capitulum Sci *Gereonis* in *Colonia*, ſuper iniuriis ſuis in *Nackheim* depoſuerint multipli-

tiplices querimonias coram nobis; ac nos auctoritate noſtra una cum Civibus Maguntinis & aliis Civitatibus, monitionibus pluribus premiſſis, Dno *de Hoenfels*, ut ſuper inſtantias ipſorum ſtaret iuri, fruſtra direxerimus Litteras Regias & mandatum; De conſilio Civitatum, & exigente iuſticia, premiſſos Decanum & Capitulum miſimus in poſſeſſionem bonorum ſuorum in *Nackheim*.

Mandantes itaque tibi Sculteto, ex parte Dni Regis precipientes diſtricte, quatinus ducas Eos in poſſeſſionem eandem, & nomine Regie Celſitudinis conſerves inductos.

23 Maii. Datum *Maguntie* X Kal. Iunii, Anno Domini MCCLV.

CCLXXIX

A. GERHARDI Diploma,

quo, controverſia inter Cuſtodes *eccleſiarum Collegiatarum* & Plebanos *agitata de Sepulturis & miniſtrandis Sacramentis, modus eſt ſtatutus.*

An. 1255.

[p. 610. n. 9.]

GERHARDUS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniverſis preſentes litteras inſpecturis conſtare volumus, quod cum inter Cuſtodes eccleſiarum & Plebanos civitatis Maguntine in petendis Sepulturis, & Eccleſiaſticis Sacramentis conferendis Queſtio verteretur; Domini S. & C. b. m. predeceſſores noſtri, mediante conſilio Prelatorum ac etiam Iuris peritorum ipſam queſtionem ſententialiter diffiniverunt; Sub hac forma videlicet, ut unicuique liceat petere Sepulturam in loco magis religoſo, & preſente ſuo Plebano, quam petet a Decano & Capitulo, non a ſolo Cuſtode. Plebanus autem Infirmum Corpore Domini debebit viſitare, & eius Confeſſio-

feſſionem audire. Si autem Conventualis eccleſia apud quam infirmus eligit ſepulturam ad inunctionem Olei, ſi neceſſe fuerit invitatur; preſente Decano & *ſuis fratribus* Plebanus ad inunctionem olei manus apponat.

Item Canonici, per ſe vel per alios nuncios, conſilio vel aliquo modo non inducant amicos ſuos ad petendam ſepulturam; & Plebani occulte vel palam illam non debent diſſuadere, ſed ſecundam Miſſam in Conventuali eccleſia celebrabunt.

Item Cuſtodes non miniſtrabunt eccleſiaſtica ſacramenta, videlicet Viaticum & Baptiſmum, hys qui ſunt in terminis alicuius Parochie conſtituti; quia Plebani, in terminis de quibus homines ad Synodum Prepoſiti maioris convenerunt, habent conferre & procurare omnia eccleſiaſtica ſacramenta.

Item prohibitum fuit, ne Cuſtodes Sponſas recipiant, vel Mulieres de puerperio introducant. *Item*, ne aliquis faciat confeſſionem niſi ſuo Plebano, & ſi forte alium Confeſſorem ſibi vult eligere, a ſuo Plebano licentiam petet, quam ei dabit ex cauſis in Iure expreſſis. Preterea preceptum eſt, ne Cuſtodes eccleſiarum in diebus feſtis predicent, ſed in diebus Dominicis tantum pronuncient dies feſtos. *Item* non debent Penitentes, vel Peregrinos expedire ad iter peregrinationis.

Quia igitur dicti noſtri Predeceſſores hanc Sententiam ſub pena excommunicationis obſervari preceperunt; Nos eorum veſtigiis inherentes, & ſingulorum diſpendiis precaventes, predictam Sanctionem ſeu ordinationem ſub pena excommunicationis precipimus inviolabiliter obſervari.

Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLV, Idus Septembris. Pontificatus noſtri anno tertio. *13 7br.*

Not. *Annus ſequens 1256, editis a* Gerhardo *Diplomatibus vacat. Cuius rei ratio eſt, quod tranſegerit illum in captivitate, apud Ducem Brunſvicenſem.*

Digitized by Google

CCLXXX

Nobiles a WEILER *renuntiant Decimæ feudali in* Henneberne & Goltbach &c. *An.* 1257.

Nos HEINRICVS & DIETERICVS fratres, dicti *de Wiler*, tenore preſentis pagine proteſtamur, volentes id ad cunctorum noticiam pervenire; Quod, cum nos Decimas cuiusdam agri in *Henneberne*, apud *Obernheim* iuxta Moganum, qui dicitur *ager Epiſcopi*, & quarundam vinearum apud *Goltpach*, in monte qui dicitur *Hennenberg*, & *Gozzeſtal*, ab Eccleſia *Aſchaffinb.*. titulo feodi teneremus; dictas Decimas Dno CONRADO Cuſtodi *Aſch* . . dedimus redimendas, X libris Hallenſium ab eo receptis: Reſignantes, quidquid iuris in predictis decimis videbamur habere, in manus Dni RVDOLFI Decani *Aſch* . . Fideliter promittentes, quod quam cito copiam Dni noſtri Prepoſiti *Aſchaffinb.* . habuerimus, in manus ipſius reſignationem ſimilem faciemus; inſtanter & bona fide petentes, ut ipſi Cuſtodi aſſignet Decimas ſupraſcriptas. Conſenſum quoque fratris noſtri RICHWINI, qui in tradicione ipſarum decimarum preſens non fuit, procurabimus accedere huic facto noſtro.

Dedimus & fideiuſſores Cuſtodi, ſcilicet Dn. GERHARDVM *Aſch.* . Canonicum fratrem noſtrum, & Dn. HERMANNVM *Stickonem* de *Albeſtat* Militem, quod hec omnia ad promiſſum & debitum deducemus effectum, alioquin prefati fideiuſſores *Aſchaffinburg* hoſpitium alicuius Civis intrabunt, more fideiuſſorio commeſturi, nec inde recedent, donec ſupraſcripta omnia compleantur. Teſtes huius rei ſunt

RVDOLFVS Decanus
ORTOLFVS Scolaſticus
GODEFRIDVS Cantor.

GODE-

Digitized by Google

GODEWOLDVS.
HERTWICVS.
VOLRADVS. } Canonici.

HERMANNVS *Ruſchebuſch.*
GERHARDVS de *Maſpach.*
& HERMANNVS *Sticko.* } Milites.

GERNODVS Camerarius.
BERTHOLDVS de *Lapide.*
CONRADVS *Suenzerich.*
BERTHOLDVS *Erenberti.*
Cives *Aſchaffinb.* . & alii q. plures.

Vt autem hec noſtre Series factionis firmior perſeveret, ego HEINRICVS uxorem meam feci ſimiliter reſignare, & hoc ſcriptum Eccleſie & Civium *Aſchaffinb.* . communiri Sigillis. Actum anno gratie MCCLVII, menſe Ianuar. VI Idus eiusdem. *8 Ian.*

CCLXXXI

Contractus permutationis inter GERHARDVM *&* *Abbatem* Heynenſem.

An. 1257.

[*p. 1013 in Addit.*]

Frater WERNERVS dictus Abbas, totusque Conventus monaſterii in *Aulesburg*, quod *Hegenehe* vulgariter nuncupatur, Ciſt. Ord. Mag. dioc. ſalutem in Domino ſempiternam. *ex Autographo.*

Tenore preſentium conſtare volumus XPI fidelibus univerſis, quod nos unanimi voluntate cum Reverendo Patre ac Domino noſtro GERHARDO Archiepiſcopo Maguntino, conſen-

ſenſu Capituli ſui accedente, ſuper Bonis ſubſcriptis talem commutationem duximus faciendam.

Nos predicto Dno Archiepiſcopo decimam noſtram in *Rumershuſen* & bona noſtra in *Herredeshuſen*, cum omnibus pertinentiis eorumdem, nec non tria talenta *Frislarienſis* monete dedimus in Octava *S. Andree* in caſtro *Iagesberg* annis ſingulis perſolvenda. Sepedictus vero D. Archiepiſcopus pro bonis noſtris predictis bona ſua in *Dudenhuſen*, in *Hadewercken*, & in *Elverod*, cum omnibus pertinentiis eorumdem nobis dedit, iure perpetuo poſſidenda.

In cuius facti memoriam & perpetuam firmitatem preſens ſcriptum Sigilli noſtri munimine fecimus communiri.
2 Nov. Datum apud *Hegenehe* Anno Domini MCCLVII, craſtino omnium Sanctorum.

Sigillum appenſum eſt filis rubris & albis, impreſſum ceræ rubræ, repræſentans figuram Abbatis dextra pedum ſimplex tenentis, ſiniſtra vero admoventis librum clauſum pectori.

✝ SIGILLVM ABBATIS DE AVLESBVRG.

CCLXXXII

Recognitio parthenonis KEPPEL, *quoad dono latam à* GERHARDO *& Capitulo, eccleſia* NETPHE.

An. 1257.

[*p. 612. n. 10.*]

Reverendis & dilectis in XPO, Prepoſito, Decano totique Capitulo Maguntino, Magiſtra & Conventus ecleſie S. MARIE in *Keppele* * Ord. *Premonſtr.* dyoc. Mog. devotas oraciones in XPO.

* *Hodie Coetus virginum* Secularium, *ſub dominio Principis Naſſovici* Siegenſis. *In ſtatu Eccleſiaſtico paruit Abbati de* Arenſtein.

Quia

Quia parochialis eccleſia de *Netphe* a Venerabili Patre Dno GERHARDO Archiepiſcopo Moguntino & vobis auctoribus, noſtris communibus uſibus eſt donata perpetualiter obtinenda; Nos in recognitionem huius gracie vobis liberaliter promittimus, & nos teſtimonio Scripti huius firmiter obligamus, quod ſingulis annis in feſto Annunciacionis S. Marie Virginis dabimus in perpetuum tres libras Cere ſuper Altare veſtrum, ad tres candelas inde parandas que in ipſo feſto ad honorem DEI & bme Matris eius cum candelis reliquis incendantur.

Subiicimus eciam nos iurisdictioni Iudicum S. Moguntine Sedis, ut, ſi defecerimus, quod avertat Dominus, in ſolvenda cera prefata, ipſi nos ad ſolucionem per Cenſuram eccleſiaſticam compellant.

Ad maiorem autem huius rei firmitatem & evidenciam dedimus Scriptum iſtud, Sigilli noſtri munimine roboratum. Datum Anno Domini MCCLVII, XVI Kal. Decembris. 16 Nov.

CCLXXXIII

De Eccleſia parochiali Albsheim, & *Capella* Gowersheim, *unitis Monaſterio* RODENKIRCH. *An.* 1258.

LUDEWICUS DEI gratia Abbas, totusque Conventus Eccleſie in *Rodenkirchen*, Ordinis *Premonſtr.* Dyoceſis Moguntine: Vniverſis XPI fidelibus tamquam noſtris commembris, pietatis opera que poſſumus exhibere debemus; Sed illis ſpecialiter & precipue grata debemus viciſſitudine reſpondere, quos in noſtra & Eccleſie noſtre promotione, efficaces ſenſimus & benignos.

Quia igitur Donationi, quam in Parrochiali eccleſia *Albesheim*, & Capelle *Gowersheim* dependente ab ipſa, Venerabilis Pater, Dns HUGO Tt. Sce *Sabine* presbiter Cardinalis

Digitized by Google

Apoſtolice Sedis Legatus pie nobis & Ecclesie noſtre fecit, Dns WERNHERVS Prepoſitus, una cum Venerabili Patre Dno GERHARDO Archiepiſcopo Maguntino liberaliter conſenſerunt, ex quo conſenſu dicta donatio ſortita eſt debitam firmitatem; Nos, in recognitionem & perpetuam memoriam tanti beneficii, Capitulo antedicto ſingulis annis ſex libras dare promittimus bone Cere, ad feſtum Dedicationis ecclesie ſue ſollempnius celebrandum. Et nos & noſtram eccleſiam ad id perpetuo obligamus.

Hoc ſcripto etiam confitemur, quod ad Synodum & Capitula Dni Prepoſiti Ecclesie *S. Victoris* Maguntini noſtri Archidiaconi venire tenemur; Cathedraticum ſolvere, & mandata eius recipere, & omnia ratione dictarum Parrochie & Capelle facere, ad que Plebani ſui Archidiaconatus tenentur. Et ad hec & eccleſiam noſtram perpetuo obligamus.

Ad maiorem autem firmitatem & evidentiam harum rerum, ipſius noſtri Conventus Sigillo roborari fecimus preſens Scriptum.

18 Apr. Datum Anno Domini MCCLVIII, XIIII Kal. Maii.

✿ ✿ ✿

In nullam huius Monaſterii notitiam devenire poterat Rm9 Annalium Præmonſtr. *Conditor Abbas* Stivagienſis; *utpote*, T. I. p. 631, *hoc tantum de eo memorans:*

„In Moguntina dioeceſi ſtetiſſe conſtat; idque teſtan„tur veteres membranæ omnes. Mirum, quod Mogun„tinenſis Eccleſiæ Hiſtoriographus illam * non detexe„rit in chartis, quas luſtrando Dioeceſeos Tabularia vi„dit copioſiſſime. **

* *videl.* Domum rubeam: *Hoc enim nomine, & ſub litera D,* *coenobium* Rubricenſe: Rubræ eccleſiæ: Rodenkirch: *inducit. Aſt inconvenienter, quippe ſub lit.* R. *locandum erat.*

** *Non Profeſſor* IOANNIS, *ſed* Ego.

Et

Et quamvis pauca ſint, quæ ad rem præſentem apparatus noſter Diplomaticus ſuppeditat; cum tamen non nihil ſaltim lucis præfato Coenobio afferant, ſic eadem ipſa per Extractum Litterarum Electoris Theoderici *ſubiunctum, commode applicanda cenſuimus:*

„Theodericvs — — *Archiepiſcopus Mogunt.* Sa„ne cum per — — Abbatem & Conventum monaſte„rii *Rodenkirchen* Ord. Premonſtr. noſtre dioceſis prope „*Kircheim* — — expoſitum fuerit, qualiter Ipſi in ſuis „Redditibus, proventibus — — adeo incipiunt unde„quaque deficere; propter multorum incommodorum „pericula, diſcrimina — — in tanta paupertate ſint „conſtituti, ut dicti redditus nequaquam poſſunt pro „Menſa abbatiali & conventuali ſufficere; & poſtremo „in officiis divinis debitum — — non perſolvere; --- „Cuius rei veritate comperta - - - ſubvenire cupien„tes, ut eo liberius — — Deo ſub — — monaſtica „diſciplina & continuato Divinorum cultu valeant mili„tare; — — Paſtoriam ſive eccleſiam parochialem in „*Waltleybersheim* - - cum omnibus fructibus & pro„ventibus - - accedente ad hoc conſenſu - - Magnifi„ci Principis, Ducis Stephani de *Bavaria*, Comitis „Palatini Rheni, ac Nobilium Philippi & Iohannis, „Comitum in *Naſſaue* & in *Sarbrucken* fratrum, & Va„lidi viri Henrici de *Schonenburg* dicteque ville poſ„ſeſſore & Directore, nec non noſtra voluntate, cuius „quidem Collatio & proviſio - - ad predictos & Nos, „ratione directi & utilis dominii in *Kircheim* pertinuiſſe „dinoſcitur; prefatis Abbati & Conventui, & eorum „Menſe - - duximus annectendam, uniendam --- „Datum *Hoeſte* - - XXX Auguſti - - MCCCCXXXVIII.

Situm eſt autem in confinibus terræ Palatinæ prope montem Tonitrui (vulgo Donnersberg*) Oppidum iſtud* Kircheim; *quod, cum* Bolandia, Stauff, *& aliis quibusdam locis vicinis coaluit unam in Satrapiam. In huius diſtrictu, præter Cœnobium de quo hic ſermo eſt, & aliud erat, nomine* Roſenthal, *æque ac noſtrum ante*

CCX circiter annos uſibus addictum ſecularibus. Vigore diviſionis Fraternæ de an. 1629, Roſentablenſes reditus ceſſerunt familiæ Saræpontanæ, Domui vero Weilburgicæ, Rubricenſes; *quibus hodiedum Ser. Princeps* CAROLVS AVGVSTVS *fruitur.*

Abbates ultimos, ex Litteris confirmatoriis in Moguntino archivo notavi ſequentes: N. *de* Wachenheim: *Quo, an. 1516 viam univerſæ carnis ingreſſo, eligebatur* CONRADVS Morolf. *Obiit ille an. 1527; Eique ſuccedebat* NICOLAVS, * *d. 25 Apr. â Cardinale* ALBERTO *confirmatus.*

* per Compromiſſarios: CAROLVM Præpoſitum *Enckenbacenſem*, IOANNEM Abbatem *Ilfendenſem*, [*ambo Ordinis Premonſt.*] & IOANNEM Oberndorf, *Priorem* domus Tonitrui, *Ordinis* S. Pauli.

CCLXXXIV
Templum S. Catharinæ OPPENHEMII *erigitur a* GERHARDO *in Parochiam.*
An. 1258.

[*p. 610. § IV. & p. 612. n. 12.*]

GERHARDVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Cum ad mandatum Sereniſſimi Domini noſtri, RICHARDI, Romanorum Regis Illuſtris, per antiquiores & meliores incolas loci revelatis antiquis & veris limitibus, qui Maguntinam Dyoceſin a Wormatienſi diſtinxerant, quamquam per ignaviam fuiſſent in parte convulſi, extiterit liquido declaratum, quod nova civitas in *Oppenheim* in noſtra ſit dyoceſi conſtituta; ac populus civitatis eiusdem, numero & auctoritate in tantum excreverit Domino adaugente, quod ipſum deceat, immo expediat, ob animarum ſalutem ſingularis ac propriis Rectoris regimini gubernari;

Nos,

Nos, de conſilio & conſenſu Capituli noſtri, & ..(*Ludovici*) Prepoſiti Sci Victoris loci Archidiaconi, Eccleſiam Sce *Katherine* in ipſa civitate fundatam, in Parrochialem eccleſiam erigimus, facimus, & creamus; ipſamque iure & honore Parrochialis eccleſie perpetualiter inſignimus; Concedentes eidem, ut proprii Baptiſterii uſum habeat, pro ſuis parvulis baptizandis: Nec non Cimiterium ſpeciale, ad commodum ſepulture. Iuratos etiam habeat, & ordinet ſpeciales, qui ad ea que iuris ſunt ſpiritualis, promoveant & diſponant.

In huius rei teſtimonium ac debitam firmitatem preſens Scriptum Noſtro, & Capituli noſtri, ac Prepoſiti prefati Sigillis fecimus communiri. Datum *Maguntie* V°. Nonas Iulii. Anno Domini MCCLVIII. *3 Iul.*

CCLXXXV
Comitis *de* Cazenelnbogen,
eximentis Bona W. *de* GERA *ab omni ſervitiorum onere.*
An. 1258.

DITHERVS Comes *de Cazenellenbogen.* Vniverſis preſencium inſpectoribus notum eſſe cupimus, publice proteſtando, quod nos devota & fidelia ſervicia, que Dilectus nobis WERNHERVS dictus *de Gerahe*, civis Maguntinus, multipliciter nobis exhibuit, attendentes; hanc ſibi & ſuis heredibus graçiam fecimus ſpecialem, quod bona ſua, videlicet duos manſos quos idem *Wernherus* in villa noſtra *Bercka* poſſidet, ex quibus eciam X & VIII iugera eidem de bonis noſtris propriis liberaliter contulimus; condicioni libere iam nunc damus; ipſos ab omni ſerviciorum onere penitus eximentes; ita quod, nec idem *Wernherus*, nec ſui heredes de predictis duobus manſis, nobis aut noſtris heredibus unquam in poſterum aliquod ſervicium exhibebunt, ſed eosdem quieta & libera poſſeſ-

ſeſſione in perpetuum obtinebunt. Teſtes aderant huic facto BOEMVNDVS de *Hobinſtein*, HERMANNVS *Durchdenpuſch* frater ſuus, & HEINRICVS de *Kazenelenbogen* Milites, fideles noſtri.

Datum *Maguntie*, in *feſto Curie noſtre ibidem celebrate*, Anno Domini MCCLVIII menſe Septembri.

CCLXXXVI

Ratificatio venditionis bonorum in RODE, *præſtita a Terra ſucceſſoribus, quondam Dynaſtarum* Büdingenſium. *An.* 1258.

ALBERTVS de *Trimperg*, HEINRICVS & GODEFRIDVS fratres *de Brunecke*, EBERHARDVS de *Bruberg*, & LVDEWICVS de *Iſenburg*. Si quis vult geſta hominum perennare, debet ſcriptis & teſtibus commendare.

Noverint igitur univerſi, Nos venditionem quam PHILIPPVS de *Grunda* & METHILDIS relicta DITHMARI fratris eiusdem, cum IOHANNE univerſisque pueris ſuis, cum Viris religioſis Dno Abbate ſuisque Confratribus apud *Hegene* Domino famulantibus, cum Bonis ſuis in *Rode* apud *Geilnhuſen* ſitis feciſſe ſciuntur, ratam habere omnimodis, & laudare; maxime, cum iam prefati *Philippus*, *Methildis* & univerſi pueri eiusdem, nobis proprietatem ſuam in *Rodenbach* tradiderint, nobis cariorem bonis noſtris in *Rode* iam dictis, & ut credimus utiliorem; Et eam a noſtris manibus iure receperunt feodali.

Ne autem hoc factum a quoquam aut nunc aut in poſterum valeat immutari, preſentem Paginam fecimus ſcribi, & Sigillorum noſtrorum munimine roborari. Datum *Geylnhuſen*, Anno Domini MCCLVIII.

CCLXXXVII

Digitized by Google

CCLXXXVII

Monaſterii SCHWABENHEIM *obligatio perpetua ad VI libras Ceræ, pro donatis eidem parochiis binis,* Hackenheim & Schemesheim. *An.* 1259.

[p. 612. n. 13.]

CONRADVS Prepoſitus, totusque Conventus eccleſie de *Suabenheim* Ord. S. *Auguſtini* Dioceſis Mog. univerſis Xpi fidelibus *&c.* Quanquam noſtris Conventibus pietatis opera que poſſumus exhibere debemus, illis tamen ſpecialiter & precipue grata debemus viciſſitudine reſpondere, quos in noſtra & eccleſie noſtre promocione efficaces ſenſimus & benignos.

Quia ergo Donacioni, quam in parochiis *Hackenheim* & *Schemesheim* Venerabilis Pater & Dominus noſter GERHARDVS Archiepiſcopus Mog. pie nobis & Eccleſie noſtre fecit, Dns WERNHERVS Prepoſitus ſuumque Capitulum Moguntinum liberaliter conſenſerunt, ex quo conſenſu dicta donatio ſortita eſt debitam firmitatem; Nos in recognitionem & perpetuam memoriam tanti beneficii, Capitulo antedicto ſingulis annis ſex libras dare promittimus bone Cere, ad feſtum Dedicationis ſue eccleſie ſollempniter celebrandum; & nos & noſtram eccleſiam ad id vobis perpetuo obligamus.

Hoc Scripto eciam confitemur, quod ad Synodum & Capitula Dni maioris Prepoſiti venire tenemur; Cathedraticum quoque ſolvere, & mandata eius recipere, & omnia racione dictarum Parochiarum facere, ad quod Plebani ſuo Archidiacono de iure tenentur. Et ad hoc nos & noſtram eccleſiam perpetuo obligamus.

Ad maiorem autem firmitatem & evidenciam harum rerum, ipſius noſtri Conventus Sigillo roborari fecimus preſens Scriptum. Datum Anno Domini MCCLIX, in die Converſionis S. Pauli Apoſtoli. 25 Ian.

CCLXXXVIII

Digitized by Google

CCLXXXVIII

Quomodo Archipræſul GERHARDUS I *avulſerit Coenobium* Montis S. DISIBODI *ab Ordine* D. Benedicti, *tradideritque idipſum Monachis* Ciſtercienſibus.

An. 1259.

[*p. 613. ante* § *VII.*]

GERHARDUS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in XPO, WALTHELMO Abbati & Conventui in *Otterburg* ſalutem in Domino.

Quia monaſterium *Montis* S. *Dyſibodi* Ord. *S. Benedicti* noſtre dioc., quod ſpiritualium & temporialium ab antiquo grata floruit ubertate bonorum, utpote a noſtra Eccleſia in magna religione fundatum, dotatum pariter & ditatum multis poſſeſſionibus & honore, * in his omnibus ſic defecit ex toto, quod poſſeſſionibus ipſius monaſterii dilapidatis penitus & diſtractis, perpauci Monachi adhuc in loco reſidui, urgente famis inedia ab eo cedere compellantur, ſpesque omnis hinc inde ſit extincta profectus; cum nec loco per Monachos, nec monachis per Locum valeat aliquatenus ſubveniri.

* *n. XVIII. XXIX.*

Nos, ne locus tam venerabilis & tam ſacer penitus deſoletur, ac divine laudis in eo organa omnimodis ſuffocentur; ob ſumme reverenciam Maieſtatis, honoremque Virginis glorioſe, ac incolarum Terre deſiderium, Vobis, ac per vos Ordini *Cyſtercienſi*, Monaſterium ipſum cum univerſis ſuis poſſeſſionibus, pertinenciis & iuribus, per manum & conſenſum noſtri Capituli, ac connivencia prefati loci Monachorum, qui monaſterium ipſum ex cauſis premiſſis in noſtras manus libere reſignarunt, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti tradimus & donamus; ut in monaſterio ipſo planteris Ordinis veſtri Conventum, ſub Abbatis nomine & regimine gubernan-

Digitized by Google

nandum, qui inibi Domino famulantibus, & preſcripto Loco, poſſeſſionibus, attinenciis & iuribus gaudeat univerſis.

Certam in Gratiarum omnium plantatore ponentes fiduciam, (qui Cyſtercienſis Ordinis plantulas & ſpiritualibus ſolitus eſt irrigare fluentis, & dilatare non modicum temporalibus incrementis, ſic, ut ubicunque locorum plantatus fuerit idem Ordo, in flore diſtillet boni ſuavitatem odoris, & in conſummacione germen honoris & fructum proferat honeſtatis,) quod Ipſe vos non ſolum coaleſcere in loco preſcripto concedat, quinimmo vobis donet in ipſo fructum ſibi acceptiſſimum germinare; Locoque & Patrie ad veſtrum introitum divinitus benedicat. Reſervantes tamen nobis iura patronatus eccleſiarum ad ipſum Monaſterium ſpectancium ex antiquo, preter Parrochiam in Monte, cui attinet *Odernheim* & *Studernheim*, veſtris uſibus applicandam.

Item reſervamus nobis Vaſallos, feoda & homines ipſi monaſterio hactenus attinentes. Quod ſi tamen a Domino facultate conceſſa poteritis redimere poſſeſſiones aliquas diſtractas, obligatas, aut venditas; vobis libera ſit facultas, etiamſi Decime ipſis poſſeſſionibus ſint annexe; Sic, quod decima Patrono debita vobis remaneat, & ius Patronatus nobis nudum tantummodo cedat. Decima vero, & Redditus, ſi qui hactenus Paſtori cedebant, nichilominus cedant ei. Anniverſarii etiam noſtri diem perpetuo ſollempniter peragetis.

In cuius rei teſtimonium ac perpetuam firmitatem preſentes Litteras noſtri, & Capituli noſtri Sigillis fecimus communiri. Actum *Moguntie* Anno Domini MCCLIX, nono menſis Marcii.

CCLXXXIX

Monachorum Diſibodenbergenſium *in d. tranſlationem Conſenſus.*
An. 1259.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Nos Otto Dei gratia Abbas, totusque Conventus monaſterii S. *Dyſibodi* Ord. S. *Benedicti* Mag. dioc. ad noticiam omnium preſentium & futurorum cupimus pervenire, quod Nos, cognita voluntate & conſenſu Venerabilis Patris ac Domini noſtri Gerhardi Archiepiſcopi, & tocius Capituli Maguntini, prehabita bona deliberacione, & communi, Dn. Walthelmum Abbatem de *Otterburg* & ſuos Fratres in Eccleſiam noſtram permiſimus libere introire; ita videlicet, quod *Ordo Cyſtercienſis* ibidem per Eos & ſuos ſucceſſores in perpetuum conſervetur: Plenam poteſtatem & liberam facultatem, bona eccleſie poſſidendi, ſive fuerint obligata, vendita, vel quoquo modo alienata redimendi, cum omnibus iuribus eisdem conferentes.

In huius rei teſtimonium preſentem Cartulam eisdem contulimus, Sigillis noſtris roboratam. —— MCCLIX, nono menſis Marcii.

CCXC

De Monachis alibi diſperſim proviſis.
An. 1259.
[p. 613. l. d.]

Gerhardus Dei gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Cum ſiniſtris eventibus monaſterio S. *Dyſibodi* noſtre dioc. adeo in temporalibus deſtituto, quod Nigri monachi ibi-

ibidem ob rerum inopiam degere non valebant, ex provida deliberacione Prelatorum & Capituli Moguntini ipſi nigri monachi inde ad loca diverſa, tam ſui quam alterius Ordinis ſint transmiſſi, ubi eis in prebendalibus beneficiis, tamquam aliis Fratribus in eisdem monaſteriis degentibus, ad beneplacitum noſtrum, & Eccleſie Moguntine mandato in perpetuum eſt proviſum; Nos receptionem & proviſionem huiusmodi, prout facte ſunt racionabiliter, approbantes, ac ratas & gratas habentes; ipſas de conſenſu Prelatorum & Capituli Moguntini, in monaſteriis predictis, prefatis monachis in nomine Domini confirmamus. Nulli ergo omnino liceat *cet.*

In cuius facti memoriam preſentem Litteram noſtro & dicte Eccleſie Moguntine ſigillis duximus roborandam. Actum & datum *Moguntie* X Kal. Iulii, Anno Domini MCCLIX. *22 Iunii.*

CCXCI

Bonorum, inter Abbatem de HEYNA *&* *Milites* de STICHEL, *facta permutatio.* *An.* 1259.

HERMANNVS Scultetus, Conſules, Scabini & Communitas civium *Geylnhuſenſium.* Si morâ a memoriis hominum elabuntur, que nec ſcriptis nec teſtibus committuntur; Hinc eſt, quod ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, HEYMERICVM & FRIDERICVM fratres, filios quondam *Friderici* Militis, dicti *Stichel*, accedente conſenſu Legitime * *Heymerici*, cum Abbate & Conventu de *Haynebe* Ord. Ciſt. quoddam concambium iniiſſe.

* *Vxor.*

Omnia enim Bona ſua, que in villa *Rode* apud *Geylnhuſen* habebant, in curtis, agris, ſilvis, aquarum decurſibus, paſcuis, vineis & decimis, quibusdam vineis exceptis quas quibusdam colendas iure hereditario locaverunt, contulerunt predicto Conventui perpetuo poſſidenda. In reſtaurum, vel vice eorundem bonorum manſos VII & dimidium in *Grunda-*

 ba,

Digitized by Google

ba, que *media* vocatur: in ſuperiori *Grundaba*, in *Vſſenkeim*, & in *Huſen* ſitos, recipientes a Fratribus memoratis. Et poſtquam effectum fuerit ſortita permutacio memorata; prefati, *Heymericus*, Vxor ſua, & *Fridericus* frater ſuus rite renuntiantes memoratis bonis, communicata manu reſignaverunt ea, iam dictis Fratribus perpetuo ſervitura.

Vt autem hic Contractus robur obtineat debite firmitatis, has Litteras noſtro Sigillo placuit communire. Teſtes:

FRIDERICVS Miles *de Buchen.*
GERLACVS de *Elinaba.*
HERMANNVS de *Bucheſecke.*
ANSHELMVS *Ineptus.*
HARTMVDVS de *Cram.*
WORTWINVS *Gerſlo*,
& multi alii ad Contractum huiusmodi vocati.

26 7br. Datum Anno Domini MCCLIX, VI Kal. Octobris.

Vita Gerhardus *emigravit eodem hoc anno*, Erfurti, *VII Kal. Oct. ſeu die 25 Septembris. Succeſſit ipſi* WERNERVS de *Eppenſtein*, *Præpoſitus* a) *Eccleſiæ maioris*, b) *D. Petri*, c) *B. Virginis ad gradus* Moguntiæ, d) *SS. Petri & Alexandri* Aſchaffenburgi. *Qui, dum eligeretur, utut ætate iam eſſet provectus, tamen annos ferme* XXV *ad clavum ſedit. Eia igitur! Quandoquidem tanto latior, graſſandi in Diplomata patet campus.*

CCXCII

CCXCII
COMITIS de BATTENBVRG,
de præſtito olim contra M. MISNENSEM *&* SOPHIAM *adiutorio: nunc, occaſione eius cum* WERNERO Mog. Electo *pactis conventis.*
An. 1259.
[*p. 613. n. 1. ad § VII. & p. 614. n. 5.*]

NOS WIDEKINDVS DEI gratia Comes *de Battenburg* recognoſcimus & proteſtamur, quod olim preſtitimus corporale ſacramentum Domino noſtro GERHARDO pie memorie Archiepiſcopo Moguntino, quod ſibi & Eccleſie Moguntine contra quoslibet Hoſtes ſuos, ſpecialiter autem contra Marchionem *Miſnenſem*, & Relictam Ducis *Brabantie* feramus auxilium bona fide viribus noſtris totis, excluſo penitus omni dolo. Et ut poſſimus hoc efficacius adimplere, promiſit nobis in ſubſidium dare ducentas marcas *Colon.* denariorum, & tandem pro centum, pignora certa dedit. *ex Autographo.*

Quia vero Dominus noſter, Dns WERNHERVS Sancte Moguntine Sedis *Electus*, pro reſiduis centum marcis vacantes ſuos Redditus apud *Battenburg* nobis nomine pignoris obligavit; Nos & heredes noſtri, Sibi & ſuis Succeſſoribus & Eccleſie Moguntine, ad fidele auxilium verſa vice teneri volumus perpetuis temporibus, iuxta formam ſuper hoc traditam per Archiepiſcopum memoratum; vel tenebimur ad reſtitutionem pecunie memorate; ad quorum alterum ut per Cenſuram nos eccleſiaſticam compellere valeat, ſponte eligimus, & in hoc ultronei conſentimus.

Ne autem, inter ipſum Dominum *Electum* & nos contractum huiusmodi familiaritatis vinculum ex facili diſſolvatur, in hoc convenimus cum Eodem; quod ſi forte alicuius diſſenſionis ſcrupulum inter nos invicem contingeret ſuboriri, quod

 abſit,

abſit, non ob hoc ſubito debeat ſubtrahere nobis ſuam beneficentiam ſeu favorem; nec nos verſa vice a ſuo nos obſequio ſubducemus. Immo nec a principio diſſenſionis huiusmodi, uſque complete fuerint decem & octo ebdomade, alter in alterum gwerre quippiam attemptabit; infra quod temporis is qui deliquiſſe videtur, per inſtantiam leſe partis, & exhortationem amicabilem, ad ſatisfaciendum congrue de commiſſis, trahi valeat & induci; Qui, ſi ad id induci nequeat, Pars altera, a vinculo quo ſibi tenebatur aſtricta, libera prorſus erit & ſoluta, prout in Litteris Archiepiſcopi ſupradicti plenius eſt expreſſum.

Preterea obligamus nos noſtris Litteris, quod reſtituemus Domino Electo, ſuis ſucceſſoribus & Eccleſie Moguntine bona ſua que tenemus in pignore, quandocunque nobis ſupradicte ducente marce fuerint perſolute. Datum apud
18 Nov. *Ameneburg*, Anno Domini MCC*Quinquageſimo nono*, XIIII Kal. Decembris.

SIGILLVM COMITIS WITEKINDI IN BATTENBVRG. *Ipſe, equitans, facie ad ſpectatorem verſa Scutum tenet gentilitium, quo exhibentur duo Dentes elephantini.*

CCXCIII

Inſtituta diſquiſitio Servitiorum ac onerum de Bonis in BVCHKEBEL &c., *nec non de Iure Advocacie. An.* 1260.

NOS STARCKARDVS DEI gratia Abbas in *Seligenſtadt* tenore preſentium . . . publice profitemur, quod tam Nos, ex unanimi noſtri Capituli aſſenſu, quam Dns HARTMANNVS dictus de *Ruckingen* Miles, de PAVLINE uxoris & puerorum ſuorum conſenſu voluntario, Bona quedam ſita in *Buchkebelo*, Curiam videlicet & duos manſos cum ſuis pertinen-

Digitized by Google

tinenciis, que iam dudum poſſederat monaſterium in *Hegenebes* . . eo iure, quod debitum Cenſum & alia conſueta & iuſta ſervitia noſtro monaſterio ex his: & prefato Militi ius, quod occaſione Advocacie ſue ſuper eadem habebat bona, iuxta modum aliorum manſorum principali curie noſtre in eadem Villa ſite pertinentium, cum integritate debita annis perſolvebat ſingulis, accepta quondam a nobis utrisque aliqua, perinde a prefato monaſterio pecunia, ab omni cenſu & ſervitute quibus eadem bona ab antiquo tempore fuerant onerata, & tam nobis quam dicto aſtricta Advocato, concordi fecimus conſilio & liberali, penitus abſoluta; ſic, quod a quolibet posſeſſore ex tunc inantea mero proprietatis iure, & tanquam ab omni cenſu & ſervitute exonerata, perpetuo poſſent ipſa bona libere poſſideri.

Quo facto, & poſtea aliquo temporis articulo transvoluto, cum *Fr.* CVNRADVS, dictus *de Mumenberg*, vice monaſterii ſui antedicti eadem bona ſupradicte dedita libertati, religioſe S. ANTONII in *Rosdorff* domui, nec non EBERWINO dicto *Moz* coheredibusque ſuis vendere decreviſſet, & nobis hoc conſtaret; non timentes tamen noſtro monaſterio in iure ſuo poſt hac, quam etiam Advocato predicto, in Suo, ex hac venditione quicquam poſſe deperiri; hac de cauſa quod eiusdem ville Ruſtici, ſicut mos eſt ruſticis ſepius facere, ſuper libertate antedictis bonis, per noſtram ſimiliter & Advocati donationem tradita, poſſent aliquomodo cauſari poſt hac, & ſub tali occaſione ſuam debitam ſubtrahere ac minuere ſervitutem; Ad locum debitum, ſcilicet in Curiam noſtram eiusdem ville principalem, tam antedictorum bonorum Venditorem, quam etiam Emptores, una cum univerſis noſtris manſionariis ibidem convocatos, illos ſub iureiurando diligenter inquiſivimus, cuiusmodi Cenſus ſive Servitutes alias, tam noſtro Monaſterio quam dicto Advocato Fratres de *Hegene* de bonis prelibatis ab antiquo ſolviſſent; Et hoc fecimus, ad obviandum malicie Ruſticorum, & ne poſſent de cetero variare.

Ipſi

Ipſi vero nichil talium conſiderantes, ſicut antea de eorundem bonorum onere ſepius inquiſiti coram nobis reſponderant, deliberato conſilio & bene concordi unanimiter reſponderunt; quod ipſi Fratres de his bonis nullos unquam Cenſus ampliores nobis dederint, neque Servitutes alias ab antiquo vel nobis vel Advocato fecerint, vel de iure facere debuerint, quam alii duo manſi, de numero X manſorum principali curie noſtre in eadem villa ſite adherentium, facere conſueverunt. Teſtes:

Ego STARCKARDVS Abbas. HEINRICVS Cuſtos. WICGERVS Capellanus noſter. ARNOLDVS *Reynewolff.* GELFRADVS dictorum bonorum venditor; ſimiliter & emptores, & alii quam plures fide digni.

Hec fecimus conſcribi, & ſub noſtro Sigillo noſtris ſucceſſoribus reſervari. Actum Anno Domini MCCLX, pridie Nonas Iunii. 4 *Iun.*

CCXCIV

Dynaſta de ISENBVRG *recognoſcit, Ius conferendi Præpoſituram* Limburgenſem *ſpectare ad Archiep. Mogunt.*
An. 1260.

GERLACVS de *Iſenburg* Dominus de *Limburg* Treverenſis dyoceſis. Tenore preſentium confiteor & proteſtor, me in collatione Prepoſiture Eccleſie *Limpurgenſis* nullum penitus ius habere. Ius libere conferendi imperpetuum Prepoſituram eandem, Venerabili Domino meo WERNHERO Electo Maguntino, & eius ſucceſſoribus Archiepiſcopis Maguntinis qui pro tempore fuerint recognoſcens.

Pro-

Digitized by Google

Promitto inſuper, pro me & meis heredibus imperpetuum, quod in iure predicto nullus Archiepiſcoporum Maguntinenſium, vel eorum aliquis, qui ab aliquo Eorum ipſam Prepoſituram receperit, & nominatim HERMANNVS de *Wilnowe* Canonicus Magunt. impedimentum aliquod, vel moleſtiam a me, vel a meis heredibus ſuſtinebit. Et ſi forte aliquis hominum Ipſos in Prepoſitura predicta & eius pertinentiis quacunque de cauſa preſumpſerit moleſtare, illum in meis Caſtris & munitionibus nullatenus receptabo, nec taliter moleſtanti auxilium aliquod, vel conſilium, verbo vel facto aliquatinus impertibor.

Ceterum ſi contra predicta vel eorum aliquod me venire contigerit, quod non ſpero, profiteor ipſo facto me excommunicatum, violatorem fidei, & periurum. Spontanea nichilominus eligens voluntate, quod predictus Dominus meus *Electus* & quilibet ſucceſſor ipſius, in Dyoceſi Treverenſi, tamquam propria, excommunicandi me, & denuntiandi plenariam habeat poteſtatem. Et quod ob talem denuntiationem *Limpurgenſis* Eccleſia me vitabit; et quod ad mandatum eiusdem Domini mei Electi, & cuiuslibet Succeſſoris ipſius, ceſſabit prefata Limpurgenſis eccleſia a divinis.

In cuius rei teſtimonium & perpetuam firmitatem preſens inſtrumentum exinde confectum Sigilli mei munimine roboravi. Actum & datum apud *Caſtelle* * II Idus Iulii. Anno Domini MCCLX. *14 Iul.*

* Caſſel *hodie, villa ex oppoſito* Moguntiæ *trans Rhenum ſita.*

CCXCV

Comitum *de* RIENECK,

de Munitione aut caſtro in fundo MOGUNTINÆ *Eccleſiæ deinceps haud erigendo: Armisque depoſitis.* *An.* 1260.

[*p. 614. n. 1. ad* § *11.*]

ex Autographo. LODEWICUS, GERHARDUS & HEINRICUS, Comites *de Rienecke.* Quoniam ea que aguntur ne oblivioni trandantur neceſſe eſt litterarum teſtimonio confirmari; ad univerſorum cupimus noticiam pervenire, quod, quando cum Venerabili Patre & Dno WERNHERO Sce Maguntine Sedis *Electo*, ſuper inimiciciis quas habuimus cum eodem fuimus concordati, & recepti in ſuam graciam & favorem; Eidem Domino promiſimus & obligavimus fide data, & ſacramento preſtito ſuper eo, ut Nos, & poſteri noſtri citra nemus *Spehthesbart*, aut alias in fundo vel patrimonio Eccleſie Maguntine, inantea nullum Caſtrum aut municionem aliquam faciemus. *Speſſart.*

ITEM non turbabimus dictum Dn. WERNHERUM vel Eccleſiam Maguntinam in Iure ſuo aliquo, vel honore; nec de his, *in* Nemore, vel *extra* nemus, ſeu in aliquo alio loco nos intromittemus indebite de cetero ullo modo; ſed Ipſi aſtabimus ad iuſticiam, ut debemus.

Inſuper novis captionibus, quod *Nuwenbinanc* dicitur, ceſſantibus, renunciamus & renunciavimus omnibus inimiciciis atque dampnis, huius Belli occaſione nobis illatis, & ſpecialiter de Nobili viro REINHARDO de *Hagenowe* & familia ſua tota, & illis qui in occupacione caſtri *Wildenſtein* culpam aliquam habuerunt. Ad hec, quidquid Actionis contra illos *de Ronnenberg* habemus, vel ipſi contra nos, agemus coram Dno *Electo* prefato, ut ipſe ſuper his erit Partibus equus iudex.

Cete-

Digitized by Google

Ceterum nos, ſicut & Dns Maguntinus, in noſtris Municionibus ſive caſtris non tenebimus aliquem Hominum, qui eum & ſuos fautores audeat indebite moleſtare; & precipue tales, qui pacem Terre ſolent ſpoliis & rapinis ſedulo perturbare. Huius rei Teſtes ſunt

Venerabilis Dns noſter IRINGVS, Epiſc. *Herbipolenſis.*
EMICHO de *Liningen.* }
HENRICVS de *Wilenowe.* } Comites.
HENRICVS de *Solmeſe.* }
GODEFRIDVS de *Eppenſtein.*
REINHARDVS de *Hagenowe.*
EBERHARDVS de *Bruberg.*
WIRICVS de *Duna.*
PHILIPPVS de *Bonlanden.*
ALBERTVS de *Trimperch*, & CVNRADVS natus eius.
Item WOLFRAMVS Sculteтus *de* Frankenfort.
FRANCO Burcgravius *de* Frideberg.
ARNOLDVS Vicedominus *de* Aſchaffenburg.
GISELBERTVS Vicedominus *de* Rinigowe.
FRIDERICVS & WILHELMVS fratres *de Rudensheim.*
SIFRIDVS Dapifer *de Rinberg.*
PHILIPPVS Marſcalcus *de Frowenſtein.*
Item Nobiles BOBBO, RVPERT9, & VLRIC9 de *Durne.*
CRAFT de *Bockesberg.*
TEODERICVS *Blumelin.*
MARQVARDVS *Weiſe.*
HENRICVS de *Reinſtein.*
IOHANNES *Haco.* HEROLDVS *Vezzere.*

Eberhardvs & Arnoldvs fratres *de Vſſenkeim.*
Craft *Bruſt.* Vlrich *Struno.*
Beringer *Birlin,*
& alii multi qui intererant fide digni.

In memoriam & firmitatem debitam ſuper his perpetuo obſervandam, preſentem Cedulam Venerabilis Dni Iringi Epiſcopi *Herbipolenſis* & noſtris Sigillis duximus muniendam.

21 Iul. Actum & datum apud *Aſchaffenburg* XII Kal. Auguſti, Anno Domini MCCLX.

CCXCVI

Renuntiatio bonorum feudalium in Beſſingen. *An.* 1260.

Sereniſſimis Dominis ſuis, Engelhardo & Cvnrado Militibus nobilibus *de Winſperg*, Reinboldvs & Lvdewicvs fratres *de Aldenburg* obſequium promptum & paratum cum omni ſubiectione & fidelitate.

Quoniam perſonaliter, propter vie, Vite, & rerum diſcrimina ad vos venire nequaquam potuimus; per preſentem cartam, Curtem in *Beſſingen*, quam cum agris, pratis, molendino & aliis pertinenciis & omni iure quod in huc habuimus vel habere videbamur, Clauſtro in *Hegene* vendidimus, vobis reſignamus; quia eandem a veſtra Dominatione tenuimus iure feodali. Huic noſtre Venditioni & predicti clauſtri Emptioni interfuerunt:

Gerhardvs Cellerarius. Conradvs de *Mumenberg.* Henricvs de *Fritslaria;* Fratres, ad quorum manus aſſignavimus predicta bona.

Fridericvs *Dives*, & Fridericvs iunior.

Nico-

NICOLAVS. WEZELINVS. ECKEHARDVS Monetarius, Scabini de *Ailesvelt*. Item GISO Villicus de *Ailesvelt*.

CONRADVS de *Linden*. CONRADVS de *Owela*. HERMANNVS de *Aldenburg*. SIFRIDVS de *Aldenburg*: Milites, & alii quam plures.

Huius itaque *Sifridi*, & dicte civitatis *Ailesvelt* in qua hanc vendicionem fecimus, preſentem cartulam veſtre Dominationi a nobis miſſam, ut hoc noſtrum factum a nobis & noſtris poſteris inconvulſum permaneat, Sigillis, quia ſigillo caremus, fecimus communiri.

Acta ſunt hec Anno gratie MCCLX, XVII Kal. Septembris. *16 Aug.*

❁ ❁ ❁

Defuncto ſub an. 1256 VLRICO *Dynaſta de* Minzenberg, *ceu familiæ ſuæ poſtremo, dominium feudorum directum devolvebatur ad 5. ipſius Sorores, ſingulæ quarum, Viris, & opibus & genere clariſſimis, ſociatæ connubio erant. Charta præſens in* Weinſpergios *concepta eſt. Illa quæ ſequitur,* [*prout ibi.*] *Intermedia Titulaturam oſtentat talem:*

„Sereniſſimis Matronis, & Dominabus ſuis, AGNE„TI de *Bappenheim*, & Dno HEINRICO eiusdem „filio: Et HELWIGI de *Sconenberg*, & Dno CON„RADO & D. BERTOLDO, filiis eiusdem.

Nec demirari profecto ſatis licet, prædicatum Sereniſſimi, *utpote [imo erga principes] inuſitatiſſimum, Dynaſtarum horum nominibus adſcriptum cernere. Eſſetque res omnem ſuperans fidem, niſi fide caracterum ſeculi XV apographa redderentur.*

❁ ❁ ❁

CCXCVII

Eiusdem argumenti, quoad bona Meylenſaſſenſia. *An.* 1260.

Sereniſſimis Dominis ſuis, Dno REINHARDO de *Hagenowe*, & D. PHILIPPO de *Falckenſtein*, PHILIPPO & WERNERO filiis eiusdem; MEINGOTVS *Gimbo*, SOPHIA legitima ſua, & pueri eorundem. SIBERTVS, ISENTRVDIS coniugata ſua, nec non pueri eorundem: HEINRICVS de *Saſſen* & BERTA uxor ſua cum ſuis pueris univerſis, obſequium promptum & paratum cum omni ſubiectione & fidelitate.

Quoniam perſonaliter propter vie vite & rerum diſcrimina ad vos venire non potuimus; per preſentem cartam omni iuri quod in bonis *Meylenſaſſen* de veſtra gratia habuimus vel habere videbamur, penitus abrenuntiamus. Vobis attentiſſime cum omni precum inſtantia ſupplicantes, quatenus pure propter DEVM dicta bona Eccleſie in *Hegene* & Fratribus ibidem Domino famulantibus, cum omnibus ſuis pertinentiis conferatis, ut per hoc, remunerationem perpetuam a Domino recipiatis.

11 Nov. Datum apud *Grunenberg*, Anno Domini MCCLX, feria quarta infra octavam bti Martini. In preſentia ſubſcriptorum.

Dni EMBRICONIS *Strevecoz*. ECKEHARDI *Comitis*. PETRI de *Saſſen*. GVNTRAMI de *Lindenſtrut*. ENGELONIS. SIFRIDI de Domo lapidea. SIBOLDI Generi Dni *Siberti*, & aliorum multorum.

Quia ſigilla propria non habemus, Sigillo univerſitatis in *Grunenberg* volumus eſſe contenti.

Exhi-

Digitized by Google

Exhibendorum ſeries heic tangeret Diploma A. Ep. WERNERI, [cit. p. 614. princ.]

Cuius obiectum magni quidem momenti non eſt, utpote in nudo conſiſtens aſſenſu, feudum (favore monaſterii Haynenſis*) alienandi. Atenim in conſiderationem ideo potiſſimum venerat, eo quod inde ſimul pateret,* WERNERI *ſtirpem haud derivari â Dynaſtis* de Falckenſtein * *ſed ab illis* de EPPENSTEIN. *Cum vero interea temporis multo amplior huius rei notitia diluxerit ex Charta diplomatica, ad annum* 1278 *comparitura; hinc alteram iſtam hoc loco miſſam facientes, Lectorem remittimus ad* Kuchenb. *Anal. Haſſ.* Coll. VIII. p. 284.

* Iuxta communem, eumque ita prorſus inveteratum Errorem, ut il etiam, qui poſt editionem Voluminum *Ioannidis* Moguntinenſium, Vitis rebusque geſtis Principum noſtrorum explicandis incumbunt; iſtum tamen errorem refricare, eique inhærere oſcitanter, non erubeſcant; dum in Voll. binis præfatis ſaniora, & veritati ammodo conſentanea, facili addiſcère negotio poterant, debebantque.

CCXCVIII
WERNERI Archiepiſcopi Moguntini, *de collatis Dynaſtæ* HANOVIÆ *feudis, reverſis ad Ipſum, obitu* CONRADI *â* Dornburg. *An.* 1261.

In nomine Domini. Amen.

WERNHERVS D. G. ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Dignum

Dignum eſſe cenſemus omnino, ut, in quibus pre aliis plus devocionis & fidei experimur, illis eciam pre aliis plus honoris & gracie faciamus.

Hinc eſt, quod ad noticiam ſingulorum preſentis temporis & futuri volumus pervenire, quod nos attendentes conſtantem fidem, & fidelem conſtanciam quam diebus ſuis habuit erga Eccleſiam Maguntinam Nobilis vir, REINHARDVS de *Hagenoue* Conſanguineus noſter, labores quoque, & pericula perſonarum & rerum que nobiſcum pertulit in iterando ad Curiam Romanam, cum pro Confirmacione & conſecracione noſtra illuc perſonaliter fueramus profecti; omnia illa feuda, deſcendentia ab Eccleſia Maguntina, & eciam *Laurisſenſi*, que ex morte CONRADI de *Dornburg* nobis vacaſſe noſcuntur, in feudo ſibi conceſſimus. Datis ſibi preſentibus Litteris in teſtimonium ſuper eo.

Hanovicus *fuit comes* Werneri, *Romam*, *cauſâ Conſecrationis.*

2 *Febr.*

Actum & datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXI, quarto Nonas Februarii. Conſecracionis autem noſtre Primo.

CCIC
SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS,
lata in Concilio Moguntino adverſus SOPHIAM Brabantinam, *&* *filium eius* HENRICVM.

An. 1261.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

NOS WERNHERVS DEI gratia Archiepiſcopus Maguntinus. Quia Nobilis mulier, Domina SOPHIA, nata *bte* ELIZABETH, relicta quondam Ducis *Brabantie*, & Natus eius, qui ſe nominat *Lantgravium Thuringorum*, noſtre Dioceſis terras, poſſeſſiones, villas, iurisdictiones & munitiones, que temporibus pie memorie Patrui noſtri Dni SIFRIDI Archiepiſcopi Maguntini, tertii Predeceſſoris noſtri ceperunt Eccle-

Eccleſie noſtre vacare per mortem quondam HEINRICI Lantgravii *Thuringorum* in Romanorum Regem electi, eo quod Rex ipſe deceſſit abſque herede de iure capacis feudorum ſuorum, detinent iniurioſe; & per ſingulos predeceſſores noſtros ac etiam per nosmet ipſos moniti habundanter & ſepe; quinimmo propter hoc per Dn. GERHARDVM Archiepiſcopum Eccleſie Maguntine tandem excommunicati & interdicti, ſicut notum eſt & nulla poteſt tergiverſatione celari, non curant ipſi Eccleſie noſtre reſtituere, & ſatisfacere de dampnis & iniuriis irrogatis; auctoritate Ordinaria in ſcriptis excommunicamus Eam, & ipſum Natum ſuum, & omnes Auxiliatores eorum. Singula quoque loca, in quibus de iure vel facto iurisdictionem exercent, eccleſiaſtico ſubicimus Interdicto. Precipientes ipſas Excommunicationis & interdicti ſententias usque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus inviolabiliter obſervari.

Actum in *Conſilio Maguntino*, Anno Domini MCCLXI, feria quarta poſt Octavam Paſche.

Nos EBERHARDVS D.G. *Wormatienſis*, HEINRICVS *Spirenſis*, WALTHERVS *Argentinenſis*, & IRINGVS *Herbipolenſis* Epiſcopi, Suffraganei Eccleſie Maguntine teſtamur, quod Reverendus Pater & Dominus noſter, Dns WERNHERVS Archiepiſcopus Maguntinus, preſentibus Nobis & Prelatis plurimis in Conſilio Maguntino, auctoritate Sedis Apoſtolice contra *Tartaros* ſpecialiter convocato, ſupraſcriptas Excommunicationis & Interdicti ſententias protulit, viva voce, & in ſcriptis.

CCC
de Decima in SADELBACH.
An. 1261.

WERNHERVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius,

rius, & *Prepoſitus* Eccleſie *Aſchaffinburgenſis*. Dilectis in Xpo . . Decano & Capitulo eiusdem eccleſie ſalutem in Domino.

Propter veſtre devotionis merita volentes vobis facere gratiam ſpecialem, liberaliter indulgemus; ut, ſi Feoda, que quondam Cunradus de *Sadelbach*, & filii eius Hura, Godefridus *Flegel*, & Hermannus de *Selbolt* a nobis tamquam a Prepoſito *Aſchaffinb*. . in feodo hactenus habuerunt, eos vendere contigerit; vel, ſi forte vendiderunt de facto, cum de iure non poſſent; Vos ipſa redimere, ac in augmentum Prebendarum veſtrarum licite convertere valeatis, perpetuo poſſidenda.

21 Maii. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXI, XII Kal. Iunii.

CCCI

Diſcordiæ cum Rineckciis: *de eius Compoſitione: Comitum reſultu & pervicacia &c., ratione Caſtrorum quæ nullibi exſtruere debebant, Tractus ulterior; Mediatorumque, de rebus h. i. geſtis ac ſerio tractatis, Eleuteratio.*
An. 1261.

ex Autographo. Nos Godefridus de *Eppenſtein*, Henricus Comes de *Wilnowe*, Reinhardus de *Hagenowe*, Eberhardus dictus *Reiz* de *Bruberg*, Rudolfus Decanus, Ortolfus Scolaſticus, & Cunradus Cuſtos eccleſie *Aſchaffenburgenſis*: Giſelbertus Vicedominus *Rinigowie*, Fridericus de *Rudensheim*, & Arnoldus Vicedominus *Aſchaffenburgenſis*.

Ad noticiam ſingulorum cupimus pervenire, quod ſuborta olim diſcordia inter Maguntinam Eccleſiam & ipſius Pontifi-

tifices pro tempore ex parte una, & Nobiles viros, fratres Comites *de Rienecken* ex altera, ſuper eo, quod iidem apud *Aſchaffenburg* conſtruxerant novum Caſtrum; tandem temporibus Domini noſtri WERNHERI Archiepiſcopi Maguntini inter alia que tractata fuerunt nobis mediantibus, talis ordinata fuit Compoſicio inter eos, quod ipſi Comites deſtruxerunt *Landeſere;* data fide & preſtito corporaliter ſacramento quod de cetero nec ipſi, nec eorum poſteritas vel heredes ullo umquam tempore in futurum conſtruerent aliquod caſtrum ſeu municionem in nemore *Spehteshart*, vel citra nemus, in fundo proprio, ſeu eciam alieno; immo nec in aliquo prorſus loco qui ſit predium vel proprietas Eccleſie Maguntine.

Quia vero poſtmodum, venientes contra formam compoſicionis eiusdem conſtruxerunt caſtrum ſive Municionem in *Eſche;* et ipſe Dominus noſter Archiepiſcopus reputavit, ſicut & utique poterat reputare, in hoc compoſicionem huiusmodi violatam; tandem in craſtino beati *Iacobi* venit *Miltenberg*, die inquam a Partibus utrimque finaliter deputato ad docendum per Litteras ſuper compoſicione confectas, ac eciam per teſtes qui Mediatores compoſicionis extiterant; An Comites antedicti contra eam venerint, in eo, quod poſt ipſam factam, conſtruxerant caſtrum *Eſche;* An Dominus Archiepiſcopus venerit in hoc contra eandem, quod ipſe hoſtiliter proceſſerat contra Comites memoratos!

Recognoſcimus igitur, & conſtanter ac publice proteſtamur, quod Litteris ſuper ipſa compoſicione confectis ex parte Domini noſtri Archiepiſcopi in publico exhibitis, & eciam recitatis in campo apud *Burgeſtat;* nobis eciam qui compoſicioni facte perſonaliter aderamus requiſitis ſub ſacramento, quod quibuslibet noſtris Dominis preſtitimus & ſervare debemus; quibusdam eciam ex nobis ad requiſicionem ac interrogacionem talem, rei veritatem publice per ordinem iam profeſſis, aliisque ſimiliter profiteri paratis; Comites, litteras vel noſtrum teſtimonium non ſolum noluerunt audire; immo nullos pro iure ſuo teſtes vel litteras produxerunt.

Vt igitur omne tollatur ambiguum ſuper eis que nobis mediantibus inter partes predictas in compoſicione tractata & ordinata fuerunt; Teſtamur ſuper fidem propriam & honorem noſtrum, in animas quoque noſtras dicimus coram Deo qui novit corda omnium & ſecreta eorum; Quod, ſive littere ſuper ipſa ordinacione compoſicionis confecte aliquod verbum ambiguum contineant, ſive nullum; Ea omnium Noſtrum qui compoſicionis eramus Mediatores, fuit, & eſt hodie, ac ſemper erit, Intencio & Elucidacio noſtra, quod ſepedicti Comites, aut eorum poſteritas vel heredes, nullo umquam tempore in futurum debeant facere vel conſtruere aliquam Municionem vel caſtrum in Nemore, vel citra nemus in fundo proprio, ſive eciam alieno; immo nec eciam in aliquo prorſus loco qui ſit proprietatis Eccleſie Maguntine.

Nos Ludewicus Decanus, Arnoldus Scolaſticus, Symon Prepoſitus *Dorlonenſis*, & Magiſter Eberwinus, Canonici Maguntini; Et nos Eckehardus de *Bleichenbach*, & Gumbertus dictus *de Curia*, qui in campo apud *Burgeſtat* fuimus in colloquio & tractatu; proteſtamur, nos ibidem audiviſſe, & oculata fide vidiſſe, ſicut multi alii circumſtantes audiverunt pariter & viderunt, quod prefate littere ſuper Compoſicione conſcripte, coram omnibus audire volentibus in publico recitate fuerint; & quod predicti Teſtes, omni exceptione maiores, ſub ſacramento ſuo prefato aliqui per ordinem teſtabantur, alii vero parati fuerunt teſtari; Quod, ſicut ſuperius eſt expreſſum, ſupradicti Comites promiſerant data fide, preſtito eciam corporaliter ſacramento, quod *in* Nemore, vel *citra* nemus, in fundo proprio, ſeu eciam alieno, immo nec in aliquo prorſus loco qui ſit predium vel proprietas Eccleſie Maguntine, nullo umquam tempore in futurum, Ipſimet, vel eorum poſteritas aut heredes, conſtruant aliquam municionem vel caſtrum. Teſtamur eciam, quod ipſi Comites eaſdem litteras & teſtes Domini Archiepiſcopi memorati noluerint audire.

In

Digitized by Google

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras ſigillis noſtris duximus muniendas. Datum apud *Aſchaffenburg*, Anno Domini MCCLXI, V Kal. Auguſti. *28 Iulii.*

a) *Sigillum (Equitem repræſentans) Dynaſtarum* de EPPENSTEIN *cantherios exhibet, uti iam ſatis notum.*

b) S. HEINRICI COMITIS DE WILNOW *duos Leones, quin potius Leopardos, proponit, quia oculos obiiciunt conſideranti.*

c) S. REINHARDI DE HAGENOWE *equo inſidentis, ex latere oblongum tegit ſcutum, Leone conſpicuum.*

d) S. EBERHARDI REIZONIS DNI DE BRVBERG: *clypeus eſt in forma cordis, isque perpendiculariter diviſus; cuius areola dextra Animal exprimit coronatum, leoni non abſimile; altera, uti* Sponheim, *teſſelata eſt.*

CCCII

Caſtro ESCH *per* WERNERVM *deſtructo, ut neutri Partium munitionem aliquam ædificare* liceat. *An.* 1261.

In nomine Domini. Amen.

NOS LVDEWICVS, GERHARDVS & HEINRICVS, fratres, Comites *de Rienecke*, recognoſcimus & proteſtamur, quod cum nos edificaſſemus caſtrum *Eſche* poſt Compoſitionem ſuper pluribus Articulis initam & conſcriptam inter Dominum noſtrum WERNHERVM, Venerabilem Archiepiſcopum Maguntinum ex parte una, & Nos ex altera; Idemque Dns noſter Archiepiſcopus ipſo deſtructo iterum edificaſſet ibidem Caſtrum; tandem iuxta *Randenburg* & *Michelbach* in campo verſus *Seligenſtad*, Domino noſtro IRINGO *Herbipolenſi* *ex Autographo.*

Digitized by Google

lenſi Epiſcopo, & Avunculo noſtro Comite HERMANNO de *Hennenberg* mediantibus, ac prefato Dno noſtro Archiepiſcopo & nobismet ipſis ac aliis Nobilibus viris, A. de *Trimperch*, A. de *Honlo*, H. de *Brunecke*, Dno . . *de Bikkenbach* & pluribus probis Viris preſentibus, talis inter nos Compoſitio interceſſit; quod ipſe Dns noſter Archiepiſcopus idem Caſtrum tali condicione deſtruxit, quod & nos promiſimus ſub debito iuramenti; Quod neque ipſimet, neque poſteri vel heredes noſtri, in ipſo loco *Eſche*, ſeu alio aliquo loco, *in* Nemore vel *citra* nemus, ſive fuerit in fundo Eccleſie Maguntine, ſive noſtro, vel alterius cuiuscumque; edificemus Munitionem aliquam que *Burglichbu* vulgariter appellatur.

ITEM ſimiliter promittimus, quod etiam *ultra* nemus, aut alias, nullum *Burglichbu* edificabimus in fundo Eccleſie Maguntine. Et, ſi nos vel poſteri aut heredes noſtri contra aliquid de premiſſis forſitan veniremus, quod abſit, pro nobis & ipſis poſteris ac heredibus noſtris ſponte elegimus, quod ſimus & denunciemur periuri & excommunicati, & Terre noſtre, in cuiuscunque dioceſi fuerint, per Dioceſanum ſubiciantur eccleſiaſtico Interdicto.

In cuius rei memoriam preſentes Litteras inde conſcriptas, prefatorum Dni noſtri *Herbipolenſis* Epiſcopi, & Avunculi noſtri *de Hennenberg* ac propriis noſtris, Sigillis duximus muniendas.

Nos IRINGVS Herbipolenſis Epiſcopus, & nos HERMANNVS Comes *de Hennenberg* Mediatores & ordinatores Compoſicionis ſupraſcripte, in memoriam huius facti Sigilla noſtra appendimus huic Scripto.

5 Sept. Acta ſunt hec *in Campo* prefato, Anno Domini MCCLXI, Nonis Septembris.

CCCIII

Digitized by Google

CCCIII

De duarum marcarum Reditibus, deputatis a Scholaſtico Wezl. , RVDOLFO, *parthenoni* ALDENBERG *in Refectionem.*

Charta

Prioris, & Magiſtræ B. GERTRVDIS, * *ortu* Landgraviæ.

An. 1261.

* *Huius, prope* Wezlariam *in monte ſtantis Coenobii* Præmonſtr. Ord.; *IIa. Qua* Ꝋ *an. 1297. d. 13 Aug.*

HERMANNVS Prior monaſterii de *Aldenburg*, GERTRVDIS filia *beate* ELIZABETH, Magiſtra, totusque Conventus eiusdem loci omnibus in perpetuum. *ex Autographo.*

Quicquid ad laudem & honorem DEI Omnipotentis ac eiusglorioſe Genitricis, Eccleſiis ſive Conventibus DEO dicatis a XPI fidelibus erogatur, ne per pravorum ſuggeſtiones aut tyrannidem hominum in poſterum revocetur, aut etiam cum lapſu temporis in oblivionis precipicium dilabatur, cautum eſt ut ad futuram memoriam ſcripture ſuffragio commendetur.

Noverint igitur tam preſentes quam futuri, quod Magiſter RVDOLFVS, eccleſie *Wetflarienſis* Scolaſticus zelo fidei ac devocionis ductus, comparavit & contulit eccleſie noſtre quosdam agros, aſſignans eosdem curie noſtre, ſite in *Dalheim* & deputans excolendos: Redditus vero iſtorum agrorum ſunt ad duas marcas reddituum eſtimati: Quos in perpetuum diſtribui ſic decrevit, & utendum ipſis taliter ordinavit, ſtatuens hoc ex deliberatione provida inviolabiliter obſervari, ut ex ipſis duarum Marcarum redditibus Conventui noſtro ſingulis annis poſt obitum ſuum duo Servicia miniſtrentur: Ita vide-

videlicet, ut in die feſto *Annuntiacionis* bte Virginis ex una marca: & in die *Palmarum* ex altera, piſces, vinum, & panis, melior quam Conventus habere conſuevit, emantur; ut, cum Vigiliis, Oracionibus, & Miſſarum celebrationibus laſſatus fuerit, per refectionem talium aliquomodo valeat recreari.

Si vero, quod abſit, prefatas duas marcas in aliquos uſus alios noſtri Clauſtri, quam in prelibatis duabus feſtivitatibus ad refectionem noſtrorum corporum convertere aliquatenus attemptaverimus; Decanus & Capitulum eccleſie *Wetflarienſis* ex ordinatione prefati Mgri *Rudolfi* illo anno repetendi memoratas duas marcas ius habebunt, & liberam poteſtatem.

Ne vero huic ordinationi poſſit a quoquam in poſterum aliquod contrarium ſuſcitari; Sigillum Prioris cum ſigillo Domine Magiſtre & Conventus ſupradicti monaſterii, preſenti Littere eſt appenſum. Datum Anno Domini MCCLXI.

CCCIV

Littera de ſententia, lata pro curia Scolaſteriæ maioris, *contra domos vicinas.*
An. 1261.

In nomine Domini. Amen.

IVDICES Sancte Maguntine Sedis. Inter Honorabilem virum, Magiſtrum LVDOVICVM Scolaſticum maioris Eccleſie, & GOZONEM civem Moguntinum, ſuper Edificio quod idem *Gozo* iuxta domum Scolaſtrie maioris ceperat elevare, coram nobis Queſtione ſuborta; & petente a nobis dicto Scolaſtico, ut, cum domus Scolaſtrie illud ius & honorem habuiſſet ex antiquo, quod habitantes circa domum ipſam, in atrio quod *Lichof* * vulgariter appellatur, ſua edificia usque ad tempus iſtud non extulerant; immo volentes extollere prohibiti fuerant iudiciaria poteſtate, ne luci domus Scolaſtrie offi-

* Leich Hoff, *al.* Area funerum; *adhuc hodie.*

officerent, vel proſpectum aliquatinus impedirent; & *Gozo* iam dictus contra antiquum modum & conſuetudinem iuxta dictam domum quoddam edificium ſic omnino in altum erexerat, quod non ſolum lucem & proſpectum domus ſepefate impediret, immo de ipſo edificio ſuper menſam ipſius Scolaſtici limpide videretur; quatinus preſumptionem huiusmodi reprimentes, faceremus idem edificium penitus demoliri, vel ſaltim redigi ad eum ſtatum & modum, quod nec dedecoroſum quoad proſpectum & lucem, nec alias dampnoſum foret domui Scolaſtrie;

Nos igitur ſuper peticione huiusmodi, per reſponſionem adverſarii lite legitime conteſtata, receptis teſtibus, atteſtationibus publicatis, & auditis que Partes ſuper ea proponere voluerunt; habito bonorum Virorum conſilio, partibus preſentibus & ſententiam ferri petentibus; quia per teſtes Scolaſtici liquide probatum invenimus, quod aliqui cives Maguntini, qui in areis ex oppoſito domus Scolaſtrie edificia quedam elevaverant que proſpectui & luci domus officiebant, auctoritate iudiciaria compulſi fuerunt ſua edificia demoliri; Ex parte alia nobis conſtitit ex aſpectu, quod ſepefatus Gozo ultra conſuetum modum ibidem edificantium erexerit domum ſuam; Sententialiter dicimus, eundem *Gozonem* debere ſuum edificium demoliri, vel ſaltem idem edificium redigere ad eundem ſtatum & modum, quod nec dedecoroſum quoad proſpectum & lucem, nec alias dampnoſum ſit domui Scolaſtrie.

Et in ſimili caſu eandem ſententiam diffinitivam extendimus in Areas & Domos adiacentes, vocatis per nos ad hoc, & preſentibus, poſſeſſoribus earundem. Pronuntiantes diffinitive, in ipſius *Gozonis*, & alias areas & domos adiacentes domui Scolaſtrie, ex eo quod ſunt in emunitate Eccleſie maioris, & in atrio publico quod *Lychof* dicitur, curie & domui Scolaſtrie hac ſervitute ſubiectas, quod nulli liceat edificare in eis, ſic, quod lucem domus ipſius impediat, vel proſpectum, vel alias ſit dampnoſum.

Et quia domus Scolaſtrie ad hoc exiſtit originaliter fabricata, & ob hoc dignitati Scolaſtrie principaliter adunata, ut in ea Pueri nobiles Canonici Maguntini ſub virga conſtituti debeant ſub Scolaſtici regimine enutriri; Declarando dicimus, quod in domibus, que ſunt vel erunt in areis memoratis, nichil debet penitus exerceri, per quod impediantur pueri circa ſtudium, vel in moribus deformentur; Quodque Scolaſtrie dedeceat dignitatem; utpote ſunt proſtibula & Taberne, & alia, quecunque poſſunt & honeſtis hominibus officere, & bonis deditos ſtudiis impedire. Actum *Moguntie*, preſentibus

Decano, Cuſtode, Cantore. Magiſtro GYSONE. CONRADO Archipresbitero. S. *de Merlowa*. *Mgro* EBERWINO. THEODERICO de *Roſowe*. CONRADO de *Waldeck*, & *Mgro* ARNOLDO, Canonicis Maguntinis. Decano & Cantore *S. Victoris* Magunt.

ARNOLDO * Camerario Civitatis. BALDVNGO filio Advocati. WILLEHELMO & FRIDERICO fratribus Militibus *de Rudensheim*. GYSONE dicto *Magno*, & ARNOLDO ad *Quercum* Militibus Moguntinis; & aliis quam pluribus, Clericis & Laicis.

* *de Turri.*

Anno Domini MCCLXI.

❁ ❁ ❁

Charta Regis OTTOCARI, *quà Ius coronandi Bohemorum Reges*, WERNERO *ſuisque Succeſſoribus confirmat.* *An.* 1262.

[cit. p. 615. n. 6.]

Sedenim attento, quod in terminis nimis generalibus concepta ſit, iamque in lucem producta per Dn. Conſil. SEN-

Senckenberg, Selectorum T. II. p. 117; * *quapropter ab eiuſdem repetitione mihi temperans, compenſo eam Diplomatibus multo dignioribus, atque ad ſpeciem euntibus trinis ſqq.*

* Circa Æram error ibidem irrepſit, dum pro 1261, annus exprimitur 1263.

CCCV

Quousque BOHEMIÆ *Rex ſumptus ac expenſas præſtare* Moguntino *teneatur* Archiepiſcopo, *Coronationis cauſa proficiſcenti.*
An. 1261.

Nos Odacharvs Dei gratia Dominus Regni Boemie, Dux Auſtrie & Styrie, Marchioque Moravie: Recognoſcimus & proteſtamur, quod nos Venerabilem Patrem, Dn. Wernhervm Archiepiſcopum Maguntinum, ad nos in Boemiam, ab *Erfordia* venientem, apud nos ſtantem, ac poſt receſſum a nobis usque *Erfordiam* redeuntem, cum perſona, familia, & rebus ſuis, in expenſis & conductum noſtrum ſub noſtro periculo recepimus, omni dolo prorſus excluſo. Ita quod, ſi eum, vel aliquem ſuorum de familia ſua exiſtentium, tempore medio, donec eſt in veniendo ad nos, donec ſtat apud nos, & donec a nobis eſt in redeundo, usque *Erfordiam*, captivari, ſeu dampnificari contigerit ullo modo, quod abſit, ſervabimus eos prorſus indempnes. Et hoc promittimus fideliter & conſtanter.

Ad maiorem autem certitudinem predictorum ſponte ſubicimus Nos, & Terras noſtras, iurisdictioni Iudicum Sce Maguntine Sedis; ut, ſi ſecus fecerimus, valeant, in perſonam, Excommunicationis: & in terras noſtras Interdicti, ſententias libere promulgare; ita quod contra hoc nullum nobis

iuris auxilium valeat aliquo modo ſuffragari, donec omnes & ſinguli, captivati ſeu aliqualiter dampnificati facti, fuerint liberi, & indempnes omnino.

Menſe Nov. Datum *Prage*, Anno Domini MCCLXI, * in Dominica *ad te levavi.*

* *Ob intercapedinem, huius, & Litterarum ſeq. Dati, videtur, acſi coorta circa negotium hocce difficultates, antequam illud ad actum proximum veniret, componi prius debuerint.*

CCCVI

OTTOCARVS *cavet*, WERNERVM, *in quemcunque, ſibi faceſſendi negotii (cauſa nuperæ Coronationis) eventum, indemnem ſervaturum.* *An.* 1262.

Venerabili in XPO Patri, & amico ſincere dilecto, Dno WERNHERO Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopo, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, ODACHARVS DEI gratia *Quintus* Boemorum Rex cum ſincero affectu paratam ad obſequia voluntatem.

Quia culminis noſtri quodammodo denigraret honorem, ſi pro obſequio & honore quem in noſtra, & precipue in dilecte Coniugis noſtre CVNEGVNDIS, coronatione non absque gravi labore nobis liberaliter ac hilariter iuxta veſtrum debitum impendiſtis, veſtram Eccleſiam vel Perſonam contingeret dampnum ſeu dedecus aliquod ſuſtinere; Ecce! per ſalutem noſtram, & per faſtigium dignitatis Regalis, vobis promittimus firma fide, quod ſi per Eccleſiam Romanam contingeret veſtram perſonam aliquibus gravari ſententiis occaſione coronationis huiusmodi, noſtris illas expenſis procurabimus relaxari. Et ſi vos pro recuperanda gratia Sedis Apoſtolice in hac parte aliquas expenſas ſubire contingeret, ſervabimus vos ſine preiudicio, & indempnem.

Cete-

Digitized by Google

Ceterum ſi eadem Romana Eccleſia occaſione huiusmodi aliquid ordinaret, vel ſtatueret in preiudicium Eccleſie Maguntine circa coronationem Regum Boemie; vos aut veſtros ſucceſſores a coronatione huiusmodi ſuſpendendo ad tempus, aut coronationis auctoritatem in aliam Eccleſiam omnimodis transferendo; Vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & Eccleſie Maguntine ſub ſimili fidei firmitate pro Nobis & noſtris ſucceſſoribus bona fide promittimus, & conſtanter, quod numquam ab alio, quam Archiepiſcopo Maguntino qui pro tempore fuerit, coronationem accipient. Illam quoque Eccleſiam, & perſonam, que taliter ſibi auctoritatem coronationis aſſumeret, perſequemur, & noſtri ſucceſſores perſequentur, una cum Maguntina Eccleſia, ſicut Hoſtem publicum Regni noſtri.

Datum *Prage*, in die coronationis noſtre, que fuit Dominica, & *Natalis Domini*. Anno gratie MCCLXII.

CCCVII

Relatio comitum itineris WERNERI *in* Bohemiam *de peracta illic Coronatione* REGIS *&* REGINÆ; *nec non de Taxa, ſeu iuribus pro eiusmodi Actu, tum Archiepiſcopo, tum Curiæ & Capitulo Moguntino debitis, atque ſolutis.*

An. 1262.

In nomine Domini. Amen.

GODEFRIDVS *de Eppenſtein*, FRIDERICVS *de Bichelingen*, HEINRICVS *de Willenowe*, * DIETHERVS *de Cazenellenbogen*, GVNTHERVS *de Swarzburg* Comites: & WERNHERVS *de Bolandia* Imperialis Aule Camerarius. Recognoſcimus & teſtamur, quod nos cum Venerabili Patre, Domino & conſanguineo noſtro, Dno WERNHERO Sce Moguntine Sedis Archiepiſcopo, fuimus preſentes in eccleſia *Pragenſi* anno

* Wilnau.

Dni MCCLXII, in Dominica *die natalis Domini*, ubi ipſe D. Archiepiſcopus unxit & coronavit in Regem Dn. OTHACARUM, Heredem Regni Boemie, & uxorem eius KUNEGUNDIM in Reginam.

Idem etiam Rex, qui & fuit Dux Auſtrie ac Styrie, Marchioque Moravie, aſſumpſerat *Erfordie* in expenſas & conductum ſuum in eundo *Pragam*, ubi procuravit nos XVIII diebus, & in reditu, usque *Erfordie*, Nos, & Dn. Archiepiſcopum memoratum, & totam ipſius familiam, cum perſonis & rebus eorum. Miniſtravit quoque nobis omnibus copioſas expenſas.

Dedit etiam Dno Archiepiſcopo pro iure ſuo *Centum marcas auri*. Item pro iure Curie *ſexaginta & quatuor marcas argenti*. Preterea *duas marcas auri* Capitulo Maguntino pro iure ſuo, ad emendum Eccleſie aliquid in ornatum. Inſuper honoravit nos in ſpadonibus & Xeniis, pulchre ſatis, & taliter, ut decebat eundem. Acta ſunt hec, Anno Domini & die predicto.

CCCVIII

Conventio Arbitralis inter Dynaſtam *de* HOHENFELZ *&* CLERUM Moguntinum, *ad exquirendam qualitatem Bonorum dicti Cleri, in tractu* GAVIÆ *ſitorum; Utrumnam ea ſint Libera, num vero ſubiecta iuribus Advocaciæ!*

An. 1261.

Inſecuta dehinc Hohenfelzii *abrenuntiatione omnium Exactionum & ſervitutis onerum, quoad iſtorum bonorum Partem; parte reliqua ulteriori inveſtigationi relicta.*

An. 1263.

[*p.616. n. 4.*]

ex Autographo. PHILIPPUS de *Hohinvels*. Recognoſcimus, quod nos pridem

dem ſub forma ſubſcripta cum Eccleſiis *Maguntinis* fuimus concordati.

PHILIPPVS *de* Hohenvels: *Recognoſcimus & publice proteſtamur; Quod orta inter Prelatos, Capitula, & Conventus eccleſiarum* Moguntinenſium, *inter quas cenobium in* Dalen *comprehenditur, ex una parte, & Nos ex altera, gravi Diſcordia & materia queſtionis ſuper eo, quod de bonis eorum Exactiones multiplices, per nos & noſtros dicimur extorſiſſe, ac Onera gravia, & indebita impoſuiſſe eisdem; Et latis propter hoc in Perſonam noſtram* Excommunicacionis: *& in Terram* Interdicti *ſentenciis; tandem in hoc convenimus de conſenſu communi, quod* ARNOLDVS *Scolaſticus Eccleſie Maguntine, &* SYMON *Prepoſitus* Dorlonenſis; *Frater* HARTMVDVS *Commendator domus Theutonice in* Marburg, *&* MASVNGVS *de* Alceia *inquirent ſub noſtro Conductu ſuper Bonis dictarum Eccleſiarum ſitis in noſtra iurisdictione, & iuribus earumdem a quibuscunque fide dignis diligencius veritatem;*

Et, ubi invenerint per teſtimonia fide dignorum, ſeu alia legitima documenta, Decimas, vel Curtes, que vulgariter Fronhove *dicuntur; ſeu Bona libera que appellantur* frieigen; *Declarabunt, decimas ipſas, curtes &* Frey-Eigen. *bona iam dicta ad ipſas Eccleſias absque exactione & onere quolibet libere pertinere; & ſic per Nos, filios ac heredes, ſeu Officiatos noſtros nullum de cetero ipſis Eccleſiis gravamen, vel onus aut exactio in bonis talibus imponetnr.*

Vbi vero talia bona invenerint, que ius Advocati ab antiquis temporibus ſolvere conſueverunt; tunc, adiuncto eis uno de noſtris Caſtrenſibus, quem ad hoc elegerit Capitulum Maguntinum, *moderabuntur in animas ſuas ſecundum diſcrecionis ſue arbitrium, Servicia & onera, que talia bona ſubire debeant in futurum. Nosque pro nobis,*

Digitized by Google

nobis, filiis & heredibus noſtris, tali moderamine debemus eſſe contenti. Medio vero tempore dictis Eccleſiis in bonis earum nullum per nos ac noſtros imponetur gravamen, nec ab eis, Exactionis nomine aliquid exigatur.

Sane ſi alter dictorum laicorum, Commendator videlicet aut MASVNGVS, *vel forte ambo, predicte inquiſicioni noluerint intereſſe; in locum alterius eorum, ſeu amborum, G * Vicedominus* Ringogie *aſſumetur. Et ſi forſan nec ille adeſſe voluerit, tunc Scolaſticus & Prepoſitus ſupradicti, predicta omnia exequentur, acſi cum eis prefati Commendator &* Maſungus *perſonaliter intereſſent. Inſuper ſi iam dictum Prepoſitum recedere de terra contingat, in eius locum, ſi hoc placuerit Capitulo Maguntino, alter ſubrogabitur, quem ipſe Prepoſitus una cum predicto Scolaſtico ad hoc duxerint eligendum. Ceterum fidem dedimus manualem de predictis omnibus fideliter obſervandis; et filios noſtros tales habebimus, quod ad obſervanda predicta infra ſpacium menſis unius ſe ſimiliter obligabunt.*

* *Giſelbertus* d. *Vulpes.*

Ad procedendum quoque in premiſſis, Moguntie *erimus die Dominica poſt feſtum S.* Margarete *proxime nunc venturum. Verum ſi, quod abſit, nos vel filios aut heredes noſtros contra formam præſcriptam venire contingat, denunciabimur fidei violatores & excommunicati, & terra noſtra abſque ſtrepitu iudiciali ſubicietur eccleſiaſtico Interdicto. Actum* Maguntie, *Anno Domini MCCLXI, Nonas Iulii.*

Licet autem caſualiter contigerit, videlicet per abſenciam eorum quibus inquiſicio iuris eccleſiarum, Noſtri, ac filiorum noſtrorum commiſſa fuerat; quod tunc in negocio ipſo finaliter proceſſum non fuit; Ecce! ut omnibus pateat evidenter quod cum Eccleſiis ipſis pacem affectamus habere, & in nullo minuere ius earum; Reſtituimus eis integre dampna, ipſis a tempore preſcripte Compoſicionis illata, una cum filiis noſtris

PHI-

Digitized by Google

PHILIPPO & TILMANNO; Pro nobis & aliis filiis ac poſteritate noſtra publice recognoſcentes, omnes Curtes que vulgariter *Fronhove* dicuntur, & bona eisdem attinencia, Decimas, & quelibet bona que appellantur *frieigen*, libera eſſe debere; & dimittimus libera ab omni exactione, & quolibet onere ſervitutis:

Nominatim autem *Sci* ALBANI curias ſuperiorem & inferiorem in *Badinheim*. Maioris eccleſie bona que habet in *Bibilnheim*, *Nordenſtad*, & *Biſchovisheim*. Prepoſiti maioris bona in *Ebirnsheim* & *Badinheim*. S. PETRI curtem & bona que habet in *Caſtele:* S. STEPHANI *Fronhove* cum bonis attinentibus in *Nacheim*, *Budinsheim*, & in *Burne*. S. VICTORIS, in Monte S. *Victoris* & in *Lubinheim*. Sce MARIE ad gradus decimam & bona in *Nordenſtad*, *Lubinheim & Muminheim*.

Illas autem Curtes ſeu bona, que Eccleſia S. ALBANI in *Ebirnsheim*, *Muminheim* & *Bertholvisheim:* S. IACOBI in *Ebirnsheim* & *Armesheim:* S. IOHANNIS in *Muminheim;* vel alie quelibet Eccleſie habent, & aſſerunt tamquam propria libera eſſe debere; indagacioni & declaracioni maioris eccleſie: . . S. PETRI, . . S. STEPHANI Decanorum, & Archipresbiteri *Maguntini* conſanguinei noſtri committimus; ita ut, quecumque dixerint libera eſſe debere, libera a nobis & noſtra poſteritate ſint ab omni onere ſervitutis. *

Bonis

* Nota: *In huius Commiſſionis executionem* LVDOVICVS Decanus, EBERWINVS Archipresbiter *maioris:* BERTHOLDVS S. Petri, *&* WALTHERVS S. Stephani *Decani*, *teſtes e Villis nominatis iuratos ſe recepiſſe memorant; Qui omnes, exercitas* Hohenfelſii *violentias accuſaverint, & pro* bonorum Libertate, *Voce unanimi depoſuerint. Confecto Inſtrumento publico deſuper; in verbis diſpoſitivis ſic ſonans:*

„Examinatis itaque, & diligenter diſcuſſis atteſtationi-
„bus Teſtium preſcriptorum, quia ſufficienter & diluci-
„de probatum invenimus; quod Curtes, ſeu bona Eccle-

 ſie

Bonis eciam, ſitis in *Badinheim*, que olim BVRCHARDVS Decanus S. MARIE de gradibus, ſue Eccleſie: & bonis ibidem ſitis, que CONRADVS Decanus S. *Iohannis* ſue eccleſie poſt eorum obitum legaverunt; renunciamus ſimpliciter & preciſe: Serviciis que in dictis bonis Decani S. *Iohannis* nobis competunt, nobis ſalvis.

Nichilominus eciam bona, ipſis Curtibus aut bonis *frieigen* attinencia, que per Publicacionem, empcionem, donacionem, ſeu alias ad iam dictas Eccleſias redierunt, eiusdem libertatis iure gaudebunt. Si qua vero in futurum redire contigerit, ſubiacebunt Ordinacioni predictorum inquiſitorum; Qui, ſi nichil de hoc ordinarent, ſalvum ſit utrique parti ius ſuum. Vbi vero talia bona invenerint, que ius Advocati & ſervicia ex antiquis temporibus ſolvere conſueverunt, moderabuntur in animas ſuas ſecundum diſcrecionis ſue arbitrium Servicia & onera, que talia bona ſubire debebunt in futurum. Nosque ultra Taxacionem eorum amplius nil petemus.

„ſie S. ALBANI in *Ebersheim*, *Mumenheim* & *Bertoldesheim*; & S. IOHANNIS in *Mumenheim*, exceptis tantum XII iugeribus ſitis ibidem, de quibus tres mine ſiliginis & novem denarii leves nomine Precarie annuatim ſolvuntur, libera ſunt, nulli penitus obnoxia ſervituti; & quod Huba cum Molendino attinente curie *Fronhove* S. STEPHANI in *Nacheim*, per Publicationem ad curiam redivit eandem;

„Nos, Bona eadem, & ſimiliter bona S. IACOBI in *Ebersheim* & *Armesheim*, ſecundum quod in privilegiis eiusdem Eccleſie fuit oſtenſum; eſſe libera, & ab ipſo Dno *de Hoenvels* & poſteritate ſua absque omni exactione & quolibet genere ſervitutis libera eſſe debere, in nomine Domini declaramus.

„Actum in *Clauſtro Eccleſie Moguntine*, tercia feria poſt Aſſumptionem bte Marie Virginis Anno Dni MCCLXIII.

Digitized by Google

temus. Medio vero tempore dictis Eccleſiis nullum in bonis eorum per nos ac noſtros imponetur gravamen, nec ab eis Exactionis nomine aliquid requiretur.

ITEM ſi Eccleſia aliqua bona proprietaria alicui colono locavit, vel locaverit; idem colonus racione porcionis ſue *Precariam* nullam dabit, niſi ei Iure hereditario ſit locata; ſalvo nobis, ſi alias bona habeat, de quibus, & Perſona ſua, nobis obnoxius ſit ſervire.

Super his univerſis & ſingulis perpetuo inviolabiliter obſervandis, Nos, & filii noſtri fidem dedimus manualem, & corporalia preſtitimus ſacramenta. Verum ſi, quod abſit, nos aut filios ſeu heredes noſtros contra formam predictam venire contingeret, & non ſatisfaceremus, commoniti per Dn. noſtrum Archiepiſcopum aut Sedis eius Iudices, infra menſem; denunciabimur fidei violatores, periuri & excommunicati; & Caſtra & Terra noſtra ſubicientur ſine ſtrepitu iudiciali eccleſiaſtico Interdicto per Dn. noſtrum Archiepiſcopum, vel Iudices Sedis ſue.

Eligimus quoque, & petimus a Sereniſſimo Domino noſtro Rege RICHARDO, quod ſi nos aut filios noſtros dictas ſentencias per ſex ſeptimanas ſuſtinere contingat; Ipſe, vel is qui pro tempore Imperium gubernabit, ex tunc, ubicumque locorum, ſive in Imperio ſive extra extiterit, nos proſcribat, dummodo Ei de hoc per dicti Dni noſtri Archiepiſcopi aut Iudicum ſuorum Litteras fiat fides; nec illam relaxet, niſi prius ſit Eccleſiis de dampnis & iniuriis ſatisfactum.

In quorum evidenciam & perpetuam firmitatem, dictorum Dominorum noſtrorum, Regis & Archiepiſcopi, Sigilla ad preces noſtras, una cum Noſtro ſigillo preſentibus ſunt appenſa.

Actum *Maguntie* in *Monte* S. IACOBI. Anno Domini MCCLXIII, in craſtino Epyphanie Dni. *7 Ian.*

CCCIX

Traditio bonorum Capituli WEZLARIÆ ad B. V. *iure colonario.*

An. 1263.

ex Autographo.

DECANVS & CAPITVLVM Eccleſie *Wetſlarienſis.* Omnibus littere preſentis inſpectoribus ſalutem in Domino.

Notum ſit univerſis preſentis inſtrumenti ſeriem inſpecturis, quod nos premeditato ducti conſilio medietatem bonorum noſtrorum, ſitorum in *Langengunſe*, que videlicet HARTRADVS, cognomento *Blida* civis *Wetſlar.* . & CVNEGVNDIS ſoror ſua poſſederant, HENRICO dicto de *Berchuſen*, & HENRICO filio *Eberhardi* de *Herlisheim*, civibus *Wetſlar.* . iure colonario conceſſimus poſſidenda; Conditione tali, quod ſingulis annis de eisdem bonis VI maldra ſiliginis, dimidio minus, dimidium maltrum tritici, XV meſtas avene, duas meſtas piſe, dimidiam marcam denariorum in Epiphania Domini, IX denarios in feſto Penthecoſtes, qui dicuntur *Agnorum denarij:* duos denarios in Cathedra Petri, qui dicuntur *Piſcium denarii*, VI denarios in feſto *Michahelis* pro vectura, pullum unum in carniprivio, nobis perſolvere teneantur. Ipſis vero defunctis, heredes ipſorum nichil iuris habebunt in ipſis bonis, niſi de gracia noſtri Capituli tunc meruerint obtinere.

Vt autem hec rata & inconcuſſa permaneant, Sigillum Eccleſie noſtre, cum ſigillo Civitatis *Wetſlarienſis* preſenti littere ad futuram memoriam ſunt appenſa. Huius rei Teſtes ſunt

RICHOLDVS de *Brach.* CONRADVS *Reyo.*
CONRADVS de *Dridorf.* EKEHARDVS.
BERNO iunior Scabini *Wetſlarienſes*,
& alii quam plures Viri providi & honeſti.
Datum Anno Domini MCCLXIII menſe Marcio.

CCCX

Digitized by Google

CCCX

Bona in Odiffe, *olim ad coenobium* Breidenav *ſpectantia, venduntur* Haynenſibus.

An. 1263.

Quia temporum mutatione & hominum ſucceſſione nichil ſtare permittitur, cautum eſt ut quicquid manſurum proponitur, ſcriptis & teſtibus committatur.

Hinc eſt, quod ego Guntramus de *Oliſſe*, Miles, Olf. & Dna Iutta uxor mea legitima . . publice proteſtamur, quod Nos maturo prehabito conſilio, cum bona voluntate pari verbo & manibus adunatis, omnia bona noſtra in *Odiffe* ſita, Vtph. cum quodam Molendino ibidem . . , in aqua que dicitur *Hurlyphe;* nec non quosdam homines, Arnoldum, Hildemarum & Heinricum, cum eorum heredibus; Hurliſe. que bona cum molendino & hominibus erga Dn. Ysfridum Abbatem de *Bredenowe* & ſuum Conventum emimus pro C. & XXX marcis puri argenti; propter evidentia onera debitorum noſtrorum, Dno Abbati & Conventui in *Hegene* vendidimus cum omnibus iuribus eorum & pertinenciis, agris ſcilicet, curiis, pratis, paſcuis, nemoribus, aquarum decurſibus, poſſidenda titulo proprietatis pacifice & quiete, pro certa Summa pecunie; de qua . . L. marcas, & C. marcas puri argenti pro nobis pagaverunt Heinrico de *Saſſen* civi in *Grunenberg*, quas ſolvimus pro D. Godefrido Comite *de Cygenhayn;* pro reliqua vero parte pecunie acceptavimus ab eisdem quandam annuam penſionem, videlicet XXX maldra tritici & LXX maldra ſiliginis *Franckenſ.*. menſure, quam nobis dare tenentur annis ſingulis, quibusad vixerimus in hac vita: Ita tamen, quod cum unus ex nobis deceſſerit, dimidia pars huius penſionis pro ſalute defuncti anime, dictis Abbati & Conventui relinquetur. Poſtquam autem nos Dominus de ergaſtulo huius ſeculi tranſire fecerit, cupientes habere ſolum heredem Dn. Ihm Xpm, volumus, ut tota penſio integraliter ad nullum alium heredem devolvatur; ſed ad dictam

Digitized by Google

Eccleſiam in *Hegene* libere & abſolute revertatur pro animarum noſtrarum remedio & ſalute.

20 Maii. Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXIII, XIII Kal. Iunii. preſentibus

Dno WIGANDO de *Linſingen* Priore in *Hegene.* D. GODEFRIDO de *Merenberg* * Monacho ibidem & Fre CVNRADO de *Mumenberg* Converſo ibidem.

* *Procul dubio ex Dynaſtis: Inuſitatiſſimum alias, Cognomina, Monachorum Pranominibus, addere, in avo iſto.*

MENGOTO dicto *Aureo.* MENGOTO dicto *Gimbo.* SYNANDO. WIGANDO dicto *Wisguckel.* FRIDERICO de *Langenſtein* & RVPERTO de *Nona*, Militibus.

SIBERTO. HEINRICO de *Saſſen.* RVDOLFO & ARNOLDO Burgenſibus in *Grunenberg*, & aliis pluribus fide dignis.

Item contulimus eisdem Capellam in *Treiſe* perpetuo poſſidendam. In cuius rei evidentiam & perpetuam firmitatem, preſentem Paginam dedimus Abbati - - de *Hegene*, ſigillo civitatis in *Grunenberg*, ac mei Guntrami proprii ſigilli, munimine firmiter roboratam.

CCCXI

Charta SOPHIÆ Landgraviæ, *de receptis ab* Archiep. WERNERO *Comiciis & Advocaciis pluribus in feudum.* *An.* 1263.

ex Autographo. NOS SOPHIA filia *beate* ELYZABETH, Lantgravia *Thuringie*, Domina *Haſſie*, quondam Duciſſa *Brabantie;* &

Digitized by Google

& HEINRICVS filius eius, Lantgravius *Thuringie* omnibus in perpetuum.

Recognoſcimus & publice proteſtamur, quod nos a Domino noſtro, Dno WERNHERO Archiepiſcopo Moguntino, in feodo recepimus iſta bona que inferius continentur: ſcilicet Comiciam ſive *Lantgericht* HASSIE, omnes Decimas comicie ipſius, ſive infeudate ſint aliis, ſive non. Advocaciam de *Haſungen*, Advocaciam de *Breytenowe*, Ius patronatus eccleſiarum de *Wildungen*, de *Rychezenhagen*, de *Velſperg*, de *Wenegen*, *Cenre*. Item oppida & caſtra de *Grunenberg* & *Franckenberg* cum hominibus, Iudiciis, iuribus & aliis ſuis pertinenciis univerſis. ITEM *Milſungen*, quod creditur eſſe feudum. ITEM in *Thuringia* Iudicia & iurisdictiones de *Bergeren* & *Aſpe*. ITEM caſtrum & oppidum *Tungesbrucken* & Iudicia attinentia, que etiam creduntur eſſe feuda deſcendentia ab Eccleſia Moguntina, licet adhuc non ſit determinatum finaliter ſuper illis.

Quia vero veraciter ſcire nequimus ea vice de aliis feudis noſtris, de iure nobis competentibus ab eodem Dno noſtro Archiepiſcopo & ab Eccleſia Moguntina; taliter eſt conventum; quod nos ipſimet, & viginti fide digni Viri, videlicet CONRADVS de *Elbene*, FRIDERICVS de *Drivorte*, WIDEROLDVS de *Nordecke*, ANDREAS de *Marburg*, IOHANNES *Aureus*, CONRADVS de *Bickene*, GVMPERTVS frater eius: VOLPERTVS *Hoſichen*, * RVDOLFVS de *Helſenberg* & IOHANNES fratres: GYSO de *Gudensberg*, HEINRICVS de *Blumenſtein*, SIFRIDVS de *Aldenburg*, GVMPERTVS de *Hoenvels*, HEINRICVS de *Vthersbuſen*, EBIRHARDVS & CONRADVS *Holtzſadele*, HERTWICVS de *Rodegreve*, Comes ALBERTVS de *Waldenſtein* & WYGANDVS de *Homburg* debemus infra preſentis anni ſpatium indagare fideliter & veraciter; Que, vel ubi, ſive qualia ſint ipſa feuda.

* *al.* Hoſichen *de* Hohenfelz.

Et ſuper hoc fideliter faciendo preſtitimus corporaliter ſacramentum, ſicut & nonnulli predictorum Virorum etiam preſtiterunt, alii autem ſunt adhuc ſimiliter preſtituri; ut res absque

Digitized by Google

que omni prorſus dubio veraciter declaretur. Ex tunc etiam nominatim denominabimus ipſa feuda que nobis prefatus Dominus noſter Archiepiſcopus ſimiliter absque difficultate conceſſit.

Vt igitur perpetuis temporibus in futurum de ipſis feudis certa notitia habeatur; preſentibus noſtris Litteris expresſimus nominatim feuda eadem, & alia ſimiliter exprimemus, quando nobis primum conſtiterit de eisdem.

10 Sept. Datum in *campo* apud *Langesdorf*, & actum Anno Domini MCCLXIII, Quarto Idus Septembris.

CCCXII
EIVSDEM

pro ſecuritate MM marcarum præſtita Cautio fideiusſoria per XXX vades ſub Obſtagii lege; additis intuitu caſtri WILDVNGEN *nonnullis conditionibus.*

An. 1263.

ex Autographo. NOS SOPHIA, filia *beate* ELIZABETH, quondam Duciſſa *Brabantie*, & HENRICVS filius eius, Lantgravius *Thuringie*, & Dominus *Haſſie:* Recognoſcimus & publice proteſtamur, quod pro illis duobus milibus marcarum denariorum monete, quas tenemur ſolvere Domino noſtro Dno WERNHERO Archiepiſcopo Maguntino, conſtituimus ſibi triginta fideiuſſores, videlicet:

GOTEFRIDVM Comitem *de Cygenhain*. GERHARDVM de *Wildenberch*. ALBERTVM de *Rumerode*. RVPERTVM de *Nona*. EMMERCHONEM de *Erbenhuſen*. BERTOLDVM de *Eringeshuſen*. IOHANNEM *Aureum*. MEINGOTVM *Aureum* de *Hohenburch*. MEINGOTVM *Aureum* de *Grunenberg* MEINGOTVM *Kniben* ſeniorem:

ADOL-

Digitized by Google

Adolfvm de *Nordecke*. Milchelinvm & Theodericvm fratres. Fridericvm de *Marburg*. Albertvm de *Schrekede*. Cvnradvm de *Elbene*. Witekindvm de *Holzheim*. Fridericvm de *Trivorte*. Eckehardvm *von den Nehrn*. Iohannem de *Buchefecke*:

Gozmarvm de *Scarrendorf*. Henricvm de *Quecburne*. Brvnonem *Stubenac*. Godefridvm *Marſcalcum*. Gisonem de *Quecburne*. Sigenandvm de *Buchefecke*. Henricvm *Heſſen*. Wernhervm *Wenigen*. Dammonem *Rimer*, & Conradvm filium *Iohannis* Aurei:

Tali condicione annexa, quod ſi mille marcas Ei non ſolverimus apud *Ameneburg* infra Octavam *beati* Martini proxime nunc venturam, vel certo eius Nuncio, ſeu eius Ecclesie ſi ipſe Dns Archiepiſcopus tempore medio ceſſerit vel deceſſerit; ipſi fideiuſſores, moniti, intrabunt *Mincenberg*, perſonaliter more fideiuſſorio, non obſtante ſi alias fideiuſſione aliqua teneantur: Quorum ſi aliquis ceſſerit vel deceſſerit, Nos, moniti, infra menſem alium eque bonum ſubſtituemus eidem. Alioquin fideiuſſores moniti *Mincenberg* intrabunt, tam diu commeſturi, donec ille fuerit ſubrogatus.

Reſiduas mille marcas ſimili convencione ſolvemus in feſto beate *Walpurgis* proxime nunc venturo, dummodo Caſtrum noſtrum *Wildungen*, vel eius aream, ſi caſtrum ipſum deſtrueretur, quocumque caſu nos contigerit rehabere. Donec autem non rehabuerimus idem Caſtrum aut eius aream, ſolvere non tenebimur illas mille marcas que in feſto bte *Walpurgis* debentur.

Dabimus eciam Dno Archiepiſcopo, quam diu habuerit partem ſuam in caſtro eodem, octuaginta marcas quolibet anno ad expenſas caſtri ipſius, donec ipſum caſtrum vel eius aream fuerimus conſecuti. Extra muros vero dicti caſtri, in

Hominibus ſive Bonis, dictus Archiepiſcopus nichil iuris habebit.

Quod ſi fideiuſſorum aliquis, honeſtatis, fidei immemor & honoris, promiſſum huiusmodi violaverit, nos non tenebimus ipſum in noſtris caſtris, oppidis, municionibus ſive villis, aliqua racione; & erimus una cum Dno Archiepiſcopo Inimici ipſius. De bona eciam voluntate noſtra, ſicut iidem fideiuſſores ſibi penam ſpontanee elegerunt, denunciabuntur excommunicati, & in quocumque loco ſe receperint, vel domicilium habuerint, ceſſabitur a Divinis, donec Dno Archiepiſcopo ſatisfecerint de commiſſis. Et ſi homines ipſius Dni Archiepiſcopi a quocumque ab ipſo caſtro fuerint eiecti, continuo ipſum nos & nos ipſum iuvabimus mutuo auxilio, contra illum qui eiecit eosdem.

In cuius rei teſtimonium preſens Scriptum noſtris Sigillis duximus muniendum. Datum apud *Langesdorf* in *campo.*
10 Sept. Anno Domini MCCLXIII, Quarto Idus Septembris.

Sigillum Sophiæ *avulſum eſt. Secundum, in forma ovali transverſa, repræſentat Leonem, non heraldicum, ſed naturalem.* SECRETVM HENRICI DEI GRATIA TORINGIE LANTGR. DVCIS BRABANTIE. [*per compend.*]

CCCXIII

Digitized by Google

CCCXIII
EIVSDEM,

Diſpoſitio de caſtris GRVNENBERG & FRANCKENBERG *ceu feudis oblatis: quibus,* SOPHIA & HENRICO *defunctis,* ALHEYDIS, Henrici *coniunx, frui debeat quoad vixerit; ad ſecunda autem vota ubi proceſſerit eadem, tam Maritus ipſius quam naſcituri ex ipſis liberi, a ſucceſſione penitus arceantur.*

An. 1263.

[*p. 616. n. 6.*]

In nomine Domini. Amen.

NOS SOPHIA, filia *bte* ELIZABETH, Lantgravia Thuringie, Domina Haſſie, quondam Duciſſa Brabantie; & HEINRICVS filius eius Lantgravius Thuringie, omnibus in perpetuum. *ex Autographo.*

Recognoſcimus & proteſtamur, ac ad univerſorum preſentis temporis & futuri noticiam volumus pervenire, quod nos iuxta formam Compoſicionis inter Dominum noſtrum WERNHERVM Archiepiſcopum Moguntinum & nos facte, Caſtra & opida noſtra *Grunenberg* & *Franckenberg*, cum Hominibus, Iudiciis, Iuribus, & aliis ſuis pertinenciis univerſis ad nos iure hereditario ſpectancia, contulimus & tradidimus liberaliter & libenter Ecleſie Moguntine, in ius ac proprietatem perpetuam obtinenda.

Et ipſe Dominus noſter Archiepiſcopus nobis eadem reconceſſit in Feudo, tali condicione annexa; quod ſi ambo deceſſerimus abſque liberis, ALHEYDIS, uxor noſtri *Heinrici*, libere obtinebit bona ipſa tantum tempore vite, & poſtmodum ad Moguntinam Eccleſiam revertantur. Quod ſi eadem

Albeydis nuberet viro alteri, qui ex ea liberos generaret, iidem Vir & liberi nichil prorſus iuris habeant in eisdem.

Iam nunc eciam de mandato noſtro & beneplacito preſtiterunt Milites, Caſtrenſes, & Cives & homines caſtrorum & opidorum ipſorum corporaliter ſacramentum; quod ſi nos deceſſerimus absque liberis, maſculo vel femina ſuperſtite, ipſi ex tunc ea aſſignent Moguntine Eccleſie, & obediant ac intendant eidem per omnia, ſicut nobis.

XI Sept. Datum in *campo* apud *Langesdorf*, Anno Domini MCCLXIII, tertio Idus Septembris.

CCCXIV

Præſtatio evictionis pro Decima vini in Hentſchuchsheim, *ab* AGNETE Domina *de* Speckfeld. *An.* 1263.

Viris Venerabilibus DECANO & CAPITVLO Eccleſie Maguntine AGNES de *Schenvelt*, vxor Nobilis Viri WASMVDI Domini *de Speckfelt*, ſervitium & honorem.

Cum vobis ceſſerim omne ius, quod habui vel videbar habere in duabus partibus Decime vini in *Henſchusheim*, pro pecunie certa Summa; Promitto Vobis, una cum prefato marito meo, omnem impetitionem & impedimentum tollere, ac dampna ſarcire, ſi que in prefata Decima, ex parte & occaſione filiarum & heredum meorum vos ſuſtinere contingat.

Ego WASMVDVS predictus, una cum *Agnete* prefata uxore mea ad predicta me obligo & aſtringo. Quia ego *Agnes* predicta proprium ſigillum non habeo, Sigillo prefati *Wasmudi* mariti mei, ſuo, & nomine meo has Litteras feci roborari.

16 Nov. Datum XVI Kl. Decembris Anno Domini MCCLXIII.

CCCXV

Digitized by Google

CCCXV

Conſenſus Archiepiſcopi de eadem Decima. *An.* 1263.

WERNHERVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Dilectis in XPO, DECANO & CAPITVLO Maguntino ſalutem & in ſinceram in Domino caritatem.

Cum AGNES, dicta *de Schenvelt*, uxor Nobilis Viri WASMVDI de *Speckſelt*, ceſſerit vobis pro centum quinquaginta libris Hallenſium duas partes Decime Vini in *Henſcusheim*, obligatas eidem pro certa Summa pecunie, quas pie memorie pater eius, & fratres in feodo tenuerunt hactenus ab Eccleſia *Lauriſſenſi*, ut ipſum feodum ad utilitatem Prebendarum veſtrarum integraliter convertatur, cum tam fratres eius, videlicet SYMON & BERTOLDVS de *Scowenburg*, quam ipſa, reſignaverint ipſum feodum, et ceſſerint vobis Decimam, ſponte renunciantes Feodo, & Decime, ac etiam omni prorſus iuri, ſi quod habebant, vel habere videbantur in illis, prout in Litteris ſuis inde confectis * plenius eſt expreſſum; Ecce! teſtimonio preſentium donamus & tradimus vobis ipſas duas partes decime ad augmentum Prebendarum veſtrarum; Ita ut, ſi nos inconpleto Teſtamento noſtro, quod alias ordinavimus, ſicut ſcitis, deceſſerimus, quod avertat per miſericordiam ſuam DEVS, Nos, de obventionibus duarum partium decime memorate, noſtrum curetis, ſicut de vobis confidimus, condere teſtamentum.

Datum *Wunendal* X Kal. Decembris, Anno Domini MCCLXIII. *22 Nov.*

* *Litteras has ſeparatim extradiderat* AGNES, *ſub Dato XVII Kal. Dec. Et ſic pridie illarum de XVI Kal.*

CCCXVI

De mille Marcis ad pondus Trecenſe, *in quibus* WERNERVS *tenebatur Cameræ Papali, addiviſis Clero Seculari & Regulari per Commiſſarium Apoſtolicum.*

An. 1264.

[p. 616. n. 8.]

WERNHERVS DEI gratia S. Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Recognoſcimus, & ſcire cupimus litteras has viſuros; quod Magiſter LVDEVICVS Decanus Moguntinus, datus a Sede Apoſtolica Executor ad colligendas ab Eccleſiis & Cenobiis Moguntine civitatis & dioceſis mille marcas ad pondus *Trecenſe*, in quibus Camere Papali tenemur; Eccleſiis & cenobiis civitatis Mog. ac Clero Archidyaconatuum, ſpectancium ad ipſas eccleſias, quingentas Marcas, duodecim Solidis *Colon.* computatis pro marca, *Moguntie* ſolvendas impoſuit de noſtro conſilio & conſenſu; abſolvens ipſas eccleſias & cenobia & Clerum predictum ab omni alia contribucione facienda ad ſolucionem dictarum mille marcarum argenti, noſtro conſenſu ad hoc ſimiliter accedente.

Nos quoque firmiter promiſimus, & promittimus, quod, ſi reliquum dictarum mille marcarum, aut pars aliqua, quacunque de cauſa non fuerit plenarie perſoluta, omnem defectum de Noſtro ſupplebimus ſub noſtro periculo & expenſis; Nos, & Succeſſores, de conſenſu noſtri Capituli ad id preſentibus litteris obligantes.

Verum quia cognovimus, dictas Eccleſias per ſoluciones multiplices, impenſas nobis & anteceſſoribus noſtris; & per Rapinas a diverſis malignis hominibus & predonibus in bonis earum illatas, eisdem attenuatas plurimum & attritas; Ecce, ut ad preſens ſaltem aliquid conſolacionis ſeu reſtauri videantur

tur

Digitized by Google

tur habere; indulgemus eisdem, ut Earum quelibet Prebendam unam, ſeu fructus Prebende de precaria, ad dies Ementis valeat retinere; Et ſi forte Eccleſiam aliquam per aliquot annos Precariam de ſuo miniſtrare contingat; de ſingulis poſtmodum vacaturis Prebendis, preter id quod hactenus conſuevit recipere, unius anni fructus percipiat, donec illi Anni de quibus miniſtravit de ſuo, ſibi fuerint compenſati.

Ego DECANVS predictus confiteor & recognoſco, taliter ut eſt dictum omnia & ſingula acta eſſe. Sigillum meum hys Litteris apponendo. Datum *Moguntie* Anno Domini MCC*Sexageſimo quarto*, II°. Idus Marcii. 14 Mart.

CCCXVII

De manſis duobus in ROHRBACH. *An.* 1265.

HARTMANNVS Miles, dictus *de Buches*, & AGNES Legitima eiusdem. Notum fieri cupimus univerſis, nos ob honorem IHESV XPI, & reverentiam glorioſe Virginis MARIE, nec non in remedium noſtrarum animarum, Manſum unum in *Rorbach* ſitum, Eccleſie in *Hegene* tradidiſſe cum ſuis attinenciis univerſis; Et alium ibidem ſitum - - , pro quadam Summa pecunie, videlicet X marcis, prefate Eccleſie vendidiſſe, libere & abſolute: Inſuper duos Milites, ſcilicet Dn. EBERWINVM *Leonem* & D. HERDEGENVM de *Buches* pro cautione fideiuſſoria depoſuiſſe; Et ita quod omnem impetitionem, ſi quam dicta Eccleſia de prefatis manſis ſuſtinuerit de aliquibus, ipſam ex integro adnichilemus, & ipſi warandiam preſtemus ſicuti fieri debet cuilibet proprietati. Huius rei teſtes ſunt

Dns RVPERTVS de *Carben* Burcgravius in *Frideberg*. GISELBERTVS *Leo*. CONRADVS *Rufus*. WERNHERVS de *Berſtat*. RVPERTVS de *Buches*, & alii quam plures.

Acta

15 Iunii. Acta ſunt hec in *Frideberg* Anno Domini MCCLXV, in die Viti & Modeſti. Ne autem hoc factum noſtrum ab aliquo irritetur, ſed ab omnibus perpetuo inviolabiliter obſervetur; preſentem Paginam fecimus conſcribi, & procuravimus Sigillo Dni RVPERTI Burcgravii, quia proprio caremus, roborari.

CCCXVIII

De deſiccatione Paludis apud Starckenberg. *An.* 1265.

WERNHERVS DEI gratia Sancte Sedis Moguntine Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Cum ſit communis opinio, quod ſi Palus *Lauriſſenſis* fuerit deſiccata, diſſicatio ipſa ſit Terre illius Incolis commoditatibus multum profutura, & Eccleſie noſtre utilitatis quam plurimum allatura; nec diſſicatio eadem perfici valeat ſine gravibus laboribus & expenſis; Ecce! quia noſtrum Capitulum Moguntinum diſſicationem Paludis ipſius ſibi aſſumpſit, utpote bonum publicum ſuis ſumptibus procurandum; Nos congruum reputantes & dignum, ut Capitulum ipſum, & laboris ſui fructum capiat, & ſumptum recompenſans; Ipſi Capitulo noſtro damus, concedimus tocius terre partem tertiam deſiccande, ac tertiam Decimarum, Molendinorum, Theloneorum, & omnis utilitatis que ex diſſicatione huiusmodi quolibet modo poterit provenire; eo excepto, quod ſi Ville alique ibidem fuerint inſtaurate, iurisdictio temporalis in illis libera nobis maneat, & conſueta ſervitia Ruſticorum.

Et quia filiali dilectioni merito paternus affectus occurrit, ipſi Capitulo noſtro, quod ſemper ad omnem voluntatem noſtram promtum invenimus & paratum, Eccleſiam parrochialem in *Heppenheim* damus, poſt mortem vel reſignationem eius qui nunc eam tenet, ſuis uſibus communibus applicandam; ita

ita tamen, quod honeſtum Memoriale in noſtro anniverſario perpetuo inde fiat.

Ceterum quia difficatio ipſa erit incolarum terre commoditatibus profutura, volumus, ut ſingule Ville ad Opus huiusmodi & ſumptus contribuant, & labores impendant, iuxta quod Rectores operis de conſilio noſtri Burggravii duxerit moderandum.

Datum *Moguntie* VII Idus Iulii. Anno Domini MCCLXV. *9 Iul.*

CCCXIX

EIVSDEM,

Canonicis Metropolitanis facta Donatio eccleſiæ Pariochialis in HEPPENHEIM.

An. 1266.

[*p. 617. n. 9.*]

WERNHERVS DEI gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Dilectis in XPO, Decano & Capitulo Maguntino ſalutem in Domino.

Vt & veſtras honoremus Perſonas, & per honorem nobis exhibitum noſtra Mater ſancta Maguntina Eccleſia honoretur in Vobis; Parrochialem eccleſiam in *Heppenheim* noſtre dioceſis, cuius ad Nos & Pontifices Maguntinos ius patronatus pertinet ratione monaſterii *Lauriſſenſis;* tradimus & donamus vobis veſtriſque ſucceſſoribus obtinendum perpetuis temporibus pleno iure; ita quod, quandocunque primum vacaverit, *A.* Cuſtode, poſſeſſore ipſius; Vos ydoneo perpetuo Vicario, facturo ibi continuam reſidentiam, preſentato loci Archidiacono ad eandem, competenti quoque prebenda ſibi in certis ipſius Eccleſie redditibus deputata; quicquid ſupereſſe potuerit, ad communes uſus veſtros libere convertatis.

Aliis iuribus Dyoceſani & Archidiaconi qui pro tempore fuerint, per omnia ſibi ſalvis.

Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXVI, Nonas

5 Febr. Februarii.

CCCXX

EIVSDEM.

Series pactitatorum cum Dynaſta de NVENBVRG, *quoad Caſtrum* NVENBVRG, WEDELBERG, & *Comiciam* HAGEBVCKEN. *An.* 1266.

WERNHERVS DEI gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri imperii per Germaniam Archicancellarius: Dilecto ſibi Nobili viro WIDEKINDO de *Nuwenburg*, fratri quondam VOLCKWINI de *Nuwenburg*, ſalutem & omne bonum.

Cum Tu pro tuorum Progenitorum ſalute, cauſa eciam Devocionis quam habes erga nos & noſtram Eccleſiam Moguntinam; Dimidietatem caſtrorum, ſcilicet *Nuwenburg* & Opidi adiacentis & caſtri *Wedelberg*, cuius dimidietatis legitimus tu es heres; ac dimidietatem Vaſallorum, Miniſterialium, Hominum cuiuscunque condicionis, & quocunque iure attinencium in hos dies; & Villarum, iurisdictionum, iudiciorum, ſilvarum, molendinorum, aquarum, piſcacionum, pratorum, & generaliter omnium bonorum quibuscunque vocabulis exprimantur; Vacancium, obligatorum, infeudatorum, ſub titulo pignoris habitorum ad preſens, ex cauſa quacunque ad predicta Caſtra, nec non ad dominium Progenitorum tuorum antiquitus pertinencium; ſpecialiter eciam dimidietatem Comicie Lantgravii, que *Hagebucken* dicitur & adiacet veſtris Caſtris predictis, titulo Pignoris hactenus habitam, et, donec redimatur, habendam; Summa eciam pro redempcione ipſius Comi-

Comicie quandocunque recepta inter Nos & filios fratris tui equaliter dividenda, vendideris nobis & Eccleſie Moguntine pro Quadringentis marcis denar. *Colon.* Moguntie uſualiter dativorum; pro quibus tibi, vel cui aſſignaveris, perſolvendis in locis & terminis deputatis certos fideiuſſores conſtituimus, prout in Litteris aliis, ipſorum inde confectis fideiuſſorum plenius eſt expreſſum; Tuque, ſicut conſuetudinis eſt & iuris, nos debeas warandare in omnibus locis competentibus, ad que Te cum ſecuritate & absque Perſone tue periculo ducere prevalemus; ita eciam, quod ad huiusmodi warandiam faciendam nichil male vel inique capcionis aliqualiter opponemus;

Ecce! preſentibus litteris noſtris fideliter promittimus, obligantes nos tibi & filiis fratris tui predictis, quod per Nos, aut Succeſſores noſtros, vel Eccleſiam Moguntinam, ſeu per aliquos alios auctoritate noſtra, in ſua Dimidietate omnium predictorum nunquam aliqualiter opprimemini, vel detrimentum aliquod paciemini ullo unquam tempore in futurum; aliquo Auxilio, ſive Conſilio, latenti, vel eciam manifeſto. Omni dolo & fraude prorſus excluſis.

In noſtra eciam Dimidietate caſtrorum ulla Edificia conſtituemus nobis, que ſint Suis edificiis alciora; nec mutabimus Caſtrenſes reſidentes ibidem, dummodo ſub nobis voluerint reſidere; nec ſubtrahemus Ipſis Caſtrenſes eorum. Novos eciam Caſtrenſes, quotquot, & ſi quos voluerint, Nobili viro Heinrico de *Waldeck* duntaxat excepto, poſſunt licite extra Caſtra locare; dum tamen preſtent iuratoriam caucionem utrique Noſtrum qui habemus ipſorum Caſtrorum dominia, ſuper ipſorum caſtrorum intra & extra: & Perſonarum ac rerum noſtrarum ſecuritate, & fideli cuſtodia, que *Burghure* vulgariter appellatur.

In Turribus cuſtodes hinc inde habebimus numero coequali: Debita fidelitatis iuramenta utrique parcium preſtita,

 ſicut

ſicut & Caſtrenſes preſtabunt. Sed & Nos ſimilem verſa vice ſuper his omnibus habebimus per omnia facultatem. Inſuper ad caſtrorum Cuſtodiam que *Burghute* vocatur, & ad neceſſarias atque competentes expenſas Cuſtodum turrium, Portenariorum & Vigilum, ex nunc ihantea communiter & equaliter tenebimur utrobique. Milites eciam, & quilibet de genere militari manentes in Caſtris, Opidis, ſive Villis noſtris, debent eſſe liberi . . . penitus ab exactionibus quibuscunque, & dimittentur in omni ſuo honore, ſicut temporibus Progenitorum tuorum fuerunt.

Incole eciam Opidi de *Nuwenburg* manebunt in libertate & gracia quam eis feciſti in Reſtaurum dampnorum ſuorum, que per Incendium pertulerunt.

Preterea ſi Cognati tui & Tu, decreveritis ex novo plantare vineas, excolere agros, ſive facere vivaria, * nosque velimus dimidietatem facere Expenſarum, recipiemus eciam dimidietatem fructuum futurorum ex illis; alioquin ſi nos noluerimus expenſas facere, & vos ſoli feceritis in parte bonorum veſtrorum, habebitis eciam ſoli fructum.

* ſupra p. 81.

Ceterum quia tu nobis fideliter promiſiſti, quod ſepedicti Cognati tui ſuam Dimidietatem non alienabunt, nec obligabunt, nec vendent; Sed, ſi decreverint obligare, pro competenti Summa Nobis obligent; vel, ſi voluerint vendere, teneantur Nobis vendere, non tamen carius quam pro ſeptingentis marcis denar. *Colon.* Moguntie uſualiter dativorum; quorum medietatem a venditionis tempore infra dimidium annum, & ex tunc infra dimidium annum reſiduam dimidietatem perſolvemus; Ita quod infra annum illas ſeptingentas marcas ſolvamus tibi, Cognatis tuis, vel amicis eorum.

Firma vobis de ſolvendo preſtita Caucione nos tale Medium adhibemus; quod ſi a tempore, quo nobis partem ſuam exhibuerint venalem, niſi infra tres menſes emerimus, dummodo fuerimus in terminis Regni Alemanie conſtituti; vel ſi extra ipſos terminos erimus, niſi ad dimidium annum, poſt-

quam

Digitized by Google

quam Capitulo noſtro denuntiatum fuerit, comparemus; licitum ſit Eisdem, libere vendere cui volent. Aſſiſtemus eciam Tibi, & ipſis tuis Cognatis contra quoslibet, occaſione vendicionis huiusmodi, vel alias, in Spiritualibus, aut in rebus veſtris Temporalibus vos iniuſte gravare volentes. Vos eciam pro modulo veſtro Nobis verſa vice ſimiliter aſſiſtetis.

Feuda quoque omnia, que iidem tui Cognati de iure debent habere a nobis, liberaliter conferemus eisdem. Preterea dimidietatem omnium feudorum nos & ſucceſſores noſtri conferre debemus; Tu vero, & filii fratris tui aliam ſuam dimidietatem Vaſallis libere conferetis; nec in eo vos aliquatenus impedire debemus.

Ad hec, quicquid auxilio veſtro nobis pro veſtro modulo adhibendo, recuperare poſſimus, auctoritate Apoſtolica, ſeu propria, vel brachio ſeculari de poſſeſſionibus ſeu iuribus Progenitorum veſtrorum olim alienatis; ſicut eciam in futurum in omnibus bonis eiusdem dominii utilitatis poterimus inſtaurare, hoc pro parte dimidia cedat Eis; dummodo in fodiendo, murando, & aliis expenſis neceſſariis dimidietatem impendant. Non ducent autem homines, niſi pro modulo ſue facultatis; quia ipſi pueri ad noſtram & Eccleſie noſtre confugerunt graciam, que merito facienda eſt eis.

Demum favore Veſtri renunciamus omnibus dampnis & iniuriis, per Progenitores tuos, vel Te, Nobis & Eccleſie noſtre illatis; & relaxamus quascunque, Interdicti & Excommunicacionis ſentencias, in Ipſos & Te ullo tempore promulgatas.

Supradicta autem omnia, fide preſtita loco iuramenti, promittimus, pro Nobis & noſtris Succeſſoribus, perpetuo inviolabiliter obſervare. In teſtimonium apponentes preſentibus maioris & aliarum Eccleſiarum Moguntinarum Sigilla. Datum *Moguntie* Anno Domini MCCLXVI, quarto Nonas Aprilis. 2 Apr.

 CCCXXI

Digitized by Google

CCCXXI

Diſcordiæ inter Comites â RIENECK *&* *Archiep.* WERNERUM *novæ, aut ulteriores ſuper Caſtris nutritæ, Mediatore* HERMANNO *Com.* de Henneberg *ad Satisfactionis leges præſcriptas reducuntur.*
An. 1266.

In nomine Domini. Amen.

ex Autographo.

NOS HERMANNUS Comes *de Hennenberch* tenore preſencium publice profitemur, & omnibus volumus eſſe notum, quod ad concordandum Venerabilem Dominum WERNHERUM Archiepiſcopum Maguntinum & Conſanguineos noſtros, LUDEWICUM, GERHARDUM & HENRICUM, fratres, Comites *de Rienecke* adinvicem, taliter Nobis mediantibus eſt tractatum:

Videlicet quod iidem Comites ipſi Dno Archiepiſcopo dabunt marcas quingentas argenti, ſolvendas uſque ad feſtum bti *Michahelis* Archangeli proxime nunc venturum, vel ante. Pro trecentis autem marcis obligant Sibi & ſue Eccleſie, ac Nobis nomine ſuo, caſtrum *Wildenſtein*, quod & nos eidem Dno Archiepiſcopo & ſue Eccleſie ſervabimus usque ad diem eundem. Ita ut ſi de his trecentis marcis non fuerit ipſo die vel ante plenarie ſatisfactum, nos Ei, vel ſue Eccleſie aſſignabimus in die B. *Michahelis* proximo, vel eius craſtino, Caſtrum idem. Pro ducentis autem marcis Nos fideiuſſores ſumus Eorum. Et in craſtino bte *Walburgis* proximo conſtituemus ipſi Dno Archiepiſcopo, apud *Aſchaffenburg*, vel ſuo nomine illi quem ipſe ad hoc deputaverit, fideiuſſores ſufficientes pro nobis, uſque ad diem B. *Michahelis* proximum perſolvendis.

Pre-

Digitized by Google

Preterea cum in nos, de ulteriori compoſitione Dno Archiepiſcopo ab ipſis Comitibus facienda, nec non ſatisfactione ſit ab utraque parte promiſſum, ut noſtre ordinacioni ſtent ſuper eo Comites ſepedicti; ipſo die, hoc eſt craſtino *B. Walburgis*, id eciam terminabimus, ſicut tunc nobis viſum fuerit expedire. Si autem impedimentum forte aliquod legitimum partem alteram, vel Vtrumque, aut Nos, moverit, aut obſtiterit, quo minus illa die terminare poſſimus, de voluntate Dni Archiepiſcopi ſine mora conſtituemus diem alium, ut ea totaliter compleamus.

Ceterum, caſtrum *Ronnenberch* ſtatim nobis facient dicti Comites aſſignari; & nos idem caſtrum, cum aliis novis Caſtris ante illud conſtructis, infra dies quatuordecim faciemus deſtrui totaliter, & ſubverti. Ipſi autem Comites ſint gracie Domini memorati Archiepiſcopi integraliter reſtituti; & Dns Archiepiſcopus, apud *Aſchaffenburg*, & alias promovebit eosdem in omnibus iuribus & honore, quem ab antiquo noſcuntur ab Eccleſia Maguntina & eius Pontificibus habuiſſe.

Intenditur hic in efficium Archicamerarii hæreditarii, *quo familia* RIENECK. *cluebat; iure feudi poſſidens illud. Explevit autem Stirpis illma periodum fatalem* Comes PHILIPPVS, *an. 1559. d. 3. Sept. Sepultus* Lohræ *iuxta Mœnum apud patres ſuos.*

Inſuper promiſſum eſt, ut Captivi utrimque ſtatim dimittantur liberi ſoluti. Vtraque eciam pars fideliter repromiſit, ut ſuper omnibus Actionibus, de proprietate, hereditate, & quibuscumque aliis Cauſis, preter dampna que tempore huius Guerre adinvicem ſibi fecerunt, iuſtam pro ſe, & omnibus eorum amicis, utrimque coram Dno Archiepiſcopo racionem obſervent; & quilibet ex parte utraque manebit in poſſeſſione proprietatis, hereditatis, aut quorumcunque bonorum, ſicut iam ante inchoatam habuit guerram, niſi de iure & racionabiliter evincatur ab ipſo. Comites autem ſepius memorati predicti, omnia inviolabiliter obſervare, fide ac iuramento preſtitis, promiſerunt.

Nos

Nos autem in teſtimonium & memoriam omnium predictorum preſens Scriptum inde confectum tradimus, & Sigilli noſtri munimine roboramus.

Datum apud *Wildenſtein*, Anno Domini MCCLXVI, feria quarta proxima ante diem Palmarum.

CCCXXII

RVDOLFI *Scholaſtici* Wezlarienſis, *legantis Eccleſiæ ſuæ vineam in* GARBENHEIM.
An. 1267.

ex Autographo.

Magiſter RVDOLFVS *Wetſlarienſis* Eccleſie Scolaſticus. Omnibus hoc ſcriptum viſuris ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Quia multociens, quod inopinatum eſt, contra miſerum hominis ſtatum, & fortunam momentaneam ſolet accedere; nec, qui hodie vivit incolumis, ſe cras ſanum poterit eſtimare; Noverit igitur tam preſens etas quam futura poſteritas, quod Ego, cautus aliquantulum ex alienis periculis, cum adhuc eſſem ſanus & bene compos mentis, pro meorum remedio parentum nec non & proprie ſalutem anime, Vineam meam ſitam in *Garbenheim*, quam ſumptibus excolueram propriis & laboribus, Eccleſie mee *Wetſlarienſi*, nomine elemoſine, cum deliberato conſilio legavi liberaliter, & contuli titulo proprietatis in perpetuum libere quiete & pacifice poſſidendam.

Verum quia Decanus & Capitulum dicte eccleſie, Vinee eiusdem vacare culture, vel intendere non poterunt; reconcedere michi decreverunt eandem, iure poſſidendam Colonario nomine ipſius eccleſie, ſub hac forma, quod ſingulis annis in feſto bti *Michahelis*, quam diu vixero, duos Solidos levis monete nomine Cenſus ipſi eccleſie in ſui iuris recognicionem perſolvam.

In

In cuius rei evidenciam & firmitatem pleniorem Sigilla Eccleſie & Civitatis *Wetſlarienſis* rogatu meo preſenti littere ſunt appenſa Acta ſunt hec, preſentibus Viris diſcretis in teſtimonium deputatis: Videlicet

WEZELONE & EBERWINO Militibus *de Garbenheim* Conſanguineis meis. Item CVNRADO de *Cruftele*. DIMARO & PHILIPPO * Caſtrenſibus in *Calsmunt*. Item SIGENANDO de *Gizen* & EMMERCHONE de *Wolvetkelen* Militibus. * *de* Cleberg.

Item GERBERTO Advocato.

LVDEWICO olim Villico.

CVNRADO dicto *Reio*.

THEODERICO *Rufo*.

CVNRADO de *Dridorf*.

ECKEHARDO.

HENRICO de *Dridorf*.

ARNOLDO Monetario.

HENRICO de *Munechuſen*:

Scabinis *Wetſlarienſibus*, & aliis quam pluribus Viris providis & honeſtis. Datum Anno Domini MCCLXVII menſe Aprili.

✿ ✿ ✿

Chartula WERNERI, *vi cuius licentiam dedit Abbati* Reiffenſteinenſi, *Sacellum* Elbicherod, *iam pridem deſtructum, reædificandi; ac dein, â Parochiali villæ* Hupingſtet *ſeiunctum, idoneo Presbytero, qui ſacris id curet officiis, committendi. Actum* Pinguiæ an. 1268 Nonis Marcii.

[*p.617.n.11.*]

✿ ✿ ✿

CCCXXIII

WERNERI,

de comparato per Coenobitas Vallis S. Georgii *quoddam Prædio â* Ludovico *de* Wangenheim, *eiq; attinente Capella in* Eseneberg *An.* 1268.

Wernhervs Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Xpo, Abbati & Conventui *Vallis* S. Georgii *Ciſterc.* Ordinis, noſtre Dyoceſis, ſalutem in Domino.

Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum, & vota que a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente ſupplere. Eapropter, Dilecti in Domino Filii! devotis veſtris ſupplicationibus inclinati, cum vos emeritis Predium quoddam Ludewici de *Wangenheim;* & Capella de *Eſeneberc* ad predium ipſum pertinens, ſimul cum univerſitate bonorum ad vos tranſierit; Indulgemus vobis teſtimonio preſentium, quod manſos & poſſeſſiones ad ipſam Capellam ſpectantes licite valeatis veſtris uſibus applicare; ſic tamen, ut per aliquem Fratrem veſtrum divina ibi officia cottidie celebrentur; & alias in luminaribus & debitis ornatibus ad honorem Dei & glorioſe Genetricis ipſius eandem capellam nichilominus procuretis.

In recognitionem etiam gratie vobis facte de ipſa Capella per Nos, & Eccleſiam Moguntinam; ſolvetis ei annuatim in feſto Annunciationis quatuor libras cere.

4. *Nov.* Datum *Erfordie*, Anno Domini MCCLXVIII, ſecundo Nonas Novembris.

CCCXXIV

CCCXXIV
DIPLOMA EIVSDEM,
quo confirmat parthenoni Padenhuſano (*quondam*) *collationem Parochialis in* BICKENBACH, *provenientem ex pia liberalitate Dynaſtarum* de HANAV, WEINSPERG, cet. *An.* 1268.

[*p. 617. n. 13.*]

WERNHERVS Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Xpo, BENEDICTE Abbatiſſe, & Conventui Sanctimonialium monaſterii in *Patenhuſen* Ordinis *Ciſtercienſis* Magunt. dioc. ſalutem in Domino ſempiternam. *ab Autographo.*

Cum Nobiles Viri, CVNRADVS de *Bickenbach*, REINHARDVS de *Hagenowe*, PHILIPPVS de *Valckenſtein*, ENGELHARDVS de *Winsberg*, & ENGELHARDVS filius fratris ſui, & heredes ipſorum, Domini & Patroni parochialis eccleſie de *Bickenbach*, cuius Ius patronatus ad ipſos dinoſcitur pertinere, ipſam Eccleſiam cum iure patronatus ipſius, Vobis & veſtro Monaſterio contulerint intuitu pietatis, ut ipſam ad uſum Prebendarum veſtrarum pleno iure perpetuo teneatis;

Nos collationem huiusmodi ratam & gratam habentes, eandem Eccleſiam vobis in nomine Domini, de conſenſu Dilecti nobis SYMONIS, * Decani Maguntini & eiusdem loci Archidiaconi, atque noſtri Capituli confirmamus; Ita tamen, ut ipſam eccleſiam officiandam in divinis officiis, & regendam, Sacerdoti ydoneo conferatis, qui perpetuus Vicarius ſit in ipſa, & quem loci Archidiaconus conſtituat ad eandem, & Curam committat ipſius. De redditibus eciam Eccleſie memorate, ipſius Vicario dimittetis portionem adeo competentem, quo idem

* *à* Schöneck, *ſucceſſor* Ludovici, *de quo* p. 606.

 de

Digitized by Google

de ea valeat ſuſtentari commode & honeſte. Dioceſani & Archidiaconi in omnibus ſalvo iure.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre Confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem ei contraire preſumpſerit, indignationem DEI Omnipotentis, & noſtram ſe noverit incurriſſe.

Nos SYMON Decanus Maguntinus & loci Archidiaconus ſupradictus, & nos Capitulum Maguntinum Collationi ſupraſcripte, ac confirmationi Domini noſtri Archiepiſcopi antedicti conſenſum adhibentes benignum, in teſtimonium noſtris Sigillis duximus muniendum.

25 Nov. Actum & datum *Maguntie*, Anno Domini MCCLXVIII, VII Kal. Decembris.

CCCXXV
EIVSDEM:
Traditio Iurium ſuorum ad caſtrum HOMBVRG, *ſuper Altare* S. MARTINI.
An. 1268.

[*p. 617. n. 14.*]

NOS WERNHERVS Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus & his noſtris litteris proteſtamur, quod Nos noſtris oculis proponentes, & penſantes ex corde, quod nos noſtra Eccleſia Maguntina a primis quaſi cunabulis enutrivit, & *circa dies noſtros extremos* Pontificali honore & gracia ſublimavit; Vt condigna ſibi poſſimus, ſaltem in parte aliqua, viciſſitudine reſpondere; ipſi noſtre Eccleſie contulimus & tradidimus, conferimus & tradimus omnia iura noſtra in caſtro *Hoemburg* * & eius attinenciis; Hominibus, bonis, & pertinenciis univerſis. Hec omnia ſuper Altare *bti* MARTINI Patro-

* Homburg in Wetteravia.

Patroni noſtri manu propria reponentes. Huius noſtre Collacionis teſtes ſunt

SYMON Decanus. . . Scolaſticus maioris Eccleſie. WALTERVS Decanus Eccl. S. *Stephani* Magunt. GISELBERTVS Vicedominus * dictus *Vulpes*. FRIDERICVS de *Rudesheim*. FRIDERICVS de *Schonenberg*, & PHILIPPVS Marſcalcus *de Frauwenſtein* Miniſteriales noſtri.

* in Rhingavia.

Actum Anno Domini MCCLXVIII, feria quarta ante feſtum B. *Andree* Apoſtoli.

CCCXXVI
EIVSDEM,
favore Bonorum Capituli Metrop. *in* GAVIA, *conceſſa Immunitas a quolibet genere ſerviendi.*
An. 1268.

[*p. 616. n. 3. Vbi perperam refertur ad An.* 1262. *Correctum in Addit.* p. 1013. *v.* Enim vero]

WERNHERVS Dei Gratia Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius: Dilectis in Xpo Decano & Capitulo *Maguntino* ſalutem, & paterne dilectionis affectum.

ex Autographo.

Cum, ſicut a memoria noſtra numquam excidet, Vos toto tempore noſtro, donec ex permiſſione divina preſedimus Eccleſie Maguntine, ſemper direxeritis ad omnia noſtra beneplacita voluntates veſtras, pariter & conſenſus; Digne & non immerito reputari poſſemus ingrati, ſi vobis pro tanta devotione & amicitia non rependeremus liberaliter gratam viciſſitudinem verſa vice, qua non ſolum vos, ſed & ſucceſſores veſtros aliqualiter honorare poſſemus.

Digitized by Google

Hinc eſt, quod preter alia in quibus per Dei gratiam intendimus vobis benefacere, omnia Bona veſtra, ſita in *ſuperiori & inferiori* Olmene, ſive in aliis villis *Gowie:* & nichilominus illa, que dilectus in Xpo *Scolaſticus* veſter, Eccleſie nuperrime comparavit poſt mortem ſuam habenda; dimittimus iam ad preſens in perpetuum, teſtimonio preſentium, abſoluta & libera a petitionibus, Collectis, Precariis, Exactionibus, & a quolibet genere ſerviendi, quibuscunque vocabulis exprimatur; que Nobis alia bona Terre ſub noſtra ditione poſita conſueverunt preſtare. Sed & ſolvetis nobis de ipſis bonis veſtris Cenſus antiquos & debitos annuatim.

Et ut de hac noſtra gratia vobis facta plenam & perpetuam certitudinem habeatis, preſentem Paginam inde conſcriptam appenſione Sigilli noſtri duximus muniendam. Datum

30 Nov. *Maguntie* Anno Domini MCCLXVIII, II Kal. Decembris.

CCCXXVII

De venditis, â Coniugibus de Eppenstein, *monaſterio* Padenhausen *bonis ſuis apud* Selgenſtadt: *Et quæ, durante cum* Wernero Archiep. *Guerra, apponuntur Conditiones.* *An.* 1268.

ex Autographo. Godefridus Senior *de Eppenſtein*, & Elysa Collateralis noſtra. Recognoſcimus, tenore preſencium publice proteſtando, quod nos de conſenſu & libera voluntate filiorum noſtrorum, Gerhardi Archidiaconi *Treverenſis* * & Godefridi, Domine Abbatiſſe & Conventui de *Padenshuſen*, bona noſtra apud *Selgenſtat* & Bruchuſen ſita vendidimus pro LXXV marcis *Colon.* denar. iure proprietatis perpetuo poſſidenda.

* *An. 1268. factus Archiep. Mog.*

Nos

Nos autem ipſi Dne Abbatiſſe & Conventui de Dampnis & Gravaminibus que per emptionem ipſorum a Dno noſtro WERNHERO Archiepiſcopo Maguntino forſitan incurrere poſſent, cavere volentes; Quia nequaquam volumus, quod occaſione Noſtri dampnum aliquod ſuſtineant vel Gravamen; bona preſcripta, ſicut hactenus, poſſidere volumus durante Gwerra noſtra contra predictum Dn. noſtrum *Maguntinum*. Penſionem ipſorum bonorum, LV maldra ſiliginis *Selgenſtatenſis* menſure videlicet, annis ſingulis quibus preſens gwerra duraverit, infra *Aſſumptionem* & *Nativitatem* B. Virginis in Curiam monachorum de ARNISBVRG *Franckenfordie* predicto Conventui aſſignantes.

Pro qua annona Fideiuſſores in ſolidum conſtituimus; ſcilicet GERLACVM dictum *Scelmen*, WERNHERVM fratrem ſuum. GERLACVM minorem de *Bommersheim*, CVNRADVM de *Godeloch*, HENRICVM de *Saſſenheim* Milites, ac FOLMARVM filium *Rudigeri* de *Ovinbach* in hunc modum, ut ipſi, ſi in ſolucione ipſius annone negligentes extiterimus vel remiſſi, *Frankenford* intrent, more fideiuſſorio commeſturi, ac inde usque ad perſolucionem ipſius annone nullatenus exituri. Sedata vero ipſa Diſcordia, predicta Eccleſia primo ſe de bonis prelibatis intromittat; & tunc warandiam preſtabimus de ipſis bonis per Annum & diem, ut moris eſt. Et ſi aliquod impedimentum in ipſis bonis ſuſtinuerint, Fideiuſſores noſtri ſupradicti, *Frankenfort*, more fideiuſſorio perſolvent, quousque impedimentum per Nos fuerit huiusmodi integraliter reſtauratum iuxta Articulos ſupradictos. Si quis eciam ipſorum fideiuſſorum medio tempore deceſſerit, quod abſit, alium infra dies quatuordecim ſtatuemus; vel reliqui tam diu ſatisfacient, donec alter loco Demortui fuerit ſubſtitutus. Teſtes:

CVNRADVS dictus *Wobelin*.
WICGERVS frater ſuus.

FRI-

FRIDERICVS de *Ronnenberg.*
ARNOLDVS magiſter Operis,
& alii quam plures.

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras conſcribi fecimus, ac ipſorum, & filiorum noſtrorum ac Civitatis *Frankenford* . . Sigillorum munimine roborari. Anno Domini

xbr. MCCLXVIII, ſexta feria poſt feſtum bti *Nicholay.*

Appendent Sigilla quinque. a) Godefridi Eppenſteinii P. *alibi iam deſcriptum.*

b) S. ELISE DOMINE DE EPPENSTEIN. *Mulier palliata, capite tecto [quaſi pileolo.] Abſque ſcutulis; utpote que, demum ſub ſeculi XIII finem, ſigillis Foeminarum, ſive earundem Effigiebus, apponi coeperunt. Aliunde tamen conſtat, banc* Eliſabetam *ex Domo* Naſſovica *prognatam fuiſſe.*

c) S. GERHARDI ARCHIDIACONI TREVERENSIS IN DITKIRCHEN. *Figura Clericalis.*

d) S. GOTFRIDI IVVENIS DE EPPENSTEIN. Clypeus.

e) *Simulacrum Regis.* FRANKENEVORT SPECIALIS DOMVS IMPERII.

CCCXXVIII

CCCXXVIII

Wernervs *appromittit, ſe nullam cum refractariis ſuis*, Sacrilegisque Civibvs Moguntinis *initurum Compoſitionem, niſi aſſenſu* Cleri *prævio.*
An. 1269.

Wernhervs Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniverſis ad quos iſte littere pervenerint ſalutem in Domino.

Tenore preſentium publice proteſtamur, & notum eſſe volumus univerſis, quod cum Cives noſtri *Moguntini* iam multo tempore temeritate propria ſibi uſurpaverint tam in Spiritualibus quam Temporalibus Iura noſtra & libertates; Honores & privilegia Eccleſiarum totius Cleri Civitatis *noſtre* variis modis auſu ſacrilego ſtudeant enervare; Nos eorum conatibus celeri remedio ſalubriter occurrere cupientes; fide data & iuramento corporaliter preſtito promiſimus, & promittimus, quod pro iuribus, libertatibus, honoribus ac privilegiis Eccleſiarum, & tocius Cleri Civitatis noſtre *Moguntine* in ſtatu debito conſervandis, laborabimus totis viribus, omni ſtudio & ingenio, omni dolo excluſo; & Eis auxilio conſilio & favore fideliter aſſiſtemus, nec umquam faciemus, aut ordinabimus, vel etiam admittemus aliquam Compoſitionem cum Civibus noſtris Moguntinis, niſi de bona voluntate, & maturo ac communi conſilio illarum perſonarum, quas Clerus noſter Moguntinus ad hoc duxerit deputandas.

Datum *Moguntie* Anno Domini MCCLXIX, VIII Kl. Octobris. 24 Se

Digitized by Google

CCCXXIX

De bonis Militum de DERNBACH *in* LVZELLINDEN. *An.* 1270.

ex Autographo.

Tempus labitur, & ea que geruntur in tempore, ſecuntur naturam temporis, niſi voce teſtium vel litterarum teſtimonio fulciantur.

Notum igitur ſit univerſis preſentis inſtrumenti ſeriem inſpecturis, quod Ego BERNHARDVS Miles *de Derenbach*, communicata manu parique voto SOPHIE uxoris mee, accedente nichilominus conſenſu & unami voluntate filiorum meorum, videlicet ECKEHARDI, Canonici eccleſie *Wetflarienſis*, CVNRADI Militis, & IOHANNIS, bona mea ſita in *Luzellinden*, quorum ſcilicet partem alteram uſualem habent & poſſident HENRICVS de *Munechuſen* & ECKEHARDVS Scabini *Wetflarienſes*, titulo proprietatis vendidi CVNRADO dicto *Reyo* iuniori, & HERMANNO Monetario civibus *Wetfl.* . & ipſorum heredibus, libere quiete & pacifice ſine contradictione qualibet in perpetuum poſſidenda.

In cuius rei evidenciam & firmitatem debitam Sigillum meum una cum ſigillo GISELBERTI Conſanguinei mei, Militis *de Voydesberg*, * & civitatis *Wetflar.* . preſenti Littere ſunt appenſa. Huius facti Teſtes deputati ſunt

EBERWINVS & GERBERTVS Iudices *Wetflarienſes.* Item CVNO Miles *de Cleberg*, Caſtrenſis in *Calſmunt.* Item CVNRADVS de *Dridorph.* HENRICVS de *Munechuſen.* THEODERICVS *Rufus.* ECKEHARDVS. ARNOLDVS Monetarius. HENRICVS de *Dridorph.* BERNO. MARQVARDVS de *Nuverin.* WIGANDVS dictus *Dietbero.* GERNANDVS *Lye*; Scabini *Wetflarienſes.*

Datum Anno Domini MCCLXX menſe Maio.

* *A loco reſidentie ſeu Caſtri intelligendum. Quandoquidem in Sigillo exprimitur* de Derinbach; *geſtatque teſſeram gentilitiam cum* Bernhardo, *diplomatis auctore, uniformem.*

CCCXXX

Digitized by Google

CCCXXX
WERNERI,
de Ordinatione ARNOLDI *Archidiaconi* Heilgenſtadenſis, *circa proventus eccleſiæ in* BEVESTETE.
An. 1270.
[*p. 617. n. 1.*]

WERNHERVS Dei gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Xpo Abbati & Conventui monaſterii de *Riſenſtein* Ord. *Ciſterc.* Moguntine dioc. ſalutem in Domino.

Cum, ſicut veſtra Nobis devotio patefecit, quia redditus eccleſie de *Beveſtete* . . . fuerunt tam tenues & exiles, quod inhabitatore carebat, & Sacerdos de ipſa non poterat commode ſuſtentari; Magiſter ARNOLDVS bone memorie quondam Archidiaconus *Heiligenſtadenſis*, eccleſie de *Beveſtete* predicte Patronus, nolens ipſam eccleſiam Divinis omnino carere, & de conſilio Diſcretorum DEVM pre oculis obtinens provida deliberatione prehabita terras & agros ad dotem ipſius eccleſie pertinentes vobis locavit, provide ordinando, quod Decano eccleſie de *Heiligenſtat*, quia Decanie ſue redditus ſunt tenues, de ipſis XVI maldra frumenti annis ſingulis perſolvatis, & vos procurabitis per tres dies ad minus in qualibet ſeptimana perpetuo divina obſequia celebrari in eccleſia *Beveſtete* prefata;

Nos ipſius Archidiaconi ordinationem, ſicut provide ac rationabiliter facta eſt, in Domino commendantes, in nomine Domini confirmamus & preſentis Scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat *cet.* Datum *Moguntie* Anno Dni MCCLXX, in die Sanctorum *Aurei* & *Iuſtine.* *16 Iunii.*

CCCXXXI

Eccleſia Moguntina *acquirit Caſtrum* WILDENBERG *ab* VLRICO *Domino* de Düren.

An. 1271.

[*p. 617. fin.*]

VLRICVS de *Durne* & ALHEIDIS eius Collateralis recognoſcimus, quod nos voluntate unanimi & conſenſu vendidimus Domino noſtro WERNHERO Archiepiſcopo & eius Eccleſie Maguntine Caſtrum noſtrum *Wildenberg* pro Nongentis marcis *Colon.* monete, vel pro *Hallenſibus* ad Summe huiusmodi quantitatem, tribus *Hall.* pro quolibet denario computandis, cum villis adiacentibus, videlicet *Celle*, *Dizbuch*, *Brunningesſachſen*, *Donebach*, *Merſenhart*, *Slozzabe* & *Mudabe*; cum ſilvis, pratis, paſcuis, agris cultis & incultis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, iudiciis, iurisdictionibus, & ſuis pertinenciis univerſis.

Nichilominus promittimus Eis plenam preſtare warandiam de premiſſis, prout iuſtum fuerit, & nos fuerimus requiſiti. Si qua vero de his venditis Pignori fuerint obligata, illa eis tenemur reddere abſoluta; alioquin Dns noſter *Maguntinus* tantum retinebit de pecunia nobis danda, quantum requirit redemptio eorundem. Huius rei Teſtes ſunt & preſentes fuerunt

Dns SYMON Decanus, ADELVOLCVS * Scolaſticus, EBERWINVS Prepoſitus *Pinguenſis*: Canonici maioris Eccleſie; & WALTHERVS Decanus Eccl. S. *Stephani* Mogunt.

* *de Turri.*

Dns REINHARDVS de *Hagenauwe*. GOZO Vicedominus *Aſchaffinburgenſis*. PHILIPPVS Marſchalcus *de Frauwenſtein*. BILLVNGVS de *Ingelnheim*. FRIDERICVS,

Digitized by Google

cvs, Wipertvs & Boppo, fratres *de Amerbach*, & quam plures alii fide digni.

Ne igitur iſtorum omnium predictorum aut oblivio deleat, aut importunitas ingenii malignantium infringat, preſens Scriptum inde confectum Sigillo noſtro duximus muniendum. Actum & datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXI, XIIII Kal. Iunii. *19 Maii.*

✿ ✿ ✿

Fuere Dürenſes *(à Caſtro gentilitio* Wald-Düren *Nomen derivantes) ex ſtatu veterum Dynaſtarum; prout eorundem Sigilla, iuxta ac Connubia, luculenter demonſtrant. Cuius porro Familiae tabulam genearchicam aliquando concinnavi, probationibus, e copioſis horum Dominorum Litteris inſtructam. Lucem in Diplomatariorum meorum * continuatione (fors brevi) viſura. Vbi codex Diplomaticus* Selgenthalenſis, *isque ſigillis XII adornatus, locum ſibi vindicabit primum. Parthenonis inquam* Seligenthal; *** fundati an. 1236. ab* Vlrici, *Chartæ huius auctoris, genitoribus;* Conrado de Durne, & Mechtilde, *nata Com.* de Lauff.

* in form. 8. Quorum *Sylloge* I. exivit an. 1728.

** Ord. *Ciſterc.* Dioec. Herbip. territorii vero Moguntini.

✿ ✿ ✿

Digitized by Google

CCCXXXII

Bonorum, de quibus n. 329, *tranſlatio in* ECKHARDVM *de* Dernbach, *Venditoris primævi filium.* *An.* 1271.

ex Autographo.

Labilis eſt humana memoria, & ea que geruntur ab hominibus, ex facili in oblivionis precipitium dilabuntur, niſi voce Teſtium, ſuffragio Litterarum, & Sigillorum appenſionibus roborentur.

Notum igitur ſit univerſis preſentis Inſtrumenti ſeriem inſpecturis; quod nos CONRADVS dictus *Reyo*, Advocatus, & HERMANNVS Monetarius, cives *Wetflarienſes*, Bona, que nobis vendiderat BERNHARDVS Miles *de Derimbach* communicata manu *Sophie*, legitime ſue, & de conſenſu filiorum ſuorum, ECKEHARDI ſcilicet, CONRADI & IOHANNIS, ſita in *Lutzellindin*, quorum videlicet bonorum partem alteram conſimilem tenent HENRICVS de *Munichuſin* & ECKEHARDVS, Scabini *Wetflarienſes*, & heredes eorum; predicto *Eckehardo* Canonico *Wetflar*.. filio ut dictum eſt prelibati *Bernhardi* Militis, titulo proprietatis vendidimus, libere quiete & pacifice, ceſſante contradictione qualibet, in perpetuum poſſidenda.

In cuius evidentiam & firmitatem debitam, Eccleſie *Wetfl*.., SIBODONIS Prepoſiti de *Scheſſimburch*, WALTERI Plebani *Wetflar*.. & GYSELBERTI de *Derimbach* Militis Sigilla preſenti littere ſunt appenſa. Huius rei Teſtes deputati ſunt

EBERWINVS dictus *Advocatus.*
CVNO de *Cleberch.*
CONRADVS de *Cruſtele.*
PHILIPPVS, DIEMARVS,

&

& HERMANNVS de *Cleberch*,
Milites, Caſtrenſes in *Calſmunt.*
Item THEODERICVS *Rufus.*
CONRADVS de *Driedorf.*
ECKEHARDVS. GERBERTVS.
HENRICVS de *Driedorf.*
BERNO. MARQVARDꝰ de *Nuverin.*
WIGANDVS *Diethero.*
HENRICVS de *Katzinvort:*
Scabini Wetflarienſes.

Datum Anno incarnationis Dominice MCCLXXI, pridie Kal. Iulii. *30 Iunii.*

CCCXXXIII

Inſtauratæ per RIENECKCIOS *Turbæ ac lites ſemel iterumque ſedantur.*

Anno Domini MCCLXXI in die beati *Iacobi* Apoſtoli. Hec eſt forma Compoſicionis, inter Venerabilem Patrem Dn. WERNHERVM Archiepiſcopum Maguntinum ex parte una, & Nobiles viros LVDEWICVM & GERHARDVM Comites *de Rienecke* ex altera ordinate. *ex Autographo.*

PRIMVS Articulus eſt, quod ipſi Comites incontinenti ibunt cum Domino Maguntino, & intrabunt *Aſcaffenburc*, & erit in opcione eorum, quot diebus ibidem manere velint hac vice. Nam quot diebus ibi modo iacuerint, tot diebus habebunt inducias poſt feſtum *Aſſumpcionis* beate Virginis nunc venturum. Veniente autem feſto Aſſumpcionis, & elapſis tot diebus quot apud *Aſcaffenburc* iacuerant ante Feſtum; unus ipſorum redibit, & manebit per Menſem unum in Loco predicto. Illo autem menſe expleto alter Comitum ipſorum intrabit, nec prior exibit niſi advenerit prius alter. Quilibet autem eorum poterit menſem ſuum curtare, ſi placet, ſed nullate-

latenus prolongare; ita tamen, quod nullus eorum exeat, niſi intraverit prius alter. Et hec mutua manſio ſive recepcio perdurabit usque ad *Epiphaniam* Domini nunc venturam.

Veniente vero feſto Epiphanie ambo Comites intrabunt locum predictum, nec inde exibunt, niſi, iuxta conſilium Venerabilis Dni BOPPONIS *Herbipolenſis* Epiſcopi, fratris ſui Comitis HERMANNI, BOPPONIS Comitis *de Wertheim*, Comitis DITHERI de *Katzenelleboin*, REIZONIS de *Bruberg*, REINHARDI *de Hagenowe*, GODEFRIDI de *Eppenſtein* iunioris, FRIDERICI & WILLEHELMI fratrum *de Rudensheim*, Domino Maguntino ſatisfactum fuerit ſuper omni Queſtione & diſcordia quam habere dinoſcitur contra Comites memoratos. Et hoc Ipſe Dns *Maguntinus* voluntarie acceptabit, & eorum conſilio acquieſcet. Qua ſatisfactione completa ipſi Comites *de Rienecke* & fideiuſſores ſubſcripti erunt liberi & ſoluti. Si vero Dns Maguntinus de gracia memoratis Comitibus inducias aliquas dare voluerit, in hoc bene fideiuſſores conſencient infra ſcripti.

Si iidem Comites hec premiſſa vel quicquam eorum infregerint, Dns *Herbipolenſis* predictus & frater ſuus Comes HERMANNVS pro marcis Quingentis, & BOPPO Comes *de Wertheim* pro Centum, puri argenti: decem quoque Milites pro aliis Sexcentis marcis, videlicet HEINRICVS *Hundelin* de *Grunesvelt*, TYROLFVS, item HEINRICVS, THEODERICVS, WIPERTVS & RVDEGERVS, fratres, dicti *de Phele;* item ALBERTVS *Dune* de *Luden*, HEINRICVS *Zobel*, & CONRADVS *Zobel* filius eius; ac Ille, qui vero nomine dicitur *Zobel* de *Heidingesvelt*, ſe Dno Maguntino vel eius ſucceſſori concorditer electo fideiuſſorie obligarunt.

Qui tredecim fideiuſſores ſimul omnes *Aſcaffenburc* intrabunt, inde non exituri, ſed more fideiuſſorio ſatisfacturi ibidem, donec per Dn. BOPPONEM Epiſcopum *Herbipolenſem* & HERMANNVM fratrem ſuos predictos, de Quingentis marcis in ſolidum: per BOPPONEM vero Comitem *de Wertheim* de Centum: per decem autem reliquos fideiuſſores de Sex-

Sexcentis marcis puri argenti ſatisfactum fuerit Domino Maguntino, ſimiliter in ſolidum. Et ſolutis quingentis marcis per Dn. Herbipolenſem Epiſcopum & fratrem ſuum, ipſi a predicta fideiuſſione erunt liberi & ſoluti. Boppo quoque Comes *de Wertheim* ſolutis centum marcis ſimiliter liber erit; reliqui vero Decem, ſolutis ſexcentis marcis eciam abſolventur.

Adiectum eſt eciam, quod ſi Dns *Maguntinus*, quod abſit, diem extremum clauſerit, ſepedicti Comites *de Rienecke* recepcionem ſive ſatisfactionem predictam ſuſpendent uſque ad unanimem creationem Succeſſoris ipſius; Qui creatus ſervabit omnia ſupradicta; & ſibi ſimiliter ſervabuntur, quemadmodum eſt premiſſum.

Ad hec elegerunt iidem Comites *de Rienecke*, tam auctoritate Dni *Maguntini* quam & Dni *Herbipolenſis*, ſe eſſe Excommunicacionis vinculo innodatos, & Terram eorum ex tali cauſa poſſe ſubici eccleſiaſtico Interdicto. Item quicunque fautores Dni Maguntini habent impetere Comites memoratos, hoc iuxta arbitrium predictorum Venerabilis Dni *Herbipolenſis* Epiſcopi, Hermanni Comitis fratris ſui, Bopponis Com. *de Wertheim*, ceterorumque Nobilium ad predictum conſilium receptorum ratione previa decidetur, ſecundum viam Iuſticie, vel Amoris. Et ſi Deciſionibus huiusmodi duo vel tres predictorum ex parte Dni Maguntini ex cauſis legitimis intereſſe non poterunt, reliqui nichilominus terminandi ea plenariam habeant poteſtatem; ita tamen, quod Dns *Herbipolenſis* Epiſcopus & frater ſuus interſint Deciſionibus ſupradictis.

Item de Captivis eſt taliter diffinitum, quod hy, qui ex utraque parte adhuc habentur captivi, usque ad predictum feſtum Epiphanie ſuper bonos fideiuſſores abſolvendi & *induciandi* ſunt pro convenienti & racionabili pecunie quantitate. Hy quoque, qui abſoluti iam ſunt ſuper fideiuſſoriam cautionem; tales fideiuſſores induciandi ſunt usque ad idem feſtum. Illi autem qui *depecuniati* * ſunt, pecuniam ſuam perſolvent, quemadmodum promiſerunt.

* Pecunia : *Pecudes, Grex.* Pecunia viva : *idem ſignificans.* DU FR. „Guillelmus Rex fecit deſcribi omnem Angliam, quantum ter„ræ quisque Baronum ſuorum poſſidebat. - - - Quæ animalia, „immo quantum *Vivæ Pecuniæ* poſſidebat.

Hec ſiquidem ſupradicta predicti Comites ſe fideliter obſervaturos fide interpoſita iuraverunt. Item predicti decem fideiuſſores pro Sexcentis marcis more fideiuſſorio ſatisfacere iuraverunt.

Vt igitur univerſa & ſingula hec predicta debitum ſorciantur effectum, preſens Pagina inde confecta, Venerabilium Patrum Dni WERNHERI Archiepiſcopi *Maguntini* & Dni BOPPONIS *Herbipolenſis* Epiſcopi; Virorum Nobilium HERMANNI de *Hennenberc*, LVDOVICI & GERHARDI fratrum *de Rienecke*, DITHERI de *Katzenelleboin*, BOPPONIS de *Wertheim*, Comitum: EBERHARDI de *Bruberc*, REINHARDI de *Hagenowe*, GODEFRIDI de *Eppenſtein* iunioris, FRIDERICI & WILLEHELMI fratrum *de Rudensheim* Sigillorum appenſionibus eſt munita.

Datum & actum *in Campo* iuxta *Didencheim*, Anno & die predictis.

CCCXXXIV
Contractus Matrimonialis *inter* ROBINVM de Covern, & ELISABETHAM de Eppenſtein.
An. 1272.

[*ad p. 625. Schema geneal. lit. S. in Probationibus.*]

Noverint univerſi preſentem Litteram inſpecturi, tam poſteri quam moderni, quod ego GODFRIDVS de *Eppinſtein*, & FRIDERICVS de *Coverna* & *Novi caſtri* Dominus, pueros noſtros ROBINVM & LYSAM matrimonialiter coniungimus, in ipſa Coniunctione condicionem & ordinem huiuſmodi obſervando.

Ego GODEFRIDVS de *Eppinſtein* do ROBINO, filio Domini FRIDERICI de *Coverna*, cum LYSA ſeniori filia mea Septua-

Septuaginta marcas *Colon.* monete legalis, in Redditibus annuatim percipiendis in dominio meo de *Weda*, * vel in *Brubach*, ubi vicinius adiacet dominio *Covernenſi*, vel Septingentas marcas *Colon.* monete curribilis & legalis. Quas ſi in promptu dedero, converti volo in hereditatem, comparandam infra flumen *Are* & *Brubach*, ubi amicis hinc inde melius videbitur expedire.

* *In* Godefridi *huius* Eppenſteinii, *ſive* Iunioris, *Contraſigillo aliquando obſervavi ſcutum* Com. *de* Wied; *baltheos ſcilicet cum pavone.*

Has ſeptingentas Marcas, vel ſeptuaginta in Redditibus, a die qua *Robinus* LYSE carnaliter ſe coniunxerit, & matrimonium inter ipſos contractum fuerit conſummatum, infra Annum *Robino* pro dote filie mee, ut tactum eſt ſuperius, aſſignabo; in quibus, *Robinus*, ſi filia mea ſine prole deceſſerit, Vſumfructum quam diu vixerit obtinebit. Quo mortuo, ad heredes legitimos libere revertetur. Dictam vero LYSAM do ROBINO hereditariam, ut poſt obitum meum & Vxoris mee, cum ceteris fratribus & ſororibus percipiat debitam porcionem & conſuetam.

Ego vero FRIDERICVS Dominus *Novi caſtri* & *Coverne*, do *Lyſe*, ſeniori filie Dni GODEFRIDI de *Eppenſtein* iunioris, in dotem cum filio meo *Robino* Centum marcas in Redditibus annuatim in curia *Kerletge*; nummum pro nummo, in annona, vino & ceteris fructibus, que proveniunt in curia memorata; ita ut tempore Meſſium & Vindemiarum quatuor probi Viri ſumantur hinc inde, qui eſtiment proventus dicte curtis, ſecundum eſtimacionem Terre debitam & conſuetam. Et ſicut iſti quatuor eſtimaverint primo Anno, ſic deinceps ROBINVS & LYSA centum marcas in nummis & proventibus ibidem recipient. Et quicquid ſupra centum marcas reſiduum fuerit de ipſis proventibus, michi FRIDERICO & uxori mee cedat libere, prout decet.

Quam curiam dictus ROBINVS & LYSA inhabitent & poſſideant ſub hac forma: Si caſtrum *Iſenburg*, & redditus ſibi adherentes recuperavero quoquo modo, ipſum Caſtrum cum centum marcarum redditibus dicte LYSE cum filio meo in dotem aſſignabo. Et ſi curiam in *Kerletge* non aſſignans, nec caſtrum recuperans *Iſenburg* mille marcas in prompto perſolvero; cum iſtis mille marcis volo, quod hereditas comparetur infra caſtrum *Brubach* & flumen *Are*, prout amicis hinc inde viſum fuerit expedire; que ſic & cadat in dotem *Lyſe*; in qua eciam, ſi ROBINVS filius meus deceſſerit ſine prole, LYSA, quam diu vixerit, poſſidens habitabit. Ea defuncta, dicta bona ſeu hereditas ad me & meos heredes legitimos revertetur. Has mille marcas, ſeu centum marcarum redditus, a die qua *Robinus* LYSE carnaliter ſe coniunxerit, infra annum *Lyſe* in dotem pro ROBINO, prout tactum eſt ſuperius, aſſignabo.

Item ROBINVM filium meum, poſt mortem meam & Vxoris mee IRMENGARDIS conſtituo unicum Heredem & dominum Caſtri & Dominii de *Coverna*; cui, FRIDERICVS filius meus ſenior renunciavit publice & expreſſe. Ceteros filios meos, quos habeo vel habere me contigerit, omni fraude & dolo excluſis ad hoc inducere laborabo, ut predictis bonis renuncient, ſicut Maior.

Item, ſi Dna IRMENGARDIS uxor mea me defuncto ſupervixerit, & alium virum duxerit in Maritum, ipſa, relicto Caſtro de *Coverna* maritum ſuum ſequetur; & ROBINVS filius eius ſe de caſtro & Dominio cum ipſius caſtri attinenciis intromittens, ex tunc inantea hereditarie poſſidebit. Si vero Dna IRMENGARDIS continens manſerit, Virum alium non ducendo; caſtrum *Coverne* & dominium cum ſuis attinenciis, & alia caſtra & bona mei FRIDERICI poſſidebit pacifice & quiete.

Vt igitur omnia ſuperius per nos ambos racionabiliter tractata & promiſſa, nec non iuramento roborata, inviolabiliter

ter obſerventur; ego GODEFRIDVS de *Eppinſtein* ex parte mea pono fideiuſſores pro Mille marcis, quod ROBINO tradam filiam meam predictam, & compleam omnia que promiſi. Fideiuſſores autem mei ſunt hy: GERHARDVS frater meus, Archidiaconus *Treverenſis*. Comes DYTHERVS de *Katzenelenbogen*. Dominus GERLACVS de *Lympurg*. WERNHERVS de *Falckenſtein*. FRIDERICVS de *Schonenberg*. FRIDERICVS de *Derne*. CVNO de *Ryſſenberg*. LODEWICVS de *Are*. CONRADVS Dapifer *de Wede*. GODEFRIDVS *Hymmelſtos* de *Brubach*, Milites: Qui, ſi premiſſa non implevero, ut condictum, ex parte Dni *de Coverna* moniti, monaſterium *Meynfelt* intrabunt more fideiuſſorio, inde non exituri, quousque premiſſa plenius obſerventur, vel mille marcas in fideiuſſione expreſſas Dno *Friderico* de *Coverna* plenariter perſolvamus.

Item ego FRIDERICVS Dns *de Coverna* ſimiliter promitto pro me, filium meum ROBINVM tradere LYSE predicte in maritum, & omnia adimplere que promiſi. Et ſuper hys pono fideiuſſores HEINRICVM Comitem *de Virnenburg*. EGIDIVM de *Are*, MARSILIVM Sculteturn *Treverenſem*. THEODERICVM de *Bazzenheim* & LODEWICVM fratrem eius. ENGELBERTVM de *Gunterene*, & fratrem eius IOHANNEM. HEINRICVM de *Lymene*. GOBELINVM de *Coverna*, & HENEMANNVM fratrem eius. HERMANNVM de *Hademar*. MARSILIVM de *Dinelich*. IOHANNEM de *Brunsborne*, & DITHARDVM de *Paſſendorff* Milites: Qui, ſi premiſſa omnia non implevero, ex parte Dni GODFRIDI de *Eppinſtein* moniti, ſimiliter Monaſterium intrabunt more fideiuſſorio, inde non exituri, quousque omnia & ſingula implevero que promiſi, vel Mille marce in fideiuſſione expreſſe, ſi violator promiſſi extitero, Dno *Godefrido* de *Eppinſtein* modo ſimili perſolvantur.

In cuius rei robur & teſtimonium preſentem Litteram Sigillis virorum Venerabilium & Nobilium, Dni GERHARDI Archidiaconi Treverenſis, dicti *de Eppenſtein*; de *Virnenburg* &

& *Katzenelenbogen* Comitum: de *Eſche*, de *Are*, de *Stirpeniche*, de *Oſeldingen*, de *Lympurg*, Dominorum & Militum, nec non Noſtris, fecimus communiri.

Datum & actum apud *Covernam*, preſentibus Fideiuſſoribus, & omnibus quorum Sigilla preſentibus ſunt appenſa; & aliis quam pluribus Clericis & Laicis. Anno Domini *fin. Maii.* MCCLXXII, feria quinta poſt diem B. Vrbani.

Toties hic recurrentem Robinum *de* Coverne, *pro* Wenceslao *R. Bohemiæ feuda recepiſſe ab Imp.* Adolfo, *patet ex Charta apud* P. *de* Ludewig, A. B. P. II. p. 1199. *Cæſari* affinis noſter *vocatus. Alioquin* cauſæ nobis ſunt, *ad ſuſpicandum, quod nomen* Covern *nudam denotet reſidentiam; Stirps vero* Robini *& patris eius* Friderici *propria & genuina*, de Isenbvrg *fuerit.*

CCCXXXV

De bonis apud Dn. de Brvnecken *comparatis. An.* 1272.

Heinricvs & Gebehardvs fratres, filii Dni Heinrici quondam *de Brunecken.* Tenore preſentium notum facimus univerſis; quod cum Dilectus noſter Patruus, Godefridvs de *Brunecken*, omnes poſſeſſiones que in *Bachgoia* & circa *Mogum*, videlicet *Niedernburg*, *Waleſtad*, *Oſtheim*, *Plumheim*, & in *Ringenheim* in hominibus, vineis, agris, curtibus, & omnibus attinenciis ſuis & iuribus, quibuscunque nominibus cenſeantur, Ipſum & nos iure meri proprii contingebant; vendiderit Eccleſie *Aſchaffinb*.. pro CCC marcis pecunie numerate; Nos eidem vendem venditioni voluntarium prebentes aſſenſum, memoratis poſſeſſionibus ſive bonis in manus Wernheri Canonici *Aſchaffinb*., Rectoris Scolarum *Gey-*

Digitized by Google

Geylenhuſen . . publica reſignatione in multorum preſentia aſſignatis, his Litteris renuntiamus ſimpliciter & preciſe. Fideli preſtito promiſſo, quod quietam poſſeſſionem, qua memorata Eccleſia in bonis ſupradictis perpetuo debet frui, nullo umquam contradictionis impedimento, ſeu doli malicia perurbemus.

Et quia ad ſitum bonorum ſepedictorum perſonaliter pervenire nequimus, has litteras, ratihabitionem noſtram de facta venditione, ſimulque renuntiationem quam fecimus, proteſtantes, noſtro communi Sigillo dedimus communitas.

Datum Anno Domini MCCLXXII die Nativitatis bte Marie. Teſtes huius facti ſunt *8 Sept.*

Dns Godefridvs de *Brunecken.*
Helfricvs de *Rudenkeim.*
Fridericvs de *Bucben*
Heinricvs filius eius.
Hermannvs de *Selbolt.*
Eberhardvs de *Hittengeſeze*,
Milites.
Bertoldvs Scultetus *Geylenhuſenſis.*
Fridericvs *Ineptus.*
Hartmannvs de *Rietenbach*,
& alii quam plures.

CCCXXXVI

Foedus Civitatum, occaſione inſtantis Electionis Regiæ Rom.
An. 1273.

ex Autographo.

NOS MOGVNTINENSES, *Wormacienſes*, *Oppinheimenſes*, *Franckinfordenſes*, *Vridebergenſes*, *Wetflarienſes*, & *Geylinbuſenſes* Officiati, Milites, Conſules, Scabini, ceterique Cives univerſi recognoſcimus, his litteris publice proteſtando, quod, ad honorem DEI precipue, & tocius nobis adiacentis Provincie utilitatem, fide & iuramento preſtito conventionem perpetui Compromiſſi concordavimus, & adinvicem nos aſtrinximus in hunc modum; Vt, cum Sede Imperii ut nunc vacante, ſi Domini Principes Regum Romanorum Electores concorditer unum preſentaverint nobis Regem, in Eundem ſinguli pro iure noſtro debita ſubiectione ac reverencia intendere debeamus. Si autem dicti Principes circa Electionem Romanorum Regis, quod DEVS avertat, diſcordaverint, & plures nobis Reges preſentare voluerint, nos huiusmodi Reges nequaquam recipiamus in predictis Civitatibus noſtris, nec Ipſis alicuius noſtri conſilii vel auxilii amminicula prebeamus, quousque a dictis Electoribus Rex concorditer electus nobis fuerit preſentatus. Et hoc noſtrum Compromiſſum non mutabimus ullo modo, niſi hoc pro ſtatu temporis ex provida deliberacione communis conſilii unanimiter faciamus.

Vt autem huius noſtri Compromiſſi fedus inter nos ſtabiliori robore ſolidetur, in hoc eciam ſub predicte fidei ac iuramenti ſacramento coniuncti eſſe volumus adinvicem perpetuo, & aſtricti, quod contra quoslibet iniuriatores noſtros, qui occaſione ſupradicte noſtre promiſſionis, aut alia quacunque ex cauſa, nos omnes ſeu aliquem ex nobis inpugnare, aut indebite aggravare attemptaverint; preſtacione fidelis conſilii & auxilii alterutrum aſſiſtere perpetuo teneamur.

In

In quorum omnium teſtimonium & debitam firmitatem preſentibus litteris Sigilla noſtra dignum duximus appendenda. Actum *Moguntie* Anno Domini MCCLXXIII, die Agathe Virginis. *5 Febr.*

CCCXXXVII

De conſenſu bonorum in BACHGAV *per Dn.* GODEFRIDVM *de* Brunecke *venditorum.* *An.* 1273.

Ego WILLEBVRGIS, Collateralis Nobilis Viri GODEFRIDI de *Brunecke*, omnibus preſens ſcriptum viſuris conſtare cupio, & preſentium tenore proteſtor; Quod cum Maritus meus predictus, vendiderit Eccleſie *Aſchaffinb.* proprietates ſuas, quas in *Bachgowe* noſcitur habuiſſe; ipſam venditionem ratam & gratam habeo, & in eam conſentio, preſentium teſtimonio litterarum: Quas utique, cum Sigillum proprium non habeam, appenſione ſigilli Patrui mei, Nobilis viri CRAFTONIS de *Hohenloch*, prelibate Eccleſie communivi. Huius proteſtationis & conſenſus mei teſtes ſunt Patruus meus CRAFTO de *Hohenloch* iam predictus. Matertera mea WILLEBERGA ipſius collateralis, ASMVS de *Erlebach* Miles, & miniſterialis Mariti mei ſupradicti, & alii quam plures.

Actum & datum Anno Dominice incarnationis MCCLXXIII. menſe Aprili.

CCCXXXVIII

Dominus *Haſſiæ* HENRICUS & *Adiutores eius, ob poſſeſſiones Eccl.* Moguntinæ incendiis & rapinis *depopulatas, iterato excommunicantur.*

An. 1273.

[*p. 1014. in Addit. v.* Paulo ante]

ex Autographo.

WERNHERUS Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in XPO Prepoſito eccleſie *Friſlarienſis* vel eius vices gerenti, nec non univerſis Prelatis, eccleſiarum Rectoribus, Vicariis & Clero Archidiaconatus eiusdem, ſalutem in Domino.

Cum nos iam pridem Excommunicacionis in Perſonam: & Interdicti in Terram, HEINRICI Domini *Haſſie*, ſentencias duxerimus promulgandas pro eo, quod idem HEINRICUS contra pacis federa, iam dudum inter Nos & Ipſum inita, & per dilectum Conſanguineum noſtrum . . * Prepoſitum *Moguntinum*, cui vices noſtras in partibus illis commiſimus, poſtmodum renovata, temere veniens; *Nuwenburc*, *Wedelberc*, & *Heiligenberc* caſtra & opidum Eccleſie noſtre cepit, Nobis & ipſa Eccleſia noſtra minime diffidatis; Quedam ex ipſis ſic capta iniurioſe & malicioſe deſtruxit, in grave noſtrum & Eccleſie noſtre diſpendium & iacturam; Et adhuc Mala malis accumulans, Caſtrum & Opidum *Nuenburc* per ſuperbiam detinendo, poſſeſſiones Eccleſie Maguntine deſtruit Incendiis & Rapinis; ac Maledictionem bibens ut aquam claves Eccleſie dampnabiliter vilipendit, in ſue ſalutis diſpendium, & Scandalum plurimorum;

* *Sifridus* de *Weſterburg.*

Quia creſcente ipſius Contumacia creſcere debet & Pena, predictas Excommunicationis & Interdicti ſentencias renovantes, ipſum HEINRICUM, & omnes qui ſibi in huiusmodi maleficiis Opem & operam, Conſilium vel iuvamen impendunt, vel

Digitized by Google

vel impendiſſe noſcuntur, Excommunicacionis vinculo innodantes, & Terram ipſius Interdicto eccleſiaſtico ſupponentes, ipſos Excommunicatos & interdictos publice nunciamus, & precipimus nunciari. Mandantes, ut ad quemcunque locum noſtre dioceſis idem HEINRICVS, vel ſui Officiati, & ſpecialiter GERLACVS *Reiz* de *Bruberc*, WERNHERVS de *Biſchoveshuſen*, & WITEKINDVS de *Holzheim* pervenerint, ſeu tranſierint; quam diu moram in locis illis fecerint, & poſt receſſum ipſorum per triduum, ceſſetur omnino ab officiis Divinorum.

ITEM Nobilem Matronam relictam quondam HEINRICI Comitis *de Waldecke*, fidelis noſtri, & filium eius ADOLFVM, pro eo quod predicto HEINRICO criminoſo communicant in Crimine, opem ſibi & operam, conſilium & auxilium impendendo contra Nos & Eccleſiam Maguntinam, excommunicamus in nomine Domini in his ſcriptis, & excommunicatos publice nunciamus: Terram ipſorum, quocunque titulo poſſideant, ſupponentes Eccleſiaſtico interdicto: Per quod videlicet Interdictum, tam Terre ipſius Domini *Haſſie*, quam prefate Matrone, omnia eccleſiaſtica Sacramenta cum ſepultura eccleſiaſtica, preter baptiſmum parvulorum & perſonas moriencium, iuxta ſtatuta Canonum denegantur.

ITEM Plebanis & eccleſiarum Rectoribus univerſis diſtricte precipimus & mandamus; ut publice monicionis in eccleſiis ſuis proponant Edictum, ne quis Parrochianorum ſuorum Victualia, Arma, ſeu quecumque alia deferat vel deducat; ſeu aliis deferenda vel deducenda committat ad terram *Haſſie* in auxilium ipſius HEINRICI, ſicut excommunicacionis penam voluerint evitare.

ITEM omnes Clericos, qui Sententiam Interdicti latam in terram ipſius HEINRICI Domini *Haſſie*, in DEI, Noſtram, & Eccleſie *Maguntine* contumeliam & contemptum aſſumpto rebellionis ſpiritu non ſervarunt, excommunicamus; Excommunicatos & Irregulares publice nunciamus, & precipimus nunciari; quouſque verecundie rubore ſuffuſi proprium re-

 cognoſcen-

cognoſcentes errorem, Abſolucionis a Nobis, & ſuper Irregularitate contracta Diſpenſacionis beneficium a Sede Apoſtolica, meruerint obtinere.

Item pro Iniuriis Eccleſie *Maguntine*, quas infert & intulit eidem Eccleſie Nobilis Vir Albertus Dux *de Bruneſwic*, Caſtra & Iura eiusdem Eccleſie contra iuſticiam occupando; excommunicacionis in Perſonam, & Interdicti in Terram ipſius Ducis ſentencias dudum a Nobis latas iterum innovantes, Ipſum Excommunicatum, & Terram ipſius Interdicto eccleſiaſtico ſuppoſitam nunciamus. Clericos quoque, qui contra huiusmodi Interdictum venerunt divina officia celebrando, excommunicatos & irregulares tam diu precipimus nunciari, donec abſolucionis a nobis, & a Sede Apoſtolica diſpenſacionis beneficium ſimiliter fuerint conſecuti.

Hec per Te, Prepoſite, vel tuas vices gerentem, in tua Sinodo: per vos vero Prelatos, eccleſiarum Rectores & Clerum, in virtute ſancte obediencie & ſub pena Excommunicacionis, in veſtris eccleſiis, ſingulis diebus Dominicis & feſtivis precipimus publicari, & a vobis univerſis & ſingulis inviolabiliter obſervari. Datum *Pinguie* Anno Domini MCCLXXIII,
21 Maii. XII Kal. Iunii.

CCCXXXIX

Privilegiorum, queis olim Sifridus III *cives* Moguntinos *cumularat*, * *Confirmatio.*
* *n.* CCXL. *add. p.* 584.

An. 1273.

[*p. 614. ante Schema. Et p. 1014. in Addit.*]

In nomine Domini. Amen.

Wernherus Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Tenore preſencium recognoſcimus, & ad univerſorum noticiam cupimus pervenire; Quod Gracias & Libertates quas recolende

Digitized by Google

de memorie quondam Dns SIFRIDVS Archiepiſcopus Maguntinus, *Patruus noſter*, Civitati Maguntine ad commodum & honorem Civibus eiusdem civitatis duxit favorabiliter impendendas, prout in ipſius Archiepiſcopi SIFRIDI & Eccleſie Maguntine litteris deſuper confectis plenius eſt expreſſum, ratas & gratas habentes; eas bona fide promittentes & volentes inviolabiliter obſervari.

Vt autem huiusmodi noſtra Promiſſio robur obtineat debite firmitatis, preſentem Litteram Sigillo noſtro dedimus communitam. Actum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXIII, Nonis Iunii. *5 Iun.*

CCCXL

Tranſactio cum ERFVRTENSIBVS.
An. 127..

[*p.1014 in Addit. v.* Occurrit]

Hec eſt forma Compoſitionis, ordinate inter Dn. WERNHERVM Archiep. Moguntinum & Cives *Erffordenſes*, ſuper Articulis de quibus inter Eos diſcordia habebatur.

PRIMO iidem Cives recognoſcunt, & recognoſcent Ipſi Dno Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntine iura ſua, in eo Iure, quod *Viri* vulgariter appellatur. Ita ſane quod D. Archiepiſcopus & Eccleſia ipſa illud habeant, ſecundum quod habuerunt, ſeu habere debuerunt ab antiquo, & nichil eisdeperire vel diminui debeat in Iure eodem per quemcunque Contractum emptionis venditionis, obligationis, donationis, vel alium alienationis modum.

ITEM officium Magiſtri fori: Moneta, Iudicia, tam Sculteti civitatis *Erfford.* . quam Villici in plurali permanebunt & ſtabunt in eo honore & iure, ſecundum quod ſteterunt, & ſtare debuerunt ab antiquo.

Item quod Officiati & Iudices Dni Archiepiſcopi in Civitate predicta, permanebunt in eo honore & iure ſecundum quod fuerunt & eſſe debuerunt ab antiquo.

Item quod Cives nulla Statuta facient ſine conſenſu Dni Archiepiſcopi, per que ledantur iura & honor ipſius A. & Cleri ſui: Et ſi que talia facta ſunt, ſint irrita, invalida & caſſa.

Preterea ipſi Cives dimittent integra & illeſa Dno Archiepiſcopo, predicta & omnia alia Iura, quocunque nomine cenſeantur. D. etiam Ar. vice verſa recognoſcet, & dimittet dictis Civibus honores & iura eorum omnia, que habuerunt & habere debuerunt ab antiquo.

Item de forma Emende Cleri: Super his etiam Articulis Compoſitio intervenit; videlicet ſuper Eiectione Ruperti Monetarii ſuper eo, quod duo Equi ſpoliati ante civitatem *Erffordenſem*, a Iudicibus noſtris occupati & interdicti, absque licentia eorundem Iudicum a Conſulibus violenter accepti, Spoliatoribus reſtituti fuerunt. Item ſuper eo, quod N. Officiatus Bertoldi Vicedomini *de Appolden* a Iudicio fuerit eiectus; Item ſuper eo, quod Advocatus de *Gunsdorf* & Bertoldus *Clor* Caſtrenſis de *Gunsdorf* verberati fuerunt a filio *Bertoldi* Vicedomini *de Apolden*, gener Hugonis *Longi*; Ita videlicet, quod Dns Ar. remiſit offenſam ſibi in hac parte illatam.

Ex huiusmodi autem Ordinatione, predicta Diſcordia & omnis rancoris & diſſenſionis materia, que ex ipſa diſcordia inter Dn. Archiepiſcopum, Cives predictos, & alios quoſcunque, tam Clericos quam Laicos per eandem Diſcordiam comprehenſos, a die quo mota fuit, & usque ad hec tempora concreverat, eradicata ſunt penitus, & ſopita; ita quod dicti Cives, & omnes tam Clerici quam Laici in diſcordia huiusmodi comprehenſi, reſtituti ſunt pure & ſimpliciter ipſius Dni Archiep. gratie & favori.

In

Digitized by Google

In cuius rei teſtimonium, Sigillum GODESCALCI dicti *Kerlinger* civis *Erfford.*., Procuratoris Civium *Erff.*., quo inquam Sigillo HENRICVS Vicedominus & RVDOLFVS dictus *Raſpo*, Comprocuratores dicti *Godeſcalci* ſunt contenti, preſentibus eſt appenſum.

CCCXLI

De Monte SCHONENBERG: *Comeciis plurium villarum, nec non Advocaciis bonorum ad Coenobia* L. & H. *ſpectantium, Eccleſiæ* Moguntinæ *venditis â* LVDOLFO *Com.* Daſſelenſi.

An. 1273.

Nos LVDOLFVS Comes *de Daſſel*, dictus *de Schonenberg*, cupimus fore notum univerſis, quod Montem *Schonenberg*, Comeciam & iurisdictionem omnium Villarum noſtrarum inferius vocandarum; Bona noſtra, libera ſeu feudalia; & Homines, venationes, piſcationes, Advocacias bonorum pertinentium *Lippoldesberg* & *Hilwardeshuſen* cenobiis ex iſta parte fluvii qui vocatur *Wiſera*, iacentium in iurisdictione quacunque: nec non ipſius cenobii *Hilwardeshuſen* Advocaciam cum omnibus iuribus & integritate ſicut ad noſtros progenitores & ad nos ſpectaſſe cognitum eſt, Venerabili Matri eccleſie Moguntine vendidimus abſolute. Eius vice HERMANNO Officiali & Conſulibus *Geyſmarienſis* Opidi, prout ab Eadem in feodo tenuimus, reſignantes; & data fide promittentes, quod, cum nos ad preſentiam Dni noſtri WERNHERI Archiepiſcopi, vel eius vicem gerentis Dni Prepoſiti Moguntini venire contigerit, reſignemus.

Preterea CONRADVS de *Bertholderode* Miles, & THIDERICVS de *Menſe* Advocaciam bonorum predicti cenobii *Hilwardeshuſen*, quam a nobis tenent in feodo, recipere debebunt a predicto Dno Archiepiſcopo vel eius vicem gerente, quam reſignavimus cum premiſſis, & fide data Eccleſie predicte Moguntine promittimus reſignare: premiſſorum warandiam

am facere promittentes. Et ſi ADOLFVM fratrem noſtrum huiusmodi Contractum contingat impugnari, ipſius erimus inimicus.

Hec autem nomina ſunt villarum: *Watberg. Weſtheym. Aſchendorp. Nortgeiſmar. Bunnicken. Gothardesben. Suthen. Humbrechteſſen. Leckebe. Rotberſen. Sibardeſen. Bernbike*, utrumque *Marckeſſin. Dalhofen. Gundesburen. Wichmaneſſen. Weiſevelde. Benheſen. Wulvertshofen. Haltmuthen.* Curia de *Burſvelde. Harboldeſſen. Vkken. Hottenhofen. Aldenmunden. Ratten. Rattenhagen. Ginedardeshagen. Altengeyſmar.*

13 Aug. Datum Anno Domini MCCLXXIII, Idus Auguſti. Preſentibus

- -, & HERMANNO eius filio. HERMANNO de *Haldeſſen*, & REYNHARDO de *Gerardesben* Militibus. WIDEKINDO de *Cygenberg*. BERNHARDO Marſcalco *de Wartberg*. CONRADO de *Ellenhofen*. THEODERICO de *Haldeſſen*. DITMARO de *Poſebike*: Conſulibus & Civibus *Geiſmarienſibus*, & aliis quam pluribus teſtibus ad hoc vocatis ſuper eo.

Dantes hoc Scriptum, una cum *Geyſmarienſis* Opidi, & Sigillo noſtro ſignatum.

CCCXLII
WERNERI,
Litteræ ſubventionales pro nova templi Fabrica ad S. SEVERVM *Erfurti.*

An. 1273.

[*p.618.n.6.*]

WERNHERVS Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, dilectis in XPO Archidiaconis, Prelatis, Archipresbiteris, eccleſiarum Rectoribus & Vicariis univerſis per *Sce* MARIE

Digitized by Google

RIE *Sci* SEVERI *Erfordenſis*, *Iecheburgenſis* & *Dorlonenſis* Prepoſiturarum terminos conſtitutis ſalutem in Domino.

Cupientes pleno mentis affectu Fabricam eccleſie S. SEVERI *Erford*.., quam Dilecti in XPO Decanus & Capitulum eiusdem Eccleſie renovare intendunt Opere ſumptuoſo, feliciter conſummari; Vniverſos & ſingulos vos rogamus, & in remiſſionem vobis peccaminum nichilominus iniungentes; quatenus Nuncios Eccleſie memorate quos venire ad vos contigerit pro Fidelium elemoſinis expetendis, benigne recipiatis & caritative tractetis; Plebem vobis commiſſam piis & ſalutaribus monitis efficaciter inducere ſatagentes, ut grata eis caritatis ſubſidia largiatur; Vosque cum ipſis veſtris Subditis, per hec & alia bona que Domino inſpirante feceritis, ad divine remuneracionis bravium pertingere valeatis.

Datum apud *Aſchaffenburg* Anno Domini MCCLXXIII, XVIII Kal. Septembris. *15 Aug.*

CCCXLIII

LVDOVICI, Electoris PALATINI,

Teſtimoniales, *de Iuribus* Moguntini A. Epiſcopi *ſartis tectis conſervatis*, *cùm* Aquisgrani *in epulis Coronationis*, *ſuper* ſeſſione a Dextris, WERNERO, *à* Colonienſi ENGELBERTO, *Quæſtio moveretur.* *An.* 1273.

Omnibus preſentes litteras inſpecturis LVDOVICVS Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bavarie ſalutem in Domino.

Cum Sereniſſimus Dominus noſter RVDOLFVS, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & inclita Domina GERTRVDIS, Collateralis Regia ipſius, cum Principibus ſuis dilectis ad recipiendum Coronationis ſue Inſignia ad opidum *Aquenſe* veniſſent;

niſſent; et coronatione ipſorum feliciter cum debita celebritate peracta, Sedes Principum eorumdem, una cum ſedibus Suis, hinc inde in Regia domo ibidem, prout moris exiſtit, pro ſollempnitate Prandii locarentur; inter Venerabiles Patres, Dominos WERNHERVM *Maguntinum* & ENGELBERTVM *Colonienſem* Archiepiſcopos, ſuper ſeſſione a Dextris eſt orta materia Queſtionis; Tandem Dns Maguntinus predictus, ne tante feſtivitatis iocunditas in aliquo turbaretur, quin potius ad ipſius Dni Regis deſiderium augeretur; ad magnam Eiusdem ceterorumque Principum preſentium inſtantiam, queſtioni huiusmodi non inheſit.

Immo recognoſcimus per preſentes & aperta facie proteſtamur, quod pro Regie Maieſtatis honore, ut in eo plene ſinceritatis affectum quem ad ipſum Dominum Regem habere dinoſcitur, oſtenderet per effectum, illa vice ſub diſſimulatione quadam commendabili pertranſivit; publice nichilominus proteſtando, quod poſſeſſioni Seſſionis huiusmodi iuribus, vel facti quod habet, per diſſimulationem eandem non valeat in poſterum derogari, nec ſibi & ſue Eccleſie Maguntine per hoc debeat in aliqua parte preiudicium generari.

Acta ſunt hec *Aquisgrani*, Anno Domini MCCLXXIII, 24 *Octobr.* Non. Kal. Novembris.

Prærogativæ cauſam in eo utique fundabat Col. *Elector, quod eſſet Loci Archidioeceſanus. Neque idem illud tantum parit offendiculi, ac Nomen, quale huius Chartæ ſcriptor* Reginæ *tribuit:* GERTRVDIS: *dum apud cunctos* AGNES *appellatur.*

CCCXLIV

Digitized by Google

CCCXLIV

Proſcriptionis, *contra* Dominum *Haſſiæ* HENRICVM, *lata Sententia.* *An.* 1274.

RVDOLFVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Cum Venerabilis Princeps noſter, WERNHERVS Archiepiſcopus Maguntinus, in Nobilem Virum HEINRICVM, *Dominum* HASSIE, pro notoria & manifeſta Iniuria, quam idem Nobilis ſibi & Eccleſie Maguntine temere irrogavit, Excommunicationis ſententiam protulerit, iuris ordine obſervato; Nosque, petente eodem Archiepiſcopo, ipſum ob hoc ad noſtram mandavimus Preſentiam evocari, certum ſibi terminum, prout Principum noſtrorum & Nobilium *Wormatie* exiſtentium dictabat Sententia, prefigentes; Quia idem Nobilis die ſibi prefixo non curavit Noſtro conſpectui ſe offerre; & dictus Archiepiſcopus iuramento proprio, & per teſtes fide dignos probavit legitime coram nobis, ſe rite & rationabiliter contra dictum Nobilem proceſſiſſe; Inde in ipſum Nobilem, Noſtre Proſcriptionis ſententiam proferimus, Iuſtitia exigente. Teſtes huiusmodi Sententie ſunt:

EBERHARDVS *Conſtantienſis* Epiſcopus.
VLRICVS, Abbas Monaſterii *S. Galli.*
RVDOLFVS, Gubernator Monaſterii *Campidonenſis.*

FIDELES NOSTRI:

HARTMANNVS Comes *de Vroburc.*
HEINRICVS Marchio *de Hachberg.*
RVDOLFVS Advocatus *de Wolchuſen.*
WALTHERVS de *Vaciz.*
EBERHARDVS de *Ruffen.*
RICHOLDVS de *Regensberg.*

OTTO de *Cramburg.*
RUDOLFUS de *Wedenſwile.*
VOLCMARUS de *Caminata.*
HEINRICUS de *Werbenwac.*
GOZWINUS de *Hoinfels.*
IOHANNES de *Blumenberg,*
& alii quam plures fide digni

1274 25 Ian. Actum apud *Turegum* VIII Kl. Februarii. Regni noſtri Anno primo.

CCCXLV

Confirmatio omnium Donationum, Libertatum &c. Moguntinæ Eccleſiæ *conceſſarum a Divis Impp. incluſive* FRIDERICI II, *antequam ille per Pontificem R. fuerat exauctoratus.*
An. 1274.
[*p. 619. n. 4.*]

RUDOLFUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis Romani Imperii fidelibus preſentes litteras *inſpecturis* Gratiam noſtram & omne bonum.

In excellenti Specula Regie Maieſtatis ordinacione Divina feliciter conſtituti, ad proſpiciendum profectus Subditorum noſtrorum, oculorum perſpicacitatem longe lateque diffundimus; Eccleſiarum periculis precavendis precipue, ac earum commoditatibus provide intendendo, ut per lubricum huius vite tranſcurſum ſalubriter tranſeuntes, eterne beatitudinis premia conſequamur.

Hinc eſt, quod digna conſideracione penſantes Venerabilem Eccleſiam *Moguntinam* utpote Columnam Imperii precipalem

palem titulis ab antiquo tempore conſpicuis ac honorum & libertatum eximiis dotibus inſignitam; & propter hoc cupientes, ut ſui famoſi Nominis nequeat obnubilari ſerenitas, neque ſtatus ſui proſperitas laceretur in aliquo, vel diſpendioſe tangatur; Preſencium ſerie noſſe volumus univerſos tam poſteros quam preſentes; quod Nos devotis Venerabilis WERNHERI Archiepiſcopi Moguntini Principis & Archicancellarii noſtri cariſſimi ſupplicacionibus inclinati, ad imitacionem Divorum Imperatorum & Regum Romanorum, Predeceſſorum noſtrorum Illuſtrium, omnes Donaciones, Indulgencias, Gracias, Libertates, Iura & Privilegia, predicte Eccleſie Moguntine a clare record. FRIDERICO ultimo Romanorum Imperatore Predeceſſore noſtro ante latam in eum Papalis Excommunicacionis & Depoſicionis ſentenciam, & a ſuis Anteceſſoribus Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus data & conceſſa, de benignitate Regia ex certa ſciencia liberaliter innovamus, confirmamus, & huius ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo hominum liceat hanc Paginam noſtre innovacionis & confirmacionis infringere; Quod qui facere forte preſumpſerit, gravem noſtre indignacionis offenſam ſe noverit incurſurum. Datum apud *Nurnberg* VI Kal. Decembris. Regni 1274
noſtri Anno ſecundo. Indictione III. 26 Nov.

CCCXLVI
De Bonis in Goltbach
An. 1275.

GODEFRIDVS ſenior *de Eppenſtein.* Recognoſcimus, his noſtris litteris publice proteſtando; quod Nos, Bona vendita per nos Dno Decano & Capitulo Eccleſie *Aſchaffinb.* auctorizabimus & *diſpergabimus* ab omni perſona, cui ipſa bona obligata forent ex aliquo contractu vel obligacione, inita vel facta a Nobis, vel noſtro nomine ab aliquo alio, cui eſſet vel

diceretur ius queſitum in eisdem ex perſonis noſtris, ad uſum ac conſuetudinem generalem Eccleſie antedicte.

Promiſimus etiam fide preſtita manuali dictis - - Decano & Capitulo - - - pene nomine, ſi dictam venditionem ab aliquo vel aliquibus contingeret retrahi vel evinci; Nos cum duobus fideiuſſoribus, WERNHERO *Schelme* videlicet, & GYSONE de *Willbach*, Militibus ſuper hoc a nobis datis, intrabimus *Aſchaffinburg*, inde non exituri, quousque ſuper dicta *Warantizatione* & quietacione contradictio quelibet conquieſcat. Dantes has noſtras Litteras in teſtimonium ſuper eo. Anno Domini MCCLXXV, III Idus Maii.

13 Maii.

CCCXLVII

Littera requiſitionis, quod hi, qui Iudeos offenderunt, ſe in obſtagio recipiant, quousque Eccleſie MAGVNTINE *ſatisfecerint.* *An.* 1276.

RVDOLFVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis imperii Romani fidelibus volumus notum eſſe, quod WERNHERVS Miles, Sculterus noſter in *Oppenheim*, cui, ad monendum illos qui Venerabilem Maguntinum Archiepiſcopum Principem noſtrum Kariſſimum in occiſione & leſione quorundam Iudeorum ſuorum in *Loricben* offenderant, ut ſe usque ad ſatisfactionem in obſtagium apud dictum locum *Oppenheim* reponerent, vices noſtras commiſimus, III Nonas Iulii coram nobis comparuit, & propoſuit, quod iuxta mandatum noſtrum ipſos requiſiviſſet prout debuit, & ad repreſentandum ſe in obſtagium monuiſſet, & quod iidem hoc minime adimpleſſent: Propter quod predicti, penam in Litteris noſtris ſuper hoc confectis contentam merito inciderunt. Quam penam prefatus Archiepiſcopus exigere poterit, ſecundum noſtrarum ſuper hoc confectarum continenciam litterarum.

Lorch.

Datum

Digitized by Google

Datum *Wormatie* II Nonas Iulii. Indictione quarta, Regni noſtri Anno tertio. 1276. 2. Iulii.

CCCXLVIII

Favore PHILIPPI *de* Falckenſtein *dimittitur feudum Imp. in* GELHAVSEN *à* WERNERO Bolandio. *An.* 1277.

WERNHERVS de *Bollandia* Imperialis Aule *Dapifer*. Ad *ex Autographo.* univerſorum noticiam volumus pervenire, quod nos ob illam ſpecialem amiciciam, quam inter Nos & dilectum Conſanguineum noſtrum PHILIPPVM de *Valckenſtein*, predicte Imperialis aule *Camerarium*, naturale fedus & ius ſanguinis colligavit; Feodum in *Geilenhuſen*, quod ab Imperio habuimus, & tamquam Maior natu de parentela noſtra poſſedimus uſque modo, in Perſonam predicti conſanguinei noſtri PHILIPPI, cum omnibus iuribus, pertinenciis & honoribus eiusdem, transferimus liberaliter & libenter Donationis titulo facte inter Vivos, ut Ipſe in perpetuum tamquam perpetuus feodatarius utile dominium habeat in eodem. Renunciantes ingratitudini, vel offenſe, conſuetudini, iuri feodorum, & omni auxilio iuris Canonici & Civilis, per quod dicta noſtra donacio revocari poſſet, vel in poſterum infirmari.

Ego CONRADVS Notarius predicte Donacioni interfui, ſubſcripſi, & publicavi. Datum & actum apud *Bollandiam*, Anno Domini MCCLXXVII in craſtino Kathedre bti Petri.

In cuius rei teſtimonium preſentem Cedulam noſtri Sigilli * munimine duximus roborari.

* *Erectus ſiſſus.*

CCCIL

Digitized by Google

CCCIL

Dynaſtæ ab ERPACH *alienant Decimas feudales* in PVNGSTADT & BENSHEIM: *ſurrogata iis, atque in feudum accepta, villa* MOSA. *An.* 1277.

NOS WERNHERVS Dei gratia S. Maguntine Sedis Archiepiſcopus, S. Imperii per Germaniam Archicancellarius, recognoſcimus - - -, quod Bona illa, videlicet decimam in *Pungſtad*, & alios Redditus atque bona, preter ius patronatus eiusdem ville, nec non Decimam quandam in *Bensheim*, & proventus Manſi, qui *Scharhube* dicitur, apud *Bensheim*, deſcendentia ab Eccleſia Maguntina; que IOHANNES, EBIRHARDVS & CONRADVS fratres *Pincerne* de *Erpach*, CONRADO *Wiphridi* de *Starckinberg* & IOHANNI filio quondam *Wernheri* de *Meinboldesheim* Militis vendiderunt; eiusdem Conrado *Wyphrid* & *Iohanni* conceſſimus iure & iuſto titulo feodali recipienda & tenenda a nobis & ſucceſſoribus noſtris perpetuo, & ab Eccleſia Maguntina. Ipſique fratres *Pincerne* villam in *Moſa*, que ad eos proprietatis titulo pertinebat, cum omnibus ſuis pertinenciis in manibus noſtris ſimpliciter & libere reſignarunt in Reſtaurum predictorum bonorum, & eadem a Nobis in feodum denuo receperunt.

Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXVII, VI Kal. Octobris. In quorum teſtimonium ſigillum dicte noſtre Sedis preſentibus duximus apponendum.

CCCL

Digitized by Google

CCCL

Wernervs, eiusdemque Propinqui circa negotia Familiæ privata inter ſe diſſidentes, per delectos Compromiſſarios pacantur. *An.* 1278.

Ex quo porro diplomate Werneri *Archiepiſcopi natales â ſanguine paterno* de Eppenstein *ducti*, *Sole meridiano clarius eluceſcunt. Quam nugatorie igitur Perſonatum ipſi ſupponimus* Falckenſteinium? *Conf. p. 679.*

Nos Wernhervs Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius; Recognoſcimus & conſtare volumus univerſis, quod ſuper decidendis Controverſiis, que inter nos, Nobilem Dominam Elizabet, relictam olim Gerhardi fratris noſtri, Filiam, & nepotes ipſius ex una, & Gotfridvm de *Eppenſtein* Patruum noſtrum & Godefridvm filium ipſius ex parte altera vertebantur; in Viros nobiles, Heinricvm Comitem *de Wilnauwe* & Wernhervm de *Falckenſtein* Conſanguineos noſtros utrumque a partibus extitit compromiſſum; Qui in Compromiſſo huiusmodi procedentes inter nos taliter ordinarunt, quod Patruus noſter & filius ſuus prefati, villam *Dutenhoven* quam a nobis tenuerunt in feudo, cum hominibus, redditibus, Iudicio in ipſa villa, omnibus pertinenciis & iuribus ſuis que in eadem villa & ſuis terminis habuiſſe noſcuntur, nobis Archiepiſcopo libere reſignarunt.

Item medietatem lacus in *Hanhuſen*, & Fridericvm de *Oberoldeshuſen* nobis ſimiliter reddiderunt; fratribus eiusdem *Friderici*, & ſuis heredibus equaliter inter nos & prefatos *de Eppenſtein* dividendos.

Preterea reſtituerunt nobis proventus illos omnes apud *Aſchebach*, * quos frater noſter predictus, dum viveret, habuit & poſſedit. Inſuper homines proprios in *Holtzhuſen*, & alios

* Eſchbach.

* Homburg. alios proprios homines Caſtro *Hohenberg* * attinentes, ſecundum quod eadem frater noſter habuit, ipſos nobis reſtituere procurarunt.

Preterea Relicta fratris noſtri ſepedicta, Decimam in *Lidere*, & vineam in *Hoeſte*, que *Ruſcheberg* vocatur, que hactenus habuit, retinebit in antea pacifice & quiete. Sicque omnis diſſenſionis materia, & diſcordie quecunque inter Partes hinc inde usque ad hec tempora fuerunt, irrevocabiliter ſunt ſopite. Teſtes huius rei ſunt

GERHARDVS Comes *de Ditſe*.
Nobilis Vir HEINRICVS de *Weſterburg*.
CONRADVS de *Delckenheim*.
WERNHERVS *Schelme*.
RVDOLFVS *Grasloc*. *
FRIDERICVS *Derne*, & FLAMINGVS, Milites,
& alii quam plures.

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras noſtro, Nobilium Virorum HEINRICI Comitis *de Wilenowe*, GODEFRIDI ſenioris, Patrui noſtri, & *G*... filii ipſius, *de Eppenſtein*, nec non WERNHERI *de Falckenſtein* predictorum, Sigillis voluimus communiri.

Datum & actum apud *Aſchaffenburg*, Anno Domini
17 Mart. MCCLXXVIII, XVI Kal. Aprilis.

* *Ita Militum horum Nomen tunc exprimebant, poſtero tempore in* Groſchlag *mutatum. Extant alias Littere authentice, queis* HENRICVS dictus *Grasloc* de *Dyperg*, Miles, Procurator ſeu Syndicus Gardiani & Conventus Fratrum Minorum domus in Dyperg, *vendit Aſchaffenb. Capitulo* curiam in *Cymern* inferiori. *An.* 1316, die SS. Nerei Achillei & Pancratii.

CCCLI

CCCLI

De ferendo contra HENRICVM Landgravium *auxilio â Vidua Comitis* de ZIEGENHAIN, & GODEFRIDO F. *eius.* *An.* 1278.

[*p. 619. n. 8.*]

Nos HEDEWIGIS, relicta quondam GODEFRIDI Comitis *de Cygenhain*, & GODEFRIDVS filius noſter preſenti Littera proteſtamur, quod cum Venerabilis Pater, Dominus noſter WERNHERVS Archiepiſcopus & Eccleſia Maguntina nos in Caſtrenſes receperint apud *Ameneburg*, feudo caſtrenſi propter hoc aſſignato, & a nobis iure hereditario perpetuo poſſidendo; Promittimus fide data & corporali preſtito iuramento, quod nullo unquam tempore inantea a ſervicio memorati Dni Archiepiſcopi & Maguntine Eccleſie recedemus, ſeu nos eciam ſubtrahemus; ſed bona fide Eisdem contra Nobilem Virum HEINRICVM Lantgravium *Haſſie*, & iniuriatores eorum quoslibet, conſilio & auxilio aſſiſtemus; nec cum Dno Lantgravio & iniuriatoribus quibuslibet Eccleſie Mag. ullam *Sunam* ſeu concordiam, niſi ipſo Dno Archiepiſcopo & ſua Eccleſia incluſis, habebimus quoquo modo. *ex Autographo.*

Quod ſi contra premiſſa, quod abſit, contingeret nos venire, eligimus ſpontanea voluntate, quod omnia noſtra feuda que habemus ab Eccleſia Maguntina, redire ad ipſam Eccleſiam debeant abſolute; Et nichilominus ſupradictus Dns noſter Archiep. vel ſucceſſor eius qui pro tempore fuerit in Nos excommunicacionis ſentenciam valeat promulgare.

In cuius rei teſtimonium preſens Scriptum ſigillis noſtris fecimus communiri. Actum & datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXVIII, pridie Kal. Aprilis. *31 Mart.*

Digitized by Google

CCCLII
Impetitio Hanovica *quoad Comitiam* BACHGAV *parato ære* ſublata.
An. 1278.
[*p. 619. n. 9.*]

ex Antographo.

EGo REINHARDVS Dominus *de Hagenowe* preſenti Littera recognoſco & ad univerſorum noticiam cupio pervenire; quod ſuper impeticione ſive Actione quam habui contra Reverendum Patrem Dn. meum WERNHERVM Archiepiſcopum Maguntinum & ſuam Eccleſiam Mag. ſuper Comicia illa que *Backowe* vocatur, inter ipſum Dominum meum & me, ADELHEIDIM uxorem meam, & VLRICVM filium meum talis Compoſicio & ordinacio intervenit; quod deputatis michi a dicto Dno Archiepiſcopo ſexcentis marcis denar. *Aquenſium*, quarum ducentas marcas michi dedit in promptu, pro quadringentis autem marcis reſiduis perſolvendis michi certos fideiuſſores conſtituit, prout in ſuis ſuper eo confectis Litteris continetur; omni iuri quod michi in dicta Comicia competebat, vel competere videbatur, pro Me, una cum *Adelheide* uxore mea & *Vlrico* filio meo prefatis, meisque heredibus univerſis, pari voto ac manu communicata renuncio plene, ſimpliciter & preciſe.

Promittens nichilominus memorato D. Archiepiſcopo & Eccl. Maguntine; ut, ſi Nobiles Viri, PHILIPPVS & WERNHERVS de *Falckenſtein*, vel eorum heredes ſi dictos fratres infra terminum huius anni decedere contigerit, ſuper prefata Comicia infra ipſius anni preſentis ſpacium impeterent Eccleſiam Maguntinam; ego impeticionem huiusmodi, ſecundum ius & conſuetudinem Terre tollam penitus, & deponam.

In cuius rei teſtimonium & perpetuam firmitatem preſens Scriptum *meo*, *a)* ADELHEIDIS uxoris mee, *b)* & VLRICI filii mei *c)* predictorum Sigillis tradidi roboratum. Nos quoque

que ADELHEIDIS & VLRICVS in recognitionem conſenſus noſtri, & renunciacionis per nos facte, expreſſe Sigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. Datum Anno Domini MCCLXXVIII, tercio Kal. Iulii. *29 Iun.*

Deſcriptio Sigillorum.

a) *Eques armatus, ſiniſtra manu ſcutum, cui* Leonis *figura impreſſa eſt, dextera vero Vexillum tenens, eadem Figura oppletum.* S. REIHARDI DNI DE HAGENOWE.

b) *Foemina, erecto ſtans corpore, pallio induta.* [*absque ſtipantibus latera ſcutis.*] S. ADELHEIDIS DOMINE DE HAGENOWE.

Eſt hæc Celebris illa Adelheidis *ex ſtirpe* Minzenbergica, *ſoror* VLRICI de Minzenberg, *qui familiæ ſuæ ultimus, Imperialis aulæ Camerarii officio fungebatur, a progenitoribus ſuis in ſe derivato.*

Vulgaris tenet traditio, Eandem, Nobilitatis liberæ ſtatu (ob putativam indolem Miniſterii) amiſſo, rurſus Nobilitate ab Imp. RVDOLFO *fuiſſe donatam; Sed enim vero* ADELHEIDIM, *quantumvis* patre Miniſteriali *genitam, nihilominus Nobilem permanſiſſe; ita ut Nobilitas avita cum effectibus ſuis, ſeu paritate cum Dynaſtis non miniſterialibus, in debita ſua continuaretur æſtimatione & prærogativa; Hoc ſatis evincit diploma Cæſareum, quod publicavit* Lunig, Cranzius, *cæteri. Vt ſaltem Dubii quædam* Species *ſubeſſe putaretur, & quaſi pro forma, Imperatori id immiſcere viſum:* „Si quæ exiſtit.

Mirandus profecto erat caſus iſte; quemq; ex puro molimine malevolorum Suggeſtorum enatum dixerim. Quandoquidem aliter ſentientibus, ſive pro nobilitate ex Miniſterio minorata ſtantibus, licet opponere; Eccur ergo Bolandiis, (1) & Falckenſteiniis, (2) *quos in functione Camerarii, extinctis an. 1256* Minzenbergiis *conſtat ſucceſſiſſe, Sexuive horum foemi-*

 neo,

neo, nulla unquam Status quæſtio conſimilis mota fuerit? utpote quæ Gens, Miniſterialitate non attenta, pro Nobilibus, iisque Liberis primæ claſſis, undequaque celebrata erat.

(1) WERNERVS de *Boland* Imperialis aulæ Camerarius occ. an. 1262. Vid. *n. 307. p. 693.* Temporis ratione habita, is a Cæſare RICHARDO creatus. Aſt brevi poſt, neſcio quomodo, oportet interceſſiſſe mutationem; Cum

(2) PHILIPPVS de *Falckenſtein* Imperialis Aulæ Camerarius occurrat 1277 in Litteris D. *Werneri* Bolandii (*ſupra n. 348*) in quibus ipſe Wernerus DAPIFERI portat titulum Fors quod circa proximos hoſce Conſanguineos, iisque inter ſe congruentibus, aliter fuerit ordinatum ab *Imp.* RVDOLFO. *Bolandios* ſane, *Falckenſteinios*, uti & *Hohenfelſios*, a communi ſtipite deſcendere, * plus quam veriſimile redditur ex eorundem Sigillis; utpote quorum ſingula *Rotam* oſtendunt: Quam tamen *Falckenſteinia* ſtirps ſerius aſſumpſit, eam areolæ ſuæ transverſim ſectæ ſociando.

* *Add. enuntiatio emphatica n. d.* 348.

Imo res ipſa loquitur, Officiales hæreditarios peculiarem Prærogativam in huiuſcemodi ſibi delatis muneribus quæſiviſſe. ** *Ad quæ porro Nobiles inferioris gradus,* Militum *nomine ſimpliciter venientes, aſpirare neutiquam poterant.*

** Contueor ſeculum, in quo verſamur, XIII. Rem in medio relinquens, quali modo ſe habuerit, ſeu, quidnam conditio miniſterialis operata ſit, annis CL retrorſum.

Ecquis præterea ignorat, quod vel ipſi Principes officia eiusmodi hæred. ambiverint. *De* Moguntino Marſchallatu, HENRICO Miſniæ Marchioni *conferendo, videſis* Diploma n. 259. p. 640. *Probabiliter illum ante hac* Landgravii Thuringiæ *obiverunt. Neque dubium eſt, quin inde derivetur Sedis prælibatæ* Archimarſchallatus; *quem à* Seren. HASSIAE Landgraviis, *iure feudi a pluribus retro ſeculis conſtat tueri.*

c) *Quoad* VLRICVM; *inſidet ipſe Dextrario, ſiniſtra clypeum tenens, qui* Cantheriis *notatus eſt; cuiuſmodi cantheriis equi pariter*

Digitized by Google

pariter tegumentum conſperſum viſitur. Epigraphe ita ſe habet : S. VLRICI DOMINI DE HAGENOWE.

Obſervanda hic eſt Hanovicorum, *quæ in hoc tempus incidit*, Armorum mutatio. *Vidimus enim*, Reinhardum P. *adhuc uſum fuiſſe* Leonis *figura; in cuius locum ſubſtituit* VLRICVS F. *Cantherios.*

Fallit ergo Herzog, *Chron. Alſat.* Lib. V. p. 76, *dum ad* REINHARDVM P. *iſtam Inſignium mutationem refert, his verbis:*

„Reinhart Graff † zu Hanaw, was König Adolffs von „Naſſaw Fenderich. Als nun König Albrecht von Oeſter„reich wider Adolphum ſiget, hat er dieſem Graff Reinhar„den das Wapen geendert, den gelben Löwen inn ſchwartzem „feld ihme abgeſtrickt, und an deſſelben ſtatt rotte und gelbe „Sparren zu führen auferlegt; wie auch denen von König„ſtein und Epſtein. †† --- Anno 1298.

† *pro* Herr.

†† Quaſi vero E. & K forent familiæ diverſæ.

Nec opus eſt, cum Cl. CRANZIO *de* Auſtregis Comitum p. 40, WALDSCHMIDIO *de* Mutatione Inſignium & Sigillorum p. 26. Not (x) *confugere ad lapidem, in oppidi Hanovici* Windeck *porta conſpicuum. Quippe illic appoſitum armis cantheriatis annum* MCCLVII, *ſcalpro recentiori inciſum eſſe, quilibet ſciens prudens facile intelligit.* * *Maxime cum* VLRICVS F. patre adhuc vivente *arma gentilitia immutaverit, cantherios in Leonis locum ſurrogando.*

* Vt dicam quod res eſt: In multis Locorum *Wetteraviæ* Portis & Puteis extantia arma ſive cantherios EPPENSTEINIOS, pro *Hanovicis* uſurpavit D. CRANZIVS. Et circa ductus litterarum vel numeros arithmeticos, Æram exprimentes, oculis decipi potuit. Quiscunque Annus ille ſit, ego ſpondere auſim, eundem a MCCLVII diſtare admodum.

CCCLIII

d by Goo

CCCLIII

Titulus acquiſitionis Caſtri BEKELHEIM.

An. 1278.

[*p. 619. n. 10.*]

Ego HENRICVS, nobilis Vir, natus quondam SIMONIS, Comitis *de Sponheim*, tenore preſentium publice recognoſco, & ad notitiam univerſorum cupio pervenire, quod Caſtrum meum *Bekelnheim*, cum Villis, Caſtrenſibus, iam feudalibus ibidem, caſtrenſi feudo, & octoginta marcarum redditibus, de conſenſu CVNIGVNDIS uxoris mee, cui idem caſtrum propter nuptias in donationem extitit aſſignatum, communicata manu vendidi Domino meo WERNHERO Archiepiſcopo & Eccleſie Moguntine in proprietatem perpetuo poſſidendum pro nongentis marcis denariorum *Aquenſium* ſolvendis in certis terminis; conſtitutis michi fideiuſſoribus pro eisdem, prout in Litteris ipſius Dni Archiepiſcopi ſuper eo confectis plenius continetur. Promittens Archiepiſcopum & Eccleſiam ſupradictos de caſtro & bonis eiusdem per Anni & diei unius ſpatium, prout iuſtum & conſuetum fuerit, warandare.

Et quia prefatus Dns Archiepiſcopus pro CC monete predicte me acquiſivit in Caſtrenſem ſuum & Eccleſie Moguntine, poſtquam mihi fuerint perſolute, in bona ſita apud *Olmenam* vel *Pinguiam*, de quibus Redditus XX marcarum haberi poterunt annuatim, convertere teneor, vel de bonis meis, que iure proprietatis poſſideo, XX marcarum redditus demonſtrare eidem Dno Archiepiſcopo, recipiendos ab ipſo & Eccleſia Moguntina nomine caſtrenſis feudi & tenendos.

Preterea ſi antedictum Dn. Archiepiſcopum occaſione mei Guerram habere contigerit cum IOHANNE Comite *de Sponheim*, fratre meo, - - - nullam prorſus compoſitionem ab ipſo Comite acceptabo absque ſcitu eiusdem Dni Archiepiſcopi & conſenſu. Et hoc promiſit, ſimiliter ſe facturum. In cuius teſtimo-

Digitized by Google

teſtimonium & certitudinem firmiorem preſentes conſcribi litteras, & Sigilli mei feci munimine communiri.

Ego quoque CVNIGVNDIS, uxor Nobilis anteſati, proprio ſigillo carens, in teſtimonium & evidentiam mei conſenſus ipſas litteras Sigillo LVCARDIS matris mee petii ſigillari. Datum & actum *Moguntie* Anno Domini MCCLXXVIII, VIII Kal. Auguſti. *25 Iul.*

CCCLIV
ECKHARDI *de* DERNBACH
Teſtamentum, quoad bona in LVZELINDEN.
An. 1278.

Ea que fiunt in tempore, ſimul labuntur cum tempore, niſi voce teſtium & litterarum amminiculo fulciantur. *ex Autographo.*

Hinc eſt, quod Ego ECKEHARDVS de *Derinbach*, Canonicus ecleſie *Wetſlarienſis*, ad univerſorum volo noticiam pervenire; quod ego ſaluti anime mee conſulens, ob honorem DEI & glorioſe Matris ſue, Virginis MARIE, bona mea ſita in villa *Lutzilinden*, que erga iuniorem *Reionem* Advocatum *Wetſlarienſem* comparavi, ipſe quoque erga patrem meum quondam comparaverat; nec non bona mea ibidem ſita, que michi a patre meo ceſſerunt, Ecleſie *Wetſl.*. legavi ſub nomine Teſtamenti, ita quod dicta bona perpetuo cedant ad uſus ecleſie prenotate; in qua patris mei BERNHARDI Militis *de Derinbach*, SOPHIE matris mee, & mei memoria in anniverſariis noſtris debet perpetuo celebrari.

Item Dominum IOHANNEM Decanum, Dn. AR. de *Derinbach* patruum meum, Canonicos *Wetſlar.*, Dn. WALTHERVM Plebanum ibidem, PHILIPPVM Militem *de Calſmunt*, & *Ar.* de *Derinbach* fratrem meum, Monachum Sci *Albani* extra muros Moguntinos, in teſtatores & ordinatores meos elegi, ut iidem teſtamenti mei ordinacionem fideliter exſequantur.

 Do

Do eciam eis poteſtatem, ut ipſi, vel alter ipſorum, pro Debitis meis agere poſſint, tanquam in rem ſuam, contra debitores meos quoscumque : Nec non iidem *Annum Gracie* pro me recipiant, ut debita mea inde perſolvantur; de omnibus his ordinantes, prout anime mee viderint expedire. Volo eciam, ut ſi aliqua ultra teſtamentum ſuperfuerint, ipſi ordinent ad ſalutem anime mee, prout coram Summo Iudice velint reddere racionem. Huius rei Teſtes ſunt

CVNRADVS Cuſtos.
HEINRICVS de *Calſmunt*.
SYFRIDVS de *Dalheim*.
WERNHERVS de *Mersvelt*.
HEINRICVS de *Brubach*,
& ANSHELMVS Limpurgenſis
Canonici *Wetflar*.
DIEMARVS Miles *de Calſmunt*.
REIO Advocatus.
GERBERTVS, BERNO, & ECKLO,
Scabini *Wetflarienſes*, &
alii fide digni.

In cuius Teſtamenti perpetuacionem & ordinacionis firmitatem preſentem Litteram Sigillis Capituli, Vniverſitatis, & Plebani *Wetflarienſis* porrigo roboratam.

Actum & datum Anno Domini MCCLXXVIII, VI.
2 8br. Nonas Octobris.

CCCLV

Digitized by Google

CCCLV

„*Littera Sculteti & Conſulum in* CRVZENACO, *Re-*
„*cognitionis*, *quod* D. IOHANNES *Comes* de
„Spanheim *bonis renuntiavit.*
An. 1279.

Nos Sculteтus, Conſules & Scabini Opidi de *Cruzenache* recognoſcimus, & preſentibus publice proteſtamur, quod Nobilis Vir, Dns IOHANNES Comes *de Spanheim*, communicatis manibus Nobilis Matrone Dne ADELHEYDIS collateralis ipſius, & Dnor. EBERHARDI & LVTHERI fratrum ſuorum & cum eis, reſignavit duos terminos dictos *Bunden*, & duos alios terminos dictos *Geren*, ſive *Frechten* terre arabilis, ſitos iuxta curtim ſuam iuxta Cenobium *Sci* PETRI in *Crucenache*, ſive in campis adiacentibus ipſi Turri: item redditus LXXX maldrorum ſiliginis, menſure Pingwenſis, provenientium ei libere in campo ſuo proprio, dicto *Wenzelvelt*: que omnia proprietas eorundem fuerunt, more coram nobis conſueto, Reverendo Patri ac Dno WERNHERO Archiepiſcopo & Capitulo Eccleſie Maguntine, ſub conditionibus ſcriptis in Litteris ſuis, ſuper reſignatione ipſa confectis.

In cuius rei teſtimonium, ad petitionem & mandatum ipſorum Dominorum noſtrorum, Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini MCCLXXIX, in Vigilia Purificationis *bte* MARIE Virginis. *1 Febr.*

CCCXLVI

Qualiter Parthenon in VTERSHAVSEN *ſeſe ſubdiderit* A. Epiſcopo MOGVNTINO, *pro præbito aſſenſu in Donationem Comitis* Orlamundani *de Paroecia dicti loci* &c.

An. 1279.

[*p.620.n.14.*]

Nos IOHANNES Prepoſitus, GERTRVDIS Abbatiſſa, totusque Conventus Sanctimonialium in *Vthersbuſen* tenore preſencium notum eſſe cupimus univerſis, quod Venerabilis Pater & Dominus noſter WERNHERVS Archiepiſcopus & Capitulum ſancte Sedis Maguntine pium prebuerit aſſenſum Donacioni nobis facte ab Illuſtri Dno HERMANNO, Comite in *Orlamunde*, de Parochia loci eiusdem, ut inſtauretur ibidem Ordinis noſtri Clauſtrum.

Nos obligantes pro Conventu *Orlamunde* iam inſtaurando feliciter, & promittentes, quod idem Conventus nunquam petet, per ſe aut per alium, Exempcionem; ſed ſemper permanebit ſub obediencia Eccleſie *Maguntine*; ſolvetque in ſignum vere ſubiectionis dimidiam marcam argenti, Aureum denarium tantundem valentem, nec non duo talenta Cere ad lumina memorate Eccleſie, nomine annue penſionis. In cuius rei maiorem certitudinem, hanc Litteram Sigillorum noſtrorum munimine tradimus roboratam. Teſtes huius rei ſunt

Dns ECKEHARDVS Decanus eccl. S. MARIE in *Erfurt*. D. GVNTHERVS Prepoſitus *Novi operis* ibidem. D. NICOLAVS Cuſtos eccl. *Byberacenſis*. D. GOTSCHALCVS Plebanus in *Orlamunde*. D. GERHARDVS Plebanus in *Studernheim*, & quam plures alii fide digni.

21 Iulii. Datum in *Vthirsbuſen* Anno Domini MCCLXXIX, XII Kal. Aug.

Digitized by Google

CCCLVII

De iure Patronatus eccl. in OBERNBVRG, SILAVF, *&* *ad* S. AGATHAM; *unito Decanatui, Scholaſteriæ, & Cantoriæ* Aſchaffenb. *per Præpoſitum* SIMONEM. *An.* 1279.

WERNHERVS Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius: Dilectis in XPO, Decano & Capitulo Eccleſie *Aſchaffinb.*. ſalutem in Domino.

Pie ſupplicationis voluntas, eorum maxime, in quibus plus benivolentie iugiter experimur, ad exauditionis gratiam non inmerito debet admitti; ut & ſperata proveniat utilitas, & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat.

Cum igitur Dilectus in XPO, SYMON, * Decanus Maguntinus, Eccleſie veſtre Prepoſitus, has Parrochiales eccleſias noſtre dioc., videlicet eccleſiam in OBERNBVRG *Decanatui*, eccleſiam in SYLAVF *Scolaſtrie*, eccleſiam *Sce* AGATHE extra muros *Aſch.*. *Cantorie* eccl. veſtre predicte; quarum Eccleſiarum ad Ipſum ratione *Aſchaffinb.*. eccleſie ius pertinet patronatus; ex certis cauſis & rationabilibus duxerit uniendas, ſicut in Litteris ſuis exinde confectis plenius continetur; Nos, devotis veſtris ſupplicationibus favorabiliter inclinati, quod ſuper hoc ab ipſo Prepoſito factum eſt, ratum habentes & gratum, illud in nomine Dni confirmamus, & preſentis Scripti patrocinio communimus.

* de Schöneck.

Datum *Pingwie* Anno Domini MCCLXXIX, III Kal. Aug. *30 Iulii.*

Digitized by Google

CCCLVIII

Sedis Moguntinæ Dapifer, Veldenziæ Comes, *ſe profitetur Auxiliatorem contra quoslibet* Werneri *hoſtes.*

An. 1279.

[*p. 620. n. 15.*]

Ego Henricus Comes *de Veldenze* notum facio univerſis, quod reſpectu fidelitatis qua teneor Eccleſie Maguntine, cuius *Dapifer* & Vaſallus exiſto, & a qua habeo larga feoda, deſiderans in eiusdem Eccleſie devocione & obſequio perpetuo permanere; Promitto bona fide pro me & meis heredibus qui in Comitatu *Veldenze* michi ſuccedere debent, quod ego & heredes mei predicti, Domino noſtro Wernhero Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntine contra iniuriatores eorum quoscunque auxilium preſtabimus, & perpetualiter aſſiſtemus. Quod & ipſe Archiepiſcopus michi & meis heredibus promiſit facere vice verſa, prout in Litteris ſuis patentibus plenius continetur.

In cuius rei teſtimonium evidens & perpetuam firmitatem Sigillum meum duxi preſentibus appendendum. Datum &
1 7br. actum Anno Domini MCCLXXIX, Kal. Septembris.

CCCLIX

Comicia Daſſelenſis & *Caſtrum* Schartenberg *pro medietate dicantur* Moguntinæ Sedi *ab* Ottone Paderb. *Electo.*

An. 1279.

Nos Otto Dei gratia *Padeburnenſis* Electus: Conſtare cupimus univerſis, quod olim inter Venerabilem Patrem, Dominum noſtrum Wernherum Archiepiſcopum *Maguntinum*, & felicis memorie Symonem Epiſcopum *Padeburnenſem*, predeceſſo-

Digitized by Google

deceſſorem noſtrum, habebatur Tractatus ſuper Comicia, quam idem Epiſcopus a Nobili viro.. Comite *de Daſſele* compararat, & Caſtro *Schartenberg*; ſic quod eadem Comicia & caſtrum, que ſunt proprietas Eccleſie *Maguntine*, pro medietate transferrentur ad ipſam Eccleſiam Maguntinam; Et quia nos eidem Dno Archiepiſcopo & ſue Eccleſie, ex debito in omni fidelitate & devotione tenemur; Ipſius predeceſſoris noſtri veſtigiis promptis affectibus inherentes; Et medietatem Comicie, & Caſtri predicti, cum omnibus eorum pertinenciis transferimus ad Eccleſiam Maguntinam: Ita, quod ipſe Archiepiſcopus qui pro tempore fuerit, pro medietate ſua in vigilibus Cuſtodibus, ceteriſque expenſis que pro defenſione bonorum huiusmodi requiruntur, ſollicitudinem & cuſtodiam nobiscum tenebitur adhibere.

Ceterum bona fide laborabimus, & omnem ſollicitudinem quam poterimus apponemus, quod Caſtrum *Grevenſtein*, ſitum apud *Geismariam*, in noſtram deveniat poteſtatem; Quia de ipſo caſtro nichil aliud penitus faciemus, niſi quod de predicti Archiepiſcopi, & Capituli Maguntini fuerit beneplacito voluntatis. Promittentes nichilominus, in premiſſis omnibus obſervandis conſenſum noſtri Capituli obtinere.

Datum apud *Ameneburg*, Anno Domini MCCLXXIX, VII Idus..

CCCLX

Conſulum de GEISMAR *ad* WERNERVM *Epiſtola, quâ ex ordine narratur, quomodo A. Epiſcopus* SIFRIDVS *olim acquiſiverit* Inſulam, *nemus* Branwald, *&* *Advocaciam Clauſtri* Bursfeldenſis; *Quæ omnia ſibi poſtmodum uſurpaſſet* Dux de BRVNSVIC; *annexo Monito, pro eorundem recuperatione.*

An. 1279.

Reverendo in Xpo Patri ac Domino ſuo, Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopo, Conſules, Cives, ac Seniores opidi ſui

ſui *Geiſmar*.. debite fidelitatis & ſubiectionis conſtantiam, cum omni reverentia & honore.

Noverit Veſtra Reverentia, de Emptione *Inſule* & pertinentium ad eandem: † de emptione Nemoris, quod dicitur *Branwalt*, & Advocacie Clauſtri & ville in *Burſfelt*, †† nobis & precipue noſtris Senioribus certiſſime ſic conſtare, quod Reverendus quondam Pater & Dominus noſter SYFRIDUS Archiepiſcopus pie mem. veſter Predeceſſor, eandem Inſulam cum ſuis pertinenciis a veris ipſius loci dominis rite & rationabiliter comparavit, & abſolute ad honorem & uſus Eccleſie *Maguntine;* quam ex tunc idem Dns noſter Archiepiſcopus usque ad *captivitatem* Reverendi quondam Domini noſtri fel. record. GERHARDI Archiepiſcopi, * iuſto emptionis titulo quiete poſſedit, nullo prorſus homine ſibi in hoc preiudicium allegante; ad cuius emptionem, & edificationem duorum Caſtrorum & unius Opidi ibidem, duo milia marcarum, & quadringente marce in expenſis ſive inpenſis acceſſerunt, quemadmodum plures ex nobis ſenioribus, tam Clerici quam Laici, ab eodem Domino noſtro SYFRIDO Archiepiſcopo & ſuis Officialibus probis Militibus audivimus, & meminimus eſſe ſepius recitatum.

† n. CCXXXIII.
†† n. CCXLII.
* V. ſupra p. 651.

Preterea idem D. SYFRIDUS Archiepiſcopus prefatum nemus quod dicitur *Branwalt*, cum advocacia prefati clauſtri *Burſfelt* a veris dominis, OTTONE videlicet *de Luterberg* & *de Schartfelt*, pro trecentis & quinquaginta marcis emptum,** multis annis iuſto emptionis titulo quiete poſſedit. In quo nemore tot Ville de novo ſunt conſtructe, quod trecente marce & amplius, ut dicitur, exceptis his que ad Inſulam prefatam pertinent, ſingulis annis in redditibus proveniunt de eisdem. Que omnia, quo iure Honorabilis Princeps quondam Dux *de Bruneswig* ſibi uſurpaverit, ignoramus. Que vobis ſignificanda duximus, ut pro rehabitione eorundem maiori diligentia laboretis.

** p. 589. p. 591.

Datum *Geiſmarie* Anno Domini MCCLXXIX, feria tertia proxima poſt Elyzabeth.

22 Nov.

CCCLXI

CCCLXI

Wernervs *Archipræſul erga* Metropolitanam & D.Stephani *eccleſias ſumme beneficus.* *An.* 1280.

Omnibus preſentes litteras inſpecturis Wernhervs Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius ſalutem in Domino. Ea que pro remediis animarum ſalubriter ordinantur firma debent & illibata perſiſtere; & ne in oblivionis aut contencionis labantur ſcrupulum, expedit eis litterarum teſtimonio provideri. *ex Autographo.*

Cum itaque iam dudum Domino inſpirante aliqua pro anime noſtre ſalute conceperimus ordinare; quia tamen *Maiorem* noſtram & S. *Stephani* eccleſias *Magunt.* tanto ardenciori cordis noſtri amplectimur deſiderio, quanto ipſas in noſtris & Eccleſie noſtre Maguntine neceſſitatibus ex pio devocionis affectu ſemper invenimus prompciores; Nos propoſitum noſtrum in hac parte conceptum ad bonum & utilitatem ipſarum *Maioris* & S. *Stephani* eccleſiarum recognicione debita convertentes; per Donacionem liberam, & deliberacionem providam damus & inviolabiliter ordinamus; quod de bonis noſtris apud *Gerensheim* ſitis, que noſtris denariis comparavimus, & que alio quocunque titulo conquiſivimus prout inferius apparebit, videlicet in triginta duobus Manſis quos Prepoſitus & Conventus monaſterii *Lauriſſenſis* voluntarie dederunt nobis, & liberaliter reſignarunt, inter quos iam coluntur ducenta & quadraginta iugera, de quibus habetur iam fructus & uſus, preterea ſunt bene centum & viginti iugera que facerent fructum, & coli poſſent, ſi ad colendum haberentur expenſe.

Item de ipſis bonis ſunt quatuor manſi & dimidius, quos quidam iure hereditario poſſident pro Cenſu debito, quem ſolvunt

vunt certis & ſtatutis temporibus annuatim. Item in quinquaginta duobus iugeribus, ſitis ſimul in uno *Flur*, que redemimus nummis noſtris. Item in triginta duobus iugeribus ſimul ſitis, que etiam redemimus. Item in triginta duobus iugeribus ſimul ſitis in una *Bunde*, que redemimus. Item in viginti iugeribus ſimul ſitis. Item in quinque iugeribus ſimul ſitis que redemimus.

Item in duabus Areis, ſitis in ipſa villa *Gerensheim*, de quibus Cenſus ſolvitur annuatim, quas redemimus. Item in Curti noſtra ſita ibidem, que *Fronehof* dicitur in vulgari, quam eciam noſtris denariis dinoſcimur redemiſſe. Item in una Decima de duabus decimis ſuper una *Bunde*, quam comparavimus apud Prepoſitum & Conventum predicti monaſterii *Lauriſſenſis*.

Super quibus, de beneplacito & pleno conſenſu Capituli noſtri Maguntini iam habito, taliter potuimus & poſſumus ordinare: Decani & Capitula *Maioris* & S. *Stephani* Eccleſiarum predictarum Annis ſingulis ſummam centum maldrorum Siliginis, dividendam equaliter inter eos, & per Officiatum qui pro tempore apud *Gerensheim* bonis Archiepiſcopalibus prefuerit, infra duo feſta *Aſſumpcionis* & *Nativitatis* beate Marie *Virg.* preſentandam in omnem eventum ad litus Reni civitatis Maguntine, percipiant perpetuo, libere & quiete; percepcione ipſa inſtante in Meſſibus proxime affuturis. Sic, quod in quatuor ſollempnitatibus bte Marie virg. iuxta quod prefati Decani & Capitula ſtatuere decreverint, in qualibet predictarum Eccleſiarum medietas quinquaginta maldrorum ſiliginis, que cuilibet ipſarum Eccleſiarum pro ſua competunt porcione, & poſt obitum noſtrum alia medietas pro Anniverſario noſtro in eisdem Eccleſiis peragendo diſtribuatur inter Fratres iuxta ipſarum Eccleſiarum conſuetudinem tunc preſentes.

In cuius Donacionis & ordinacionis noſtre evidens teſtimonium & perpetuam firmitatem damus Decanis & Capitulis *Maioris* & S. *Stephani* eccleſiarum predictarum preſentes Litteras, Sigilli noſtri munimine roboratas.

Nos

Digitized by Google

Nos quoque Decanus & Capitulum Maguntinum Donacionem & ordinacionem predictas per Reverendum Dn. noſtrum WERNHERVM Archiep. Magunt. circa prefatas Noſtram & S. Stephani eccleſias pie factas & feliciter ordinatas ratas & gratas habentes, ipſas per appenſionem Sigilli noſtri in maiorem certitudinem approbamus. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXX, Kal. Februarii. *1 Febr.*

CCCLXII

Nobiles â DERNBACH *renuntiant omni iuri & Actioni, quæ ipſis competere videbantur in bonis* Luzelindenſibus. [*de quibus* n. 319. & 354.]
An. 1280.

Nos CONRADVS Miles, & IOHANNES dictus *Ruchſchade*, nati BERNHARDI Militis *de Derenbach*, recognoſcimus, & tenore preſencium profitemur publice; quod nos, una cum HEYLEKA & AVRELIA uxoribus noſtris legitimis, renunciavimus plane, ſimpliciter & expreſſe; ac renunciamus per preſentes, omni que nobis competebat ſeu competere videbatur, de facto vel de iure, Actioni ſive Cauſe, ſuper bonis in *Luzellinden* ſitis, quorum partem alteram conſimilem habent & poſſident HEINRICVS de *Munichuſen* & ECKEHARDVS, Scabini *Wetflarienſes;* Que videlicet bona, *Bernhardus* pater noſter antedictus, communicata manu SOPHIE matris noſtre, conſenſu eciam & voluntate noſtra pariter accedente, CONRADO dicto *Reyo*, iuniori, & HERMANNO Monetario Civibus *Wetflar.*. ac ipſorum heredibus vendidit iuſte proprietatis titulo poſſidenda; Que eciam bona iidem C. & H. predicti, poſtmodum ECKEHARDO fratri noſtro, felicis memorie Canonico *Wetflarienſis* eccleſie vendiderunt titulo ſub eodem; Et que idem *Eckehardus* in extremis vite ſue legavit pure, contulit liberaliter, & aſſignavit in remedium anime ipſius & ſalutem eccleſie *Wetfl.*. predicte, dono elemoſine perpetuo pro- *ex Autographo.*

Fff ff 2 pter

pter Devm. Promittentes bona fide, quod dictam Eccleſiam vel eiusdem Canonicos nunquam moleſtabimus inpoſterum, aut impetemus ſuper bonis huiusmodi memoratis.

In cuius facti evidenciam dedimus preſens ſcriptum, Henrici Plebani in *Herberen*, Gyselberti Militis *de Derenbach*, & Oppidanorum in *Herbern* Sigillorum appenſionibus roboratam. Huius rei Teſtes ſunt

Idem Henricvs Plebanus de *Herberen*.
Albertvs, de *Derenbach* & Iohannes, de *Yzenbuſen* } Plebani.
Item Gyselbertvs & Iohannes, fratres,
& Heydenricvs: Milites.
Bernhardvs dictus *Kolbo*.
Fridericvs, natus *Gyſelberti* Militis predicti *de Derenbach*.
Frenqvinvs Scabinus in *Herbern*;
& quam plures alii fide digni.

Et nos Heinricvs Plebanus in *Herberen*, Gyselbertvs Miles *de Derenbach*, & Oppidani in *Herbern* memorati proteſtamur, nos ad preces & inſtantiam *Conradi* Militis, & *Iohannis* dicti *Ruchſchade* fratrum: *Heylcke* & *Aurelie* uxorum ſuarum ſupradictarum, Sigilla noſtra preſentibus appendiſſe.

22 Mart. Actum Anno Domini MCCLXXX, XI Kal. Aprilis.

CCCLXIII

Digitized by Google

CCCLXIII

WERNERI *fundatio Capellæ iuxta caſtrum* VINARIVM.
An. 1281.

[*p.1014. in Addit.* v. Sequenti.]

WERNHERVS Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, omnibus in perpetuum. Ea que pro remediis animarum ſalubriter ordinantur, firma debent & illibata perſiſtere, & ne in oblivionis aut contencionis labantur ſcrupulum, expedit, eis litterarum teſtimonio provideri. *ex Autographo.*

Ad univerſorum igitur notitiam preſentia ſcripta transmittant, quod Capellam, quam ad honorem DEI apud Caſtrum noſtrum *Vinarium* in fundo Eccleſie noſtre Maguntine propriis expenſis conſtruximus pro noſtrorum remedio peccatorum, per donationem liberam & deliberationem providam dotavimus in hunc modum: Allodium ſitum apud *Beſſembach*, quod denariis noſtris apud CVNRADVM & ARNOLDVM de *Beſſembach* comparavimus cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, nec non Decimam agrorum ſeminalium ad dictum Caſtrum ſpectantium, quam apud HEINRICVM dictum *Ruſchebuſch* ſimiliter emimus noſtris denariis iuſto titulo emptionis; Decimam quoque, que de animalibus que ibidem nutriri contigerit poterit provenire, eidem Capelle in dotem & proprietatem perpetuam conferentes, liberaliter & donantes.

Capellam quoque predictam ab Eccleſia parochiali in *Sigeloſe* noſtre dioc. eximimus, ac a pertinentia ac omni iure ſpectandi ad ipſam, liberam fore volumus perpetualiter & exemptam, ac Archiepiſcoporum Magunt. qui pro tempore fuerint ſubiectam patronatui & tutelæ. Nulli ergo omnino hominum liceat *cet.*

Datum apud *Vinarium* Anno Domini MCCLXXXI, *
23 Ian. X Kal. Febr.

* *Calamo lapſus eſt D.* Iohannis *in loco referente poſt Titulum allegato, dum Annum* 1282 *expreſſit.*

CCCLXIV

Inter Archiepiſcopum & Sponheimenſes *conciliata pax, Mediatore* Imp. RVDOLFO.

An. 1281.

[*p. 620. n. 20.*]

RVDOLFVS Dei gratia Rex Romanorum ſemper Auguſtus. Notum facimus univerſis ac ſingulis has litteras lecturis, aut legi audituris, quod nos omnem Diſcordiam, litem & contentionem, que fuerunt inter dilectum Principem noſtrum WERNHERVM Archiep. Moguntinum, & Eccleſiam ſuam ex una, HENRICVM fratrem Comitis *de Spanheim* - - - ex altera, complanavimus, concordavimus & pacificavimus, integraliter, perfecte ac in perpetuum, ſuper omnibus *factis*, commiſſis & perpetratis in toto tempore illo quo diſcordia inter eos cepit & duravit, in hunc modum.

Inprimis caſtro *Bekelnheim*, Caſtrenſibus, hominibus & bonis, que prefatus Archiepiſcopus emerat, ſicut habetur in Litteris diviſionis inter Comitem IOHANNEM & HENRICVM fratrem eius facte, renuntiavit predictus Comes *Iohannes* cum Vxore, & fratre ſuo EBERHARDO, pro ſe & cunctis heredibus ſuis, coram nobis in perpetuum; debetque - - Iudicio, ſub quo dicta bona conſtare noſcuntur, facere omnia & ſingula, que ordo iuris cum warandia expoſtulant.

Comes HENRICVS ſua tertia parte ibidem debet eſſe contentus, quemadmodum hucusque tenuit eandem; & Archiepiſcopus una cum Eccleſia Moguntina in duabus partibus, quas

quas ei vendidit *Henricus* frater Comitis *Iohannis*, ſine alicuius eorum moleſtatione in poſſeſſione quieta permanebit. Captivi omnes, facto iureiurando pacis, ut moris eſt, liberi dimiſſi ſunt. Omnia prefata IOHANNES & HENRICVS Comites *de Spanheim* ſe firmiter obſervaturos ſuper ſancta DEI Evangelia iurarunt.

Quod ſi hanc Concordie & pacis noſtram compoſitionem ad iniuriam Archiepiſcopi & Eccleſie Moguntine, prefati Comites violare preſumpſerint, tunc nos una cum civitatibus Regni, *Franckfordia*, *Frideberg*, *Wetſlaria*, *Geilenhuſen*, *Oppenheim*, *Weſalia* ac *Bopardia*, & ipſe nobiſcum adverſus eos ſepedicto Archiepiſcopo & Eccleſie auxilium ferentes, aſſiſtentiam faciemus. Contra hec, auxilium ferre prefatis Comitibus *Iohanni* & *Henrico* non debebunt FRIDERICVS Comes *de Liningen*, neque filius eius, neque EBERHARDVS Comes *de Katzenelenbogen*, neque EMICHO Comes *de Liningen*, ſeu aliquis eorum adverſus Archiepiſcopum & Eccleſiam Maguntinam.

Hanc autem concordie & pacis Compoſitionem de conſenſu & bona voluntate prefatorum Archiepiſcopi Moguntini, & Comitum *Iohannis & Henrici* de *Spanheim* fecimus, & ad inſtantiam eorundem Sigillum noſtrum Regium, una cum ſigillis eorum, & *Friderici* Comitis *de Liningen* & *Eberhardi* Comitis de *Katzenelenbogen*, his Litteris fecimus appendi.

Actum *Moguntie* Anno Domini MCCLXXXI, in profeſto S. *Lucie*. 12 Xbr.

CCCLXV

CCCLXV

Ex bello Sponhemico *contracta Damna, uti &* Expenſæ pro negotio ſanctæ pacis in obſidione ac deſtructione Caſtri RHEINBERG *facta*, WERNERO *compenſantur per indictam â* RUDOLFO Imp. *Collectam publicam MC marcarum: Subminiſtranda â* Com. *de* Cazenelenbogen, *reſarcienda ex Vectigali* Boppardienſi, *eventualiter ad* S. Goarum. *An.* 1281.

ab Autographo.

RUDOLFUS DEI gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis Imperii Romani fidelibus preſentes litteras inſpecturis graciam ſuam & omne bonum. Sicut per Guerrarum diſcrimina, Terre & terrarum Incole diſturbantur & gravibus ſubiciuntur periculis & iacturis, ita per Pacis tranquillitatem Commoditatibus proficiunt ubilibet, & in pacis amenitate lete quieſcunt.

Eapropter noſſe volumus tam preſentes quam poſteros, quod cum occaſione gravis & odioſe Diſcordie, que inter Venerabilem WERNHERUM Archiepiſcopum Maguntinum, Principem noſtrum dilectum ex una, & Spectabiles Viros IOHANNEM & HEINRICUM Comites *de Spanheim* ex parte altera fuit exorta, terrarum Incole periculo gravi fuiſſent ſuppoſiti, nec huiusmodi diſcordia, propter gravia dampna que dictus Archiepiſcopus Maguntinus in dicta Guerra ſuſtinuit ſine aliquali Contribucione Terre convenienter ſopiri valeret; ad inſtanciam *Maguntine* Civitatis, & aliarum civitatum Reni Nunciorum ſuper hoc nos interpellancium taliter propter bonum commune ac tranquillitatem terre & patrie ordinavimus, admiſimus, & conſenſimus, quod predicto Archiepiſcopo pro aliquali dampnorum ſuorum Recompenſa, &, ut Concordia quam

quam inter ipſum & dictos Comites ordinavimus, ſtabilius, inviolabilius & amicabilius perſeveret; Mille centum marce *Colonienſium*, *Aquenſium*, *Hallenſium* & aliorum legalium denariorum dari debeant & exolvi; Quas Nobilis Vir EBERHARDVS Comes *de Catzenelbogen* familiaris & fidelis noſter dilectus noſtro mandato in ſe pro Nobis & dictis Civitatibus exſolvendas recepit.

De noſtra vero permiſſione & auctoritate ad predictarum civitatum Nunciorum inſtanciam idem Comes *Eberhardus* vel ſui heredes dictas mille centum marcas *Bopardie* in novo telonio cum antiquo equaliter concurrente, ex nunc usque ad Octavam *Epiphanie Domini* proxime nunc venturam, cum dampno ſi quod ipſum notabiliter & evidenter occaſione dicte ſolucionis incurrere contigerit fide dignis Militibus & Civibus Maguntinis cognito, recipient contradictione qualibet quieſcente.

Si vero infra predictum terminum, ſcilicet octavam *Ephiphanie* predictam idem Comes *Eberhardus* vel ſui heredes plene & integre de predicto telonio non poſſent colligere ſeu percipere dicte pecunie quantitatem cum dampnis accreſcentibus; ſi de his fide dignorum conſtaret iudicio, ut eſt dictum, ex tunc elapſo dicto termino ſive anno idem Comes vel ſui heredes medietatem dicti thelonei poſſidebit libere, & tenebit, quousque plene integre & perfecte dictas mille centum marcas recipiant de eodem. Medietatem vero obvencionum alterius partis dicti telonei aſſignabit & dabit Strenuis Viris FRIDERICO Burgravio de *Lanſtein*, & LVDEWICO Vicedomino *de Ecchenſtein*.

Et cum dictus Comes vel ſui heredes plene perceperint dictas mille centum marcas, & dampna que fide dignorum iudicio accreverint, ex tunc idem EBERHARDVS vel ſui heredes dictis *Friderico* & *Ludewico* vel ſuis heredibus quicquid de parte retenta obvenire poterit, ſimiliter aſſignabit; Sic, ut dicti *F.* & *L.* vel eorum heredes quicquid de dicto thelonio provenerit tam diu percipiant, quousque mille marcas *Colon.* vel aliorum legalium denariorum, quas ſimiliter

militer ad inſtanciam Civium civitatum Reni pro expenſis quas ſupradictus Archiepiſcopus pro negocio ſancte pacis in obſidione & deſtructione caſtri *Rinberg* fecit utiliter, de predicto novo thelonio recipi permiſimus, recipiant & colligant integre & perfecte.

Porro ſi ante receptionem & ſolucionem integram dictarum milium & centum marcarum nos a Rege Regum vocari contigerit ab hac luce, & iidem EBERHARDVS vel ſui heredes vel FRIDERICVS & LVDEWICVS aut heredes eorum ab aliquo Succeſſorum noſtrorum prepediti non paterentur *Bopardie* de huiusmodi thelonio dictam pecuniam recipere; ex tunc ipſam pecuniam, vel quicquid defuerit de pecunia vel de dampnis in caſu premiſſo, apud *Sanctum Guerum* ex noſtra auctoritate & ſupradictorum Archiepiſcopi & Civitatum inſtancia & conſenſu recipient, ea quantitate & modulo, quibus *Bopardie* recipitur. Nec in hoc contra cives Civitatum, nec contra pacis obſervanciam, vel Imperium aliquid reputabuntur egiſſe. Foret enim inconveniens, ut, unde merentur premium, inde diſpendium paciantur. Teſtes ſunt hi:

Venerabilis WERNHERVS Archiepiſcopus *Maguntinus* predictus. HEINRICVS *Baſilienſis*, & C. *Tullenſis* Epiſcopi. PETRVS *a)* Prepoſitus, SIMON *b)* Decanus, & ERWINVS *c)* Scolaſticus Ecleſie *Maguntine.*

& Nobiles Viri

GERHARDVS *Seynenſis*. HEINRICVS & IOHANNES de *Spanheim*. HEINRICVS de *Wilenowe*. GERHARDVS de *Diez*. ADOLFVS de *Naſo*. *d)* FRIDERICVS & EMICHO de *Liningen;* Comites, & alii quam plures.

a) *Reich de Reichenſtein.*
b) *de* Schöneck.
c) *de Cronberg.*
d) *poſtea* Imperator.

In quorum teſtimonium, Noſtrum, & dicti Archiepiſcopi, & Civitatis *Maguntine*, quibus aliarum civitatum Nuncii fuere contenti, Sigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum *Maguntie* XVI Kal. Ianuarii Anno Domini MCCLXXXI, Regni vero noſtri anno Nono. *17 Xbr.*

CCCLXVI

Digitized by Google

CCCLXVI

Qualiter Nobiles de RÜDESHEIM *conſtituti fuerint Caſtrenſes hæreditarii in caſtro gentilitio oblato.* *An.* 1282.

WERNHERVS Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Recognoſcimus, & tenore preſentium conſtare cupimus univerſis, quod cum RVPERTVS & FRIDERICVS, fratres: CVNRADVS, WILHELMVS, & FRIDERICVS, fratres *de Rudensheim*, Caſtrum *Rudensheim* cum omni iure quod eis competebat in ipſo, nobis & Maguntine Eccleſie reſignaverint, & in nos ac ipſam Eccleſiam duxerint transferendum; Nos ipſos in caſtro eodem conſtuimus Caſtrenſes hereditarios, & locamus. Ita ſane, quod ibidem feoda ſua caſtrenſia, que in *Scarpenſtein*, *Starkenberg* & *Clop* caſtris noſtris habere noſcuntur, debeant deſervire, & de caſtro ipſo contra nos, Eccleſiam Maguntinam, aut homines noſtros nulla penitus attemptare, nec in Strata regia ſpolia aliqua committere de eodem, prout corporali iuramento preſtito promiſerunt.

Preterea nos, Succeſſores noſtri, aut Capitulum Maguntinum, Vigiles & cuſtodes Turrium in prefato caſtro pro noſtra locabimus voluntate. Qui iurare & promittere tenebuntur, quod predictos fratres *de Rudensheim* permittent idem caſtrum introire libere, & exire, ad faciendum omnia que ipſis viderint expedire; dummodo nos, Eccleſiam Maguntinam, aut homines noſtros non gravent aliqualiter, vel moleſtent, ſeu ſpolium in ſtrata regia non committent. Quod ſi fortaſſis predicti fratres contra nos, Eccleſiam Maguntinam aut homines noſtros aliquid fecerint, vel in Strata regia ſpolium perpetrarint, id infra duorum menſium ſpatium reſtaurabunt.

Inſuper eſt adiectum, quod nos, ſucceſſores noſtri & Capitulum Mogunt. in caſtro *Rudinsheim* ſepe dicto nullos Ca-

ſtrenſes alios debeamus locare ; Sed ſi aliquis coheredum RVPERTI, & aliorum *de Rudinsheim* prefatorum, in caſtro eodem Hereditatem & ius aſſerunt ſe habere ; Nos, talibus preiudicium generari nolentes, ipſos gaudere promittimus iure ſuo, ſi illud evincere legitime poterunt, & probare.

Ceterum ſi RVPERTVS & alii ſupra dicti contra huiusmodi iuramentum venirent ; omnia feoda eorum, deſcendentia a nobis & Eccl. Mag. ipſo facto vacabunt ; & SIFRIDVS *Ringravius*, PHILIPPVS Marſcalcus *de Frowenſtein*, PETRVS de *Wonnenberg*, & HEINRICVS *Spec.* . de *Dieze* nobis & Eccleſie Mag. contra ipſos preſtare auxilium tenebuntur.

In cuius rei teſtimonium & perpetuam firmitatem preſentes litteras, noſtri & Capituli noſtre Eccleſie Maguntine Sigillis fecimus communiri. Datum *Maguntie* Anno Domini
21 Ian. MCCLXXXII, XII Kal. Februarii.

CCCLXVII

„*De bonis in* NALSBACH, *Eccleſie aſſigna-*
„*natis per* Clebicium.
An. 1282.

Nos HEINRICVS dictus *Clebiz*, Miles, & GVDA coniux ſua : Tenore preſentium recognoſcimus publice proteſtando ; Quod nos unanimi voluntate, de conſenſu CVNRADI, GERHARDI, HEINRICI, FRIDERICI & EMERCHONIS, liberorum noſtrorum, ac Heredum noſtrorum univerſorum ; in omnibus bonis noſtris, ſitis in Curia *Nalsbach*, . . Decano & Capitulo *Aſcaffinb.* . eccleſie , Decem ſolidorum levium denariorum redditus aſſignamus, in feſto *Sci* MARTINI annis ſingulis perſolvendos : Quos videlicet redditus . . pater & mater, mei ſcilicet *Heinrici* , communicata manu predicte Eccleſie contulerunt, in ſuarum & RVDOLFI Scolaris fratris mei remedium animarum.

Et

Et ne hec aliqualiter valeant immutari, nos preſens Scriptum, ſigillo Nobilis Viri Dni EBERHARDI dicti *Reiz* de *Bruberg* communitum, ipſi Eccleſie tradidimus in evidens teſtimonium ſuper eo. Teſtes autem huius rei ſunt

CVNRADVS dictus *Wambold*
RVDOLFVS dictus *Ziſechin*
CVNRADVS de *Lengeveld*
MARGWARDVS dict9 *Paſſegans*
} Milites.

CVNRADVS dictus *Drutkint*. LVDEWICVS & RVKERVS de *Halſtein*. HILDERICVS Villicus de *Omeſtad*. FRIDERICVS Advocatus. WOLFRAMVS ante portam. HEINRICVS de foro. & GERLACVS frater ſuus, & quam plures alii fide digni.

Actum anno Domini MCCLXXXII menſe Marcio.

CCCLXVIII

MOGVNTINVS & IOANNES Sponheimenſis *nunc arcto Amicitiæ foedere colligati: Cum* LANDGRAVIO *guerra durat adhuc.*

An. 1282.

[*p.621.n. 1.*]

WERNHERVS D. G. Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, recognoſcimus & preſentibus litteris publice profitemur, quod Nos cum Nobili Viro, IOHANNE Comite *de Spanheim* & heredibus ipſius taliter colligamus & confederamus; de conſenſu noſtri Capituli Maguntini nos & Succeſſores noſtros Vnione perpetua firmiter obligantes, quod nos & iidem ſucceſſores noſtri eosdem Comitem & heredes contra omnem hominem iuvare tenebimur bona fide. Ita ſane, quod ex iſta parte Reni, ſicut

ſita eſt *Maguntia*, pro defenſione Terrarum noſtrarum utrimque neceſſitate incumbente mutua invicem preſtabimus auxilia & amminicula relativa; iuvantes nos pars altera alteram pro defenſione huiusmodi in noſtris propriis periculis & expenſis. Preterea ſi preter caſum Defenſionis huiusmodi, dicti Comes & heredes publicam *Reyſam* fecerint, nos ſimiliter ipſos iuvabimus ſub noſtro periculo, & Eorum expenſis.

De *Lantgravio* quoque HASSIE taliter eſt condictum, quod nos vel ſucceſſores noſtri nullum contra ipſum a dictis Comite & heredibus auxilium requiremus, niſi ſponte voluerint hoc preſtare, & niſi forte contingeret, quod dictus Lantgravius oblatam ſibi a nobis vel ſucceſſoribus noſtris iuſticiam acceptare notorie recuſaret. In quo quidem caſu, vel ſi inter nos aut ſucceſſores noſtros & ipſum Lantgravium compoſicio intervenerit de gwerra preſenti, aut eundem ſubtrahi contigerit ab hac luce; ipſi Comes & heredes, nos & noſtros ſucceſſores ſeu Eccleſiam contra ipſum Lantgravium vel heredes ipſius tenebuntur fideliter adiuvare.

Hoc inſuper eſt adiectum, quod inantea nos vel ſucceſſores noſtri, Homines dictorum Comitum vel heredum, quos per eorundem hominum Conſanguineos, qui *Gebuſeme* vulgariter appellantur, docere poterunt eſſe Suos, non recipiemus in Cives, ſeu detinebimus in noſtris munitionibus quibuscunque; Quod & ipſi Comes & heredes vice verſa inviolabiliter obſervabunt. Altera eciam partium ex nobis alterius Caſtrenſes in nulla ſua municione recipiet aut manutenebit aliquatenus, niſi de utriusque Noſtrum fuerit voluntate.

Inſuper ſi nos vel Succeſſores noſtri ſeu Eccleſia antedicta, in proprietate Eccleſie Maguntine aliquam novam munitionem voluerimus inſtaurare, ſuper eo ſepefati Comes & heredes nos iuvabunt fideliter ſine dolo. Si vero, quod abſit, inter Nobilem Virum HEINRICVM Comitem *Veldencie* & ſepedictum Comitem *de Spanheim* aliqua diſſenſionis materia orietur, & alter eorum nobis recuſaret iuſticiam acceptare; nos par-

Digitized by Google

partem alteram contra recuſantem iuſticiam tenebimur adiuvare.

In cuius rei teſtimonium & perpetuam firmitatem preſentes litteras conſcribi fecimus, & tam Noſtri quam Capituli noſtri predicti Sigillorum munimine roborari. Nos ſiquidem Capitulum memoratum, in recognicionem noſtri conſenſus adhibiti in premiſſis, & evidenciam preſcriptorum omnium pleniorem, Sigillum noſtrum preſentibus, requiſiti a prefato Domino noſtro WERNHERO Archiepiſcopo, duximus appendendum. Actum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXXII, tertio Nonas Maii. *5 Maii.*

CCCLXIX

De venditione bonorum in VTPH, *per Nobiles a* CARBEN *erga Conventum* Haynenſem. *An.* 1282.

Vniverſis XPI fidelibus preſens Scriptum viſuris & in perpetuum audituris HARTMVDVS Miles dictus *de Carben*, & GERTRVDIS ſua Legitima cognoſcere veritatem. Quoniam mutatione temporum & ſucceſſione hominum nichil ſtare permittitur, cautum eſt, ut quicquid manſurum proponitur, teſtibus & litteris autenticis roboretur.

Eapropter omnibus hoc Scriptum intuentibus innoteſcat, quod nos *Hartmudus* & *Gertrudis* predicti, communicatis manibus & unanimi conſenſu HARTMVDI filii noſtri, & CONRADI de *Huſenſtam* Generi noſtri, ac filiarum noſtrarum METILDIS & GREDE, bona noſtra in villa *Orphe* ſita, cum omnibus ſuis appendiciis, videlicet Curiis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquarumque decurſibus, nec non & cum omni iure quod nobis in eisdem bonis quomodolibet competebat, vendidimus Dno Abbati & Conventui de *Hegene* Ord. *Ciſt.* pro quadam Summa pecunie, nobis integraliter aſſignata. Proteſtando

do per preſentes, nos ad manus dictorum Abbatis & Conventus abrenuntiaſſe omni future requiſitioni & calumpnie, ſimpliciter & preciſe.

Ne autem huic noſtro facto oblivioſa vetuſtas valeat novercari, preſentem Paginam dedimus eisdem, Sigillis appenſis, videlicet Noſtro, & univerſitatis *Frankinvort*, ac Viri Nobilis HARTMVDI de *Croninberg*, & Teſtium nominibus firmiſſime communitum. Qui ſunt

CVNRADVS Decanus. ERPERTVS Plebanus. WIGANDVS dictus de *Fulda*, Canonici Eccleſie *Frankenvordenſis*. Frater EBERHARDVS dictus *de Hittengeſeſſe*, Fr. HVGO, Confratres de Domo *Teutbonica*.

WERNHERVS *Schelme*. HARTMVDVS de *Croninberg* SIFRIDVS de *Huſenſtam*. VOLRADVS *Ciſich* dictus *de Odeſperg*. HARTMVDVS de *Saſſinbuſen* Milites. CVNRADVS de *Melbach* Armiger.

CVNRADVS *Wibelin*. HEINRICVS de *Meilsheim*. LVDEWICVS. IOHANNES de *Weddere*. HERTWINVS de *Rebeſtock*. WIGANDVS *Piſtor* Scabini de *Frankinvort*, & alii quam plures fide digni.

Actum publice, Anno Dominice incarnationis MCCLXXXII.

Hacce Charta [iuncto quod unicum deſiderabatur GERTRVDIS cognomine *n. ſq.*] *egregia accedunt adminicula ſchemati familiæ* Carbenſis *genealogico, apud* Humbracht *Tab.* 105. *Defecit autem multis Maiorum imaginibus inclyta Gens iſthæc, an* 1729. *d.* 10. *Iunii, morte* FRANCISCI Emerici *de* Carben, *in Wetteraviæ vico* Burgræferod, *ætatis ſuæ XXXV.*

✿ ✿ ✿

CCCLXX

Digitized by Google

CCCLXX

GERLACVS *Dynaſta* Limburgenſis *dimittit proprietatem bonorum hactenus feudalium: Surrogatis in locum eorundem â Vaſallo (de* Carben *prædicto) bonis aliis.*
An. 1282.

Nos GERLACVS Dominus *de Limpurg* & IOHANNES natus noſter. Notum facimus univerſis preſentes litteras audituris, quod utrique bono animo & libera voluntate dilectis nobis HARTMVDO Militi *de Carben*, eiusque collaterali GERDRVDI de *Bleichenbach*, manſum in *Odepbe*, quem hucusque a nobis in feodo ratione homagii poſſederunt, ipſum cum ſuis iuribus & attinenciis eis dimittimus & permittimus liberum & ſolutum; ut ſibi cum ipſo, & de ipſo, faciant quicquid eis fuerit commodum, ſive eis videbitur expedire. Hac videlicet conditionis forma ſubiuncta, ut illos duos manſos in villa *Stocheym*, que ſita eſt inter *Ortenberg* & *Budingen*, quos predicti *Hartmudus* & *Gerdrudis* nobis de ſua proprietate pro dicti manſi recompenſatione dederunt, ipſe *Hartmudus*, & ipſa *Gerdrudis* . . ſi ipſum ſupervixerit, a nobis habeant temporibus vite ſue commodo & gratia feodali. Poſt mortem vero predicte Dne *G.* filius amborum habebit a nobis predictos manſos eo iure & gratia quibus ſui progenitores antea poſſederunt. Si vero accideret, quod dictus decederet filius ſine ſobolis propagine, manſos ſepedictos . . *Hartmudi* & *Gerdrudis* concedimus filiabus, iure prehabito perpetuo poſſidendos.

In cuius rei teſtimonium & robur preſentes damus Litteras Sigillorum noſtrorum appenſione munitas. Actum & datum Anno Domini MCCLXXXII, in Caſtro noſtro *Staden*, Idus Octobris. *15 Oct.*

CCCLXXI

„*Littera* GOTSCALCI *de Pleſſe*, „*que continet, quod ipſe medietatem Caſtri* Cigenberg „*tenet ab Eccleſia Maguntina in feodum.* *An.* 1282.

Ego GOTSCHALKVS de *Pleſſe* tenore preſentium uniuerſis XPI fidelibus cupio eſſe notum; Quod cum Venerabilis Dominus GERHARDVS, quondam Archiepiſcopus Maguntinus felicis recordationis, Caſtrum quod dicitur *Lapis*, cum ſuis pertinenciis michi commiſiſſet tenendum nomine ſuo & Eccleſie Maguntine; Cumque dicto *Gerhardo* Archiepiſcopo viam univerſe carnis ingreſſo dictum caſtrum Dno ALBERTO Illuſtri Duci *Bruneſwicenſi* alienaſſem, coactus ab ipſo, non absque gravi preiudicio eiusdem Eccleſie Maguntine; Reverendus Dominus WERNHERVS, ſucceſſor eiusdem Dni *Gerhardi* petens & requirens a me, dictum Caſtrum ſibi reſtitui & Eccleſie Maguntine: Monitione premiſſa, cum ſupra vires meas foret reſtituere, item Caſtrenſes, ut petebat; in Perſonam meam, & omnium aliorum qui michi adherebant conſilio & auxilio in alienatione predicti Caſtri, Excommunicationis ſententiam publice promulgavit; & tandem, cum eſſem in mora reſtitutionis eiusdem caſtri, in terminis diſtrictus mei eccleſiaſticum poſuit Interdictum.

Volens igitur redire ad ſinum ſancte Matris Eccleſie, & eiusdem Domini mei Archiepiſcopi gratie reformari; pro me, HERMANNO, OTTONE, GERHARDO meis filiis, & omnibus meis heredibus & fautoribus, amicabiliter concordavi prout in ſequentibus continetur.

Et quidem ego & filii mei predicti pro viribus noſtris ſepedicto Domino noſtro Archiepiſcopo Maguntino, & ſuis Succeſſoribus qui pro tempore fuerint, aſtabimus fide bona, omni dolo excluſo, pro recuperando dicto Caſtro; inſuper contra omnem

omnem hominem, eundem Dn. Archiepiſcopum & ſuam Eccleſiam contra iuſtitiam invadentem, cum noſtris munitionibus, & propriis in expenſis, ſub noſtro periculo atque dampno, quibus ex nunc renuntiamus expreſſe; niſi dictus Dns Archiepiſcopus vel ſucceſſor eiusdem, in refuſionem dampnorum receptorum & expenſarum factarum velint nobis aliquam facere gratiam ſpecialem.

Si vero idem Dns Archiepiſcopus vel ſuus ſucceſſor ſervitium noſtrum requiſiverint contra aliquos invaſores Eccleſie Maguntine, & in munitionibus eiusdem Eccleſie pro defenſione ſua ſtare; expenſe nobis miniſtrabuntur ab Eisdem. Sed dampna recepta in huiusmodi ipſorum ſervitio, non tenebuntur nobis refundere niſi velint.

In Emendam quoque eorum que fecimus, medietatem Caſtri noſtri *Cigenberg* cum omnibus ſuis pertinentiis: inſuper centum manſos, ſitos in *Erthegenhuſen*, in *Wuſtefeld*, in *Herdere*, in *Lottere*, quorum proprietas ad nos pertinere dinoſcitur, prefato Dno Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntine damus in proprium, perpetuo proprietatis titulo poſſidenda; Medietatem dicti caſtri cum ſuis pertinentiis, & manſos predictos ab ipſo Domino noſtro Archiepiſcopo recipientes iuſto titulo feodali. Preterea decem marcarum Redditus de noſtris bonis in *Valkinhain*, iure proprietatis poſſeſſos, damus & dedimus Dno Archiepiſcopo antedicto, & recepimus ab eodem, titulo caſtrenſis feodi poſſidendos; ita quod nobis Caſtrum ſive munitionem aſſignet ſive denominet idem D. Archiepiſcopus vel ſuus ſucceſſor, ad quam munitionem iidem redditus debeant pertinere, & in qua nos velit facere reſidentiam perſonalem.

Tractatum eſt etiam, quod nunquam attemptabimus aliquid contra eundem Dominum noſtrum & Eccleſiam Maguntinam conſilio vel auxilio, directe vel indirecte, non ſolum nos, ſed & omnes poſteri noſtri a nobis legitime deſcendentes, de quo poſſint dictus Archiepiſcopus & Eccleſia Maguntina incurrere diſpendium & gravamen.

Hec omnia & ſingula, prout ſuperius ſunt conſcripta, promittimus, & obligamus nos absque dolo fideliter ſervaturos, iuramento ſuper hoc preſtito corporali. Et ſi, quod abſit, in aliquo premiſſorum transgreſſores iuramenti inventi fuerimus; ſimul omnes, vel aliqui ex nobis, ſcienter in eandem Excommunicationis ſententiam, qua ligati fuimus, retruſi eſſe volumus ipſo facto, velut ante. Omnibus citationibus, monitionibus, appellationibus & aliis iuris beneficiis, ſi que nobis poſſent competere, excluſis penitus, & remotis.

Nos quoque HERMANNVS, Miles *de Harthinberg*, & LVDOLFVS dictus *de Pleſſe*, ad petitionem dicti *Godeschalki* & filiorum eius promiſimus & promittimus, obligantes nos una cum ipſis eidem Dno Archiepiſcopo & ſuis ſucceſſoribus qui pro tempore fuerint, quod ea que ſunt ſuperius ex ordine recitata, debeant inviolabiliter obſervare. Subicientes nos penis predictis, ſi aliqua predictorum, ſeu etiam omnia, quod DEVS avertat, preſumpſerint violare.

Ad maiorem igitur certitudinem premiſſorum, *Sigilla* noſtra de *Pleſſe*, cum ſigillis Dni *H.* de *Spangenberg*, & Dni *H.* de *Harthinberg* Militum, huic Littere ſunt appenſa. Teſtes huius rei ſunt

Dns *G.* Viceprepoſitus Eccleſie *Durlonenſis*.
Dn. *H.* Scolaſticus Eccleſie *Heilgenſtadenſis*.
Dn. ERNESTVS & D. HILDEBRANDVS Milites, dicti *de Vslaria*.
ECKHARDVS civis *Heilgenſtadenſis*, & quam plures alii fide digni.

Acta ſunt hec *Heilgenſtad*. Anno Domini MCCLXXXII,
31 Oct. II Kal. Novembris.

CCCLXXII

CCCLXXII
Præpoſiti H. *de* GYMMENICH,
reſtituentis Capitulo Wezlarienſi *certa bona quæ traxerat ad ſe, & in feudum conceſſerat cuidam* GVNTRAMO *de* Naunheim.
An. 1282.

HEINRICVS de *Gimmenich* Dei gracia Prepoſitus *Wetſlarienſis.* Vniverſis preſentes litteras viſuris in ſalutis Auctore ſalutem & cognoſcere veritatem. *ex Autographo.*

Recognoſcimus, & preſentibus proteſtamur; Quod, cum crederemus nos in Marca bonorum eccleſie noſtre *Wetſlar.* . predicte, que *Maior nama* vulgariter dicitur; que eciam bona GVNTRAMVS filius HARTLIBI de *Nunheim* optinet iure colonario, ius habere; Et de ipſa Marca GERBERTVM, Scabinum *Wetſlar.* . infeodaſſemus; Tandem fide dignorum inſtructi conſilio, & edocti, quod dicta Marca ad redditus Canonicorum *Wetſlar.* . eccleſie pertinebat; eidem Marce in Capitulo *Wetſl.* . renunciavimus, publice, ſimpliciter & expreſſe; dictumque *Gerbertum* induximus cum effectu, quod eidem Marce ſimiliter renunciavit; ita quod nec nos, nec ipſe, deinceps umquam nos intromittemus de ipſa, indirecte aliquatenus vel directe; Sed promittemus, quod ſepedicta Eccleſia, eadem marca in perpetuum pacifice gaudeat, & quiete.

Acta ſunt hec, Anno Domini MCCLXXXII, in die bti Thome Apoſtuli, in Capitulo *Wetſlarienſi:* Decano ipſius Eccleſie, ceteriſque Canonicis: GERBERTO, CONRADO de *Dridorf*, WIGANDO *Diethern*, GERNANDO *Lien:* ECKEHARDO Inſtitore, HENRICO de *Catzinfurt* Scabinis: preſentibus, ac aliis fide dignis. *21 Dec.*

Digitized by Google

In huius igitur reſignationis teſtimonium, preſens ſcriptum Decano & Capitulo *Wetſlar.* . eccleſie ſepe|nominatis, Sigilli noſtri munimine porrigimus roboratum. Datum anno & die ſupradictis.

CCCLXXIII

Novella plantatio Fratrum *Ordinis* S. LAZARI Militiæ Chriſti *in* Helmelsdorf, *Fundatore* ALBERTO *Comite* de Gleichen. *An.* 1283.

In nomine Domini. Amen.

Cum mors & antiquitas rerum oblivionis materiam cuilibet dent futurorum, expedit acta hominum Scriptis autenticis perhennari.

Hinc eſt quod nos ALBERTVS, Dei gratia Comes *de Glichen*, anime noſtre ac omnium Progenitorum noſtrorum ſaluti quam intime intendentes, ac tranſitoria pro eternalibus commutare quam plurimum affectantes; Ius patronatus parochialis eccleſie in *Helmeldesdorff*, & ipſam Eccleſiam cum Capella ſibi annexa, videlicet *Wolcrameshuſen*, cum omnibus ſuis iuribus, agris, pratis, paſcuis, curtibus, areis, redditibus & proventibus univerſis, de conſenſu heredum & coheredum noſtrorum Viris religioſis & in XPO dilectis, Ordinis *Sci* LAZARI Militie XPI *Templi Iheroſolimitani*, in ſubſidium & augmentum nove ſtructure, Plantacionis & inhabitacionis per ipſos Fratres ibidem in *Helmeldesdorff* concepte & inſtaurate, donavimus, approprietavimus perpetualiter, pure & liberaliter propter DEVM; vt ipſa ſtructura, plantacio & inhabitacio ex huiusmodi donacione ſeu proprietacione poterit melius conſummari.

Adden-

Digitized by Google

Addentes eciam ipſis Fratribus piſcacionem & venacionem in confinio *Eychisfelt;* & nichilominus curtes, areas, agros nunc habitos & inpoſterum comparandos, donacioni & approprietacioni ſuperius habitis integraliter ſubiacere. Eximentes nichilominus eosdem Fratres, Curtes, areas, agros, poſſeſſiones & manſiones eorumdem ab omni prorſus noſtra iurisdictione. Prohibentes & inhibentes noſtris Officialibus, famulis & Bedellis, ne ab ipſis nomine noſtre iurisdictionis Subſidia, ſervicia, vel aliqua alia extorquere preſumant, vel ipſos in aliquo perturbare; ut propter ipſam donacionem, perpetuacionem ac proprietacionem, per eorumdem Fratrum oraciones eterne felicitatis premium conſequamur.

Vt autem hec noſtra Donacio & perpetuacio firma & inconvulſa permaneat, Sigillum noſtrum preſentibus appendendum duximus in memoriam & munimen. Teſtes huius rei ſunt

Dominus & Prepoſitus in *Buren.* *
THEODERICVS de *Kornere* Miles.
REINHARDVS & CONRADVS dicti *de Amera.*
HENRICVS de *Waſtete.* HVGO de *Marchia.*
ERNESTVS & ALBERTVS fratres *de Weſthuſen.*
BORGHARDVS de *Bodungen*, & alii quam plures fide digni.

Datum Anno Domini MCCLXXXIII, in die bti *Mathie* Apoſtoli. *24 Febr.*

* *Subintelligitur Monaſterium Virginale (vulgo* Beuren) *in* Eichsfeldia, *Ord. Ciſterc. Cuius diplomata & Chartas authenticas publicavi in* Sylloge *mea* Monumentorum veterum *p. 305.*

CCCLXXIV

Digitized by Google

CCCLXXIV

„*De Compoſitione inter Eccleſiam* Aſchaffenb. . & „Iringum *de* Brenden, *ſuper Decimis in* „Vsleiben & Mulbach. *An.* 1283.

Bertholdus Dei gratia *Herbipolenſis* Epiſcopus. Conſtare volumus univerſis preſens Scriptum viſuris; Quod cum inter Honorabiles Viros.. Decanum & Capitulum Eccleſie *Aſchaffinb.*. ab una, & Iringum de *Brenden* Caſtrenſem noſtrum in *Salzberg* a parte altera, ſuper Decimis in *Vsleyben* & in *Mulbach*, quadam pecunie Summa, & XXX maldris ſiliginis, coram Honorato Viro.. Decano *Franckenvord*.. Iudice a Sede Apoſtolica delegato iam dudum eſſet ventilata materia Queſtionis; Partes eedem, ad Noſtri inductum in nos ſuper premiſſis omnibus & ſingulis tamquam in Arbitrum ſeu compoſitorem amicabilem compromittere curaverunt; ſe noſtro arbitrio & compoſitioni amicabili ſtaturos, firmiter aſtringentes.

Nos itaque, auditis hinc inde partium aſſertionibus, aſſumptis nobis Dilectis noſtris, Alberto Decano, Rudolffo Scolaſtico, & Heinrico de *Wechmar*, noſtre Eccleſie Canonicis; Nunciis quoque prefate *Aſchaffinb*.. eccleſie, videlicet *Mgro* Cunrado Cantore, & Heinrico de *Omeſtad*, ipſius eccleſie Canonicis, ad componendum cum pleno mandato deſtinatis, ac memorato *Iringo* in noſtra conſtitutis preſentia, Partes concordavimus ſub hac forma; Quod predicti Canonici nomine Eccleſie ſive Capituli ſui *Aſchaffinb*.. omnibus dampnis ſeu Offenſis, eccleſie ſue per dictum Iringum quocunq; modo hactinus illatis, pure & ſimpliciter renunciarunt. Ipſe quoq; *Iringus* omni iuri, ſi quod in ipſa decima *Mulbach* habuit vel habere videbatur, plane renuntians, illam ad manus dictorum Canonicorum *Aſchaffinb*.., hanc nomine Eccleſie ſue recipientium, libere reſignavit. Remittens

ex

Digitized by Google

ex corde omnem animi rancorem, ſi quem contra FRIDERICVM de *Zigelloch* concepiſſe, occaſione preſate decime dicebatur.

Preterea Decimam in *Vsleiben* recognovit publice ab ipſa *Aſch.*. eccl. in feodo ſe habere; de qua nichilominus eidem *Aſch.*. eccl.. XV ſolidos denariorum *Herbip.* monete, nomine Cenſus, ut ab antiquo conſuevit fieri, dare tenebitur annuatim. Promittens & obligans ſe, quod ipſe aut ſui heredes eandem Decimam ab *Aſch.*. eccl. nullo prorſus obligationis aut alienationis genere, absq; verbo & voluntate ipſius Capituli alienabunt; ſed ſi illos hanc vendere forſitan contingeret inpoſterum, illam memorate Eccleſie emendam, pre omnibus primitus exhibebunt eidem eccleſie; De ſumma precii quod pro ipſa decima alias haberi poſſet, XVI libras Hall. in reſtaurum expenſarum per ipſam eccleſiam in lite usq; modo factarum relaxantes. Quod ſi in alienatione, obligatione ſeu venditione ſupra notatis, de predicta decima ſecus quam ut premittitur quicquam fieret, ipſo facto ſit irritum & inane

Notandum eciam, quod ſepedictus IRINGVS Eccleſie *Aſch.*. predicte, de illis XVI libris hallenſ. quas nomine Virorum Nobilium, Comitum *de Henneberg* annuatim de bonis in *Brenden* eccleſie *Aſch.*. attinentibus percipit, VIII libras hall.., in refuſionem illorum, de quibus predicitur XXX maldrorum ſiliginis, hoc anno, hoc eſt in feſto Sci *Burcardi* venturo proxime, amputabit.

In quorum omnium teſtimonium, Noſtro, Eccleſie noſtre *Herbipolenſis*, & Eccleſie *Aſch.*., nec non ipſius *Iringi*, Sigillis preſentes has Litteras dedimus communitas.

Nos quoq; CVNRADVS Cantor, & HEINRICVS de *Omeſtad* Can. *Aſch.*. & IRINGVS predicti, omnem Proceſſum ſupra de verbo ad verbum habitum recognoſcimus ita eſſe, tenori eius conſentientes in his ſcriptis: Et in huius recognitionis noſtre teſtimonium Sigilla noſtra duximus preſentibus appendenda.

Acta ſunt hec *Herbipoli*, Anno Domini MCCLXXXIII, Sabbato poſt *Eſto michi.* Pontificatus noſtri anno nono. Preſentibus

WERNHERO de *Tannenberg* Cellerario, WOLFRAMO de *Linach:* Canonicis noſtre maioris Eccleſie. GERHARDO Plebano de *Brenden*, & REINHARDO Notario, Canonicis *Novi monaſterii.* HEINRICO in *Schofheim.* ALBERTO Clerico, dicto *de Rudenhuſen.* WINTHERO Clerico de *Geilenhuſen.* WOLFOLDO Camerario. RVDOLFO de *Heuſtreu* Militibus. ALBERTO de *Herbesfeld.* HVNFRIDO & GVNTERO laicis; & pluribus aliis fide dignis ad hoc vocatis teſtibus, & rogatis.

CCCLXXV
Traditio bonorum in Langenguns.
An. 1283.

Univerſis preſentes litteras viſuris & in perpetuum audituris ego LVDEWICVS Miles, filius quondam LVDEWICI Sculteti de *Marburg*, & IRMENDRVDIS mea Legitima notum facimus per preſentes, quod terrena cupientes pro celeſtibus commutare; adunatis manibus, & pleno aſſenſu LVDEWICI fratris *Irmendrudis*, dicti *de Volmere*, bona noſtra in *Langengunſe* ſita & a nobis hactenus libere & proprietatis titulo poſſeſſa, Eccleſie *Sce* MARIE *Virginis* in *Hegene* ... contulimus ſolute & libere ſub hac forma, quod Ipſi Abbas & Conventus .. de totali & meliori cremento ſuo X maldra filiginis, quatuor tritici, & VI maldra avene *Wetflar*.. menſure, non obſtante aliqua occaſione vel infortunio, in recompenſationem dicte Elemoſine ſive donationis noſtre, quam diu ambo vixerimus, dabunt nobis integraliter, ac perſolvent ante feſtum B. MARTINI, & nulli alteri; & ad locum quemlibet a Clauſtro eorum in ſpatio trium miliarium conſtitutum, ſuis vecturis & expenſis ſi neceſſe fuerit, preſentabunt. Ipſis nichilominus

minus nobis, etiam ſi in remotioribus, immo in quibuscunque partibus manentes fuerimus, ſingulis annis quoad vixerimus ad ſolutionem integralem dicte penſionis & debito preſtatuto, ut dictum eſt, obligatis. Ita ſane, quod poſt obitum noſtrum, mei videlicet *Ludewici* .. ac *Irmendrudis* .. predicte, iſta penſio ad Eccleſiam de *Hegene* .. totaliter revolvatur; Sub hac conditione, quod videlicet Abbas ... in vigilia Paſche, cum albo pane, vino & piſcibus, in remedium animarum noſtrarum Annis ſingulis in perpetuum miniſtrabit Conventui memorato.

In cuius rei evidentiam & munimen, quia ſigillo proprio caremus, preſentem Paginam ſigillo Viri Nobilis GODEFRIDI Comitis *de Cygenhain* rogavimus roborari.

Ego vero LVDEWICVS de *Volmere* predictus recognoſco, ... hanc Donationem *Ludewici* ſororii mei, & *Irmendrudis* ſororis mee predictorum, etiam adunatis manibus meis, & uxoris mee Hildegundis, legitime eſſe factam; & nos ... renuntiaſſe plane & ſincere omni requiſitioni ſuper dictis bonis, & calumpnie in futurum. Teſtes autem qui aſtiterunt cum hec fierent, ſunt:

Nobilis Vir GODEFRIDVS Comes *de Cygenhain.* HENRICVS Notarius ſuus. HENRICVS Plebanus in *Ruſchenberg.* CONRADVS Plebanus de *Winden*, frater *Ludewici.* CONRADVS de *Ervershuſen.* HENRICVS de *Ouenrod* iunior. CONRADVS dictus *Vogel* Milites, & alii quam plures fide digni.

Actum & datum *Ruſchenberg* Anno Domini MCCLXXXIII, VII Kal. Maii. 21 Apr.

Digitized by Google

CCCLXXVI

Capellæ, ac beneficio iſti eccleſiaſtico, quod WERNERVS *in Caſtro ſuo* Vinarienſi *inſtituerat,* aſſignata Dos. An.* 1283.

* *n.* CCCLXIII.

ex Autographo.

WERNHERVS D. G. Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Recognoſcimus & preſentibus litteris publice profitemur, quod nos de conſenſu voluntario & expreſſo Dilectorum in Xpo SYMONIS * Prepoſiti, HERMANNI Decani ac tocius Capituli eccleſie *Aſchaffemb.*. Decimam apud *Vinarium*, tam de frugibus quam animalium nutrimentis, in campis & infra ſepta loci eiusdem; quam, accedente eorumdem Prepoſiti Decani & Capituli conſenſu, de propriis denariis noſtris emimus ab HEINRICO dicto *Ruſchebuſch*, qui ipſam decimam per *ipſum* Prepoſitum ab Eccleſia *Aſchaffemb.*. predicta habebat *in* feudum; HERBORDO Capellano capelle noſtre apud *Vinarium*, ſucceſſoribus ſuis, ac ipſi Capelle in Dotem perpetuo tradidimus & donavimus, ac tradimus & donamus pro noſtrorum remedio peccatorum.

* *de* Schöneck. *Elect. eod. an. in Ep. Worm.*

In cuius rei teſtimonium preſentes litteras conſcribi fecimus noſtri Sigilli munimine roboratas. Nos quoque Prepoſitus, Decanus & Capitulum predicti, in teſtimonium noſtri conſenſus exhibiti in premiſſis, Sigilla noſtra preſentibus duximus appendenda.

Date apud *Aſchaffemburg* Anno Domini MCCLXXXIII, XV Kal. Auguſti.

18 Iulii.

CCCLXXVII

CCCLXXVII

WERNERI *conſenſus in ea, quæ ratione Terræ* ALOST &c. *inter* IOANNEM de Avênis *Comitem* Haynoniæ *ac* MARGARETAM Flandriæ *Comitiſſam, per quondam* R. Rom. WILHELMVM *iudiciali Proceſſu definita: nunc vero ab* Imp. RVDOLFO *fuere confirmata.*

An. 1283.

[*p. 621. n. 4.*]

Hanc Chartam collectioni noſtræ immiſcuit D. IOANNIS; deſumptam ex Diplomatario *Haynonienſi* Dominorum *de Aveſnis* MATERNE & DVRAND Tom. I. *Theſauri novorum anecdotor.* fol. 1190 ſq.

WERNHERVS D. G. Sanctæ Maguntinæ Sedis Archiepiſcopus univerſis præſentes litteras inſpecturis notitiam ſubſcriptorum cum perpetua in Domino caritate.

Quia Sereniſſimus Dominus noſter RVDOLFVS Romanorum Rex ſemper Auguſtus Spectabilem Virum Dn. IOHANNEM de *Aveſnis*, Comitem *Haynoniæ* ob ſuæ probitatis eximia merita, & Progenitorum ſuorum contemplatione ſublimium; qui conſtanter in fide coaluerunt Imperii, gratioſis aſtringens amplexibus; Proceſſum claræ record. quondam WILHELMI, Romanorum Regis, prædeceſſoris ſui, tunc habitum de terra de *Aloſt*, de terra iuxta *Scaldam*, de terra *Geraldimontis*, de terra *Waſiæ*, de terra *quatuor officiorum* cum omnibus attinenciis ſuis per ipſum WILHELMVM Regem, & Principes Regni Alemanniæ in ſolemni Curia congregatos abiudicatis ſolemniter quondam MARGARETÆ *Flandriæ* Comitiſſæ; ac piæ record. IOHANNI *de Aveſnis* eiusmodi Comitis *Haynoniæ* genitori, eorundem Principum libero interveniente conſenſu, collatis ex liberalitate magnifica, duxerit approbandum, confirmandum, ac etiam innovandum; omne ius nihilominus ſibi

bi & Imperio vacans aut competens in præmiſſis de novo eidem *Haynoniæ* Comiti liberaliter conferendo, ac eum inveſtiendo de ipſis, recepto ab ipſo pro terris eisdem homagio & fidelitatis debitæ iuramento, prout in privilegiis ſuper hoc confectis & conceſſis eidem Comiti expreſſius & lucidius continetur.

Nos conſiderantes, quod idem Comes *Haynoniæ* pura fide ſacrum Romanum veneretur Imperium; prædictæ approbationi, confirmationi, ac innovationi, nec non collationi & inveſtituræ de novo factis ipſi Comiti per Dn. noſtrum Regem prædictum de terris ſuperius annotatis & attinentiis earundem, noſtrum etiam aſſenſum benevolum hilariter impertimur.

In cuius Conſenſus noſtri teſtimonium preſens ſcriptum conſcribi, & Sigillo noſtro fecimus communiri. Datum Anno Domini MCCLXXXIII, in craſtino Aſſumpt. *beatæ* MA-
16 Aug. RIÆ Virginis.

CCCLXXVIII
EPISCOPI WIRZB.
„*de Capella, ſita apud* BRENDEN.
An. 1284.

BERTOLDVS Dei gratia *Herbipolenſis* Epiſcopus. Vniverſis has litteras intuentibus conſtare volumus, publice proteſtando; Quod, licet Dilectus in XPO.. Abbas monaſterii
Bildhauſen Ord. Ciſt. *Billithesbuſen*, aſſerens, illam Cappellam in monte Sci *Viti* apud *Novam civitatem*, nulli fore ſubiectam, ſed ex antiquo libertatis privilegio ad noſtram collationem pertinere; per ſuarum precum inſtanciam tandem Cappellam ſibi & ſuo Monaſterio a nobis conferri optinuerit, ſeu donari; Tamen, quia Honorabiles Viri, MANGOLDVS Prepoſitus *Herbipolenſis* Archidiaconus loci dicte capelle, HERMANNVS Decanus, &

GER-

Gerhardvs Scolaſticus Ecclesie *Aſchaffinb.*. nomine ſuo, & eiusdem eccleſie Capituli vice noſtram preſentiam accedentes, eandem Cappellam, filiam Matrici eccleſie in *Brenden*, ab illis temporibus quorum non extat memoria, ſubiectam legittime probaverunt;

Nos, conſiderantes prefatum Abbatem, ad quem ipſa Capella ſpectare deberet, non liquido cognoviſſe, Donationem illam, ſi qua ipſi fore poſſet, de eadem Filia & eius attinenciis memorato Abbati & eius Monaſterio per nos in preiudicium dicti Capituli factam; ex premiſſis legittimis probationibus, preſentibus revocamus; & pronuntiamus, eam nullius exiſtere firmitatis. In corporalem ipſius Filie poſſeſſionem Gerhardvm Plebanum de *Brenden*, vice & nomine Decani & Capituli predictorum reducentes; ac decernentes, ipſum in eadem poſſeſſione defendendum.

In horum premiſſorum teſtimonium, hec ſcripta Decano & Capitulo prefatis dari fecimus, noſtri Sigilli patrocinio communitas. Datum *Herbipoli* Anno Domini MCCLXXXIIII. Dominica infra Octavam Ephyphanie Domini. Pontificatus noſtri anno decimo. . . *Ian.*

CCCLXXIX

Caſtri Hombvrg *quartæ partis*, *per* Wernervm *ex hac mortali vita properantem*, *Eccleſiæ* Moguntinæ *facta Donatio* *An.* 1284.

[*p. 621. n. 5.*]

Wernhervs D. G. Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Noverit tam preſens etas quam futura poſteritas, quod nos iugi meditacione penſantes honores & beneficia grata, que Eccleſia

ſia *Maguntina* mater noſtra multis temporibus nobis impendit *a primeve iuventutis noſtre flore maternis uberibus educando;* Vt eidem ſaltim poſſimus in aliquo gratitudinis antitodo reſpondere, Quartam partem caſtri *Hohenberg* * ſiti in *Wetereibia*, ad nos ex ſucceſſione hereditaria devolutam, quam titulo proprietatis hucusque poſſedimus pacifice & quiete, cum hominibus attinentibus, penſionibus, cenſibus, agris, paſcuis, nemoribus, cultis & incultis, ac omnibus aliis iuribus & pertinenciis ſuis, Eccleſie noſtre *Maguntine* predicte donamus, tradimus, donacione facta inter Vivos ſimpliciter & ſine omni contradictione; & in ipſam Eccleſiam ob noſtrorum remedium peccatorum transferimus pleno iure; ut Archiepiſcopus qui pro tempore fuerit, ſicut aliis rebus ſuis epiſcopalibus eis utatur, fruatur, habeat & poſſideat, ordinet ac diſponat, ſicut utilitati ſue Eccleſie predicte, & ſibi viderit expedire. Renuntiantes in predicta donacione noſtra Ingratitudini, ac omni Excepcioni iuris can. & civilis, per quam ipſa donacio poſſet revocari inpoſterum, vel infringi. Teſtes huius Donacionis ſunt qui preſentes aderant:

* Homburg.

PETRVS * Prepoſitus. EBERWINVS Scolaſticus Eccleſie *Magunt.* HERMANNVS Decanus *Aſchaffenb.* SYMON Cantor eccl. *S.* MARIE ad gradus *Mag.* & GERNODVS Canonicus S. *Victoris Mag.* Notarius noſter.

* *Reich* de *Reichenſtein.*

In cuius noſtre Donationis fidem Sigillum noſtrum preſentibus apponi iuſſimus in teſtimonium veritatis. Actum apud *Aſchaffenburg* Anno Domini MCCLXXX *quarto*, VII Kal. Aprilis.

26 Mart.

CCCLXXX

Digitized by Google

CCCLXXX

Expeditio WERNERI *ultima: Qua Indulgentias Coenobio* ARNSBVRG *pedetentim largitas contraxit in unum; certo iis lucrandis ſtatuto die.*

An. 1284.

[*p. 621. n. 6.*]

WERNHERVS D. G. S. Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Criſto Abbati & Conventui Monaſterii de *Arnsburge* Ciſterc. . Ordinis *Mag.* dioci ſalutem & ſinceram in Domino caritatem.

Ne nimia evagandi materia Plebibus tribuatur, illis precipue Diebus feſtivis cum tenentur divinis officiis in ſuis Parochiis intereſſe, & ibi pabulum vite ſuſcipere & eccleſiaſtica Sacramenta; Indulgentieque, a Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis Monaſterio veſtro conceſſe, in feſtiviora Anni tempora ſunt diſperſe, ut propter populi concurſum, ad veſtrum monaſterium pro querendis huiusmodi Indulgenciis confluentis, Plebani locorum ſuis Oblacionibus defraudentur ipſis eciam Dominicis feſtivitatibus offerendis; ac apud veſtrum monaſterium contentioſi & diſſoluti propter concurrencium hominum varietates audiantur Strepitus & clamores; ex quibus Religio veſtra Deo amicabilis & iuncta diſſolvitur & turbatur, ac ſcandalum in populo generatur;

Nos volentes predictis turbacionum cauſis congruentem adhibere medelam; quia novis morbis nova congruit antidota preparari; Omnes Indulgencias memorato Monaſterio veſtro conceſſas a quibuscunque Archiepiſcopis & Epiſcopis Catholicis - - - in unam Summam colligentes, videlicet in Dominicam ante Aſcenſionem Domini transferimus; Et decernimus preſentibus Litteris perpetuo valituris, ut Illis proſint & valeant, qui humili corde & vere contriti, dictum veſtrum

Monaſterium in eodem termino duxerint viſitandum, vel ipſa die eidem Loco manum porrexerint adiutricem.

2 Apr. Datum apud *Aſchaffenburg*, Anno Domini MCCLXXX *quarto.* Quarto Nonas Aprilis.

Hac ipſa die * *ad vitam meliorem, annis plenus & meritis,* WERNERVS *noſter tranſiit. Succeſſorem, aſt demum biennio poſt, non Electione, ſed* Intruſione, *nactus* Fratrem HENRICVM, ex Ordine Minorum; *proſapia quidem obſcura,* Baſileenſem *tamen tum dudum Epiſcopum & Imperii Principem.*

* IOANNIS p. 621. n. 7.

CCCLXXXI

SPIRENSIS, *ac Epiſcoporum* N. N. N., *de petita per Regem* RVDOLFVM *editione tituli* Moguntinæ *poſſeſſionis quoad Oppidum* SELGENSTADT. *An.* 1284.

ex Autographo. FRIDERICVS Dei gracia *Spirenſis*, CVNRADVS *Argentinenſis*, BERTOLDVS *Herbipolenſis*, & WITEGO *Miſnenſis* Eccleſiarum Epiſcopi. Recognoſcimus, & preſentibus publice confitemur, quod Honorabilibus Viris.. Decano & Capitulo Eccleſie *Maguntine* a Sereniſſimo Domino RVDOLFO Romanorum Rege, defuncto recolende memorie Dno WERNHERO quondam Archiepiſcopo Maguntino, vocatis ſuper Opido *Seligenſtat*, in cuius poſſeſſione fuit Eccleſia Maguntina pacifice & quiete, quod idem Rex ad Imperium aſſeruit pertinere; Petenteque ipſo Rege a Decano & Capitulo ſupradictis, ut, ſi qua Documenta & probaciones haberent ſuper iure poſſeſſionis predicti opidi, exhiberent Eidem, ut per illa de iure poſſeſſionis huiusmodi cercior redderetur; Decanus & Capitulum

tulum antedicti proteſtati fuerunt publice in prefati Regis preſencia atque noſtra, non eſſe intencionis ipſorum, ſuper iure poſſeſſionis predicti Opidi per modum ordinis iudiciarii vel alicuius iurisdictionis contencioſe aliquas probaciones facere; quia dictum opidum, tamquam Bona ad Archiepiſcopatum pertinencia, diviſa & diſcreta a bonis, Prebendis ſuis attinentibus, non poſſent in iudicium deducere, nec deberent; maxime Sede vacante, cum hoc in futuri Epiſcopi preiudicium de facto poſſet forſitan redundare; Sed Ipſi affectando concurrere votis dicti Regis humiliter & devote, exhibuerunt Eidem quoddam Privilegium in hec verba:

„FRIDERICVS *Dei gratia Romanorum Imperator ſemper* „*Auguſtus, Irlm & Sicilie Rex. Per preſens Scriptum* „*notum facimus univerſis Imperii fidelibus tam preſenti*„*bus quam futuris, quod Civitas* Seligenſtat *non ſpectat ad* „*Imperium; ſed eandem civitatem iure hereditario feo*„*daliter poſſidemus ab Eccleſia* Maguntina, *ſicut Avus &* „*Pater noſter Divi Auguſti recolende mem. eam per ean*„*dem Eccleſiam poſſediſſe noſcuntur.*

„*Vt igitur ſuper hoc inpoſterum nulla dubietas oriatur,* „*preſentis proteſtacionis paginam fieri, & Maieſtatis* „*noſtre Sigillo iuſſimus communiri. Acta ſunt hec Anno* „*Dominice incarnationis MCCXXXVII, menſe Auguſti* „*decime Indictionis. Datum* in Caſtris *apud* Windahe, „*Anno, Menſe & Ind. preſcriptis.*

Quo privilegio ab eodem Rege recepto, & ipſius continencia nobis mediantibus intellecta, ex parte Regis predicti fuit dictum, ut dicti Decanus & Capitulum copiam ſibi facerent huiusmodi inſtrumenti; Quam fecerunt ad voluntatem Ipſius, cum illis proteſtacionibus denuo iteratis que ſuperius ſunt premiſſe.

In cuius proteſtacionis fidem & exhibitionis inſtrumenti taliter facte nos a Decano & Capitulo ſupradictis rogati, Sigilla noſtra preſentibus apponi fecimus in teſtimonium verita-

 tis.

tis. Datum apud *Germersheim*, apud Capellam eiusdem Caſtri, Spirenſis dioc. Anno Domini MCCLXXX *quarto.* VIII Kal. Auguſti.

25 Iulii.

Figuræ Epiſcoporum in Sigillis exhibitæ, Scutis, tam Ecclesiarum ſuarum, quam & gentilitiis propriis, deſtituuntur.

CCCLXXXII
De quatuor Curtibus Wertheimenſibus *in* KIRSCHFORD.
An. 1285.

Vniverſis preſens Scriptum viſuris, preſentibus & futuris RVDOLFVS Comes *de Wertheim* ſalutem in Auctore ſalutis. In oblivionem plerumque vergunt & intereunt, ac per malorum hominum verſucias diſturbantur rerum temporalium ſeries & tractatus, ſi non publica Scripta robur accipiant & munimen.

Recognoſcimus igitur & tenore preſentium publice proteſtamur; Quod nos communicato conſenſu MACHTILDIS coniugis noſtre, & MACHTILDIS, Relicte quondam BOPPONIS Comitis, fratris noſtri, vendidimus Eccleſie *Aſchaffinb.* quatuor Curtes ſitas in *Kyrſevord*; ſcilicet quandam curtem que dicitur *Fronhof*, & aliam curtem quam HARTMANNVS inhabitat, cum quadam curte, quam inhabitat CVNRADVS dictus *Wintersbacher*, ac curtem quam inhabitat SYFRIDVS dictus *Geyzebacher*, cum eorum pertinenciis univerſis quocunque vocabulo cenſeantur, noſtris Hominibus propriis dumtaxat exceptis, que Curtes prefate pleno iure ad nos pertinere noſcuntur, pro Ducentis libris Hallenſium minus tribus libris & XXX Hall. iuſto proprietatis titulo in perpetuum poſſidendas: Condicionibus his adiectis, quod ius Advocacie, ut Iura ſive iuriſdictiones, nunquam in ipſis aliquas habeamus: Nec in eis Vinum ponemus, quod

Digitized by Google

Banwin vulgariter nuncupatur: Nec Nos, hoſpicia, nec aliquis noſtro nomine, ſeu heredum noſtrorum unquam recipiet in eisdem.

Ad omnem itaque circumventionis & perturbationis calumpniam evitandam, bona fide promiſimus & promittimus, tam pro Nobis quam pro noſtris heredibus univerſis preſentibus & futuris, quod nullo umquam tempore Nos, aut noſtro nomine quisquam alter, eidem Eccleſie impendimentum faciet, quo minus poſſit ipſorum bonorum poſſeſſione gaudere pacifica & quieta.

Vt autem de bonis huiusmodi faciamus eidem Eccleſie warandiam debitam & legalem, fideiuſſores ei in ſolidum conſtituimus: ſcilicet MACHTILDIM, Relictam quondam *Bopponis* fratris noſtri predictam, EBERHARDVM *Rufum* de *Vſſenkeim*, CVNRADVM fratrem eiusdem, EBERHARDVM Vicedominum *de Vſſenkeim*, & FRIDERICVM *Stabel* fratrem eius, Milites.

In cuius rei teſtimonium & perpetuam firmitatem, Noſtrum, ac prefate *Mathildis* noſtre coniugis, nec non *Mathildis* relicte quondam *Bopponis* fratris noſtri predicti Sigilla, cum annotatione Teſtium qui intererant, appendimus huic ſcripto.

Nos quoque MATHILDIS coniux prefati RVDOLFI, ac MATHILDIS relicta quondam BOPPONIS Comitis, ad evidens teſtimonium noſtri conſenſus & omnium premiſſorum, Sigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Huius Contractus Teſtes ſunt

HERMANNVS Decanus & GERHARDVS Scolaſticus *Aſchaffinb.* Eccleſie. Dna MATHILDIS Relicta quondam Dni BOPPONIS Comitis *de Wertheim.* EBERHARDVS *Rufus* de *Vſſenkeim.* CVNRADVS frater eiusdem. EBERHARDVS Vicedominus *de Vſſenkeim;* FRIDERICVS *Stabel* frater eius, Milites. GERHARDVS Notarius

Dni *Rudolfi* Com. *de Wertheim* prediƈti. CVNRADVS de *Carben*, & quam plures alii ſide digni.

7 Ian. Aƈtum Anno Domini MCCLXXXV in craſtino Ephyphanie.

CCCLXXXIII

Civitatis WEZLARIÆ *Iudicis* N. *de* DERNBACH *a Præpoſito conſtituti*, * *Auƈloramentum.* *An.* 1285.

*Conf p.572. Not.

ex Autographo.

EGO GYSELBERTVS Miles *de Derenbach*. Tenore preſencium publice recognoſco, quod Honorabilis Vir, Dns HENRICVS de *Gymnich*, Prepoſitus *Wetflarienſis*, me, Officiatum ſeu Iudicem ſuum *Wetflarienſem* conſtituit ſub hac forma, ut omne ius ſuum, in colleƈtione ſeu perceptione fruƈtuum, Cenſuum ſeu penſionum, ad redditus Prepoſiture ſue ſpeƈtancium, tam intra quam extra Opidum *Wetflar*, omni fide pro meo poſſe, & pro eiusdem Prepoſiti ſummo honore promoveam, tuear contra quoscunque, ac defendam corporis opera, rerum inpendiâ, & conſilio amicorum: Nec quicquam, quod ad defenſionem iuris ſui ſpeƈtare poterit, obmittam, dolo vel negligencia, ſed omnem, quam in rebus meis propriis adhibiturus eſſem, diligenciam adhibebo.

Propter quod, cum meum debeat eſſe honus & emolumentum, decrevit idem Dn. Prepoſitus, vult, & ſtatuit, ut in recompenſacionem mei laboris, & expenſarum ſi quas faƈturus ſum, omnes proventus racione eiusdem Officii michi conceſſi, tam in *Vadiis** quam in Emendis iudiciariis contingentes, colligam in uſus meos, & percipiam libere & quiete: Vltra eciam & amplius non requiſiturus, ſi forte me pro defenſione iuris ſui, in expenſis ſeu aliis, facere contigerit ampliora. Hoc eciam adieƈto, quod ſi Nobilis Vir, L.* *de Iſenburg*, pro tempore ſano duƈtus ſpiritu, ab impedimento iuris ipſius

* *Ludovicus.*

Pre-

Digitized by Google

poſiti quoquo modo reſipiſceret, ex tunc de proventibus eiuſdem officii michi conceſſi ordinabit & diſponet mecum, ſecundum quod ſibi viſum fuerit expedire.

* *Vox varia ſignificationis, apud* Dufr. T. 6. p. 1379. *Quas inter accomodatior eſt illa; ſcil.* VADIVM: Merces, Honorarium, quod ex Officio competit.

In cuius rei teſtimonium, & robur omnium premiſſorum, Sigillum meum, una cum ſigillis Dni CONRADI de *Solmiſſe*, Canonici Sci *Gereonis* Colonie, WALTERI Canonici *Wetfl.*., & GERBERTI quondam Advocati ibidem, que rogavi apponi, preſentibus eſt appenſum.

Et nos *Conradus* de *Solmiſſe*, *Walterus* & *Gerbertus* predicti recognoſcimus, quod a predicto *Gyſelberto* de *Derenbach* Milite, rogati, Sigilla noſtra appendimus huic Scripto.

Datum *Wetflarie* Anno Domini MCCLXXXV, in die bti *Syxti* Martyris. *6 Apr.*

CCCLXXXIV

„*De Bonis emptis apud* Goltſteynum *Militem ad Vicariam* S. IOHANNIS, *in Caſtro quod* D. „WERNHERVS *Archiepiſcopus ordinavit* „*apud* ASCHAFFENBVRG. *An.* 1285.

Que geruntur in tempore, cum lapſu temporis faciliter a memoria elabuntur; & geſtis hominum, quamvis publicis atque laudabilibus, dura conſuevit calumpnia exoriri, niſi rerum oblivio per ſcripti memoriam auferatur.

Noverint igitur tam preſentes quam poſteri preſentis pagine inſpectores; Quod ego GOLTSTEYN Miles, dictus *de Riedern*, communicata manu SOPHIE uxoris mee, ac omnium heredum meorum conſenſu unanimi accedente, Honorabilibus

bilibus Viris .. Decano, .. Scolaſtico, totique Capitulo Eccleſie *Aſchaffinb.* . vendidi, iuſte rationabiliter & diſcrete, pro centum & quinque libris Hallenſium, quas ab eis recepi integraliter & complete, Curtem meam, ſitam in *Vmphenbach*, dictam *Bernershoff*, cum omnibus pertinenciis, ſimpliciter & preciſe, quocumque vocabulo cenſeantur perpetuo proprietatis titulo poſſidendam.

Item vendidi eisdem Dominis XIIII maldra ſiliginis *Mildenbergenſis* menſure, pullum carniſprivialem, & V. ſolidos Hall. pro *Capite meliori* quociens dari contigerit, percipienda in Molendino meo perpetue, ſito in *Nalbach*, & in agro attinente eidem molendino, triticum proferre conſueto, & in omnibus in eodem molendino. Que XIIII maldra cum proventibus omnibus prefate Curtis in *Vmphinbach* Vicarius eccleſie *Aſchaffinb.* . officians *novam Capellam*, dedicatam in honorem *Sci* Iohannis *Baptiſte* in Caſtro Aſchaffenburgenſi, recipiet annis ſingulis perpetue inter *Aſſumptionis* & *Nativitatis* bte *Virginis* duo Feſta.

Statuentes memoratis Dominis fideiuſſores *in ſolidum:* Ebirhardvm titubantem *de Vſſynkeim*, Arnoldvm filium eiusdem, Ernestvm de *Ryſtinhuſen*, Fridericvm *Meckeviſch*, & Iohannem filium meum, de legali in dictis bonis & debita warandia facienda. Appoſita eſt nichilominus hec condicio & adiecta, quod ego Goltsteyn & mei heredes dictum molendinum in *Palbach* hereditarie poſſidebimus: XIIII maldra ſiliginis Mildenbergenſis menſure de eo, cum ſuis attinenciis Vicario memorato nomine Cenſus annis ſingulis ſoluturi.

In cuius facti evidentiam pleniorem, prenotatis .. Decano .. Scolaſtico & Capitulo eccleſie *Aſch.* . tribui preſentem Litteram, Sigillo Nobilis Matrone .. reicte Dni Bopponis quondam Comitis *de Wertheym*, Sigillo Opidi in *Mildenberg*, ac meo ſigillo proprio, ſigillatam.

Et

Digitized by Google

Et nos MECHTILDIS relicta *Bopponis* prefati, ac cives in *Mildenberg*, ad peticionem *Goldſteyn* predicti inſtantem noſtra Sigilla duximus preſentibus apponenda.

Actum Anno Domini MCCLXXXV, Sabato poſt Octavam Pentecoſtes: Preſentibus, ipſis fideiuſſoribus prenotatis, HERTWICO *Vmphinbacher*, FRIDERICO filio eiusdem, HEINRICO de *Rydern*, RUCKERO dicto *Spede* Civibus in *Mildenberg*: FRIDERICO Monetario, & CONRADO de *Lauſabe* Civibus *Aſchaffinb.*., & aliis pluribus fide dignis. *24 Maii.*

CCCLXXXV

Coniuges de FALCKENSTEIN, *ob minus iuſte receptum vectigal in* CUBA *religione tacti, addicunt* Capitulo Moguntino *Decimas* Hillesheimenſes; *Lege ea, ut damnificatis, ſi qui venerint, inde ſatisfiat.* *An.* 1285.

Precioſus memorie theſaurus eſt Scriptura, que rerum ſeriem incommutabili loquitur veritate. Nos igitur PHILIPPUS de *Falckenſtein* Dominus in *Minzenberg*, Imperialis Aule Camerarius, & GYSELA, Collateralis ſive uxor ſua legitima, recognoſcimus publice & ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, quod de eterna ſalute ſalubriter cogitantes, pro animarum noſtrarum remedio, communicata manu & unanimi conſenſu ac voluntate, mencium noſtrarum compotes, donamus & tradimus per preſentes, Decimam, ſive fructus decime noſtre in *Hillensheim*, Mog. dioc., Eccleſie *Moguntine* in perpetuum obtinendos. Videlicet ſub hac forma, quod cum de percepcione thelonei in *Cuba* * leſas conſciencias aliqualiter habeamus; Si qui venerint, & legitime probaverint, ſe dampna ſuſtinuiſſe aliqua, pretextu recepcionis per Nos, thelonei memorati; Capitulum Moguntinum ſive Eccleſia Moguntina de * *Caub.*

Digitized by Google

fructibus prefate decime, quantum poſſibile fuerit, huiusmodi damna ſolvet. Si autem Nulli inveniuntur qui ſe dampna ut dictum eſt probaverint incurriſſe; fructus dicte decime ad uſus Fabricæ *Mogunt.* eccleſie convertantur. Ceſſante vero ipſa Fabrica, Capitulum de ipſis fructibus ſtatuet & ordinabit, quod animarum noſtrarum ſaluti videbitur expedire. Et hoc ſuper animas omnium & ſingulorum de Capitulo, & ſicut ſuper eo Deo reſpondere velint in die noviſſimo, committimus faciendum.

Vt igitur hec noſtra Donacio & tradicio obtineat robur perpetue firmitatis, preſentem Litteram conſcribi fecimus, & de certa ſciencia noſtra Sigillorum noſtrorum munimine roborari. Actum & datum *Maguncie* in craſtino bti *Martini* Epiſcopi, Anno Domini MCCLXXXV.

12 Nov.

CCCLXXXVI

Henrici II. Archiepiſcopi Mog. *Litteræ, adhibiti Conſenſus in alienationem bonorum feudalium.* *An.* 1286.

F*rater* Heinricvs Dei gratia ſancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Xpo . . Decano & Capitulo Eccleſie *Aſchaffinb.* . ſalutem in Domino.

Vt Decime, Eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis divino iure debite, ad illius revertantur obſequium de cuius munere proceſſerunt; Conſentimus expreſſe, & noſtrum aſſenſum libenter & liberaliter impartimur, quod Fridericvs de *Heydebach* Miles, & Fridericvs dictus *Ruchiſen* de *Wertheim*, Decimas ſitas in villa *Steinbach* & *Huntheim*, quas tenebant a nobis in feudum & Eccleſia Maguntina; in Vos, & per vos in Eccleſiam veſtram libere poſſint transferre, habendas perpetuo & tenendas: Preſertim cum de aliis bonis ipſorum utilioribus, vel ſaltim equivalentibus, videlicet in octo iugeribus

Digitized by Google

vinearum ſitarum in *Hohenburg* & in *Tribinford*, allodio ſito in *Ramelingen*, cum redditibus quinque & dimidie librarum Hallenſ. & XL pullorum, nec non quatuor maldrorum ſiliginis & avene, Reſtaurum ſit factum nobis, & predicte Mag. Eccleſie ab eisdem. Promiſſo nichilominus, quod ſi defectus aliquis fuerit in bonis eisdem, congruum facient ſupplementum.

In conſenſus itaque noſtri teſtimonium & evidenciam pleniorem, Vobis damus preſentes Litteras Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum *in Caſtris* ante STUTGARTEN VI Idus Novembr. Anno Domini MCCLXXXVI. 8 Nov.

CCCLXXXVII
ALBERTI C. SAX. PAL.

„*Littera Conſenſus, exſtruendi in terris Landgraviatus* „*Thuringici Caſtra, Munitiones* &c.
An. 1287.

NOS ALBERTUS Dei gratia Lantgravius *Thuringie*, Comes *Saxonie* Palatinus, recognoſcimus & preſentibus litteris publice profitemur, quod nos, ad promociones & favores quos impendit nobis Reverendus Pater D. HEINRICUS Archiepiſcopus Moguntinus tam in reformacione Pacis communis quam aliis, Gratitudinis oculos dirigentes; ex certa ſciencia impartimur Conſenſum noſtrum voluntarium & expreſſum in eo, ut idem D. Archiepiſcopus in terminis Lantgraviatus noſtri *Thuringici* licite poſſit Caſtra, Municiones, Poſſeſſiones & bona alia emere ſibi & Eccleſie *Moguntine*; firmare, ac de novo edificare municiones easdem in omnibus & ſingulis feudis, bonis & poſſeſſionibus, quos vel quas iam tenet & habet Eccleſia Moguntina; vel quos ſeu quas in futurum emerit ſeu acquiſiverit quoquomodo, ubicunque & quandocunque ſibi videbitur expedire.

Bona fide & ſtabili mente irrevocabiliter promittentes, quod ipſum Dn. Archiepiſcopum Mogunt. per nos, vel per alium ſeu alios, nunquam in iſtis prohibebimus, nec procurabimus aut permittemus aliqualiter impediri. Quin pocius tam in his quam in aliis fideliter & ſtudioſe promovebimus omnia, que ſibi placita fuerint & accepta. Dantes ſibi has noſtras Litteras in teſtimonium ſuper eo, Sigilli noſtri munimine roboratas.

23 Ian. Datum *Erffordie* X Kal. Februarii. Anno Domini MCCLXXXVII.

CCCLXXXVIII

„*Littera Conſenſus, ad emptionem Caſtrorum* Glei-„chenſtein, Scharphenſtein *&c.*

An. 1287.

Nos Dei gratia Albertvs ſenior, ac Fridericvs, Comites *Saxonie* Palatini: & Theodericvs, Lantgravii *Thuringie:* Tenore preſentium profitemur, & ſcire volumus univerſos, quod nos ob dilectionis intime puritatem, qua Reverendum Patrem Dn. Heinricvm, Archiepiſcopum Maguntinum, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarium ſincere proſequimur; omne Ius, omnemque Actionem que nobis communiter vel diviſim in Caſtris *Glichenſtein*, *Scharphenſtein* & *Birckenſtein*, ac eorumdem iuribus & pertinentiis univerſis, que quidem Caſtra idem Archiepiſcopus comparaſſe dinoſcitur, ex ſucceſſione paterna vel avita competunt, vel competere poterunt in futurum, in eundem Archiepiſcopum transfundimus, & per Eum in Eccleſiam *Maguntinam* transferimus per preſentes; omni iuri & Actioni huiusmodi quoad Caſtra predicta, ac Iura & pertinentias eorumdem cedentes ex nunc, pro nobis & noſtris heredibus; ac ſimpliciter & expreſſe renuntiantes eisdem.

In

Digitized by Google

In cuius rei teſtimonium & evidentiam pleniorem nos Albertvs & Theodericvs predicti Sigilla noſtra duximus preſentibus appendenda. Nos quoque Fridericvs predictus Sigillo noſtro carens ad preſens, eorumdem patris & fratris noſtri Sigillis ſumus in hac parte contenti.

Datum *Erfordie* V Kal. Marcii. Anno Domini MCCLXXXVII. *23 Febr.*

CCCLXXXIX

„*Marchio* Henricvs *cedit* Eccleſie Mogunt. *omne* „*ius quod habuit in Caſtro* Gleichenſtein. *An.* 1287.

Nos Henricvs Dei gratia *Miſnenſis* & *Orientalis* Marchio recognoſcimus & tenore preſentium publice profitemur; quod attendentes multa beneficia & promocionis genera, nobis per Reverendum Dominum noſtrum Henricvm, Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopum, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarium exhibita & impenſa; Quicquid iuris in Caſtro *Glychenſtein* & ſuis pertinentiis habuiſſe vel habere dinoſcimur nomine *Moguntine* Eccleſie; prefato Domino noſtro Archiepiſcopo & Eccleſie ſue, de conſenſu dilecti Nepotis noſtri Frydericі, Illuſtris Marchionis *de Landesberg*, preſentibus liberaliter reſignamus. Dantes, *Dresden*, in teſtimonium predictorum preſens Scriptum, Sigilli noſtri munimine roboratum. Anno Domini MCCLXXXVII, quarto Ydus Marcii. *ex Autographo.* *12 Mart.*

Digitized by Google

CCCXC

Compromiſſvm *ſolemne* Archiep. Henrici *&* *Ducum* de Brvnswich, *in VIII Arbitros, de quibuscunque Controverſiis & Actionibus, deductis in Curia Romana, vel etiam non deductis, omni meliori modo tollendis & abrogandis, ante Curiam Regalem proximam,* Herbipolim *indictam. Cum ſubſcriptione in penas Excomm. & Banni, ſe ſervaturos inviolabiliter, quidquid per Arbitros conſenſu unanimi ſancitum fuerit* &c. *Quodſi vero Diſſenſus inter ipſos oriretur aliquis, ex tunc* Rex Rvdolfvs *ac* Verdensis *Epiſcopus, ceu Mediatores & Diffinitores ſpeciatim ad hoc deſignati, arbitrando pronuntiandove Partes component, ſecundum Iuſtitiam, vel Amorem.*

An. 1287.

In nomine Domini. Amen.

ex Autographo.

Noverint univerſi, preſentes pariter & futuri, quod cum inter nos *Fratrem* Heinricvm, Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopum, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarium, Predeceſſores noſtros bone memorie, ac . . Decanum & Capitulum Eccleſie noſtre *Maguntine* ex una: & nos Albertvm Ducem *de Brunſwich*, habentes plenum mandatum ex parte dilectorum fratrum noſtrorum Heinrici, Willehelmi, Conradi & Lvderi ex parte altera, verteretur materia Queſtionis ſuper dampnis datis & iniuriis irrogatis, nec non ſuper aliis queſtionibus, contencionibus, controverſiis & Actionibus quibuscumque, per libellos in *Romana Curia* deductis in Iudicium, vel etiam non deductis; Nos Archi-

Digitized by Google

Archiepiſcopus predictus, pro nobis & Eccleſia Maguntina, in Honorabiles Viros GERARDVM de *Eppenſtein* Archidyaconum *Treverenſem* & HERMANNVM de *Glichen* Canonicos Maguntinos, nec non in Strenuos Viros, FRANCONEM de *Cronenberch* & RVDOLFVM dictum *Graslok*, * Milites: Nos vero ALBERTVS Dux pro nobis & fratribus noſtris predictis, a quibus ſuper eo habemus mandatum ſufficiens & legale, ac noſtris coheredibus & heredibus, ſuper Queſtionibus predictis & omnibus controverſiis, contencionibus, dampnis & iniuriis, que vel quas habebamus hinc inde, vel habere poteramus; feria ſecunda poſt Dominicam *Exurge* Anno Domini MCCLXXXVII continuata in feriam quartam ſubſequentem, Die amicabili apud *Mulehuſen* ad hoc collecta, ſpontanea voluntate in Strenuos Viros GOTSCHALCVM de *Pleſſe*, LVDWICVM de *Rosdorp*, HEINRICVM de *Heimburg* & .. Advocatum *de Grune*, Milites, tamquam in Arbitros, arbitratores, ſeu amicabiles Compoſitores, compromiſimus & compromittimus in his ſcriptis; ut ipſi, ſervato iuris ordine vel non ſervato, de plano, vel quocumque modo voluerint, ſecundum quod electioni eorum commiſimus, ſub fide & corporali iuramento ſuper eo preſtitis convenientes in Oppido de *Mulhuſen*, Nos, fraude & dolo excluſis, ſuper omnibus premiſſis controverſiis & queſtionibus, ante Curiam Regalem edictam apud *Herbipolim*, concordabunt quantum poterunt, vel ſecundum Iuſticiam, vel Amorem.

* hodie Groſchlag.

Promittimus quoque nos Archiepiſcopus ſupradictus, fide data vice & nomine ſacramenti; nos vero ALBERTVS Dux pro nobis, fratribus, heredibus & coheredibus noſtris predictis, fide data & iuramento preſtito corporali, ſub penis Excommunicacionis Papalis & Proſcripcionis Regalis, nec non ſub periculo Cauſe tocius que ſuperius eſt expreſſa, nos inviolabiliter obſervaturos quicquid per eosdem Arbitros, arbitratores ſeu amicabiles compoſitores communiter dictum, arbitratum, pronunciatum fuerit ſeu eciam diffinitum; Nec contraveniemus verbo vel opere, publice vel occulte, per Nos, vel

vel interpoſitas Perſonas, de iure vel de facto, quod ſub penis promittimus ſupradictis quibus nos adeo conſtanter ſubicimus, quod quicumque Noſtrum contravenerit, ipſo facto pro Convicto habeatur ſuper omnibus Cauſis & Queſtionibus inter nos tam in Curia Romana quam extra Curiam prepoſitis, vel de cetero proponendis contemplacione huiusmodi queſtionum.

Si vero in premiſſis, vel aliquo premiſſorum, Arbitros arbitratores ſeu amicabiles compoſitores noſtros predictos contingeret diſcordare, ita quod ante Curiam regalem apud *Herbipolim* indictam non poſſent in unam ſentenciam concordare; Ex nunc ut ex tunc conſentimus in Sereniſſimum Dominum noſtrum RVDOLFVM Romanorum Regem Illuſtrem, ad cuius Curiam ſub penis premiſſis in *Herbipolim* promittimus nos venturos, & Venerabilem Patrem .. Epiſcopum *Verdenſem*, ut Ipſi, inſpecta negocii qualitate, & auditis hinc inde circumſtanciis ipſius, in premiſſis queſtionibus & controverſiis & contencionibus noſtris, DEVM & equitatem habentes pre oculis, tamquam Mediatores & Diffinitores ſpecialiter ad hoc electi a nobis, ordinent, pronuncient, arbitrentur, faciant & diſponant, prout ipſis videbitur expedire, ſecundum iuſticiam vel amorem.

Si autem Caſibus fortuitis celebracionem eiusdem Regalis curie apud *Herbipolim* celebrande retardari, vel infirmitate aliqua aut alio impedimento, quod abſit, dictum Regem contigerit detineri, propter quod diſcuſſioni negocii predicti non poſſit intendere illa vice; nos Archiepiſcopus Maguntinus predictus, & nos Dux ALBERTVS una cum fratre noſtro Duce HEINRICO, vel alter Noſtrum pleno mandato ſuffultus, una cum Venerabili Patre Domino *Verdenſi* Epiſcopo Patruo noſtro predicto, ſublatis occaſionibus & occupacionibus quibuscumque, nos in Curia Regis, ubicunque fuerit, recipere tenebuntur, ab eadem nullatenus receſſuri, donec a predictis Domino noſtro Rege & Epiſcopo *Verdenſi* ſuper premiſſis queſtionibus & controverſiis quibuslibet, iuxta formam Compromiſſi noſtri com-

complanemur ſecundum iuſticiam vel amorem. Quam Complanacionem ſeu Ordinacionem inviolabiliter obſervare promittimus ſub penis omnibus ſuperius comprehenſis. Predictus quoque *Verdenſis* Epiſcopus promiſit, cavit, & in ſe ſuſcepit, quod Illuſtris Otto, Dux *de Brunſwich* & de *Luneburch*, fratruelis ipſius, ratum & gratum habeat, & habere debeat, quicquid actum, pronunciatum ſeu diffinitum fuerit ſuper omnibus & ſingulis ſupradictis.

Actum eſt eciam, ut ſi, inimico homine zizaniam ſeminante, inter nos Concordia non poterit reformari, quod abſit, ſtatus Cauſe, vel Cauſarum noſtrarum omnium maneat integer & illeſus per omnia, ſicut fuit ante huiusmodi Compromiſſum.

Cavemus quoque, & hoc expreſſe eſt actum, quod ſi nos Archiepiſcopum Maguntinum predictum de medio tolli contingeret; nos Dux Albertus & Conſortes noſtri predicti ſingula & omnia in noſtro Compromiſſo comprehenſa obſervabimus Decano & Capitulo Maguntino, integraliter, ut ſub penis ſuperius eſt expreſſum.

Item dicimus declarando, quod ſpecificacionem ſeu declaracionem dampni dati & iniurie illate, de concordi conſenſu Omnium hinc inde obmiſimus; quia hec a Compromiſſariis hinc inde electis a nobis debent & poterunt pertractari.

Item cum nos Archiepiſcopus prenotatus, iuxta formam Pacis generalis per nos de mandato Sereniſſimi Domini noſtri Rudolfi Romanorum Regis Illuſtris de conſenſu Principum, Nobilium ac aliorum Inferiorum omnium parcium *Thuringie* in eisdem partibus ordinate, ex nunc a feſto bte *Walpurgis* proximo per ſex annos continuos durature, omnibus qui iuraverunt Pacem eandem, & debentibus eiusdem pacis defenſari ſuffragio & gaudere, teneamur contra quoslibet Iniuriatores ſuos aſſiſtere, & cooperari ipſis in conſequenda iuſticia vel amore; nullam exinde compoſicionem reputabimur violaſſe, vel contra promiſſum huiusmodi aliquo modo veniſſe, ſi in proſequenda pace iurata aliquid contra ipſos Duces *de Brunſwich* vel fautores aut homines ipſorum fecerimus; Vel ſi

quibuscumque in Pace generali comprehenſis contra Duces eosdem aſtiterimus in conſequendo amore, vel iuſticia, ut tenemur.

In cuius noſtri Compromiſſi huiusmodi per nos facti teſtimonium & evidenciam pleniorem nos Archiepiſcopus & Dux ALBERTVS predicti, nec non CONRADVS *Verdenſis* & KRISTANVS *Sambienſis* (a) eccleſiarum Epiſcopi, ac GEBHARDVS Decanus, (b) GERARDVS de *Eppenſtein* Archidiaconus *Treverenſis*, & OTTO Prepoſitus de *Heilgenſtat*, (c) Canonici *Maguntini:* nec non GERLACVS de *Limpurch*, GERLACVS de *Bruberch*, & VLRICVS de *Hanowe* (d) Sigilla noſtra preſentibus duximus apponenda. Tractatum eſt etiam, ut, ſi unus de octo Compromiſſariorum nominatorum ſuperius, haberi non poſſit, loco illius alius, per Eum qui eum ſtatuit, aſſumatur.

Actum & datum loco die & anno predictis. Videlicet apud *Mulehuſen*, feria quarta poſt Dominicam Exurge, Anno Domini MCCLXXXVII.

(a) *Fuit is Epiſcoporum* Sambienſium II., *gente* Sileſius, *qui arcem oppidumque* Fiſchhauſen *ſibi in domicilium exſtruxit.* HARTKNOCH Preußſ. Kirchen-Hiſtori L. I. C. III. p. 169, *apud* IOANN. Rer. Mog. Vol. II. p. 423. *Vbi aſſociatur Epiſcopis illis, qui vicariam in pontificii muneris procuratione operam præſtiterunt Archipræſuli* Mog. WERNERO. *Qua occaſione ex Pruſſia in terras Rheni & Thuringiæ delatus ſit, non liquet. Coniecturaliter impetu Paganorum.*

(b) *Huius* Gebehardi *Sigillum præſentat binas figuras: Mitratum quempiam, &* S. Victorem; *inferne lilium heraldicum: quò teſſera denotari videtur gentilitia.* S. GEBEHARDI DECANI MAGVNT. ET PPOSITI SCI VICTORIS. *Vtramque dignitatem auſpicatus an.* 1283. T. II. p. 300. 616.

Dum iſti Prælatorum Mogg. Catalogi colligerentur, nulla de hocce Gebehardo, *quoad res, ſtationesve ipſius anteactas, notitia ſuppetebat. Quarum vero explorandarum,* Gebehar-

hardoque *applicandarum, viam nobis, cuncta ſtudioſe rimantibus, ſternit* HORN *in* HENRICO *Ill.* primo Miſniæ Marchione. *Dicti ſcilicet Principis* HENRICI Protonotarium Curiæ *perplures* GEBEHARDVS *egerat annos. Succeſſor* WITEGONIS, * *electi in Epiſcopum* Miſnenſem.

* Hornius *p.* 324: „Teſtes huius ſunt D. *Withego* Prepoſitus Nort„huſenſis, noſtre Curie Protonotarius. [An. 1267.]

Etenim ſequenti Charta, eodem anno Freybergæ *exarata* „Magiſter GEBEHARDVS noſtre Curie Prothonotarius„ *ceu teſtis adducitur. Iterumque in Litteris an.* 1268 (p. 329 **) 1271 (p. 335.) 1272 (p. 340.) 1276 (p. 341.) 1279 (p. 344 n. LIV.) 1280 (p. 348 n. LVII) 1282 (p. 349 n. LIX.) NB *ab hinc non amplius.*

** „Coram teſtibus infra ſcriptis, Venerabili D Withigone Miſ„nenſe Epiſcopo, Mgro *Gevehardo* Prepoſito in Hayn noſtro „Protonotario,„ *Atque ſic in Dipll. modo citatis ſingulis.*

His fundamenti loco delineatis, ad rem ut nunc accedam propius, ſciendum eſt, quod Moguntinenſis Decanus Præpoſitusque S. Victoris, SIMON de Schöneck, *an.* 1283. *promotus fuerit ad cathedram* Wormatienſem; *Cui quidam* GEBEHARDVS *immediate ſucceſſit. T. II. p. 300. ſub hoc inductus titulo:* GEBEHARDVS Canonicus Moguntinus & Præpoſitus S. Victoris.

Sed ecce! Marchionis ſæpefati in tabulis de an. 1284, *primum locum inter teſtes occupat* Mgr. GE... Decanus Eccleſie Moguntinenſis. (HORN. p. 352.) *Et p.* 353 *in verſione germanica,* Mgr *Bernardus* † Dechant zu Meintz.

† corrupte pro Gebehardus.

Qui ſane nullus eſt alius, ac Protonotarius hactenus ille M. HENRICI. *Cuius in munere ſucceſſor,* ADOLFVS *audit.* [*an.* 1285 HORN p. 356. n. LXIV.]

Nec obſtat, quod p. 300 *(Rer. Mog.)* Gebehardo *tribuatur titulus* Canonici Moguntini; *Quandoquidem ex me-*

 ra

ra coniectura id poſueram, ſive contemplatione eorum, quæ regulariter accidunt; puta, Decanos fieri ex Canonicis. Fateor enim palam, Gebehardum, *qua* Canonicum, *legenti mihi ſe nullibi obtuliſſe.*

Advertendum porro, qualiter idem Decanus Gebehardus *an.* 1290. *Moguntiæ certas Diſtributiones inſtituerit; inter easque unam in* THEODERICI *Epiſcopi* Numburgenſis, *alteram* BERNARDI Numb. *eccl. Cuſtodis diebus anniverſariis, præſentibus in Choro porrigendas. Fuit autem d.* Theodericus, *ortu* MISNENSIS *Marchio*, Henrici *frater; Cuiusmodi pia memoria reſpectum utique habuit ad veterem conſuetudinem cum* Miſnenſibus; *a quorum ſervitiis & officiis olim extiterat* GEBEHARDVS.

Forſan ex me quæres, qua via modove iſte Alienigena, nullis veriſimiliter Avis & Atavis nobilibus editus, ad Prælaturam primæ Metropoleos ſibi aditum parare potuerit? Et R. Heri ſui patrocinio ſuffultus, Proviſione Papali; *Quemadmodum tunc temporis ab Huius nutu, tam in Eccleſiaſticis quam Secularibus, negotia fere dependebant omnia. Sigillatim tamen hic, ex eo id contigiſſe dixerim, quod Decanatu, per promotionem* Schöneckii *ad* Epiſcopatum, *vacante, ius, Beneficium tali modo vacans conferendi, competierit ſemper Summo Pontifici.*

E vita GEBEHARDVS *migravit an.* 1293, *XVII Kal. Iulii. Sepultus in Sacello eccleſiæ Metrop.* Petri & Pauli App. *abs ſe excitato, reditibusq; haud modicis, unde perpetuus aleretur Vicarius, de bonis ſuis, agris & vineis, in tractu villæ* Flersheim, *pio motu fundato. Iacet ibidem in Solo lapis magnus, figuram Prælati referens, forma & opere antiquiſſimo, aſt inſcriptione detrita. Quin ſepulcbralis* Gebehardi *ſit, dubium* vix eſt.

(c) S. OTTONIS DE RVDENSHEIM CAN. MAGVNT. *magnam oſtendens Rotam: Præpoſituræ* Heilgenſtadianæ *applicabilis viſa, niſi titulus exprimeretur diverſus; prout etiam*

Digitized by Google

etiam Nobilium de Rüdesheim *arma gentilitia plane differunt.* An. 1298 Decanus factus, & 1320.

(d) S. VLRICI DOMINI DE HAINOWE. *Eques ſtricto gladio: Clypeus cum cantheriis. Conf.* p. 766. *Not.* c)

CCCXCI

Conventus Imperii WIRZBVRGENSIS: *De Compromiſſo ex parte Ducum violato, Proſcriptione purificata, eaque in ipſos vibranda, caſu quo* Archiepiſcopus *id petierit.* *An.* 1287.

NOS Dei gracia RVDOLFVS Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & CVNRADVS Epiſcopus *Verdenſis* ad univerſorum noticiam cupimus pervenire; Quod nos conſiderato diligenter tenore cuiusdam Compromiſſi in ſcriptis redacti & plurium fide dignorum Sigillis communiti; Ex forma eiusdem Compromiſſi, initi inter Venerabilem Patrem Dn. HEINRICVM Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopum, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarium ex una parte, & Illuſtres Viros Duces *Brunſwicenſes* ex altera, inter cetera comperimus evidenter, predictas Partes promiſiſſe, & ſe ſub certis penis, ſcilicet Excommunicacionis Papalis, Proſcripcionis Regalis, nec non ſub periculo tocius Cauſe que inter dictas Partes vertitur [ita quod illa pars que contraveniret ipſo facto pro Convicta haberi deberet ſuper Omnibus cauſis & queſtionibus inter Eas tam in Curia Romana quam extra Curiam propoſitis vel de cetero proponendis] ſimpliciter aſtrinxiſſe; quod ſi Cauſe & Queſtiones memorate vel alique earum per Arbitros, arbitratores ſeu amicabiles Compoſitores ad hoc a Partibus electos non poſſent terminari ante Regalem Curiam apud *Herbipolim*

ex Autographo.

polim indictam; predicti Archiepiſcopus & ALBERTVS Dux ad dictam Curiam venire deberent, audituri Ordinacionem ſive conplanacionem ſuper omnibus controverſiis & contencionibus Eorumdem ſecundum Ius vel Amiciciam a Nobis, quos dicte Partes ſuper his Mediatores & Diffinitores ſpecialiter elegerunt; Et, ſi aliquibus cauſis emergentibus prefatam Regalem Curiam apud *Herbipolim* indictam contingeret retardari, vel, ſi nos Regem predictum aliquo impedimento detineri contingeret propter quod Diſcuſſioni predictarum controverſiarum illa vice ſive tempore predicte Curie intendere non poſſemus, memorati Archiepiſcopus & Dux ALBERTVS una cum fratre ſuo Duce HEINRICO, vel alter eorum pleno mandato ſuffultus, una nobiſcum, videlicet Epiſcopo *Verdenſi*, ſublatis occaſionibus & occupacionibus quibuscumque, in Regali Curia ubicumque nos Rex predictus eſſemus, ſe recipere tenerentur, ab ea nullatenus receſſuri, donec per nos univerſe Queſtiones & controverſie predicte iuxta formam Compromiſſi eſſent ſecundum ius vel amiciciam complanate; prout hec in prefati Compromiſſi, quod ad inſtanciam dictarum Parcium in nos ſponte recepimus, Littera, que ſic incipit: *In nomine Domini. Amen. Noverint univerſi* & ſic finit: *alius per eum qui ipſum ſtatuit aſſumatur* plenius continentur, & ſicut eciam coram Nobis, teſtibus ydoneis eſt legitime comprobatum;

Et licet Archiepiſcopus & Dux HEINRICVS predicti prefatam Curiam indictam apud *Herbipolim* perſonaliter acceſſiſſent; quia tamen predictus Dux ALBERTVS, ſicut in inſtrumento Compromiſſi ſe obligavit, Curiam eandem in Perſona propria non acceſſit, nec aliquem qui ſuam excuſaret abſenciam mittere curavit; Inſuper memoratus HEINRICVS Dux, licet ſe nobis preſentaverit, & obtulerit ac promiſerit, ſe iuxta formam Compromiſſi velle Arbitrio & ordinacioni noſtre parere; tamen non obtenta licencia, nec petita, immo nobis & predicto Archiepiſcopo penitus ignorantibus contumaciter receſſit, noſtro Arbitrio ſeu ordinacioni iuxta formam Compromiſſi minime exſpectatis, prefato Archiepiſcopo ſuam preſen-

Digitized by Google

preſenciam exhibente; & inſtanter petente, quod arbitrari, ordinare, ſeu pronunciare vellemus iuxta tenorem Compromiſſi ſuper Queſtionibus memoratis;

Nos, matura deliberacione prehabita, & inſpecta diligenter negocii qualitate, de conſilio Venerabilium Patrum, RVDOLFI *Salzeburgenſis* Archiepiſcopi, ARNOLDI *Babenbergenſis*, REIMBOTHONIS *Eibſtetenſis*, & .. *Lavantini* Epiſcoporum; nec non Illuſtris ALBERTI Ducis *Saxonie*, HEINRICI Marchionis *de Hachberg*, ALBERTI & BVRCHARDI Comitum *de Hohenberch*; .. Ducis *de Tekke*, HARTMANNI de *Baldekke* & aliorum Nobilium qui preſentes fuerunt, pronunciamus, arbitramur, & ſentencialiter diffinimus; Cum clare nobis conſtet de premiſſis, predictos Duces Compromiſſum huiusmodi minime tenuiſſe, ſed veraciter violaſſe; & ex eo prefatos Duces in Cauſis ſeu in Queſtionibus quibuscumque in Romana Curia vel extra Curiam inter Partes hinc inde propoſitis ſeu proponendis cecidiſſe, & haberi debere in omnibus pro Convictis, & alias penas in Arbitrio ſeu Compromiſſo contentas ſuſtinere debere ad quas ſe voluntarie aſtrinxerunt.

Nos quoque Rex RVDOLFVS predictus, prefatorum Principum & aliorum noſtrorum Fidelium qui interfuerunt dictante Sentencia, contra Duces ipſos Proſcripcionis ſententiam, cui ſe, ſicut ex Compromiſſo apparet, ſubieciſſe noſcuntur, proferre tenebimur, cum ab ipſo Archiepiſcopo ſuper eo fuerimus requiſiti.

In cuius rei teſtimonium & evidenciam pleniorem Sigilla noſtra una cum ſigillis Venerabilium Patrum *Rudolfi* Salzeburgenſis Archiepiſcopi, *Arnoldi* Babenbergenſis, *Reimbothonis*, Eihſtetenſis, & .. *Lavantini* Epiſcoporum; nec non .. Abbatis *Campidonenſis*, & *Alberti* Ducis Saxonie preſentibus ſunt appenſa.

Nos quoque RVDOLFVS *Salzeburgenſis* Archiepiſcopus, ARNOLDVS *Babenbergenſis*, REIMBOTHO *Eibſtetenſis*, & .. *Lavantinus* Epiſcopi, .. Abbas *Campidonenſis* & ALBERTVS Dux

Dux *Saxonie* predicti, in teſtimonium premiſſorum Sigilla noſtra preſentibus duximus appendenda.

11 Mart. Actum & datum apud *Herbipolim* II Kal. Aprilis. Indictione XV. Anno Domini MCCLXXXVII. Regni vero noſtri, videlicet Regis RVDOLFI, anno XIIII°.

Inter Sigilla præ ceteris eminet VERDENSE; *utpote* CONRADVM *in Solio, Regis adinſtar, ſedentem exhibens.*

Omiſſum nomen Lavantini *Præſulis, ſuppletur in Sigillo; quod ſic habet:* S. CHVNRADI DEI GRA EPI ECCLE LAVENTINE.

CCCXCII

Elector HENRICVS Frizlariæ *in Iudicio præſidens: Varii cum univerſitate Civium habiti Tractatus ſuper erigendo illic novo Caſtro; Et quæ ſunt notabilia reliqua.*

An. 1287.

[*p. 624. n. 4. v.* Sequentibus]

Nos Sculteetus, Scabini & Vniverſitas Civium *Fritzlarienſium* recognoſcimus, & preſentibus litteris publice profitemur, quod nos Anno Domini MCCLXXXVII feria ſexta proxima ante feſtum B. *Bartholomei Ap.* conſtituti in preſencia Reverendi Patris & Domini, Dni HENRICI Archiepiſcopi Moguntini, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii, in Atrio *Fritzlarienſi* Iudicio preſidentis; voluntate unanimi & conſenſu concordi promiſimus, conſenſimus, & eciam preſentibus promittimus & conſentimus expreſſe; noſtrum aſſenſum voluntarium & expreſſum ſuper eo liberaliter apponendo; quod

quod intra muros eiuſdem *Fritzlar..* Opidi, ſeu extra & intra in aliquo loco ubi magis ſibi placuerit, novum Caſtrum erigere, firmare ac edificare debeat & valeat libere, & ſine impedimento quolibet inſtaurare.

Promittentes nichilominus fide data, & ſub debito iuramenti noſtri, ac ſub pena Duorum milium marcarum, ad perficiendam & conſervandam ipſius Caſtri ſtructuram eidem Domino noſtro Archiepiſcopo & Eccleſie Moguntine toto poſſe & ingenio impendere conſilium auxilium & iuvamen; Quodque Caſtrum, & Caſtrenſes inſtituendos in caſtro eodem non turbabimus vel aliqualiter offendemus, in preſenti, vel ullo umquam tempore in futuro. Si vero, quod abſit, ſecus contingeret attemptari, nosque dicto Dno Archiep. vel Succeſſoribus ſuis & paſſis iniuriam, moniti, non ſatisfecerimus infra menſem; nos ex tunc ipſo facto penam duorum milium marcarum ſolvendarum Eidem D. N. vel ſuis ſucceſſoribus incidemus; ad quam ſolvendam nos univerſos & ſingulos preſentibus obligamus. Si vero aliquis Civium ſe ab Opido *Fritzlar..*, infra tempus quo penam incidit, tranſtulerit ad alium locum, ipſum nichilominus huiusmodi obligacio comitabitur.

Et quia iſta ſpontanee, & prompta liberalitate feciſſe dinoſcimur pro ipſo D. N. Archiep. & Eccl. Moguntina; Ipſe volens nos proſequi favore benivolo & grata benivolencia vice verſa, ut affluenciam Gracie ipſius plenius & clarius perpendamus; Promiſit idem D. N. Archiep. pro ſe & ſuis Succeſſoribus univerſis, nos in omnibus iuribus & libertatibus, quibus ex conceſſione Predeceſſorum ſuorum, vel alias legitime ſumus gaviſi; defendere & fovere; Libertates & Iura ipſa per ſuas patentes Litteras confirmando.

Promiſit inſuper prefatus D. N. Archiep. - - - quod de ipſo caſtro *Fritzlarienſi* Opidum non offendet in aliquo, vel perturbet; nec aliquos, qui occaſione Gwerre *bladum* ſuum & res alias quascunque depoſuerint in Opido prelibato, gravabit ſeu indebite moleſtabit. Si vero dictus D. N. Archiep. per Se, vel per alios contra premiſſa vel aliquid premiſſorum

Nnn nn vene-

venerit, Penam duorum milium marc. nobis ſolvendarum, ſi monitus infra menſem non ſatisfecerit, incidet ſimiliter ipſo facto.

Hoc inſuper eſt ſciendum; Quod ſi una Parentela ſive pars, ob odium alterius Parentele ſive partis, cum Caſtro, Caſtrenſi, vel Caſtrenſibus diſcordaret, & ſic occaſionem daret Vniverſitati, penam duorum mil. marc. incidendi; in hoc caſu parentela ſeu Pars diſcordans, & non Vniverſitas penam ſolvet. Verum ſi Vniverſitas talium aliquid fecerit, communiter emendabit, & ſolvet penam que ſuperius eſt expreſſa.

Preterea ſi Civis diſcordaret cum Caſtrenſi; Diſcreti Viri Decanus Eccl. *Fritzlar.*., WIDEKINDVS *de Holtzheym* Miles; unus Magiſtrorum civium, & Prolocutor Communitatis, in quos utrumque compromiſſum ſuper hoc exiſtit, huiusmodi Diſcordiam complanabunt, per viam Iuſticie, vel Amoris. Si vero alter diſcordancium illis Quatuor nollet parere; ſi eſt Civis, Civitatem: ſi vero Caſtrenſis, Caſtrum exibit, nunquam reverſurus donec Satisfactionem congruam largiatur; & bona ipſius conſtituta ſint in poteſtate D. N. Archiep. prelibati. Hec autem complanandi facultas *apud ipſos* Compromiſſarios per unum menſem dumtaxat a tempore Diſcordie reſidebit.

ITEM ſi aliquis Caſtrenſium notabili Offenſa gravaret aliquem Civium, que dignam Emendam expoſceret in ortis ſegnibus vel aliquibus aliis factis; Caſtrum exibit, ſi monitus infra menſem non ſatisfecerit competenter; minime reverſurus, donec D. N. Archiepiſcopo & Leſo fuerit ſatisfactum.

Demum ſi idem D. N. Archiep., & Caſtrenſes ipſius caſtri communiter, notabili offenſa gravarent nos Scultetum, Scabinos & Vniverſitatem generaliter; niſi hoc, moniti, infra menſem emendent, Civitas non tenebitur Domino ad aliquod ſervicium pecuniarium, donec de duobus milibus marcarum nobis fuerit ſatisfactum. Salva ſemper fidelitate, qua eidem Domino & ſuis Succeſſoribus erimus ſemper aſtricti. Huius facti Teſtes ſunt

LVPOL-

Digitized by Google

Lvpoldvs Prepoſitus *Northunenſis.* * Hermannvs de *Spangenberg.* Wickervs de *Eppenſtein.* ** Nicolavs de *Scarpenſtein.* Cvnemannvs & Emicho, fratres *de Waldeck.* Iohannes de *Wartenſels.* Conradvs de *Gazzen.* Philippvs *Swap.* Iacobvs de *Clyngen;* Milites, & alii quam plures tam Clerici quam Laici fide digni.

In cuius facti firmum teſtimonium, & perpetuam firmitatem ac evidenciam pleniorem, preſentes Litteras conſcribi, & noſtre Civitatis Sigillo fecimus communiri. Datum & actum *Fritzlarie*, Anno Domini & die predictis. *z . . Aug.*

* *Canonicus ſimul Mog. Ex proſapia Nobilium* de Haneuſtein, [*contracte* Hanſtein] *qui multis retro ſeculis* Vicedomini *fuerant* hereditarii *arcis* Ruſteberg *in* Eichsfeldia; *donec Officium iſtud, una cum poſſeſſionibus latiſſimis, an. 1323, venderetur Archiepiſcopo* MATHIÆ *ac Eccleſie ſue, a Vicedomino* Ruſtebergenſi HENRICO.

** *Haud confundendus cum* Dynaſtis; *attento quod præter eos, Nobilitatis baſſa familia* de Eppeuſtein *viguerit.*

CCCXCIII

Caſtro Amenebvrg *Defenſor ab* Henrico *imponitur* Lvdovicvs *Iſenburgius.* *An.* 1288.

Nos *Frater* Henricvs Dei gratia S. Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus & tenore preſencium publice profitemur, quod nos de voluntate & conſenſu noſtri Capituli Moguntini Nobilem Virum Lvdewicvm de *Iſenburg* in Caſtrenſem caſtri noſtri *Ameneburg* acquiſivimus nobis & noſtre Eccleſie Moguntine, habiturum pro ſe unum Caſtrenſem nobis placentem, qui Suo nomine in dicto Caſtro vel Opido faciet continuam

tinuam reſidenciam perſonalem, & cui de feodo caſtrenſi, quod eidem Nobili aſſignamus, vel quod habebit a nobis, duarum marcarum Redditus aſſignabit. Dantes ſibi propter hoc Centum marcarum denariorum *Aquenſium* legalium & bonorum, vel equivalens in *Hallenſibus*, tribus *Hall.*. pro quolibet denario computandis., pro quibus eidem Nobili X marcarum redditus, ſolvendarum annuatim in feſto S. *Martini*, de noſtro theolonio *Aſchaffenb.*. preſentibus obligamus. Poſtquam vero de prefatis centum marcis fuerit ſatisfactum, Redditus X marcarum prefati ad nos & noſtram Eccleſiam libere revertentur; idemque Nobilis, vel heredes ipſius qui in dicto feodo ſibi ſucceſſerint, ipſas centum marcas in emptionem Reddituum decem marcarum convertent, vel tantundem in ſuis certis redditibus nobis ... aſſignabunt; quos a nobis & Succeſſoribus noſtris Archiepiſcopis Moguntinis recipiant, & habeant in caſtrenſe feodum prelibatum.

Ipſe eciam Nobilis & ſui heredes in ipſo feodo ſuccedentes in defenſione dictorum Caſtri & Opidi, ac alia Aſſiſtencia debita & favore nobis . . . aſſiſtent, devote & fideliter, ut tenentur.

Preterea pro parte Caſtri & opidi *Diepurg* & pertinenciarum ſuarum, que ad ipſum *Ludewicum* de *Iſenburg* dicebantur ſpectare ex diviſione hereditatis, quam legitimo vendicionis titulo tranſtulit de conſenſu Eberhardi fratris ſui, Henrici filii ipſius & aliorum heredum ſuorum in Nos, & Eccleſiam noſtram Moguntinam, ipſi *Ludewico* centum & quinque marcas *Aquenſium* denariorum . . . dare promittimus; & in duobus terminis, in feſto videlicet B. *Martini* proxime affuturo, medietatem: Et ex tunc in feſto B. *Martini* ad Annum, medietatem reſiduam perſolvemus.

In cuius rei teſtimonium & evidenciam pleniorem preſentes litteras conſcribi fecimus, & tam Noſtri quam Capituli noſtri Moguntini Sigillorum munimine roborari.

Nos quoque Gebehardus Decanus, totumque Capitulum

pitulum Mog. in recognicionem omnium premiſſorum, rogati a Reverendo Patre Domino noſtro Archiepiſcopo Moguntino, Sigillum Capituli noſtri preſentibus duximus appendendum. Actum & datum *Moguntie* VIII Kal. Febr. Anno Domini MCCLXXXVIII. 25 Ian.

❁ ❁ ❁

Brevis admodum Fratri HENRICO *Septemviralis dignitatis obtigit uſura: Mortis falce demeſſus, anno Regiminis ſui ſecundo necdum completo, d. 17. Martii.*

Vetus eſt Traditio, eum, cum eſſet Archiepiſcopus, plus Militibus [Nobilibus] honoris tribuere ſolitum, quam Clericis; illos his, etiam in epulari menſa & diſcubitu, anteponendo; indeque Clericos in eum ſtomachatos, poſt ipſius fata luſiſſe ſequentibus aculeatis verſibus. [qui prave pro Epitaphio circumferuntur.]

Nudipes Antiſtes, non curat Clerus, ubi ſtes;
Si non in Cœlis, ſtes ubicunque velis.

Bene autem Wimphelingus *in catalogo Epiſcoporum Argentor. p. 73, &* Vrſtiſius *in Baſileenſium p. 301 tradunt, ſepulchro hæc verba fuiſſe inciſa:*

Hic iacent in foſſa, *Henrici* mendici oſſa.

Eundem excepit, frequenter hucusque in Chartis recurrens, GERHARDVS de Eppenſtein, *Archidiaconus* Trevirenſis & Moguntinus *Canonicus,* SIFRIDI III *nepos,* WERNERI *patruelis; e Nobiliſſima hacce proſapia Princeps Elector quintus.*

❁ ❁ ❁

Digitized by Google

CCCXCIV
GERHARDI II.
de Decimis in STEINBACH *&* HVNTHEIM *á nexu feudali liberatis.*
An. 1290.

GERHARDVS Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in XPO .. Decano totiq; Capitulo Eccleſie *Aſchaffinburgenſis* ſalutem in Domino.

Vt Decime, Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis divino iure debite, ad illius revertantur obſequium de cuius munere proceſſerunt; Conſentimus expreſſe, & noſtrum aſſenſum libenter & liberaliter impertimur, quod BERTOLDVS, dictus *de Grumbach*, Miles, & EBERHARDVS de *Rindervelt*, Decimas ſitas in villa *Steinbach* & *Huntheim*, cum omnibus ſuis pertinenciis, tam in exquiſitis, quam non exquiſitis; *quas quidem* decimas tenebant a Nobis in feudum & Eccleſia Maguntina; in Vos, & per vos & Eccleſiam veſtram libere poſſint transferre, habendas perpetuo & tenendas; & preſertim, cum de aliis bonis ipſorum, utilioribus vel ſaltem equivalentibus, videlicet ſex manſis ſive bonis, ſitis in *Altertheim*, valentibus & ſolventibus XXVI maldra ſiliginis annuatim, Reſtaurum ſit factum nobis & predicte Maguntine Eccleſie ab eisdem. Promiſſo nichilominus, quod ſi defectus aliquis fuerit in bonis eisdem, congruum faciant ſupplementum.

In conſenſus itaque noſtri teſtimonium & evidentiam pleniorem vobis damus preſentes Litteras, Sigilli noſtri munimine roboratas.

19 Mart. Datum apud *Aſcaffinburg*, Anno Domini MCCXC, XIIII Kal. Aprilis.

CCCXCV

Digitized by Google

CCCXCV

FRIDERICVS *de* Carben *renuntiat bonis in* VTPH.

[de quibus n. CCCLXIX.]

An. 1290.

NOS FRIDERICVS Burggravius, (*Fridbergenſis*) & HEDEWIGIS Legitima noſtra tenore preſentium recognoſcimus, publice proteſtando, quod omni Actioni, quam habuimus adverſus Eccleſiam in *Hegene* & Fratres ibidem Domino famulantes, ſuper bonis in *Vtphe*, venditis a patruo noſtro HARTMVDO de *Carben*; ad inſtantiam amicorum noſtrorum, una cum pueris noſtris abrenuntiavimus pure & integraliter, excluſo omni dolo. Actum in Clauſtro *Hegene*, Anno Domini MCCXC in die *Proceſſi & Martiniani*. Preſentes fuerunt: *2 Iulii.*

WERNERVS de *Weſterburg*, & WERNERVS de *Sueinsburg* Conſanguinei noſtri, IOHANNES de *Rudincheim*, Armigeri, & alii quam plures fide digni.

In cuius rei evidentiam preſentem Litteram dedimus eisdem, Sigilli noſtri munimine roboratam.

Iſte vicus Vtph, *de quo diverſæ Chartæ egerunt, eſt in dominio Comitum* Solmenſium, *familiæ* Laubacenſis; *ubi Ill*mo *Comes* CAROLVS Otto *hoc tempore reſidet.*

CCCXCVI

CCCXCVI

Contentiones cum Domo BRUNSVICENSI *incaſſum hactenus ſopiri tentatæ, ſubiiciuntur denuo Arbitrorum diiudicationi; Quodſi vero in ſententias contrarias diſtrahi ipſos contingat, hunc in eventum Mediatoris ac Iudicis munus defertur* HENRICO Landgravio.

An. 1290.

[*p. 1015. princip. in Addit.*]

ex Autographo.

Noverint univerſi, preſentes pariter & futuri, quod cum inter Venerabilem Patrem, Dn. GERHARDUM Archiepiſcopum Maguntinum, Predeceſſores ſuos bone memorie ac .. Decanum & Capitulum Maguntinum ex una: & Illuſtrem Principem b. m. olim Dn. ALBERTUM Ducem *Brunſwicenſem*, patrem noſtrum, eoque defuncto inter nos ALBERTUM & WILHELMUM Duces *Brunſwicenſes* filios ſuos ex parte altera, ſuper diverſis Cauſis & Articulis verteretur odioſe materia Queſtionis; tandem mediantibus bonis Viris & Diſcretis inter dictum Archiepiſcopum, & nos *Wilhelmum* Ducem venientem ad ipſum *Erfordiam*, & pro dicto Dno *Alberto* fratre noſtro ſufficienter caventem, intervenit Compoſitio .. in hunc modum:

Quod quidem Archiepiſcopus, pro Se & Eccleſia Maguntina in Dilectos fideles ſuos, LUDEWICUM, *Rincogie:* & HEINRICUM *Aſchaffenburgenſem*, Vicedominos: Nos vero *Wilhelmus* Dux, pro nobis & pro *Alberto* fratre noſtro, ac heredibus & coheredibus noſtris, in Nobilem Virum GODESCHALCUM de *Pleſſe*, & LUDOLFUM de *Weverlinge* Militem, ſuper predictis Cauſis omnibus, Controverſiis & contentionibus, dampnis datis, & iniuriis irrogatis, quas & que habebamus hinc inde, vel poteramus habere; voluntate ſpontanea

tanea tamquam in Arbitros & arbitratores ſeu amicabiles Compoſitores compromiſimus, & compromittimus in hys ſcriptis, ut iidem Quatuor in die bti *Bartholomei* proximo venire debeant apud *Caske*, dicto D. Archiepiſcopo & nobis Ducibus exhibituris preſentias noſtras alicubi, adeo in vicino, quod, quociens neceſſe fuerit, ad nos utrimque recurſus poſſit haberi. Et nos ibidem, excluſis fraude & dolo, ſuper omnibus premiſſis controverſiis & queſtionibus, ante feſtum Nativitatis Domini proximum, ſecundum viam Iuſtitie vel Concordie, ſervato iuris ordine vel non ſervato, de plano, vel quocunque modo voluerint, complanare, prout eis viſum fuerit, ſub fide & corporali iuramento quod ſuper eo preſtabunt; ibique dies & terminos alios ſtatuent, ſicut viderint expedire.

Promiſimus quoque nos Archiepiſcopus, & nos WILHELMVS Dux predicti fide data vice & nomine iuramenti; & nichilominus per Munitiones noſtras idonee & ſufficienter cavebimus ex parte utraque, nos inviolabiliter ſervaturos quicquid per eosdem Quatuor communiter dictum, arbitratum, pronuntiatum fuerit ſeu etiam diffinitum. Nec contravenienmus, per Nos, vel interpoſitas Perſonas, de facto vel de iure, verbo vel opere, publice vel occulte.

Predictis autem quatuor in unam ſententiam concordare nequientibus, in Illuſtrem Principem HEINRICVM *Lantgravium*, terre *Haſſie* Dominum tamquam in Perſonam mediam conſenſimus: Et quicquid Idem per viam iuris vel concordie ſtatuerit, vel ordinaverit in premiſſis, ſub fide quam iam ſuper eo preſtitit, & ſacramento iuramenti quod adhuc preſtare tenetur, tenebimur irrefragabiliter obſervare.

Quod ſi aliquo legitimo impedimento occurrente ex ipſis Compromiſſariis aliquis vel aliqui, vel etiam Perſona media non poſſet haberi, loco illius vel illorum ſine captione debent alii vel alius ſubrogari; habituri cum illis quorum loco ſubro-

gati fuerint, equalem in omnibus poteſtatem. Si vero Media perſona, quod abſit, decederet, vel ex alia cauſa haberi non poſſet, dicti Quatuor apud *Fritslariam* venientes, ſuper debito iuramenti quod ſuper eo preſtabunt, aliam Perſonam mediam eligent, poſtquam venerint, infra menſem; Et ſi in hoc concordare non poſſent, D. Archiepiſcopus & nos Duces predicti de perſona huiusmodi tenebimur concordare. Dictus quoque *Lantgravius* prefatum terminum, videlicet *Nativitatis Domini*, prorogandi facultatem habebit, ſi utilitate & neceſſitate ſuadentibus viderit expedire.

Demum ſi inter nos & noſtros hinc inde aliquid Queſtionis interim emerſerit, in dicto die B. *Bartholomei* penitus reformari & reſtaurari debebit, antequam ad cetera & alias procedatur.

Ad hec, hoc etiam eſt condictum; ſive nos WILHELMUS Dux, vel fratres noſtri predicti, ſive ipſe D. Archiepiſcopus tollamur de medio, Compoſitio nichilominus huiusmodi, utpote perpetua, pro parte noſtra Ducum predictorum ab heredibus & coheredibus noſtris, pro parte vero Dni Archiepiſcopi a Succeſſoribus ſuis & ab Eccleſia Maguntina, irrevocabiliter, & perpetuis temporibus ſit obſervanda.

In evidens igitur teſtimonium predictorum preſentes Litteras ſcribi fecimus, & Sigilli noſtri munimine roborari. Datum & actum *Erfordie* Kal. Iulii, Anno Domini MCC *Nonageſimo*.

1 *Iul.*

CCCXCVII

Digitized by Google

CCCXCVII
GERHARDI II

ORDINATIO; *Qua diſcernit Munera Præpoſiti, & Capituli,* [Aſchaffenb..] *Ita videlicet, ut Diſtributio portionum præbendalium exiſtat penes Capitulum; Adminiſtratio vero Spiritualium duntaxat, & Iurisdictio, penes Præpoſitum.*
An. 1290.
[*p. 626. n. 9.*]

GERHARDVS D. G. Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniverſis preſentium inſpectoribus tam preſentibus quam futuris ſalutem, & cognoſcere veritatem. Ea que pro Eccleſiarum utilitatibus provide ſtatuuntur, firma & illibata debent conſiſtere, & ne in recidive contencionis ſcrupulum relabantur, expedit ipſa litterarum teſtimoniis perennari.

Sane ſicut fide digna relacio nos edocuit & inſtruxit; per negligenciam & incuriam plurium Prepoſitorum eccleſie *Aſchaffenburgenſis* qui fuerunt pro tempore, non miniſtrantibus ſuis vicibus, Canonicis ſeu fratribus ipſius eccleſie, prebendis eorum, prout ſpectabat ad ipſos Prepoſitos; Decanus & Capitulum dicte Eccleſie perſepe compulſi ſunt, ceſſare ab officiis Divinorum; Quod quidem contingebat ex eo, quod iidem Prepoſiti, quando fuit annorum Vbertas, & remanſit aliquid ultra ipſas prebendas, quod tamen raro dicitur accidiſſe, ipſi Prepoſiti hoc ſuis uſibus applicabant. Si vero fuit annorum Sterilitas, vel aliquis caſus ſe obtulit, ita quod in amminiſtrandis rebus fuit Defectus, illum Prepoſiti nullatenus ſuppleverunt; quinimo allegabant ſepe defectum, quando proventus anni bene ad amminiſtracionem plenariam ſuffeciſſent. Ex hoc quidem oriebantur diſcordie inter Prepoſitum & Capitulum,

lum, & multe queſtiones odioſe ſurgebant, & Divinorum organa in ipſa eccleſia pluries ſunt ſuſpenſa.

Propter quod inter dictos Decanum & Capitulum ex una, & olim IOHANNEM *Irſutum Comitem* Prepoſitum *Aſchaf- fenb.*. primo, poſtmodum vero EBERHARDUM, nunc ibidem Prepoſitum ex parte altera, ordinatum, actum extitit & condictum, quod, quoad viverent iidem Prepoſiti, amminiſtracio Prebendarum, apud Decanum & Capitulum: amminiſtracio vero Spiritualium, & Iurisdictio tantummodo apud Prepoſitum debeat remanere.

Conſiderantes itaque, quod ordinacio huiusmodi racionabiliter exiſtit, & expediens tam Prepoſitis, quam Eccleſie prelibate; Nos ipſam, ad futura tempora in perpetuum, perpetuo prorogantes volumus, mandamus & ordinamus, auctoritate preſencium irrevocabiliter ſtatuentes, ac precipientes perpetuis temporibus irrefragabiliter obſervari; quatenus, ſicut de voluntate & conſenſu preſcriptorum duorum Prepoſitorum eſt hactenus obſervatum, Decanus & Capitulum prefati, terras cultas & colendas, ſilvas, allodia, curias, domos, molendina, prata, paſcua, aquas ſeu decurſus aquarum, piſcarias, poſſeſſiones quascunque & bona, quocunque vocabulo nominentur, ad Prepoſitum ſpectantia, de quibus ipſis Prebenda hactenus fuit ſolitum miniſtrari, habeant & poſſideant in eternum, eisque utantur pacifice & quiete; ac de obvencionibus, proventibus & redditibus bonorum ſuorum percipiant ſtipendia Prebendarum, per Amminiſtratorem, quem Capitulum elegerit, miniſtranda; ita quod nichil ad manus vel uſus Prepoſiti perveniat de iisdem. Prepoſitus vero Eccleſiaſticam iurisdictionem tam in Oppido *Aſchaffenb.*. quam extra in terminis Prepoſiture ſue habebit, inſtituendo & deſtituendo Officiales ſuos in eccleſia *Aſch.*., Decanos rurales, & Archidiaconos; & corrigendo delinquencium Exceſſus, ſicut conſuetudo tenuit ab antiquo.

In

In cuius Statuti & Ordinacionis noſtre memoriam & perpetuam firmitatem preſentes Litteras ſcribi fecimus, & Sigilli noſtri munimine roborari. Datum apud *Aſchaffenburg* V Kal. Auguſti. Anno Domini MCCLXXXX, Pontificatus noſtri anno ſecundo. *28 Iulii.*

✿ ✿ ✿

De Præpoſitura Aſchaffenburgenſi *(quæ in opimis redditibus parem vix habuit ullam) notandum, eam ſub finem ſeculi XVI unitam fuiſſe, ſive incorporatam, Menſæ Archiepiſcopali. Vltimus Præpoſitus erat* IODOCVS Camerarius, *(Selgenſtadenſis) poſtea, ſponte tamen, retrocedens ad Decanatum. Homo ſpectatæ virtutis, Donoque perorandi e Suggeſtu imprimis clarus. Is, in medio annorum curſu, ſcilicet XLI°, febri correptus acutiſſima, vocem cum ſpiritu poſuit d. 31 Xbris, an. 1595.*

Dicitur alioquin, Moguntinum Archiepiſcopum eſſe Præpoſitum Inſignis huius eccleſiæ Collegiatæ, ex incorporatione memorata, perpetuum. Quorſum proin reſpicere autumo prætioſiſſimum illud cœlum portatile, ſeu, ut vocant, baldachinum, quo ſacram Eccleſiæ huius ſupellectilem munifice auxit Em. Princeps Elector ANSELMVS Franciſcus. [*Vid. p. 323.*]

✿ ✿ ✿

CCCXCVIII

EIVSDEM,

de Capella oppidi MINZENBERG *officianda per* Fratres S. ANTONII *Domus* Grünbergenſis: *Idque intuitu Iuris patronatus eccleſiæ* AMENA, *quod* WERNERVS de Falckenſtein *Domui univerat prædictæ.*

An. 1291.

GERHARDVS Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancella- *ex Autographo.*

 rius,

Digitized by Google

rius, univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Digne agere credimus, cum beneficencie noſtre manum porrigimus in hys, in quibus pium videmus propoſitum, & cultus Divini devocio provocatur.

Cum igitur Dilecti in Xpo, RUPERTUS Magiſter & Conventus Fratrum domus S. ANTHONII in *Grunenberg*, provide attendentes, quod Nobilis Vir WERNHERUS, Dominus *de Mintzemberg*, * Conſanguineus noſter dilectus, eccleſiam de *Amena* ** noſtre dyoceſis, cuius Ius patronatus pertinuit ad eundem, Domui predicte duxerit uniendam pro ſuorum remedio peccatorum, accedente noſtre approbacionis conſenſu, prout in Litteris, tam noſtris quam aliorum ſuper eo confectis plenius continetur; Et, voluntate & conſenſu libero & expreſſo *Fratris* HAYMONIS, Generalis Miniſtri Ordinis *Hoſpitalis* S. ANTHONII *Viennenſis* dioceſis, ſtatuerint & ordinaverint voto concordi & pari conſenſu, ſine qualibet exceptione iuris & facti ſimpliciter obligando ſpontanea voluntate, quod per duos eorum Confratres presbyteros Capellam caſtri *Mintzemberg* officiare debeant perpetuo in Divinis, *qui* in Opido *Mintzemberg* continue perſonaliter reſidebunt, congruam de proventibus eccleſie in *Amena* predicte pro ſuſtentacione eorum recepturi perpetuo porcionem;

Nos, tam dictorum Nobilis *de Mintzemberg* quam Magiſtri & Conventus de *Rosdorf* devotis ſupplicacionibus inclinati, quod per eos in hac parte factum exiſtit ratum habemus & gratum, & illud ex certa ſciencia auctoritate preſencium confirma-

* *Natu* de Falckenſtein. *Poſtquam enim Falckenſteinii Coheredum ſuorum* † *portiones hereditarias terraque prope modum omnes Emptione nacti ſunt; promiſcue, modo nomine proprio ac genuino,* (de Falckenſtein) *modo nomine quaſi per hereditatem obtento ac devoluto,* (de Minzenberg) *appellabantur; itidemque ſemet ipſos promiſcue ſcribebant.*

† V. p. 676 & ſeq.

** *Nimirum ex ſucceſſione predicta. Adiudicatum vero fuerat Ius patronatus illud, an.* 1224. ADELHEIDI Minzenbergiæ *per Archidiaconum Mog. Quo conf. n. CLXXXVII, p. 401.*

Digitized by Google

firmamus, & preſentis Scripti patrocinio communimus. Datum apud *Novam domum* V. Idus Ianuarii, Anno Domini MCCXCI, Pontificatus vero noſtri anno ſecundo. *a Ian.*

CCCIC
EIVSDEM

ARBITRAMENTVM *ſuper Iure patronatus eccleſiæ* ROLLBACH, *litigioſo inter Fratres* Teutonicos *&* *Dynaſtas* Bickenbacenſes: *Puncto altero, Iuriſdictionem villæ* HEIDBACH *tangente, Deputatorum examini commiſſo.*
An. 1291.

NOS GERHARDVS Dei gracia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, recognoſcimus per preſentes, quod de Lite, & ſuper lite ac controverſia, que inter *Fratres* Sancte MARIE *Theutonicorum* ex una parte, & ex alia inter PHILIPPVM & GOTFRIDVM de *Bikkembach* fratres, Conſanguineos noſtros, erat & vertebatur ſuper Eccleſia de *Roelbach* noſtre dyoceſis, in eo, quod dicti Fratres dicebant, eandem eccleſiam Ordini ſuo eſſe unitam; ipſis fratribus *de Bikkembach* aſſerentibus, quod Ius patronatus ſpectabat ad eos eccleſie memorate; Nec non ſuper Iurisdictione, quam iidem *de Bikkembach* in villa *Heidebach* aſſerunt ſe habere in bonis eorum & alibi in villa eadem; ac Dampnis datis ipſi Ordini per eosdem; in nos, qui Compromiſſum nobis ſponte aſſumpſimus, a Partibus concorditer compromiſſo; *ex Autographo.*

Nos, iuribus Parcium cognitis plenius & diſcuſſis, tamquam Arbiter, arbitrator & amicabilis Compoſitor, iuxta formam Compromiſſi in nos recepti arbitramur, laudamus, pronunciamus, diffinimus & dicimus, prefatam eccleſiam de *Roelbach* Ordini predicto canonice & legaliter eſſe unitam; ac eidem

dem Ordini merum & plenum ius competere in ipſa, ac ſuis pertinenciis univerſis; ipſis fratribus *de Bikkembach* ſuper iure patronatus quod contendebant ſe in ipſa Eccleſia obtinere, perpetuum ſilencium imponendo. Quod & iidem fratres *de Bikkembach*, omologando noſtrum Arbitrium ſunt confeſſi, & eo contenti. Renunciantes voluntarie, in noſtra preſencia conſtituti, omni iuri, ſi quod eis competiit, vel competere videbatur in Iure patronatus predicto.

De Iurisdictione vero predicta Ville in *Heidebach* taliter eſt conventum; quod nos, HERMANNO,* Vicedomino noſtro *Aſchaffemburgenſi*, & HENRICO Officiato noſtro in *Wildemberg* dedimus in mandatis, quod ipſi ſub debito fidei, quam ipſe Vicedominus manualiter preſtitit, & *Henricus* predictus preſtabit, cum requiſitus fuerit ſuper eo; ſuper prefata iurisdictione in villa *Heidebach* predicta inquirent fideliter noticiam, & inveſtigabunt plenius veritatem. Et quicquid per debitum eiusdem fidei ſuper eo diffiniverint, & dixerint obſervandum, hoc Partes utrimque tenebuntur inviolabiliter obſervare. Pronunciacionem autem & diffinicionem ſuper Dampnis predictis, cui Partes hinc inde parebunt, nobis ſpecialiter reſervamus.

* *Schelm* de *Bergen.*

Hoc eciam Arbitrium ſub pena centum librarum *Hallenſium* taliter eſt vallatum, quod ſi ex parte illorum *de Bikkembach* veniretur in aliquo contra ipſum; ipſi fratres *de* Bikkembach Oppidum *Aſchaffemburgenſe*, moniti, intrabunt, tam diu comedendo ſatisfacturi in ipſo, quousque ſatisfaciant de pena predicta nobis Archiepiſcopo, & nichilominus fracturam Arbitrii redintegrent & reſtaurent. Fratres autem prefati Ordinis, ſi fractura continget ex parte eorum, unum Commendatorem, quem nos duxerimus nominandum, ad Civitatem *Maguntinam* transmittent, non exiturum de ea, donec cum reſtauracione fracture, nobis de pena centum librarum ſimiliter ſatisfiat. Qua pena ſoluta vel non, Partes predicte tenebuntur Arbitrium & pronunciacionem noſtram inviolabiliter obſervare. Teſtes huius rei ſunt

GOT-

GOTFRIDVS de *Eppenſtein* Archidiaconus *Treverenſis.* * Nobiles Viri: GOTFRIDVS Dominus *de Eppenſtein* germanus noſter. WERNHERVS Dominus *de Mintzemberg.* OTTO de *Bikkembach.* PHILIPPVS Marſchalcus *de Frowenſtein.* DIETERICVS Buregravius in *Starckemberg*, & HERMANNVS Vicedominus *Aſchaffemburgenſis.* EBERHARDVS Pincerna *de Erpach*, & alii quam plures fide digni.

In huius rei evidenciam & certitudinem pleniorem preſentes Litteras ſcribi fecimus, & tam noſtro, quam OTTONIS de *Bikkembach* predicti Sigillorum munimine roborari. Datum & actum apud villam *Eſchebach inferiorem* XII Kal. Marcii. Anno Domini MCCLXXXXI. *18 Febr.*

* Godefridi, *qui ſequitur, filius. Canonicus etiam Mog., poſtea Cuſtos, nec non Prepoſitus* D. Petri. *Vita defunctus circa ann.* 1330.

CCCC

De venditione unius Ramæ *&* *aliarum Domorum; iisque â Fratribus in* SECKBACH *iure hæreditario poſſidendis.*

An. 1291.

Noverint univerſi preſentium inſpectores, quod nos HEINRICVS dictus *Vlnere*, & GERTRVDIS uxor eius legitima, Cives *Franckenford.* . communicata manu & pari conſenſu vendidimus iuſte & rationabiliter, honeſto Viro HEINRICO, Converſo in *Seckebach* & ſuis Fratribus, nec non Sororibus eorundem, unam *Ramam* in qua panni extenduntur, que vulgariter ſic nuncupatur, retro domum quam inhabitamus, ſitam; & tres domos contiguas retro domum dictam *ad Gigantem* . ., nec non unam Aream, infra dictas domos & *Ramam* ſitam, libram denariorum levium . . dictis Fratribus & Sororibus ſingulis annis in feſto bti *Martini* dandam & preſentandam

tandam nomine Cenſus annualis; Quas quidem domos & aream una cum predicta *Rama* nos *Heinricus* & ſua coniunx .. recognoſcimus ab ipſis Fratribus pro dicto Cenſu iure hereditario poſſidere.

Et ut .. de prenominato cenſu bene ſint certi & aſſecurati, eisdem Fratribus domunculam unam ... que ſolvit X ſolidos levium annuatim, & ſpacium quatuordecim pedum retro dictam domum ad Gigantem pro ſuppignore obligamus. Teſtes huius rei ſunt

WERNHERVS de *Wanebach* HARTWICVS de *Alta domo*, Scabini; REYNERVS *Piſtor*, & quam plures alii Cives *Franckfordenſes* fide digni.

In cuius rei teſtimonium nos ELYA Sculterus, & Scabini *Franckf.*. ſigillum Vniverſitatis .. appendi fecimus huic
22 Febr. ſcripto. Actum anno Domini MCCXCI, in Cathedra B. *Petri* Apoſtoli.

CCCCI

BRVNONIS *Epiſcopi* Numburgenſis

Littera euchariſtica, pro dato conſenſu in fundationem Monaſterii Vallis S. MARIÆ.

An. 1291.

Reverendo in XPO Patri ac Domino, GERHARDO, Sancte Sedis Maguntine Archiepiſcopo, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario: BRVNO Dei gratia *Nuenburgenſis* Epiſcopus cum orationum ſuffragio obſequioſam in omnibus voluntatem.

Pro eo, quod Veſtra Reverenda Paternitas pia benignitate ad noſtras preces Cenobium in loco *Vallis* Sce *Marie* per nos conſtruendum, *Ciſterc. Ordinis*, dignata eſt ratihabitione Ordinaria

dinaria confirmare; Vobis ad gratiarum aſſurgimus actiones: Obligantes nos pro Dominabus iam dicti Cenobii, & cum eis, quod nunquam Ordini Ciſtercienſi, vel etiam alteri Ordini incorporentur, ſed perpetuo ſub Veſtra obedientia ſtabunt, & veſtre Eccleſie Maguntine.

In cuius rei teſtimonium preſentes Veſtre Reverentie deſtinamus Litteras, noſtri Sigilli munimine roboratas. Datum Anno Domini MCC *Nonageſimo primo*, VI Nonas Maii. *2 Maii.*

CCCCII

Parthenonis Gothani *ad* S. CRVCEM *Antidora erga Capitulum* Moguntinum, *intuitu Iuris patronatus binarum Parœciarum*, S. MARIÆ in Monte, *&* *in* GOLTPACH.

An. 1291.

[*p. 626. n. 13.*]

Venerabilibus Viris, Dominis Decano & Capitulo ſancte Eccleſie Maguntine, Abbatiſſa & Conventus monaſterii Sanctimonialium S. CRVCIS in *Gotha* Ord. *Ciſterc.* Mogunt. dioc. in omnium Salutari ſalutem, cum oracionibus in Chriſto devotis.

Cum Reverendus Pater Dns GERHARDVS Archiepiſcopus Mogunt. ad peticionem Illuſtris Principis D. ALBERTI *Thuringie* Lantgravii, ad quem S. MARIE in Monte apud *Gotha*: nec non Nobilis Viri ALBERTI Comitis *de Brandenberg*, ad quem in *Goltpach* parochialium eccleſiarum Mog. dioc. ius pertinuit Patronatus, Nobis, & per nos noſtro Monaſterio, ipſas eccleſias, cum univerſis earum appendiciis & pertinenciis in perpetuum obtinendas a nobis, tradiderit & donarit, contulerit & univerit; Ita ſane, ut ad eas vacantes impoſterum preſentantes viros aliquos idoneos Clericos ſeculares

Digitized by Google

loci Archidiacono, inveſtiendos ab ipſo, dono Altaris & cura animarum eccleſiarum parochialium pretactarum; Ipſisque taliter inveſtitis congruas deputantes de earundem eccleſiarum redditibus Porciones, de quibus congrue valeant ſuſtentari, & incumbencia eis onera ſupportare; nosque, ſi quid extiterit reſiduum, noſtri Monaſterii uſibus perpetuo applicemus, ipſis Dni Archiepiſcopi, Succeſſorum ſuorum, loci Archidiaconi, & cuilibet alterius in omnibus iure ſalvo; Vosque tradicioni, donacioni, collacioni & unioni premiſſis adhibueritis veſtrum aſſenſum voluntarium, liberum & expreſſum;

Ecce, in ſignum recognicionis beneficii per aſſenſum veſtrum huiusmodi nobis & eidem monaſterio noſtro impenſi, offerimus & promittimus ſponte, Vobis & veſtre Eccleſie.. quatuor libras Cere ponderis Mogunt. annuis & perpetuis temporibus .... in *Maguncia* aſſignandas in feſto B. MARTINI eximii Preſulis, veſtri Patroni, noſtris laboribus & expenſis. Et ad hoc nos ...... perpetuo obligamus. Teſtimonio huius Scripti, Sigillo noſtro muniti in evidenciam & perpetuam memoriam preſcriptorum. Datum Anno Domini
2 Iul. MCCXCI, VI Nonas Iulii.

CCCCIII

Quaeſtionem controverſae Iurisdictionis quoad villam
* n. CCCIC. HEIDBACH, *nuper * in ſuſpenſo relictam*, GERHARDUS *pronuntiando definit.*

An. 1291.

ex Autographo. NOS GERHARDUS Dei gracia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, quod cum inter Dilectos in XPO.. Commendatorem & *Fratres* Domus S. MARIE *Theuthonicorum* in *Roelebach* ex parte una, & Nobiles Viros, PHILIPPUM & GODEFRIDUM de *Bikkenbach* ex parte altera, ſuper Iurisdictione, quam in villa *Heidebach*

bach iidem *Philippus* & *Godefridus* ſe contendebant habere, Queſtio verteretur; tandem in Nos, tamquam in Arbitrum, arbitratorem & Compoſitorem amicabilem, ſub pena centum librarum *Hallenſ.* a Partibus hinc inde ſuper Queſtione predicta compromiſſum extitit taliter & conventum; quod nos Dilectis fidelibus noſtris, HERMANNO Vicedomino *Aſchaffemburgenſi*, & HENRICO Officiato noſtro in *Wildemberg* dedimus in mandatis, quod ipſi ſub debito fidei quam preſtiterunt manualiter ſuper eo, ſuper prefata Iurisdictione in villa *Heidebach* predicta inquirerent fideliter noticiam, & inveſtigarent plenius veritatem.

Nos igitur recepto in nos ſponte huiusmodi Compromiſſo, iuxta ea que prefati HERMANNVS & HENRICVS, plena inquiſicione & diſcuſſione prehabitis nobis ſuper Queſtione predicta retulerunt ſub debito preſtiti iuramenti; Pronunciamus, laudamus, dicimus, & ſentencialiter diffinimus; quod tam dicti *Fratres* de *Roelebach*, quam . . Abbatiſſa & Conventus de *Himeltal*, * ſuper Exceſſibus qui contingunt in bonis eorum, & aliis iudicialiter terminandis, in eis iurisdictionem ſuam perſonaliter exercebunt. * S. p. 515.

Alias autem predicti fratres *de Bikkembach* ter in Anno poſſunt in Strata communi Iudicio preſidere in Villa predicta; & ibidem omnes Exceſſus & Facta, que inter quatuor Valvas ipſius ville *Heidebach*, que *Valledor* dicuntur, contingunt ſeu emergunt in Strata publica, ſine diſpendio cuiuslibet iudicare; Ita ſane, quod Equos eorum debent ligare ad palum aliquem, vel aliquos, & non ſtabulare in curia, vel bonis alicuius, niſi de bona ipſius fuerit voluntate. Super Exceſſibus autem taliter iudicatis, pignora in bonis non capient alicuius, ſed tantum in Strata communi inter quatuor valvas predictas.

Si vero aliqua mota in prefatis tribus Iudiciis plene non fuerint diffinita, in eo caſu poſſunt indici tria alia Poſteriora iudicia, que *Afterdink* vulgariter appellantur, ad huiusmodi terminanda; ad que tamen poſteriora iudicia venire nullus compelletur, niſi Actor & Reus. Preterea Incole ipſius ville annuatim debent & poſſunt tres Perſonas legales ipſis fratribus

 de

Digitized by Google

de *Bikkembach*, preſentare, ex quibus unum dicti *de Bikkembach*, quem iidem fratres maluerint, ipſis dabunt pro Iudice, omni contradictione hinc inde ceſſante.

In premiſſorum igitur memoriam, & evidenciam pleniorem, Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.
23 Iulii. Datum apud *Frankenvort* X Kal. Auguſti. Anno Domini MCCXCI.

CCCCIV

HERMANNI *Comitis* Battenburgenſis:
„*Qualiter Caſtrum & Oppidum* BATTEN-„BVRG *ſint diviſa.*
An. 1291.

Ego HERMANNVS Comes *de Battinburg* recognoſco publice per preſentes, quod ad diſcordiarum, que inter me & heredes meos ex parte una, & Reverendum Patrem Dn. Archiepiſcopum & Eccleſiam *Maguntinam* ex altera, ſuboriri forſan poſſent, materiam amputandam, penſato commodo utriusque Noſtrùm hinc inde, de Caſtro *Kellerberg* & *Battenburg*, nec non Opido *Battenburg*, & pertinentiis eorundem, que hactenus pro indiviſo poſſedi; de conſenſu & voluntate Nobilis Viri, WITEKINDI Comitis, patris mei, ELIZABET matris mee, & coheredum meorum talem diviſionem feci cum Dno Archiepiſcopo prenotato; quod Caſtrum & Opidum *Battenburg*, cum Iudiciis in *Lyſe* & in *Battenvelt*, cum eorum iuribus & utilitatibus, uſu & requiſitione, ac aliis pertinentiis univerſis, ſicut ipſe hactenus pro indiviſo poſſedi, ad ipſum Dn. Archiepiſcopum & Eccleſiam Maguntinam, diviſim, perpetuis temporibus pertinebunt, ſine moleſtia qualibet poſſidenda. Ad me vero Comitem *Hermannum* predictum & heredes meos Caſtrum *Kellerberg*, & Iudicia, in *Aldendorf*, in *Rudene*, & in *Erynoldiskirchen*, ſimiliter cum eorum iuribus, utilitatibus, uſu & requi-

requiſitione ac aliis pertinentiis univerſis, ſicut ipſa hactenus pro indiviſo poſſedi una cum prefato Dno Archiepiſcopo & Eccleſia Maguntina, perpetuo permanebunt quiete & pacifice poſſidenda.

Molendinum vero, quod vocatur zu der Spitzen, & nemus, quod *Muſewinckel* vocatur, ad dictum Dn. Archiepiſcopum & Eccleſiam Maguntinam, & ad me & heredes meos, utriusque pro indiviſo, ſicut hactenus pertinuit, inantea pertinebit. Quodſi alteruter Noſtrùm, molendinum predictum, deſtructum modo per incendium, voluerit reparare; & alter, requiſitus, noluerit comparari ſumptus ad hoc neceſſarios impendendo; is qui ſuis ſumptibus & impenſis reedificaverit, quidquid de ipſo molendino utilitatis provenerit, tam diu ſuis uſibus applicabit, quousque a parte altera ſumptus huiusmodi impenſi notorie, pro medietate reſtituti ſibi fuerint & refuſi.

Ego etiam HERMANNVS predictus & heredes mei X libras Talentorum ſeu librarum Redditus monete *Marpurgenſis*, quos in Opido *Battenburg* titulo pignoris obligatos habere dinoſcor, tam diu retinebimus, quousque a Dno Archiepiſcopo aut Eccleſia Maguntina cum centum libris monete predicte abſolvantur, ſeu redimantur a nobis. Si vero alteruter noſtrum aliquos homines, ſeu bona, habet in aliquo preſcripto Iudiciorum, qui vel que ante diviſionem huiusmodi ſeparatim ſpectabant ad ipſum; illi ex diviſione huiusmodi non debet preiudicium aliquod generari, quin potius ſpectet ad illum, ad quem antea pertinebant.

Actum eſt etiam expreſſe, quod nec prefatus Dns Archiepiſcopus aut Eccleſia Maguntina in Opido & caſtro *Battenburg:* nec ego *Hermannus* predictus, vel heredes mei, in Caſtro *Kellerberg* alterius Noſtrum debeamus hoſtes in preiudicium alterius recipere vel manutenere in ipſis; niſi, quod abſit, Guerram adinvicem nos habere contingeret. In hoc caſu faciemus, quod nobis hinc inde videbitur expedire. Si vero ego HERMANNVS Comes predictus vel heredes mei vendere vel alienare vel-

vellemus alias caſtrum noſtrum *Kellerberg* predictum cum ſuis pertinentiis, omnibus aliis emptoribus vel hominibus prefatum Dn. Archiepiſcopum & Eccleſiam Maguntinam tenebimur preferre, dummodo illud velint modo convenienti acquirere, vel etiam comparare.

De Iudicio in *Munichuſen* taliter eſt condictum & actum, quod prefatus Dominus meus & Ecclefia Maguntina, in ſua poſſeſſione retinebunt pacifice & quiete Ipſum Iudicium, quousque ego legitime doceam & oſtendam, quod illud in feodo habere debeam ab eisdem. Renuntians etiam pro me, *Widekindo* patre meo, *Elizabet* matre mea, expreſſe omnibus his, que tam mihi quam eis in feodo noſtro caſtrenſi *Elenboge* hactenus ſunt ſubtracta. Ad hec, ſi aliqua bona, preter Redditus predictos & Talentorum, videlicet monete *Marpurgenſis*, Eccleſie Maguntine ego HERMANNVS vel pater meus predictus habemus; illa redimendi dictus Archiepiſcopus vel Eccleſia Maguntina liberam optionem habebunt. Alias autem ſuper omnibus Actionibus, ſeu Queſtionibus que haberi poſſent inter me de parte mea, WITEKINDI patris mei, aut ELIZABET matris mee; et ex altera parte inter *ipſum Dn.* Archiepiſcopum & Eccleſiam Maguntinam ſuper dampnis datis hinc inde, & ex cauſis aliis quibuscunque, renuntiatum eſt utrinque ſimpliciter & preciſe.

In cuius rei teſtimonium preſentes litteras ſcribi feci, & tam mei quam patris mei predicti Sigillorum munimine roborari.

Et ego WITEKINDVS Comes predictus in evidentiam omnium preſcriptorum, & conſenſus mei adhibiti in eisdem, Sigillum meum duxi preſentibus appendendum. Ego vero ELIZABETH, mater *Hermanni* predicti, quia premiſſa omnia & ſingula de conſenſu meo, & voluntate mea expreſſa proceſſerunt, Sigillis predictorum, *Widekindi* mariti mei, & *Hermanni* nati mei, quia proprio ſigillo careo, preſentibus appenſis ſum contenta.

30 Sept. Actum & datum apud *Waldaſſen* * II Kal. Octobris, Anno Domini MCCXCI.

* *Vicus in* Ringavia, *vulgo* Walff.

CCCCV

CCCCV
GERHARDI II

Præceptvm, *de conſcribendis Iuribus, Reditibus cet. Eccleſiarum in peculiares Libros, iisque in Armario catenandis, ut Canonici ſinguli, Notitiæ rerum ſuarum conſequendæ cauſa, illos, quandocunque libuerit, evolvere queant.*

An. 1291.

[*p. 626. n. 14.*]

Gerhardvs Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Dilectis in Xpo Eccleſiarum Maguntinarum Decanis ſalutem in Domino. *ex Autographo.*

Ad audientiam noſtram pervenit, quod pauci eccleſiarum veſtrarum Canonici ſciant Iura, Cenſus, Proventus & Redditus earumdem; propter quod Eccleſiis ipſis gravia poſſunt diſpendia per lapſum temporis evenire. Cum igitur teneamur noſtra ſollicitudine providere, ne eccleſiarum Bona caſu quolibet diſtrahantur, vel ab aliquibus taliter ocultentur quod ad Canonicorum noticiam nequeunt pervenire; Diſcretioni veſtre mandamus, in virtute ſancte obedientie precipiendo diſtricte, quatinus infra duos menſes a receptione preſentium computandos, vocatis ad hoc veſtris Conprelatis & Concanonicis, & ab eis plenaria inſtructione habita ſuper ipſis; Iura, Cenſus, Redditus & proventus Eccleſiarum veſtrarum integraliter conſcribatis; De eisdem iuribus, cenſibus, redditibus & proventibus, de quibus vos volumus expediri per Camerarios & alios Officiatos qui pro tempore fuerint & ſunt, fieri Librum iubentes, qui in Armariis veſtris iaceat kathenatus ab omnibus Canonicis intuendus, ut ſic habeatur de his indubitabilis & perpetua certitudo.

Nos enim in eos, qui vobis non detegunt iura, cenſus, redditus & proventus huiusmodi, requiſiti, Excommunicationis ſententiam ex hac cauſa proferimus in his Scriptis; Et vos eos in eccleſiis veſtris tam diu excommunicatos publice nuncietis, & faciatis ab omnibus arcius evitari, donec per nos fuerint abſoluti.

Vos etiam Decani, ſi in his exequendis fueritis negligentes, noveritis vos poſt lapſum ipſorum duorum menſium Suſpenſionis ſententie ſubiacere. Datum apud *Novum caſtrum*

5 Oct. Anno Domini MCCXCI, III Nonas Octobris.

CCCCVI

LUDOVICI de Iſenburg *Ratificatio alienationis bonorum feudalium* in MITTELGRUNDA.

[Conf. n. 176. 199. 291.]

An. 1292.

Nos LUDEWICUS de *Iſenburg*, una cum noſtris filiis per has litteras conſtare cupimus tam preſentibus quam futuris, quod cum olim HARTMANNUS dictus *de Elinaba*, & Uxor ipſius, cives *Geilnhuſenſes*, bona, ſita in *Mittelengrundaba*, que quondam coluit Villicus ibidem, dictus *Keyne*, ignorantes ea titulo feodi noſtro dominio pertinere, a poſſeſſoribus corundem bonorum emiſſent, & poſtmodum ea Monaſterio in *Haynebes* contuliſſent nomine teſtamenti, dum tandem vere fuiſſet compertum, eadem bona non propria, ſed feoda extitiſſe; Nos, WORTWINI Militis *de Grundaba* ſuis meritis nobis grati receptis precibus ſuper ipſis, habitoque reſpectu ad dilectionem Abbatis & Fratrum Monaſterii ſupradicti, noſtro iuri quod in ſepedictis bonis habuimus renuntiantes, proprietavimus ea, ac meripropria & libera dimiſimus, perpetuis uſibus monaſterii memorati. Nolentes, ut a quoquam ſucceſſorum vel heredum noſtrorum ſuper ipſis bonis infeſtationem, impedimentum, vel iniuriam patiantur.

Ad

Digitized by Google

Ad evidentiam benefacti noſtri in hac parte, dantes has Litteras noſtri Sigilli munimine roboratas. Datum Anno Domini MCCXCII, VIII Kal. Maii. 24 Apr.

CCCCVII

PACTA *Sponſalitia* RVPERTI Naſſovici & .., Bohemiæ REGIS *filia*. *An.* 1292.

[Tab. geneal. ad p. 778 in Probationibus, loco * a) ſignato]

Cum huius Diplomatis autographum in plicaturis hinc inde contraxerit parvas ſciſſuras; eapropter voces ſic exeſæ, obduci debuerunt iſtis, quæ obviam veniunt, lineolis.

NOS ADOLFVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Recognoſcimus & tenore preſentium proteſtamur, quod inclitum RVPERTVM, Natum noſtrum primogenitum, Nate Illuſtris Principis noſtri WENTZELAY Regis *Bohemorum*, Marchionis *Moravie*, Ducis *Cracovie* & *Sandomirie* dedimus, tradidimus, tradimus & damus, & vice Ipſius ac nomine, eundem Filium noſtrum Ipſius *Wenceslai* Filie deſponſamus, iuxta ordinacionem factam nobiſcum, & iurisiurandi religione firmatam per Honorabiles & Strenuos Viros, BERNHARDVM Prepoſitum *Miſnenſem*, HEYNEMANNVM ſummum Camerarium Regni Bohemie, ALBERTVM de *Seberg* Burcgravium de *Kadano*, & THOBYAM de *Bechin* Burcgravium de *Vroburg*, ipſius Regis Bohemorum Procuratores & Nuntios ſpeciales:

Promittentes eidem Nate Regis nomine Dotalitii, ſeu in Donationem propter nuptias filii noſtri predicti, Decem milia marcarum argenti aſſignare, dare & ſolvere, cum filius noſter tempore legitimo adveniente prefatam Puellam duxerit traducendam, celebratis Nuptiis ab hinc infra Annum. Pro qui-

Digitized by Google

quibus - - decem milibus marcarum argenti Opidum noſtrum *Wiſebaden*, Caſtrum & opidum *Etichenſtein*, * ac Caſtrum *Sunnenberg*, cum *Laſaſſis* † hominibus - - ſeu iurisdictionibus, ſilvis, paſcuis, pratis, aquis aquarumque decurſibus, piſcariis, venationibus ſeu venandi iuribus, agris cultis & incultis, acquiſitis & acquirendis, & aliis eorum iuribus, honoribus & pertinentiis univerſis ipſi - - Puelle obligavimus, & preſentibus pignori - - aſſignamus. - - promittimus eidem ſub his conditionibus & pactis, quod in hys, que ad nos tanquam ad Regem Romanorum ſpectant, - - quantum ad iura feod... - - noſtram interpoſuimus, & conſenſum noſtrum appoſuimus voluntarium & expreſſum. In hys que ad Eccleſiam *Maguntinam* pertinent, Conſenſu & voluntate Venerabilis GERHARDI Archiepiſcopi Maguntini, Principis, Archicancellarii & Conſanguinei noſtri kariſſimi, ſimiliter impetratis, - - & Litteris - - noſtris & ipſius Archiepiſcopi ſuper hys dandis.

* Idſtein.

† *Idem ac* Laſſi, *ſive homines Serviles.* DUFR.

Ipſe autem WENCESLAUS Rex Bohemorum Filio noſtro predicto in Dotem & nomine dotis, . . filie dicte - - milia marcarum argenti dabit ſimiliter, & perſolvet. Que decem milia marcarum argenti dande & locande ſunt in certis Prediis & poſſeſſionibus, de certa ſcientia & conſenſu Regis eiusdem, ad omnem utilitatem & uſum ſue filie iam predicte.

Inter alia etiam cautum eſt hinc inde a Partibus, & conventum, quod matrimonio conſummato altero Coniugum ſublato de medio, ſuperſtes coniunx retinebit premiſſa viginti milia marcarum temporibus vite ſue. Quo mortuo, Donatio propter nuptias redibit ad nos, vel heredes noſtros; Dote ad.. Regem *Bohemie*, vel heredes ipſius ſimiliter redeunte. Cum vero Heredem habuerint, & filius noſter, quod abſit, de medio ſublatus fuerit, ex tunc Relicta ipſius diebus ſuis dimidium fructus uſum & utilitatem habeat, ſive ad alia Vota convolaverit, ſive non. Qua mortua, omnia predicta tranſeant ad eorundem heredes.

Super

Digitized by Google

Super premiſſis autem omnibus adimplendis, & inviolabiliter obſervandis, HENRICVS Lantgravius *Haſſie*, Nobilis Vir IOHANNES de *Lympurg* Sororius noſter, LVDWICVS Vicedominus *Ryncogie*, & THEODRICVS Burcgravius de *Starckemberg* corporale iuramentum pro Nobis, & noſtro nomine preſtiterunt.

In quorum omnium teſtimonium & evidentiam pleniorem preſentes Litteras ſcribi, & Maieſtatis noſtre Sigillo fecimus conſigniri. Date *Aquisgrani* II Kal. Iulii, Anno Domini MCC *Nonageſimo ſecundo*. Regni vero noſtri anno Primo. *30 Iunii.*

Atenim Nuptias ſic condictas ſucceſſu caruiſſe, diſcimus ex Genealogis; utpote huic, Regis Wenceslai *filiæ*, [AGNETI] *Maritum adſcribentibus Ducem* Sueviæ RVDOLFVM.

CCCCVIII
IMP. ADOLFI:

Continens varia Obligationum genera magni momenti, quibus ſe adſtrinxit GERHARDO *Archiepiſcopo.*

An. 1292.

[*p. 627. n. 6.*]

ADOLFVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Recognoſcimus & promittimus, Nos ad hoc ſine exceptione qualibet obligando; quod Venerabili GERHARDO, Succeſſoribus ſuis & Eccleſie Maguntine, ſuper Pena ſex milium marcarum argenti puri, in quibus Cives *Maguntini* condempnati fuerunt b. m. HEINRICO Archiepiſcopo, & Eccleſie Maguntine per felicis record. Dominum RVDOLFVM Regem Romanorum Predeceſſorem noſtrum, prout inſtrumentis ſuper hoc confectis plenius continetur, exhibebimus iuſticie complementum; alioquin ipſis contra prefatos Cives, bona fide Regali potencia auxilio & conſilio aſſiſtemus. *ex Autographo.*

Digitized by Google

Item VLRICVM de *Hanowe* nunquam in Militem, Conſiliarium, vel familiarem recipiemus, nec aliquem ſibi impendemus favorem. Imo aſſiſtemus prefato Dno Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntine contra ipſum, quociens ſe erexerit contra eos, niſi de ipſius Archiepiſcopi fuerit voluntate. Idipſum facturi contra *Magiſtrum* HEINRICVM de *Clingenberg*, * niſi contrarium voluerit Archiepiſcopus ſupradictus.

* *Eum inter Cancellarios* Imp. RVDOLFI *refert* Mallinkrot, *apud* Wencker. *p. 357.*

ITEM ſex Villas, vel loca Eccleſie Maguntine, *libertati* donabimus adinſtar Oppidorum Imperialium, de quibus ab ipſo Archiepiſcopo Maguntino fuerimus requiſiti. ITEM ipſi Archiepiſcopo & Eccleſie ſue renovabimus & confirmabimus omnia Privilegia & Gracias eorum, a Predeceſſoribus noſtris ſibi conceſſas.

Item SIFRIDVM de *Eppenſtein*, conſanguineum noſtrum, faciemus Caſtrenſem in *Frideberg*, conceſſis ſibi in feodum caſtrenſe manſis XII in Marchia, que vocatur *Ockſtader marck.* ITEM Caſtrum *Ballenhuſen*, obligatum ipſi Archiepiſcopo & ſue Eccleſie Maguntine per Nobilem Virum GERLACVM de *Bruberg*, non repetemus ab ipſis, niſi mille marcis argenti puri primitus ſibi datis.

ITEM ipſum Archiepiſcopum & Eccleſiam ſuam contra Duces *Brunſwicenſes* & alios Iniuriatores ſuos Regali potencia iuvabimus bona fide. Preterea Advocaciam in *Loynſtein* cum pertinenciis ſuis dimittemus prefato GERHARDO Archiepiſcopo habendam ad tempora vite ſue.

ITEM ut theloneum illud *Boppardienſe*, quod *Vridezol* volgariter appellatur, in quo nunc inſtituimus GERHARDVM Archiepiſcopum ſupradictum, remaneat apud ipſum Archiepiſcopum, Succeſſores ſuos, & Eccleſiam ſuam perpetuo; Et quod idem theloneum in *Loynſtein* transferatur, & colligatur ibidem, totum poſſe noſtrum, & diligenciam quam poterimus

Digitized by Google

rimus apponemus: Apud Principes Imperii & aliis modis quibus poterimus, ad hoc noſtrum ſtudium applicando.

Item omnia Debita que idem Archiepiſcopus in Romana tenetur Curia, nec non ea, que racione eorumdem debitorum tenetur in iſtis Partibus, integraliter perſolvemus. Promittentes reſarcire, reficere, & reſtituere dicto Archiepiſcopo & ſue Eccleſie omnia & ſingula Dampna, & Expenſas, & intereſſe Litis & extra, que, quas, & quod, ſuſtinuerint & venerint racione huiusmodi debitorum.

Inſuper Expenſas quas idem Archiepiſcopus fecit racione Electionis noſtre, apud *Frankenſurt*, ante ipſam Electionem, in ipſa, & poſt ipſam; cum dampnis & intereſſe que racione earumdem Expenſarum pervenerint, nichilominus perſolvemus.

Item Oppida *Mulhuſen* & *Northuſen* committemus eidem Archiepiſcopo, cum pertinenciis eorumdem, tamquam Officiato noſtro & Imperii gubernanda: Curaturi & effecturi, quod Officiati, Caſtrenſes & Cives eorumdem Oppidorum ipſi Archiepiſcopo, noſtro nomine & Imperii, fidelitatis facient iuramentum, ſibique intendent fideliter, per omnia tamquam Nobis.

Et quia premiſſa omnia ſacramento interpoſito promiſimus inviolabiliter obſervare; nos in eorum teſtimonium & evidenciam pleniorem preſentes Litteras ſcribi, & Maieſtatis noſtre Sigillo fecimus roborari. Datum *Aquisgrani* Kal. Iulii, Indictione V. Anno Domini MCC *Nonageſimo ſecundo;* Regni vero noſtri anno Primo. ¹ Iul.

CCCCIX

CCCCIX
A. GERHARDI,
abrogatam Repræſentationem Epiſcoporum concernens. *An.* 1292.

GERHARDVS Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Dilectis ſibi Decano & Capitulo Eccleſie *Aſchaffinburgenſis* ſalutem in Domino.

Dilectus familiaris noſter EBERNANDVS Scolaſticus *Aſch..*, Prothonotarius Illuſtris Domini noſtri Regis Romanorum, * propoſuit, in Ipſius preſencia conſtitutus, quod olim a Decano & Capitulo ipſius Eccleſie fuerit provide conſtitutum; quod ceſſante diſpendioſo abuſu qui in *Repreſentationibus Epiſcopalibus*, que olim annis ſingulis in ipſa eccleſia fieri conſueverunt, ſinguli Canonici infra primum annum perceptionis prebendarum ſuarum pro ſingulis Cappis choralibus tres marcas denar. *Colon.* ſolvere teneantur; potiſſimum cum ante Statutum huiusmodi, non ſolum quilibet quem vicis ſue ordo tangebat cogeretur facere expenſas quas predicta Repreſentatio requirebat, ſed & inſuper ſolvere X & VIII Solidos Colonienſes pro Cappa chorali emenda: Hoc adiecto, quod quicunque Canonicorum in tribus marcis predictis negligens extiterit perſolvendis infra annum predictum, ex tunc a perceptione Prebende ſue ſuſpenſus eſſe debeat ipſo facto; Cui inquam Statuto utpote rationabili & honeſto, & Eccleſie eidem perutili,

* *In Chartis* Imp. ADOLFI *hac adductus formula: a)* Datum apud Spiram, per manus Magiſtri EBERNANDI Protonotarii & Vicecancellarii Curie noſtre. [1294]

b) Datum Burnis per manum EBERNANDI Regalis Aule Cancellarii. *Mall.* p. 105.

Digitized by Google

tili, dummodo taliter obſervetur quod in Scolaſtici qui pro tempore fuerit preiudicium non redundet, acceſſit Confirmatio felicis memorie Dni Wernheri predeceſſoris noſtri Archiepiſcopi Maguntini;

Et quia idem Scolaſticus ex ſtatuto predicto, propter Prebendas Canonicorum ſcolarium ſub iugo Scolaſtici exiſtentium, cum ſibi ſint obnoxie; Qui Scolares ipſos, mediantibus fructibus ipſarum Prebendarum tenetur alere & veſtire, multipliciter pregravatur; Quibusdam aſſerentibus, quod Scolaſticus qui p. t. fuerit, prefatas tres marcas pro quolibet Canonico ſuo ſubdito ſolvere teneatur; Aliis rationabilius ſentientibus, quod, ſicut Scolaſticus expenſas predicte Repreſentationis impendere, & prefatos X & VIII ſolidos ſolvere minime teneatur, per omnem eundem modum a preſcriptis tribus marcis que ſucceſſerunt in locum oneris prelibati fore debeat abſolutus; humiliter petiit, ſibi, ſucceſſoribus ſuis, & officio Scolaſtrie Eccleſie veſtre ſuper hoc ſalubri remedio provideri.

Nos igitur poſteriorem ſententiam utpote magis rationi conſonam amplectentes, de Iuris peritorum conſilio diffinimus; Quod Scolaſticus ad ſolutionem predictarum trium marcarum minime teneatur. Propter quod, ut tam Officium quam Eccleſiam a diſpendiis preſervemus, irrevocabiliter ſtatuimus per preſentes, & perpetuis temporibus volumus obſervari; quodſi Canonicus ſcolaris predictas tres marcas non ſolverit infra annum perceptionis predicte, ex tunc Scolaſticus, monitus a Capitulo, infra menſem ſatisfaciat de eisdem, & tollat proventus Prebende ipſius Scolaris taliter negligentis; nec ipſum teneatur alere vel veſtire, aut alias in neceſſariis providere, quousque ſibi predicte tres marce ab ipſo plenarie refundantur. Statuto predicto alias in ſuo robore in omnibus perdurante. Preſertim cum prefati Predeceſſoris noſtri, & Capituli veſtri intentio non fuerit, nec eſſe debuerit, Eccleſie veſtre Scolaſticis, vel Officio, per Statutum predictum aliquod preiudicium generare.

In cuius rei teſtimonium, & perpetuam obſervanciam omnium preſcriptorum, preſentes Litteras conſcribi, & Sigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum *Bunne*, IX Kal. Auguſti, Anno Domini MCCXCII. Indictione V. Pontificatus vero noſtri anno Tercio.

24. Iul.

CCCCX

Rex ADOLFVS *omnem ſe adhibiturum, interpoſito iuramento, pollicetur operam, ut* GERHARDVS, *Iudæos Moguntinæ Civitatis, Eccleſiæ illi iure feudi Imp. affectos, rehabeat, ſuæque retrahat poteſtati. Præter Commoda plura alia, atque Indulta, queis Archiepiſcopum cumulavit eundem.*

An. 1292.

ex Autographo.

ADOLFVS Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis XPI fidelibus tam preſentibus quam futuris ad quos preſentes littere pervenerint, graciam ſuam & *omne bonum*. Expedit, ut res geſte, ne propter labilem hominum memoriam in oblivionis labantur caliginem, Scripturarum teſtimonio roborentur.

Ad Vniverſitatis igitur veſtre noticiam preſentibus cupimus pervenire; quod promiſimus & promittimus, Nos in hys ſcriptis Venerabili GERHARDO Archiepiſcopo, Principi Conſanguineo & Archicancellario noſtro kariſſimo, Succeſſoribus ſuis Archiepiſcopis & Eccleſie Maguntine ſine excepcione qualibet obligando, nos effecturos & curaturos efficaciter, quod iidem GERHARDVS Archiepiſcopus, Succeſſores ſui & Eccleſia Maguntina, Iudeos Civitatis *Maguntine*, quos a Nobis & Imperio dinoſcuntur habere in feodum, libere rehabeant, eorumque iuri revocent, & retrahant poteſtati; Ita, quod ceſſante impedimento quolibet, Archiepiſcopo Maguntino qui pro tempore fuerit, & Eccleſie ſue, conſueta impendant ſervicia

vicia in Precariis, Exactionibus, ac modis aliis, adinſtar aliorum Iudeorum qui in eorundem . . Archiepiſcopi & Ecclesie Maguntine Opidis ſeu Villis morantur; Quos ſimiliter confitemur ipſum Archiepiſcopum Magunt. & Eccleſiam ſuam a nobis & Imperio feodali iure obtinere. Si vero, quod abſit, de prefatis Iudeis Maguntinis id ſicut predicitur efficere non poſſemus, ipſis . . Archiepiſcopo & Ecclesie ſue contra Cives Magunt. bona fide, conſilio & auxilio, Regali potencia aſſiſtemus.

Preterea ſuper Opido *Seligenſtat*, & Comitatu qui vocatur *Bachgowe*, ſpectantibus ad Eccleſiam *Maguntinam*, quibus vacante Ecclesia ipſa, ipſi . . Archiepiſcopus & Ecclesia ſua per Dive record. quondam Dominum RVDOLFVM Regem Romanorum Predeceſſorem noſtrum fuerunt aliquamdiu per violenciam ſpoliati, * eosdem . . Archiepiſcopum, Succeſſores ſuos & Eccleſiam Maguntinam, de facto, vel de iure, verbo vel opere, publice vel occulte, per nos vel per alium, aut alios, non impetemus, aut inquietabimus quoquo modo; quin pocius ipſos manutenebimus & defendemus, ſuper ipſis Opido & Comitatu habendis, & poſſidendis pacifice & quiete, cum iuribus & pertinenciis eorumdem.

* *Conf. n. 381.*

Inſuper de Cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus de conſuetudine vel de iure, nos non intromittemus, nec aliquos Seculares Iudices ſe intromittere permittemus de illis, ac reſiſtemus regali potencia volentibus iurisdictionem eccleſiaſticam impedire.

ITEM . . Archiepiſcopum & Eccleſiam Maguntinam, Suffraganeos eius, Prelatos & Clerum, tam ſuum quam ſubditorum ſuorum, conſervabimus & fovebimus in libertatibus & iuribus eorumdem; Nec eis Municiones & poſſeſſiones, aut alia bona eorum, quas & que habuerunt & poſſederunt pacifice & quiete, auferemus eisdem, niſi iuſticia mediante.

Preterea nullum Principem citabimus ad noſtram Preſenciam, niſi terminus, vel termini, Citacionis decem & octo

 ſepti-

ſeptimanarum ſpacium contineant, prout conſuetudo tenuit ab antiquo.

Et quia premiſſa omnia corporali iuramento interpoſito promiſimus inviolabiliter obſervare; Nos in eius teſtimonium, & evidenciam omnium premiſſorum, preſentes Litteras fieri fecimus, & Sigilli noſtri munimine roborari. Datum *Bunne*, 28 Iulii. V Kal. Auguſti Anno Domini MCC *Nonageſimo ſecundo*; Regni vero noſtri anno Primo.

CCCCXI

HASSIÆ Landgravius, *ante hac* Eccleſiæ Moguntinæ *Hoſtis, nunc Eacum arcto amicitiæ foedere coniunctus: Intenſis utrinque viribus, ad oppugnandum* Ducem Brunſvicenſem ALBERTVM. *An.* 1293.

ex Autographo.

NOS HEYNRICVS Dei gracia Lantgravius, Terre *Haſſie* Dominus: Recognoſcimus & tenore preſencium publice profitemur, quod nos Venerabili Domino noſtro, GERHARDO, Dei gracia Archiepiſcopo Maguntino, aſtare promittimus, & coadiutores erimus, bona fide, omni dolo & comento fraudis exclufis; contra Illuſtrem Principem Dn. ALBERTVM Ducem *Brunſwicenſem*, iuxta modum, ordinacionem & formam inferius annotatas.

In primis ſiquidem promittimus, quod cum predicto Duce ALBERTO nullas Treugas, Placita, pacta, pactiones ſeu concordiam inibimus vel faciemus, absque voluntate & conſenſu Domini *Maguntini* memorati.

Inſuper pro Bello cottidiano contra prefatum Ducem, quilibet Noſtrum habere tenebitur centum homines, Milites vel Famulos, bene in armis & *Dextrariis* * expeditos, & in Locis ſeu Munitionibus, quas Capitanei a nobis utrobique deputati

* S. p. 487. in fine.

tati aſſignaverint, magis aptis. Et ſi aliqua recuperaverimus in munitionibus, terris, poſſeſſionibus, iuribus & hominibus, ſeu aliis quibuscumque, ſuper quibus nos Queſtionem movemus Domino Duci, Noſtro nomine & nobis, vel que ad Nos pertinuiſſe dinoſcuntur; illa non tenebimur communicare, nec dividere cum Dno Archiepiſcopo memorato, ſed ea poſſidebimus pro indiviſis.

Et ſi aliqua recuperata fuerint, ſuper quibus Queſtionem movet D. Archiepiſcopus *Maguntinus*, & que ad Ipſum pertinere dinoſcuntur, idem D. Archiepiſcopus Solus ſimiliter optinebit. Si vero occupata fuerint aliqua, de quibus neuter Noſtrum Queſtionem movet, nec ad aliquem noſtrùm pertinuiſſe dinoſcuntur; illa, ſi Munitiones fuerint, Opida, Ville, poſſeſſiones, ſeu alia, quocumque nomine cenſeantur, Simul tenebimus, nec alter ſine alterius conſenſu aliquid diſponere poterit de eisdem, ſeu etiam ordinare. Si vero in Conflictu ſeu bello aliquos capi contigerit per homines utriusque Noſtrum; Capitaneos, & illos qui *Banniriis* utuntur propriis, pro equali portione dividemus. Ceteros autem Milites, Famulos, ſeu alias quascumque perſonas dividemus iuxta numerum Armatorum, quod *Manzal* vulgariter appellatur; ita quod, qui plures Armatos habuerit, maiorem percipiat portionem.

Et ut premiſſa inviolabiliter obſerventur; Promittimus, quod ſi violata fuerint, omnia, ſeu aliqua premiſſorum, & hoc illi quatuor Compromiſſarii, quos in aliis Litteris de communi conſenſu elegimus, ſententiaverint, ſeu pronuntiaverint concorditer: Vel, ſi concordare non poterunt, Nobilis Vir PHILIPPVS de *Falkenſtein*, perſona Media ſeu Communis a nobis utrinque electa, nos pronuntiaverit violaſſe, penam incidemus Mille marcarum *Colonienſium* denariorum, tribus *hallenſibus* pro uno denario computatis. Et eamdem penam D. Archiepiſcopus incidet, ſi pronuntiatus fuerit violaſſe predicta, ſeu aliqua premiſſorum, per Compromiſſarios vel perſonam Mediam antedictos. Pro quibus mille marcis nos Opidum noſtrum *Gudenſperg*, & Caſtrum, cum omnibus per-

 tinentiis

tinentiis ad predicta obligavimus, & obligamus per preſentes Dno Archiepiſcopo memorato.

Ipſe quoque D. Archiepiſcopus nobis obligat Opidum *Nuenburg*, & Caſtrum, cum pertinentiis eorum. Ita quod quicumque Noſtrum inventus & pronuntiatus fuerit violaſſe predicta, ſeu aliquid premiſſorum, infra annum a tempore pronuntiationis computandum, mille marcas ſolvere tenebitur nomine pene, quemadmodum eſt premiſſum; alioquin prefata pignora violantis, alteri noſtrûm qui non violavit, abſque contradictione qualibet preſentari debent, qui ea tenebit, donec per nos aut noſtros heredes; vel ſucceſſores Dni Archiepiſcopi, aut per Ipſum D. Archiepiſcopum Maguntinum pro dictis mille marcis abſoluta fuerint & redempta. Preſentibus, poſt diſcordiam quam cum prefato Duce *de Brunſwig* habemus ſopitam & finitam, minime valituris. Alias vero Litteras viciſſim datas inter nos & D. Archiepiſcopum memoratum in ſuo robore volumus permanere.

In quorum teſtimonium evidens preſentes Litteras damus Sigilli * noſtri munimine communitas. Datum apud
31 Ian. *Fritslariam*, pridie Kal. Februarii, Anno Domini MCCXC *tertio*.

* *Id, cera viridi impreſſum,* Landgravium *exhibet, ſtricto mucrone Equo veloci inſidentem; appictis Caballi tegumento leonibus.*

S. HEINRICI DEI GRA. LANTGRAVII DOMINI TERRE HASSIE.

Pars poſtica Contraſigillo, magnitudinem uncialis adæquante, munita eſt; ubi minax ſeſe ſpectandum ſiſtit Haſſiacus LEO. *In peripheria:*

ET FILII NATE SANCTE ELIZABET.

CCCCXII

Digitized by Google

CCCCXII

Ad genealogiam familiæ Carbenſis, *de qua n.* 228, 369, 370, 395, *Acceſſiones.* *An.* 1293.

NOS RVPERTVS de *Carben* quondam Burggravius in *Frideberg*, * & Domina VDA Collateralis noſtra, nec non FRIDERICVS, frater eiusdem *Ruperti*, & Dna HEDEWIGIS Collateralis noſtra: Preſentibus litteris publice profitemur, quod communicata manu, parique conſenſu omnium heredum noſtrorum, vendidimus omnia bona noſtra que habuimus, in campo & in villa *Vtphe* ſita, Honorandis viris in XPO devotis, Dno Abbati & Conventui in *Hegenes* Ord. *Ciſt.* in proprium perpetuo poſſidenda. Renuntiantes eisdem bonis ſimpliciter & preciſe. Ad maiorem vero certitudinem prefatis Dominis preſentes Litteras tradimus, Sigillis noſtris propriis, una cum ſigillo Civitatis *Frideberg*, quod per preces obtinuimus, fideliter communitas. * S. p. 711.

Preterea ego HARTMODVS, Plebanus in *Frideberg*, predictorum *fratrum germanus*, predictam venditionem ratifico per mei ſigilli appenſionem. Teſtes ſunt

CVNRADVS de *Cleen.* FRANCO de *Morle.* HEINRICVS *Weiſe.* HERDENVS de *Buches.* CVNRADVS de *Morle.* BVRCHARDVS *Vilwele.* EBERHARDVS de *Nuheim* & OTHWINVS de *Bienheim*, multique alii fide digni.

Datum Anno Domini MCCXCIII, Idus Marcii. *13 Mart.*

CCCCXIII

Digitized by Google

CCCCXIII
Eiuſdem GERHARDI II.
De Iure patronatus eccleſiæ in ECKHARTSHAVSEN, *collato Parthenoni* Fontis S. MARIÆ.*
An. 1294.

* Vulgo Marienborn; quod, uſibus pridem addictum ſecularibus, in dominio eſt Comitum *Iſenburgicorum*.

ex Autographo.

GERHARDVS Dei gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Dilectis in XPO.. Abbatiſſe & Conventui monaſterii Sanctimonialium *Fontis* Sce MARIE, Ord. *Ciſterc.* Magunt. Dyoceſis, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem.

Debitores ad beneficenciam, ſingulis iuxta ſuarum neceſſitatum exigenciam quantum cum DEO poſſumus exiſtentes, ad Perſonas & Loca religioſa quorum eſt urgens neceſſitas eo ſpecialiori ſollercia & compaſſionis affectu tenemur intendere, quo digniores favore ſe reddunt, in laudis divine frequencia iugi devocionis ſtudio perſiſtentes.

Sane veſtra Nobis peticione exhibita ſupplicaſtis, ut veſtri attendentes monaſterii Inopiam evidentem, ad relevacionem huiusmodi veſtri ſtatus Eccleſiam in *Eckehardeshuſen*, predicte dyoceſis, in qua ius habere noſcimini Patronatus, veſtris concedere uſibus dignaremur.

Nos itaque veſtre devocionis precibus, prout ſecundum DEVM, & abſque iuris alieni preiudicio poſſumus, ſatisfacere in favorem Religionis & Ordinis cupientes; Vobis, ut ad vacantem in poſterum antedictam eccleſiam preſentantes virum ydoneum aliquem Clericum ſecularem, vel de Capellanis monaſterii veſtri, a loci Archidiacono inveſtiendum Dono altaris & Cura eccleſie memorate, ipſique taliter inveſtito congruam deputantes Reddituum ipſius eccleſie porcionem ad

opus

opus ſuſtentacionis ipſius, & ad ſupportandum onera que incumbunt; Vos, ſi quid extiterit reſiduum de eisdem redditibus, veſtri Monaſterii uſibus perpetuo applicetis, de ſpeciali gracia duximus concedendum. Noſtri, loci Archidiaconi, & cuiuslibet alterius iure ſalvo.

Datum apud *Frankenvort* V Kal. Februarii. Anno Domini MCCXCIIII. Pontificatus vero noſtri anno .. *28 Ian.*

CCCCXIV

Villa FILZBACH, *poſſeſſa hactenus â* PHILIPPO de Hohentelz *iure feudi, nunc* GERHARDO Electori *reſignata, eodem feudi titulo conceditur univerſitati Civium Moguntinenſium.*

An. 1294.

[*p. 628. n. 9.*]

GERHARDVS D. G. Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Recognoſcimus, & ad univerſorum noticiam volumus pervenire; Quod propter gratuita obſequiorum merita, que Prudentes Viri, Iudices, Conſules, ac univerſi Cives *Maguntini*, Dilecti & fideles noſtri, Nobis & Eccleſie noſtre Maguntine impenderunt multiformiter & gratanter, & adhuc impendere poterunt graciora; Ipſis reciproce viciſſitudinis graciam duximus faciendam.

Ecce! Villam *Viltzbach*. * quam Nobilis Vir PHILIPPVS, Miles *de Hoenvels*, Conſanguineus noſter, a nobis & Eccleſia Maguntina in feudo habuit, & quam, ſicut feudatarius de iure debet & tenetur, nobis reſignavit ſimpliciter & preciſe; memoratis Civibus Maguntinis ac Vniverſitati eorumdem conceſſimus, & preſentibus liberaliter concedimus; titulo feodali obtinendam perpetuis temporibus, ſub hac forma, quod poſt obitum & deceſſum BERTHOLDI, filii quondam RVLO-

NIS Militis, néc non IACOBI, dicti *de Pomerio*, Civium ac Conſulum *Maguntinorum*, quos, vice & nomine univerſitatis predictorum civium Magunt. ad precum inſtanciam ipſorum Civium nobis factam de prenominata villa *Viltzbach*, una cum foro Vini, Iurisdictionibus, iuribus, proventibus ac omnibus redditibus ad ipſam villam ſpectantibus infeodavimus; nobis, aut alii Archiepiſcopo Maguntino ſucceſſori noſtro pro tempore exiſtenti, duos alios Conſules Maguntinos ſubrogent & preſentent, qui pro dicta villa *Vilrzbach*, una cum univerſis eius iuribus & pertinenciis, vice & nomine prenominate Vniverſitatis civitatis *Maguntine*, Feodatarii maneant & exiſtant, quemadmodum eſt premiſſum.

* *Hæc villa* Filzbach *fuit Suburbium civitatis* Moguntinæ, *ſitum in vis, quæ ducit ad Portam novam,* † *& per illam. Potuitque, ſe protendendo, occupaſſe adhuc bonam partem ſpatii, quod hodie Hortus Electoralis* (*vulgo* Favorite) *includit. Habebat ædem parochialem propriam, dicatam* S. Nicolao; *Iure patronatus ad illic vicinos* (*quondam*) *Cœnobitas* Santalbanenſes *ſpectante.*

† Olim Wilhelmiter-Port, a *Wilhelmitis* ibidem loci degentibus vocata.

Ætate labente diminui cœpit Suburbium iſtud; donec tempore Electoris IOANNIS PHILIPPI, *cum Moguntia firmioribus cingeretur munimentis, penitus deſtructum fuit, atque ſubrutum.*

In cuius facti teſtimonium ac debitam firmitatem preſentes Litteras Sigillo noſtro prefatis Civibus tradimus communitas. Datum *Maguntie* Anno Domini MCC *Nonageſimo quarto*, VI Kal. Aprilis. Preſentibus Honorabilibus Viris

27 Martii.

IOHANNE* Decano, VLRICO de *Bickenbach*, WERNHERO de *Bolandia*, & IOHANNE de *Daden*, Canonicis Maguntinis.

* de *Siegersberg.*

Predicto Nobili Viro PHILIPPO de *Hohenvels*.

EBIRHARDO † Camerario, HEINRICO Sculteto † PETRO de *Wolckenburg* fratre ſuo.

† de *Turri*. Al. *Arnoldi*, qui S. p. 690.

Digitized by Google

CONRADO dicto *Iude.* BERTHOLDO *Rulonis.*
INGEBRANDO & IOHANNE dicto *Sluzzele.*
THEODERICO Burkgravio in *Starckenberg.*
ERENBERTO Vicedomino noſtro in *Ringowia;*
Militibus.

BALDVNGO, SALMANNO, }
IACOBO & LVDEWICO, } Iudicibus. †
HERBORDO dicto *Carpe.*
IACOBO de *Pomerio.*
ORTLIBO ad *Iuvenem Abam.*
IOHANNE de *Clemanno.*
REYNOLDO de *Aurea ove.*
PETRO dicto *zum Iungen.*
FRYLONE de *Thorun.*
ORTLIBO de *More.*
GEORIO de *Echzil.*
IOHANNE de *Rana.*
IACOBO de *Waldertheim,*
& IOHANNE de *Sporta;*

Conſulibus Maguntinis, Dilectis fidelibus noſtris.

† *Iſte* Camerarius, Schultetus, *&* *quatuor illi* Iudices *conſtituebant* (*prout hodierna adhuc die per eiusmodi perſonas conſtituitur*) Iudicium ſeculare, *ſeu* Civicum: *vulgo* Stadt-Gericht. *Dicaſterium in Terris Moguntinis omnium antiquiſſimum. Camerarius officio Præſidis fungitur;* * *isque olim, modo ex Laicali, modo ex Clericali ſtatu pro lubitu imperantis Archiepiſcopi aſcitus.* * S. p. 31.

De Laicis *ultimus erat Patritius quidam, nomine* SALMANNVS Walpod; *Quo, an. 1355 decedente, ſingulos ac omnes ad hoc munus promotos, e gremio* Rmi *Capituli Metrop. extitiſſe, demonſtratum aliquando dabunt*

 horum

horum Camerariorum, *iuxta ac* Schultetorum ELENCHI, *quos ex tam immenſa Chartarum farragine, iuſto & non interrupto à VII ſeculis ordine concinnavi; multis ſigillorum ectypis ipſos eo amœniores reddentibus.*

CCCCXV

RVPERTVS Dürenſis * *vendit & tradit Oppidum ſuum* Wald-Düren GERHARDO *Archiepiſcopo.* *An.* 1294.

[*p. 628. n. 10.*]

* Horum Dynaſtarum notitiam aliquam dedi *p. 733.*

ex Autographo.

NOS RVPERTVS de *Durne*, Dominus in *Vorthenberg*, & RVPERTVS filius eius: Recognoſcimus publice, & ad noticiam tam preſencium quam futurorum volumus & cupimus pervenire; quod nos pari conſenſu & voluntate unanimi Caſtrum & Opidum DVRNE, *Herbip.* dyoceſis, cum ſuis pertinenciis univerſis; videlicet Iure patronatus eccleſie in *Durne*, Advocacia in *Bretzinkeim*, Centa in *Reynbartiſahſen*, Hominibus, decimis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, ſilvis, nemoribus, venacionibus que *Wiltpant* appellantur vulgariter; Terris, poſſeſſionibus, cenſibus, iuribus, honoribus, conſuetudinibus, terris cultis & incultis, ſupra & infra, queſita & inquirenda; & generaliter & ſpecialiter omnia & ſingula, cum omni utilitate ſicut predictum Caſtrum & Opidum *Durne* habuimus, tenuimus & poſſedimus, Venerabili Patri, Domino noſtro GERHARDO Archiepiſcopo, Succeſſoribus ſuis & Eccleſie *Maguntine*, propter neceſſitatem urgentem, Hominibus noſtris militaris condicionis dumtaxat exceptis, pro Mille, quingentis & quadraginta libris *Hallenſium* legalium & bonorum, quas nos recepiſſe & in uſus noſtros convertiſſe publice profitemur; Vendidimus, dedimus, & preſentibus vendimus, donamus & tradimus, ſimpliciter & preciſe, ab ipſo

Dno

Digitized by Google

Dno GERHARDO Archiepiſcopo, Succeſſoribus ſuis, & Maguntina Eccleſia iuſto proprietatis titulo poſſidenda perpetualiter & habenda.

Recognoſcentes publice per hec ſcripta, quod omnia bona feodalia predictis caſtro & opido *Durne* attinencia, vendita a nobis ut premittitur, Strenuis Viris, HERMANNO dicto *Schelme*, Vicedomino *Aſchaffemburgenſi*, HENRICO quondam Sculteto *Frankenvordenſi*, *Gerhardo* de *Wiler*, Militibus; HELFRICO Advocato in *Durne*, & WERNHERO de *Geysboldesheim* contulimus, & preſentibus conferimus, vice & nomine predicti Domini noſtri GERHARDI Archiepiſcopi, Succeſſorum ſuorum & Maguntine Eccleſie feodaliter poſſidenda.

Obligantes nos in his ſcriptis de corporali preſtito iuramento, quod iuſtam warandiam predictorum bonorum omnium faciemus plenarie contra quaſcumque Perſonas generaliter & ſpecialiter; Tali modo, quod ſi prefatum Dn. noſtrum Archiepiſcopum, ſucceſſores ſuos aut Eccleſiam Maguntinam ſuper predictis bonis, iuribus, ſeu parte aliqua eorumdem a quoquam impeti contigerit, in Iure, ſive in Iudicio, Eccleſiaſtico vel Civili, eundem D. N. *Gerhardum*, ſucceſſores ſuos & Magunt. Eccleſiam, defendemus, dolo & fraude excluſis.

Inſuper predictis quinque Perſonis infeodatis, & cuilibet earumdem, vendendi, alienandi, & obligandi predicta bona feodalia, quandocumque, & cuicumque voluerint, plenam & liberam preſentibus concedimus poteſtatem.

Profitentes nichilominus publice & ſollempniter, quod nos, communicata manu & concorditer, coram .. Caſtrenſibus, .. Sculteto, .. Scabinis & Civibus caſtri & opidi *Durne* predictorum, ipſum D. N. *Gerhardum* Archiepiſcopum, pro ſe, ſuis ſucceſſoribus & Eccleſia Maguntina, in poſſeſſionem corporalem omnium bonorum predictorum miſimus, poſuimus, immo mittimus & ponimus per preſentes. Renunciantes preſentibus ſimpliciter & in toto in his omnibus & ſingulis omni iuri, legis auxilio, conſuetudini & ſtatuto, privilegio,

novarum conſtitucionum beneficio, appellacionis remedio, litteris & indulgenciis, contra premiſſa omnia vel aliquid premiſſorum impetratis, vel eciam impetrandis; Ac omni Exceptioni, que de iure vel de facto, publice vel occulte, nobis aut alteri noſtrùm ſuper predictis caſtro & opido *Durne*, ſeu eorumdem pertinenciis in parte vel in toto, poſſet competere contra prefatos Dn. GERHARDVM, Succeſſores ſuos, aut Eccleſiam Maguntinam.

Promittentes in his ſcriptis, quod nullo ingenio, nullaque laborabimus capcione, nec publice nec occulte, nulliſque Iuris canonici vel civilis ſubtilitatibus, vel aliis quibuscumque ſuffragiis innitemur, quibus inquietemus aut impetamus eosdem Dn. GERHARDVM Archiepiſcopum Succeſſores ſuos aut Maguntinam Eccleſiam ſuper predictis caſtro & opido *Durne*, & univerſis pertinenciis eorumdem; Vel, ut ea de eorum manibus evellamus, aut contra premiſſa Omnia, aliqua, aut aliquid eorum, ſeu preſens inſtrumentum a nobis traditum aliqualiter veniamus, communiter, vel diviſim.

Huius noſtre Vendicionis, Donacionis, & translacionis rei, Teſtes ſunt

Venerabilis D. CONRADVS, Abbas eccleſie *Amorbacenſis.* IOHANNES de *Bettenhuſen*, Scolaſticus *Frankenvordenſis.* HERMANNVS Vicedominus *Aſchaffemburgenſis.* EGENO, de *Durne:* EBERWINVS, de *Vortbemberg* eccleſiarum Plebani.

WIPERTVS dictus *Rude.*
VOLKNANDVS de *Wildemberg.*
FRIDERICVS de *Amorbach.*

HENRICVS quondam Scultetus *Frankenvordenſis*, GERHARDVS de *Wiler* predicti, Milites; & alii quam plures fide digni ad hoc per nos vocati, pariter & rogati.

In

Digitized by Google

In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium Sigillum noſtrum, quo ambo utimur, preſentibus duximus appendendum. Datum & actum in opido *Durne*, in die bte *Walburgis* Anno Domini MCC *Nonageſimo quarto*. 1 *Maii*.

CCCCXVI
GERHARDI,

Approbatio Confraternitatis, *inſtitutæ nuper â Chori Sociis ſive Vicariis Eccleſiæ Metropolitanæ.*

An. 1294.

[*p. 628. n. II.*]

GERHARDVS D. G. Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniverſis XPI fidelibus ad quos preſentes pervenerint ſalutem in Eo qui eſt omnium vera ſalus.

Gratum obſequium & DEO pium tociens impendere opinamur, quociens mentes fidelium ad caritatis & pietatis opera excitamus, ut terrenis pro celeſtibus felici commercio commutatis, glorificetur Dominus DEVS, & populus eius delictorum ſuorum veniam conſequatur.

Cum igitur Dilecti in XPO, Socii Chori maioris Eccleſie *Maguntine*, zelo pietatis moti, ob ſalutem animarum, tam Mortuorum quam Vivencium, non abſque noſtro conſenſu & voluntate Confraternitatem quandam piam & bonam inter ſe ſtatuerint & ordinaverint, cuius confraternitatis Confrater exiſtimus, perpetuis temporibus duraturam; Nos eorum pium & devotum propoſitum in Domino multipliciter commendantes; Statutum & ordinacionem huiusmodi ex certa ſciencia confirmantes, & per omnia approbantes, de Omnipotentis DEI miſericordia, & btor. PETRI & PAVLI Apoſtolorum eius, nec non B. MARTINI Patroni noſtri meritis & auctoritate confiſi, omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui Confrater-

fraternitati eidem [infra octavas Trinitatis, Aſſumpcionis B. Marie, & feria ſecunda poſt Dominicam *Letare Ieruſalem*, ſi eadem Dies feriata, fuerit, alioquin ſequenti die non feriata, Annis ſingulis devote & ſollempniter celebrande] interfuerint, Divine propiciacionis graciam petituri; nec non omnibus, qui exequiis alicuius de predicta Confraternitate adeſſe voluerint; vel qui in extremis laborantes quicquam legaverint ſeu donaverint de bonis ſuis Confraternitati predicte, XL dies de iniuncta ſibi penitencia miſericorditer in Domino relaxamus.

In cuius rei teſtimonium & perpetuam memoriam *huius* facti, Sigillum noſtrum, cum appreſſione noſtri Secreti ſigilli a tergo, * huic Pagine eſt appenſum. Datum *Maguntie*, feria tercia poſt Dominicam *Iubilate* proxima, Anno Domini MCCXCIIII. Pontificatus vero noſtri anno quinto.

* Rotam *exhibet illud; eſtque hic* GERHARDVS *omnium Electorum* primus, *qui eam in medium produxit.*

Chartæ prælibatæ in codice membranaceo ſubiuncta leguntur Confratrum, Canonicorum, *tunc viventium Nomina, ſequenti ordine:*

„ De maiori Eccleſia Canonici.

Gerhardvs Archiepiſcopus Maguntinus. Gebehardvs Decanus. *(a)* Iohannes Decanus. *(b)* Embricho Scolaſticus. *(c)* Eberhardvs Cantor. *(d)* Wernhervs de Lewenſtein. *(e)* Engelbertvs Hohenfels. *(f)* Embricho Archipresbiter. *(g)* Wernhervs Bolanden. *(h)* Item Wernhervs Bolanden iunior. *(i)* Heinricvs de Rodenſtein. *(k)* Eberwinvs *Croninberc*. *(l)* Heinricvs Liebesberc. *(m)* Fridericvs. * Bertholdvs Henneberc. *(n)* Hvgo Silveſter Comes. *(o)* Eberhardvs de Lapide. *(p)* Hermannvs de Daden. *(q)* Heinricvs Prothonotarius.

* ignotus.

tarius. *(r)* Decanus Wormatienſis. *(ſ)* GYSELBERTVS de Yngilheim. *(t)* IOHANNES de Frideberg. *(u)* IOHANNES de Riſinberg. *(x)* PETRVS de Wilnawe. *(y)*

(a) *Is equidem iam obierat, Anno, Datum huius Diplomatis pracedente.* [1293.] *Conf. p.* 827, ubi plura de Eo.

(b) *Immediatus* Gebehardi *ſucceſſor; cognomine* de Siegesberg. Θ *an.* 1298. (c) *Nobilis* de Schöneck, *qui an.* 1308 *pontificatum adiit Wormatienſem.* (d) *Prognatus familia apud* Mogonos *percelebri*, de Turri *vocata: Filius* ARNOLDI, *& frater* EBERHARDI de Turri; *Quorum & unus & alter provinciam Maguntini Camerariatus adminiſtravit. Conf. n.* CCCCXIV *in Teſtibus & Notis.*

(e) *Cuſtos ſimul Wormat.* Θ *an.* 1301, *III Nonas Sept.*

(f) *ex Dynaſtis: quorum Nomina & res geſtas, ſapius in Diplomatico noſtro codice recurrentes, memoriter adhuc tenemus.* (g) *In* libro Animarum p. 189 *his adductus verbis:* „ Θ Helfricus & Guda parentes EMERCHONIS Archipresbiteri Mogunt.„ *Fratres habuit* HELFRICVM & HELFRICVM, *Milites, ut ibidem eſt* p. 209. (h) *Prapoſitus quoque* S. Victoris: PHILIPPI, *Aula Imperialis Dapiferi, frater.* Θ 1324, *IV Kal. Xbris.*

(i) *Cuius fata ignorantur.*

(k) *Prapoſitus* Northuſæ *ad S. Crucem, & Iudicii ſecularis Camerarius.* Θ *circa annum* 1336. (l) Iecheburgi *ad D. Petrum Prapoſitus, Electus* 1299. *in Antiſtitem Vangionum.* (m) *Itemque Camerarius: ultima vice ſubiens* 1305, *quo ipſo anno iter ſuſcepit ad Curiam Romanam.* (n) *Teſtibus adſcriptus in Litteris, qua ſequuntur ſub n.* CCCCXIX.

(o) *Prapoſitus etiam* Ardacenſis. (Ardacker) *Occ. usque ad an.* 1300. *Iſte* HVGO, & EMICHO, *Epiſcopus* Friſingenſis, *una cum* GERHARDO, Friſingenſi *Prapoſito, filios ſe nuncupant* EMICHONIS Sylveſtris Comitis, *in litt. an.* 1299. (p) *Huius nominis* III$_9$. *qui multoties ſubit inter an.* 1293. *&* 1328. (q) *Teſtis ſupra n.* CCCCXIV.

(r) *Decretorum D. & Prapoſitus eccl.* B. M. V. Moguntiæ; *ex proſapia militari* de Rüdesheim. *Titulus autem* Protonotarii, *qui Eidem hic apponitur*, Cancellarium *denotat;* quod *aliunde mihi ſatis cognitum.* (ſ) BERLEWINVS, *apud* SCHANNAT Hiſt. Wormat. *p.* 80. (t) *In litteris de an.* 1315. *mentio ſimul fit fratrum, nempe*

* add p. 732. lin. ult. qui probabiliter P. eſt.

BILLVNGI, *Militis*, * EMERCHONIS & HELFERICI de Ingelheim, *Militum*, & EMERCHONIS de Munxhorn, *ſororii.* Θ GISELBERTVS *an.* 1334. *II. Idus Ian. ut in Inſtrumento ſuper executione teſtamenti eius in publicum redacti legere eſt.*

(u) & *Præpoſitus* S. Mauricii. Θ *an.* 1343. *d.* 25 *Oct.*

(x) *Vſque ad an.* 1323 *nobis obvius. De quo liber Animarum ad XII Kal. Ian :* „ Θ Iohannes *de* Riffenberg, Can. Mog. unde datur libra Hallenſ. . . in *Winkele*, quam dat *Neſa*, relicta *Nicolai* Militis *de* Scharpenſtein. „ * (y) *e Comitibus* de Wilnau, *quem alias nunquam in Chartis reregere mihi licuit.*

* inter teſtes an. 1287. S. p. 835.

❁ ❁ ❁

CCCCXVII

Littera Conſulum in DVDERSTATT; *vigore cuius, de mille marcis argenti, quas* HENRICVS *Dux* de Brunſwich, *una cum Filia ſua* ADELHEIDE *nomine Dotis dare ſpopondit* GERHARDO Eppenſteinio, *ſe ſe Debitores conſtituunt in Marcis DC.*

An. 1294.

[*ad. p.* 625. *Tab. geneal. lit. p. in Probat.*]

ex Autographo.

NOS CONSVLES & univerſitas Civium in *Duderſtat* recognoſcimus & tenore preſentium publice profitemur; quod de Mille marcis examinati argenti [quas Magnificus Princeps Dominus noſter HENRICVS, Dux *Brunswicenſis* Illuſtris, Filie ſue inclite ALHEIDI, ex Domina noſtra AGNETE Vxore ſua legitima procreata, quam Nobili Viro, Dno GERHARDO, * Nato Nobilis Viri Dni GOTFRIDI de *Eppenſtein*, germani Venerabilis in XPO Patris ac Domini noſtri, D. GERHARDI Archiepiſcopi Maguntini, ex matrimonio legitimo procreato

* antea Præp. S. Petri extra muros Mog. T. II. p. 489.

Digitized by Google

creato dare & tradere promiſit, cum ad annos matrimoniis aptos pervenerit, legitimam in Vxorem, Dotis nomine promiſit ſollempniter, & conſtituit eidem Venerabili Dno noſtro GERHARDO Archiep. Mag. & prefato Nobili viro D. GERHARDO] Sexcentas marcas examinati argenti dare & ſolvere promittimus bona fide; & ad ſolucionem earundem, Nos, principales debitores conſtituimus per preſentes.

Quas etiam ſexcentas marcas nomine prefati D. Archiepiſcopi Maguntini, & D. GERHARDI Nepotis ſui predicti, & de mandato eorumdem, manualiter promiſimus Honorabilibus Dominis, LVPOLDO * Prepoſito *Northunenſi*, HEINRICO † Prothonotario prefati Domini Archiepiſcopi .., Canonicis Maguntinis; & Strenuis Viris, FRYDERICO de *Rosdorf* & THEODERICO de *Hartemberg* Militibus: De quibus ſexcentis marcis, infra Annum a feſto bti *Martini* proxime computandum, ſolvemus & ſolvere promittimus centum marcas. Singulis quoque annis ſubſequentibus in feſto B. Martini ſolvemus & ſolvere promittimus centum marcas, donec prefate ſexcente marce examinati argenti integre fuerint perſolute. Et memoratam pecuniam quolibet anno pagabimus, aſſignabimus & deponemus apud Conſules civitatis *Mulhuſen*, vel apud alia loca nobis vicina infra quinque miliaria, que prefati Domini noſtri, Ven. D. GERHARDVS Ar. M. & Magnificus Princeps D. N. HENRICVS Dux *Brunſwicenſis* concorditer duxerint eligenda, ſub omnibus modis, pactis, condicionibus & tractatibus, in Litteris predictorum Dominorum noſtrorum ſuper memorata Amicitia conſcriptis, expreſſis & contentis, & prout in eisdem litteris plenius continetur.

* de *Hanſtein.*

† de *Rüdesheim.*

Si vero, quod abſit, prefatus Nobilis Dominus GERHARDVS de *Eppenſtein*, vel Domicella noſtra ALHEIDIS inclita Nata ſepefati D. N. HENRICI Ducis *Brunſw.* deceſſerit, antequam ſimul conveniant, & dormiant in uno lecto ad matrimonium conſummandum; prefati Ven. D. *Gerhardus* A. M. & D. *Gerhardus* nepos eiusdem, contra nos, ſeu illos apud quos pecunia depoſita fuerit memorata; in toto vel in parte

Digitized by Google

nullam habebit penitus Actionem, ſed nos ab ipſis erimus abſoluti.

In cuius rei teſtimonium evidens preſentem Litteram damus, Civitatis noſtre Sigilli munimine roboratam. Datum

4 Sept. & actum *Duderſtat*, II Nonas Septembris, Anno Domini MCC *Nonageſimo quarto.*

CCCCXVIII

Ob promiſſam â Conſulibus & Civibus Erfurtenſibus *Summam mille marcarum, cauſa diſpungendorum Nominum in Romana Curia contractorum;* GERHARDVS *concedit, locatque Ipſis, Officia Monetæ, Magiſtratus* &c. *præter emolumenta â Iudæis provenientia.*
An. 1291. & 1294.

Nos GERHARDVS D. G. Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, recognoſcimus & preſentibus publice profitemur; Quod cum Dilecti fideles noſtri, HENRICVS de *Gotha* & WALTHERVS *Kerlinger* Magiſtri, Conſules, & Cives *Erffordenſes* nobis pro exoneracione debitorum noſtrorum in *Romana Curia* contractorum in mille marcis puri argenti liberaliter - - promiſerunt ſubvenire, ſexcentis videlicet marcis in feſto B. *Walpurgis*, & reſiduis quadringentis — in feſto B. *Martini* proxime nunc venturis ſolvendis;

Nos dignum ducentes, ut iidem Fideles noſtri pro tante devocionis inſigniis, beneficencie noſtre graciam ſenciant verſa vice, ut recordari poſſint ſe per merita ad premia perveniſſe; memoratis - - Magiſtris, Conſulibus, & Civibus *Erffordenſibus* univerſis, Monete, Magiſtratus, Fori civitatis, & in plurali Sculteterorum officia noſtri Opidi — predicti; cum emolumento quod de Iudeis noſtris ibidem nobis - - derivari debet; ex nunc, & a feſto B.

Digitized by Google

B. *Martini* venturi nunc proximo ad Annos undecim continuos, de ſcitu conſilio & unanimi conſenſu noſtri Capituli — vice & nomine Succeſſorum noſtrorum, ſeu Eccleſie *Maguntine* ſi nobis humanitus aliquid accideret, habenda & obtinenda concedimus, & locamus cum ſuis iuribus & pertinenciis univerſis. Ita videlicet, quod Magiſtri & Conſules - - qui p. t. fuerint, vel hi Concives ipſorum quibus memorata quatuor Officia commiſerint, eadem regant & conſervent, quod iura noſtra & Eccleſie Mag. exinde non minuantur aliqualiter, vel ledantur. Excluſa tamen penitus omni *vara.*

Finitis autem predictis XI annis prefata quatuor Officia, cum Iudeis *Erff.* . ad nos & Eccl. Mag. libere revertentur. Prefato inſtrumento & quibuscunque aliis ſuper locacione & conceſſione ipſorum Officiorum & Iudeorum ipſis fidelibus noſtris datis, ex tunc mortuis & extinctis, ac nullum robur amplius habituris. In cuius rei teſtimonium & certitudinem firmiorem preſentes Litteras conſcribi fecimus, & tam Noſtri, quam Capituli noſtri Sigillorum munimine roborari.

Nos GEBEHARDVS *Decanus*, EMBRICO *Scolaſticus totumque Capitulum* Maguntinum *predicti, ſuper premiſſis ſepius tractatu habito diligenti utiliora noſtre Eccleſie proſpicientes; in recognicionem eorundem, & noſtri conſenſus voluntarii adbibiti in premiſſis, Sigillum Capituli noſtri preſentibus duximus appendendum. Obligantes nos nichilominus una cum prefato* D. N. *pro ſe, ſuis & noſtris ſucceſſoribus, litteras per preſentes, ſepefatos Fideles Eccl. Mag., Magiſtros ſcilicet, Conſules & Cives* Erffordenſes, *ſuper preſcriptis omnibus & ſingulis iugiter warandare, & ab impeticione qualibet ſalvos reddere & indempnes. Renunciantes expreſſe omnibus Exceptionibus, iuris vel facti, ſi que ſuper premiſſis impoſterum competere nobis poſſent.* Datum XIIII Kal. Aprilis - - MCCLXXXXI.

Promittentes, quod ſuper prefato Contractu conceſſionis ſeu locacionis, memoratis Civibus noſtris, noſtras - - Litteras patentes dabimus & trademus; Alioquin Honorabiles Viri, BERTOLDVS de *Henneberg*, OTTO Prepoſitus *Heiligenſtadenſis*, SIFRIDVS de *Solms*, LVPOLDVS Prepoſitus *Northunenſis*, Canonici Maguntini: LVDEWICVS de *Iſenburg* ſenior, ERWINVS dictus *Cranich*, ERWINVS *Bibra*, THEODERICVS Burggravius de *Starckenberg*, GVNDRAMVS Pincerna *de Swynsberg*, & HENRICVS dictus *Fritz*, quos memoratis Civibus noſtris fideiuſſores in ſolidum conſtituimus, Opidum noſtrum *Erffordenſe* intrabunt moniti, ſicut eciam prefatis Civibus fide preſtita promiſerunt, more bonorum fideiuſſorum & ſecundum Terre conſuetudinem ibidem manſuri, & inde non exituri, donec Littere noſtre ac Capituli Maguntini ſepefatis noſtris civibus fuerint preſentate; quas, ſub forma Litterarum Prime locacionis ſuperius expreſſa, ipſis dare promiſimus, cum hac clauſula ſubnotata:

Promittimus quoque, & nos preſentibus obligamus, quod Iudeos noſtros — per tres Annos memoratos ſub nobis manere Erffordie *permittemus ſub omnibus libertatibus & conſuetudinibus, quas ipſis per priores Litteras qualeſcunque dinoſcimur ex ſpeciali gracia indulſiſſe; Nec eosdem Iudeos ad portandum Signa iudaica, nec ad alia que de Iudeis in Statutis noſtris ſpecialiter ſunt expreſſa, artabimus quoquo modo. Ymmo, effectum Statutorum Concilii* Aſchaffemburgenſis, *Iudeos tangencium quoad Sentencias excommunicacionis & ceſſacionibus ab officiis Divinorum, ex tunc prout ex nunc per prefatum terminum ſuſpendimus per hec ſcripta, ſeu preſentibus revocamus. Volentes ipſum haberi in ſuſpenſo per idem triennium ab univerſo Clero* Erffordenſi, *& alias, ubi fuerit oportunum.*

In cuius rei teſtimonium - - -. Actum & datum *Erffordie*,
16 Oct. XVII Kal. Novembris. Anno Domini MCCXCIIII.

CCCCXIX

Digitized by Google

CCCCXIX

Inſtrumentum Venditionis de Terra EICHSFELDIÆ. *An.* 1294.

[*p. 628. n. 12.*]

Nos HEINRICVS Comes *de Glichen*, dictus *de Glichenſtein*: Recognoſcimus & tenore preſencium publice profitemur, quod de conſenſu expreſſo & de conſilio Nobilium Virorum, HERMANNI & ALBERTI fratrum *de Lobdeburg*, dictorum *de Luthenberg*, Conſanguineorum noſtrorum, Caſtra noſtra *Glichenſtein* & *Scharpenſtein* & *Birckenſtein*, ac totam Terram noſtram que *Eychisfeld* theutonice appellatur, cum Comiciis, omnibus iuribus, honoribus, iurisdictionibus, Vaſallis, Miniſterialibus, Caſtrenſibus & hominibus, univerſis Redditibus, proventibus, villis, agris, campis, pratis, paſcuis, viis, inviis, cultis & incultis, ſilvis, nemoribus, virgultis, ſalictis, aquis aquarumque decurſibus, piſcariis, venacionibus ſeu iure venandi, quod *Wiltphant* vulgariter appellatur; Molendinis, & univerſaliter cum omnibus pertinenciis ad predicta Caſtra; Vendidimus & tradidimus, vendimus & tradimus, iuſtis Empcionis & Vendicionis intervenientibus titulis, Venerabili Domino noſtro, GERHARDO Archiepiſcopo, & Eccleſie Maguntine, pro Mille & centum marcis examinati argenti, & Quingentis marcis *Fribergenſis* argenti non examinati, ponderis *Erfordenſis*; quam pecunie Summam ab ipſo Domino noſtro GERHARDO Archiepiſcopo nos recognoſcimus integraliter recepiſſe: Quem eciam ac Eccleſiam Maguntinam de dicta pecunie Summa liberum, quitum & abſolutum clamamus, & dicimus per preſentes. Promittentes eidem D. GERHARDO Archiepiſcopo, ſollempniter pro ſe & Eccleſia Maguntina ſtipulanti, quod nulla arte vel ingenio contra predicte empcionis vel vendicionis Contractum ullo umquam tempore veniemus, per nos, vel alios quoscunque, publice vel occulte. In cuius

cuius rei teſtimonium preſentem Litteram dari iuſſimus, noſtri Sigilli munimine roboratam.

Nos quoque HERMANNVS & ALBERTVS fratres predicti *de Lobdeburg* dicti *de Luthenberg*, quia huic Contractui interfuimus, & Conſenſum noſtrum adhibuimus & adhibemus, preſenti Littere, in evidens ſignum conſenſus noſtri, Sigilla noſtra duximus apponenda.

15 Nov. Actum & datum *Fritzlarie*, Idus Novembris Anno Domini MCC *Nonageſimo quarto.* Preſentibus Teſtibus infraſcriptis, videlicet Honorabilibus Viris

HERMANNO de *Wilnowe* Archidiacono *Treverenſe.*

BERTOLDO de *Henneberg*, Conſanguineo noſtro.

OTTONE de *Rudinsheim* Prepoſito *Heiligenſtadenſe.*

SIFRIDO de *Solmeſe.*

GOTFRIDO de *Eppinſtein* Choriepiſcopo *Treverenſe.*

Magiſtro HEINRICO * Prothonotario Dni Archiepiſcopi Mag: Canonicis *Maguntinis.*

* de *Rüdesheim.*

Et Nobilibus Viris:

LVDEWICO de *Iſenburg.* GOTFRIDO de *Brunecke.*

HEINRICO de *Solmeſe*, dicto *de Spanheim.*

FRIDERICO de *Rosdorf.*

HERMANNO de *Spangenberg*,
& FRIDERICO filio eiusdem.

IOHANNE de *Rudinsheim*, dicto *Brumeſzere.* †

† *Brömſer.*

DIETHERICO Burggravio de *Starckemberg.*

HEINRICO dicto *Fritz.*

HEINRICO dicto *de Glive.*

ERNESTO & ALBERTO fratribus *de Weſthuſen ;* Militibus.

THEO-

Digitized by Google

THEODERICO Notario predictorum *de Luthenberg.*
HVGONE de *Biſchoffesleybin.*

Et aliis Clericis & Laicis quam pluribus fide dignis. Actum & datum ut ſupra.

❀ ❀ ❀

Iuxta ſeriem temporis inſeri hoc loco deberent tabulæ Pacis *&* Vnionis, *â* GERHARDO *Archiepiſcopo &* HENRICO *Landgravio,* Marburgi *die* Nicolai Ep. (1294) *in lingua germanica editæ, iuramentoque, hac formula:*

Und haben daz geſworn uf Godes Lichnamen ſtete und veſte zu halten diewile wir bede leben:

confirmatæ; Sed cum prolixæ nimis eſſent, â deſcriptione earundem in extenſo, me cohibui; notando ſolum Puncta, ſive Obiecta, ſuper quibus tractatum & concordatum fuit. Sunt vero potiſſimum ſequentia:

a) Was Bruche oder Kriegs ufflouffende wird, oder iez iſt, zuiſchen unſern Burgmannen und Mannen, unſern [*de Subditis generaliter.*]

b) So eines beder Herrn Burgmann, der eine Veſte hat, einen Bruch thede uff den andern, oder uff ſeine Lude.

c) Wan ein bederſitig geſeſſener Burgmann einen Bruch thete uff den andern, oder uff ſeine Lude, auß der Herrn Veſten &c.

d) Wan einer derſelben ein Pfandunge oder einen Bruch uff des Herrn Lute uff iren Veſten thete &c.

e) Wan einem der Herrn von des andern ſinen Unterthanen ein Raub oder Schaden geſchehe &c. &c. *Super his & aliis:* Daſ Sie einander wollen beholffen ſin *contra quoscunque* mit aller ihrer Macht. *Porro ſuper eo:*

f) Wi es wegen der einnehmenden Veſten -- zu halten &c.

g) Daſ keiner des andern Guth kauffen ſolle ohne ſeinen Willen.
Et quæ huiusmodi ſunt complura.

CCCCXX
GERHARDI:
Exemptio Capellæ filialis in CARBEN *â Matrice* PETERWEIL.
An. 1295.

ex Autographo.

GERHARDVS Dei gracia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniverſis XPI fidelibus preſentes litteras viſuris vel audituris ſalutem in Domino ſempiternam.

Supplicaverunt nobis Homines in villa *Carben* commorantes, quod Capellam dicte Ville, iure filiali ad parochialem eccleſiam in villa *Pettirwile* tamquam ad Matricem eccleſiam pertinentem, eximere dignaremur; ut ſic per proprium Sacerdotem cottidiana in eadem capella Divinorum habere poſſent officia, & eccleſiaſtica ſacramenta.

Cupientes igitur divini Nominis cultum noſtris non minui temporibus, ſed augeri; diligenti inquiſitione premiſſa de Dote eidem capelle conſtituenda, ac aliis circumſtantiis univerſis que circa exemptionem huiusmodi ſunt merito inquirende, & que noſtrum de iure movere poterant animum & debebant; Quia invenimus, tantum de iuribus, bonis & pertinentiis ſive proventibus dicte Capelle dotis nomine aſſignatis, quod ex his Sacerdos qui ad eam fuerit preſentandus commode poterit ſuſtentari, ac de iuribus Epiſcopalibus, ac aliis reſpondere oneribus que incumbunt; Conſenſumque interveniſſe Honorabilis Viri, H. de *Liebesberg* Canonici Eccl. *Herbipolenſis*, Paſtoris eccleſie in *Pettirwile* memorate, ac aliorum quorum conſenſus de iure requiri debuit, & haberi; Predictorum hominum

num precibus humilibus favorabiliter annuentes, eandem Capellam in *Carben* a prefata Matrice eccleſia in *Pettirwile* eximendam in nomine Domini duximus in his Scriptis.

Volentes, ut inantea per ſe Parrochialis exiſtat eccleſia, & in ea miniſtrentur Baptiſmus & alia eccleſiaſtica Sacramenta; ac per ſe Cimiterium habeat & eccleſiaſticam ſepulturam. Hoc tamen ſalvo, quod parochiani in *Carben* ſingulis annis ad Synodum ad prefatam Parochiam *Pettirwile* veniant, quemadmodum ante exemptionem huiusmodi conſueverunt, & cum parochianis eccleſie ſepedicte in *Pettirwile* Reliquias ſuas deferant debitis temporibus & conſuetis.

Statuimus inſuper, ut quocienſcunque dictam Capellam vacare contigerit, Rector parochialis eccl. in *Pettirwile* qui p. t. fuerit, preſentandi ad eandem ius habeat & liberam facultatem. Volumus autem, & ſub pena excommunicationis iam late ſententie diſtricte precipimus obſervari, ut nullus ad dictam eccleſiam in *Carben* preſentetur, niſi actu Sacerdos exiſtat, & in ea reſidentiam velit facere perſonalem.

In cuius rei teſtimonium dari iuſſimus preſentes Litteras, noſtri Sigilli munimine roboratas. Datum in *caſtris Cruceburg* pridie Nonas Octobris, Anno Domini MCC *Nonageſimo quinto*. *6 oct.*

CCCCXXI

Tabulæ EIVSDEM, *queis Caſtra ſua & Munitiones*, RVSTEBERG, HANSTEIN &c. *regendas committit* FRIDERICO de Rosdorf & THEODERICO de Hartenberg. *An.* 1296.

NOS GERHARDVS Dei gratia Sancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius recognoſcimus, tenore preſencium publice profitentes; *ex Autographo.*

 Quod

Quod nos FRIDERICVM de *Rosdorf* & THEODERICVM de *Hartenberg*, Milites, de quorum induſtria, fide firma & circumſpectione gerentes fiduciam ſpecialem, in noſtros Officiatos recepimus, & recipimus per preſentes; & committimus fidei eorum, Caſtra & Municiones noſtras, videlicet *Ruſteberg*, *Hanſtein*, *Hartenberg*, *Horeburg* & *Heiligenſtad*, cum univerſis eorum iuribus, obvencionibus & fructibus, ut ex his ipſas Municiones cuſtodiant, regant, procurent in neceſſariis, protegant & gubernent.

Et ut hec ab iſta die inantea efficacius exequantur, nos eisdem infra feſtum B. *Iacobi* proximum L marcas argenti vulgaris Terre illius dare & ſolvere promittimus; Et ſi forſan ex tunc propter moram ſolucionis, huiusmodi pecuniam acceperint ſub uſuris, vel aliqua dampna notabilia ſuſtinuerint, de his eos indempnes eſſe volumus & ſervabimus omnino, ad que nos preſentibus obligamus; & deinceps ſingulis Annis, incipientibus currere a feſto B. *Iacobi* ſupradicto, C marcas argenti pretacti dabimus & dare promittimus eisdem. L videlicet in feſto S. *Martini*, & alias L, Dominica qua cantatur *Invocavit*. Et inſuper, ſi eosdem vel alterum eorumdem pretextu regiminis, procuracionis, ſeu defenſionis predictarum noſtrarum municionum, in Se vel Suis, dampna contingeret aliqua manifeſta vel notoria ſuſtinere, ad illa deponenda omnino confitemur nos preſentibus obligatos.

Inter nos eciam hinc inde taliter eſt tractatum, & communi aſſenſu firmatum, ut quocumque anni tempore, & Nobis & Ipſis recedere liceat ab hoc facto & pacto, pro Partis beneplacito utriusque. Sic tamen, ut tanto prenunciemur tempore, ut eisdem municionibus noſtris valeamus de Rectoribus, Procuratoribus ſeu defenſoribus providere; & tunc ipſis prenominatis Militibus pretaxatam annualem pecuniam quam promiſimus, pro rata temporis exſolvemus; & quod ſupereſt de fructibus aut obvencionibus memoratis, deductis expenſis pro rata temporis ſimiliter uſibus noſtris cedet, neque nobis tenebuntur ad faciendam aliquam Racionem aliam de perceptis.

Caſtra

Digitized by Google

Caſtra quoque & Municiones ipſas, omni dampnorum, ſi qua ſuſtinuerint intuitu eorumdem, impedimento ceſſante, ſtatim reſtituent Nobis aut Succeſſoribus noſtris, ſicut receperunt, libera & ſoluta.

In cuius rei certitudinem preſentem Litteram ipſis, Sigilli noſtri munimine tradi fecimus communitam. Datum *Aſchaffemburg*, Anno Domini MCCLXXXXVI, V Kal. Marcii. 25 Febr.

CCCCXXII
EIVSDEM,
de facta per WERNERVM Bolandium *&* PHILIPPVM Hohenfelſium *translatione Iuris patronatus eccleſiæ* VDENMÜNSTER *in utilitatem Fratrum* Teutonicorum.
An. 1296.

GERHARDVS D. G. Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniverſis XPI fidelibus ad quos preſens Scriptum pervenerit in Salutis Auctore ſalutem.

Religioſam vitam eligentibus congrua nos oportet conſideracione proſpicere, ne cuiusquam neceſſitatis occaſio aut deſides faciat, aut robur, quod abſit, ſancte converſacionis infringat. Idcirco Religioſorum Virorum, Generalis Preceptoris & Fratrum Ordinis *Hoſpitalis* S. MARIE *Iheroſolim*.. domus *Theutonice* devotis precibus inclinati; Donacionem ſeu translacionem Iuris patronatus Eccleſie parrochialis S. MARIE in *Vdenmunſtere* noſtre Civitatis, factam a veris Patronis, videlicet Nobilibus Viris, WERNHERO de *Bolandia* & PHILIPPO de *Hohenfels* eisdem Fratribus, & ſpecialiter ad utilitatem domus Theutonice dictorum Fratrum in *Maguncia*, ratam

Digitized by Google

tam habemus, ipſamque auctoritate preſencium ex certa ſciencia confirmamus; cum nobis de Canonica translacione iuris Patronatus in ipſos, per relacionem Honorabilium Virorum IOHANNIS * Decani, & Magiſtri HEINRICI de *Luckauwe* Canonici Eccleſie Maguntine noſtri Prothonotarii, quibus cognicionem de hac re commiſimus, facta fuerit plena fides.

* de Siegersberg.

Datum *Maguncie*, Anno Domini MCCLXXXXVI VII Kal. Octobris.

25 Sept.

Hanc Marianam *Eccleſiolam eſſe antiquiſſimam, colligitur ex tabulis, ſuperius ad an.* 1112. p. 390. *Eſtque illamet ipſa, in quam Canonici* Petrenſes, *dum ſacra eorum ædes extra Muros ſita Munitionum cauſa dirueretur, ante ſesqui ſeculum migrarunt.*

Qualem habuerit nexum cum Imperio, ſequens docet Imp. FRIDERICI II *Litterarum particula:*

„De habundanti quoque gratia noſtra, Patronatum eccleſie „S. MARIE inter Iudeos in *Maguntia*, *quem olim* WERNHERVS „de *Bolanden*, Dapifer, & PHILIPPVS frater eius a nobis tenentes „in feodo, in noſtris manibus reſignarunt, Hoſpitali [S. Marie Theu„thonicorum] predicto duximus concedendum &c. An. 1219. m. „Decembri, Ind. VII. Datum apud *Fuldam* in ſollempni Curia.

Extat pariter Charta WERNERI de Bolandia & PHILIPPI de Hohenfels, *eiusdem Eccleſiæ donationem Ordinis Teutonici Fratribus factam, atteſtans.* [1256.] *Binarium tenorem haud inſerui noſtro Codici, ſtudio reſervatum pro* Diplomatario, *quod ſeparatim congeſſi, meras Ordinis prædicti res geſtas complectente.*

Anno demum 1313. *ius Collationis iſtud permutabatur, cum Patronatu, quem ad Altare* D. Mariæ, *in templo domus Teutonicæ* Mog. *exiſtens, poſſidebat Capitulum eccleſiæ* Petrinæ.

CCCCXXIII

Digitized by Google

CCCCXXIII

PACTA *dotalia & Vnionis prolium inter Coniuges nobiles de* HATTSTEIN.
An. 1296.

NOS HEINRICVS de *Hazichſtein* Miles, & AGNES, relicta quondam SIFRIDI Militis *de Huſinſtam*, Coniuges: Tenore preſentium recognoſcimus, & ad univerſorum noticiam cupimus pervenire; quod communicata manu, unanimi conſenſu & libera voluntate, omnia bona noſtra, mobilia & immobilia, que, a tempore quo matrimonium contraximus, usq; ad preſens tempus comparavimus & adepti ſumus, & que comparare & adipiſci poſſumus in futurum; Liberis noſtris, quos ipſo tempore Contractus matrimonii habuimus, videlicet mei HEINRICI quatuor liberos, & mee AGNETIS tribus pueris; tradimus, donamus & aſſignamus, ut ipſa bona omnia & ſingula poſt mortem noſtram equaliter dividant, & poſſideant tamquam veri fratres & ſorores & legitimi coheredes; niſi alios pueros DEO volente procreaverimus, qui maiori & pociori iure ipſis bonis ſuccedent, quibus nolumus aliquod preiudicium generari. *ex Autographo.*

Promiſimus etiam, & promittimus fide preſtita manuali loco iuramenti, & eligimus; quod, quicunque Noſtrum ex permiſſione divina primo emigraverit ab hac vita, Superſtes ad alias nuptias nullatenus evolabit; ſed ſi ſecus fecerit, quod abſit, omnia bona mobilia & immobilia, una cum omnibus bonis que poſſidet, & quibus ſucceſſit ex morte progenitorum ſuorum predeceſſorum, & qualicumque modo ad eum ſint devoluta, tamquam ex morte ipſius dinoſcerentur vacare, & libera, ad prefatos liberos noſtros libere devolventur. Sed ſi ſuperſtes permanet ſine contractu aliarum nuptiarum, huiusmodi bona omnia & ſingula, ad tempora vite ſue quiete & pacifice poſſidebit, & deinde poſt obitum ipſius ſuperſtitis ad predictos noſtros liberos devolventur, & ab eisdem, ut eſt predictum,

Digitized by Google

dictum, equaliter dividantur. Hoc tamen ſalvo permanente, quod bona, quibus quilibet noſtrum ex morte ſuorum progenitorum predeceſſorum ſucceſſit; vel qualiter ad eum ſint devoluta, poſt mortem uniuſcumque Noſtrum ad ſuos heredes, ut iuſtum & conſuetum fuerit, revertentur. Teſtes huius rei ſunt

VOLRADVS Scultetus *Frankenvordenſis.*

* Sachſenhauſen.

CVNRADVS *Suevus* de *Saſſinhuſin.* *

SIFRIDVS, GERHARDVS & CVNRADVS, de *Huſinſtam.*

THILMANNVS Cappellarius.

HENRICVS quondam Scultetꝰ *Frankenvord.*

HERMANNVS *Schelmo* de *Bergin.*

THEODERICVS de *Bomirsheym.*

WINTHERVS de *Bruningisheim:* Milites.

ARNOLDVS de *Glouburg.*

SIFRIDVS de *Gyſinheim.*

RVTHEGERVS & LVDEWICVS de *Holzhuſin.*

IOHANNES *Golſtein:* Scabini, & quam plures alii Cives Frankenvordenſes fide digni.

In cuius rei evidentiam & firmitatem pleniorem preſentes Litteras Sigillo univerſitatis *Frankenvordenſis* rogavimus communiri

Et nos VOLRADVS Scultetus, & . . Scabini Frankenvordenſes, ad rogatum HENRICI Militis & AGNETIS coniugum prefatorum, Sigillum * univerſitatis noſtre preſentibus appendimus in teſtimonium omnium premiſſorum. Actum & datum Anno Domini MCCLXXXXVI, Sabbato proximo poſt Exaltacionem ſancte Crucis.

* Idem quod p. 728.

.. *Septemb.*

CCCCXXIV

Digitized by Google

CCCCXXIV

IDA Battenburgica *renuntiat omni, quæ ſibi competere poſſet, Actioni ad Caſtrum* KELLERBERG, *venditum ab* HERMANNO, *fratre eius*, Moguntinæ *Eccleſiæ*. *An.* 1297.

In nomine Domini. Amen.

Sciant cuncti tam preſentes quam poſteri ad quos preſens Scriptum pervenerit, quod Ego HENRICVS de *Waldeck*, & ego IDA, filia quondam WIDEKINDI Comitis *de Battenburg*, Coniuges, recognoſcimus tenore preſencium publice proteſtando, Caſtrum *Kellerberg* cum omnibus pertinenciis, bonis, rebus, poſſeſſionibus ac honoribus ſuis, olim Comitis ſupradicti, de noſtro conſenſu provida deliberacione prehabita venditum eſſe per Nobilem Virum HERMANNVM de *Battenburg*, fratrem mee IDE predicte, Venerabili Patri, Domino noſtro GERHARDO Archiepiſcopo, & eius Eccleſie *Moguntine* pro duobus milibus marcarum, quolibet denario pro tribus *Hallenſibus* computato: Ita quod omni Actioni, contingenti nos ad preſens, aut que contingere poterit in futurum de Caſtro predicto vel attinenciis prenotatis intuitu hereditarie porcionis, ſponte renunciavimus, & renunciamus liberaliter in his ſcriptis, in preſencia Teſtium ſubſcriptorum, videlicet Honorabilium Virorum:

HERMANNI de *Wilnaw* Archidiaconi de Eccleſia *Treverenſi*, RVPERTI Comitis *de Virneburg*, & WINANDI de *Waldeck*, quorum Sigilla ſunt appenſa. Et aliorum Dominorum qui ſigillis in preſent.. non utuntur. Scilicet FRIDERICI Burggravii in *Lanſtein*. THEODERICI de *Randeck*. MERBODONIS de *Sonnenberg*. SY-

MONIS, & CONRADI *Ruffi* de *Schöneck*. CONRADI de *Lintheym*. HERMANNI dicti *Storechin*; Militum, qui premiſſis perſonaliter interfuerunt.

Datum & actum in *Waldeck*, Anno Domini MCCXCVII feria quinta ante feſtum Penthecoſtes.

CCCCXXV

A. GERHARDVS, *Indigentiæ Cœnobii* REIFFENSTEIN *ſubveniendo, duas eidem unit Parœcias.*

An. 1297.

[*p.* 629. *n.* 16.]

GERHARDVS D. G. S. Moguntine Sedis Archiepiſcopus .. Dilectis in XPO Abbati & Conventui monaſterii in *Riffenſtein* Ord. *Ciſterc.* ſalutem in Domino.

Vt in vobis fervor religionis & devocionis affectus cum effectu ſalubriter augeatur, & profectus ſpiritualis gracie pre defectu temporalium non torpeſcat, devotis veſtris nobis porrectis ſupplicacionibus inclinati, cupientes vobis de benignitate ſolita graciam facere ſpecialem, & paſtoralis iniuncti nobis officii ſolicitudinem veſtris neceſſitatibus ſublevandis, quantum poſſumus, providere; Parochiales eccleſias in *Ammera* & in *Schwerſtete* noſtre dioceſis, quarum ad vos ius ſpectare dinoſcitur preſentandi Rectorem, veſtre indigencie in temporalibus ſublevande favorabiliter & liberaliter concedimus, & Monaſterio veſtro unimus. Ita tamen, ut poſt mortem iſtorum, qui nunc ipſas regunt eccleſias, quibus in nullo preiudicare volumus per hanc noſtram graciam, regimen earundem eccleſiarum perſonis ſecularibus ſicut hactenus, in antea committatur, quibus tantum de proventibus eccleſiarum ipſarum, ut congrue ſuſtentari valeant, relinquatur: Noſtro, Succeſſorum noſtrorum, & loci Archidiaconi per omnia iure ſalvo.

Datum *Ruſteberg* Anno Domini MCC *Nonageſimo ſeptimo*, 8 7br. VI Idus Septembris.

CCCCXXVI

CCCCXXVI

CONTRACTVS MATRIMONIALIS, *liberorum, ab* HENRICO *de* Hattſtein & AGNETE N. *communiter opportatorum: conſtitutione Dotis, eiusque reverſione &c.* *An.* 1298.

HERMANNVS dictus *Schelmo* de *Bergen*, & SIFRIDVS de *Huſenſtam* Milites: Recognoſcimus, una cum HENRICO dicto de *Hazichſtein* Milite, & AGNETE uxore eius legitima, Relicte quondam SIFRIDI de *Huſenſtam*, Militis, publice profitentes, & ad univerſorum noticiam cupimus pervenire; Quod, cum prefatus *Henricus* Miles, WOLFRAMVM & KVNEGVNDIM liberos ſuos, & AGNES predicta HENRICVM & ADELHEIDIM liberos ſuos, mutuo deſponſaverint matrimonialiter copulando, & quilibet eorum cuilibet ſuorum liberorum Decem marcas denariorum reddituum annualium promiſerit tradere, donare & aſſignare, nomine Dotis propter nuptias; ea conditione videlicet mediante, quod ſi aliquis prefatorum quatuor liberorum ab hac luce emigraverit, bona & redditus eidem traditi & aſſignati, ad debitos heredes & legitimos, iuxta terre generalis conſuetudinem revertantur; Iidemque HENRICVS & AGNES coniuges, ſub pena ducentarum marcarum Colon. denar. promiſerint, hec premiſſa omnia immutabiliter & inviolabiliter obſervare; ſtatuerunt hos fideiuſſores ſubnotatos, quemlibet eorum in ſolidum; videlicet HENRICVS pro ſe: WALTERVM de *Cronenberg*, BERTOLDVM *Suevum*, FRANKONEM, filium fratris *Walteri* predicti; WILHELMVM de *Cronenberg*, THEODERICVM de *Bomersheim*, WINTHERVM de *Bruningesheim*, FREDERICVM de *Beldirsheim* Milites: IOHANNEM de *Ronnenburg*, GODEFRIDVM & HENRICVM fratres *de Lynden*, & GISILBERTVM dictum *Schelme:* *ex Autographo.*

Item AGNES pro ſe: HERMANNVM dictum *Schelme*, SIFRIDVM de *Huſenſtam* predictos; THEODERICVM de *Bomersheim*, WILHELMVM de *Cronenberg*, WINTHERVM de *Bruningesheim*, MARGWARDVM & HENRICVM fratres *de Bruningesheim*, GERHARDVM de *Bergen*, Milites: IOHANNEM de *Ronnenburg*, GYSELBERTVM & GERLACVM, fratres, dictos *Schelmen*: Qui, ſi *Henricus* vel *Agnes* predicti, huiusmodi Copulationem aliqualiter impediret vel infirmaret; per aliam perſonam non impedientem vel infirmantem moniti, ſe recipient, fideiuſſionis debitum exolventes, quousque eidem perſone de ducentis marcis nomine pene, per omnia fuerit ſatisfactum.

In huius igitur rei evidentiam & roboris firmitatem preſentes Litteras nos HERMANNVS & SIFRIDVS antedicti, ad rogatum HENRICI & AGNETIS coniugum prefatorum, Sigillis noſtris, una cum ſigillo *Henrici* prefati, hinc inde tradimus ſigillatas.

Datum & actum Anno Domini MCCLXXXXVIII, in
23 Apr. die beati *Georgii* Martyris.

✿ ✿ ✿

Incidit in Data Diplomatum, huius & proxime ſequentis, ſtrages ſive cædes Imp. ADOLFI; *quam ex Cod. MS. Bibliothecæ Metrop. connexionis cauſa cum* ALBERTO *ipſius Succeſſore, inſerendam hoc loco duximus.*

„GERHARDVS de *Eppenſtein* Archiepiſcopus Maguntinenſis „cupiens predictum ADOLFVM humiliare, dixit, ante ſuam electionem fuiſſe promociones factas per Principes, ALBERTO Duci *Auſtrie*. Quare idem Archiepiſcopus pro eodem *Alberto* clam miſit, & eum induxit, ut pro Imperio laboraret. Qui ALBERTVS, collecto magno Exercitu de ſuis, ac Bohemis & Vngaris, tranſiit per *Argentinam*, veniens usque ad *Altzeyam*, ubi Tentoria figit. Et adveniens Archiepiſcopus Maguntinus cum ſuis, & Civibus *Maguntinis*, *Altzeyam* devaſtarunt, preter Caſtrum.

„Idem-

„Idemque Archiepiſcopus, aliis Electoribus abſentibus & contra„dicentibus, ipſum ALBERTVM elegit in Romanorum Regem.

„Sereniſſimus autem ADOLFVS iuxta *Heppenheim* figens ten„toria, in auxilium habuit RVDOLFVM Ducem *Bavarie* filiaſtrum „ſuum, & filium ſororis predicti *Alberti.* In auxilium eciam eius „Cives *Wormacienſes* convenerunt, ſed tamen redierunt.

„Mane autem facto, in die *Proceſſi* & *Martiniani,* * quia Dux *Al*„*bertus* pauliſper a loco declinaverat, Rex eum auffugere opinatus, „celeri ingreſſu & impetuoſe in hoſtes irruit, & virilia exercuit: „Et dum quaſi Victoriam ſe crederet optinere, prefatus *Rudolfus* „Dux fugiens terga vertit, & alii. Quare ſuorum auxilio deſtitu„tus, in medio Hoſtium ipſe Rex ADOLFVS interfectus eſt, apud „villam *Gelnheim* & monaſterium *Dreyſe*, Ord. *Premonſtr.* & ibidem „ſepultus. Alibi dicitur, quod ſit ſepultus in monaſterio *Vallis* „*roſarum* VI Nonas Iulii Anno Domini MCCXCVIII. Poſtea ta„men oſſa ipſius *Adolfi* transferuntur ad *Spiram*, per HEINRICVM „*Septimum.*

* 2 *Iulii.*

❀ ❀ ❀

CCCCXXVII

Rex ALBERTVS *permittit* GERHARDO *Archiep. ut Vectigal, vulgo* Fridzoll, *Eidem* BOPPARDIÆ *temporaliter conceſſum* â R. ADOLFO, *transferat in* LONSTEIN, *ibidem perpetuo colligendum.* *An.* 1298.

ALBERTVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis XPI fidelibus preſens ſcriptum audituris, intelligentibus, aut viſuris, gratiam ſuam & omne bonum. Gratum & acceptabile nos omnipotenti DEO preſtare conſtanter arbitramur obſequium, ſi ad hoc noſtra provide feratur intentio quod Eccleſiarum DEI noſtris temporibus augmentetur utilitas, & iura modis omnibus conſerventur illeſa.

Sane Sereniſſimus quondam Dominus ADOLFUS Romanorum Rex, dive memorie Predeceſſor noſter, poſt creationem ſuam in Regem, conſideratis fructuoſis ſerviciis Venerabilis GERHARDI Archiepiſcopi Maguntini, Dilecti Principis noſtri, & gravibus expenſis quas pro Republica fecerat, ac inſpectis veris, iuſtis, & moventibus cauſis; Eidem GERHARDO Archiepiſcopo & Ecclefie *Maguntine*, non *perſonaliter*, ſed potius *realiter*, Pedagium, Vectigal, ſive theloneum, quod *Fridezoll* vulgariter nuncupatur, in *Bopardia* ad tempus recipiendum, & in *Loynſtein* transferendum * ibique perpetuo colligendum Regia poteſtate conceſſit; Quia tamen prefato Predeceſſore noſtro vivente non fuit huiusmodi translatio ſubſecuta; Nos collationem dicti Thelonei ratam & firmam tenentes, idem theloneum transferimus, ibidem perhenni tempore colligendum.

* S. p. 862.

Nos etiam attendentes, quod memoratus Archiepiſcopus Dilectus Princeps noſter, pro bono & pacifico ſtatu Imperii, ac honore Reipublice, magnifice expoſuerit Se, & ſua; & propter hoc cupientes Eum & Eccleſiam Maguntinam condignis extollere favoribus; Regia largitate ſepedicto Principi noſtro, & eius favore Succeſſoribus ſuis & Eccleſie Maguntine, concedimus & donamus aliud Vectigal, ſive theloneum, quod de novo Principali auctoritate inſtituimus, tale & tantum, quale & quantum eſt illud, quod *Fridezoll* generaliter appellatur, in *Loynſtein*, vel in *Rudinsheim*, prout ipſi Principi noſtro vel ſibi in Archiepiſcopatu ſuccedentibus expediens viſum fuerit, perpetuis temporibus colligendum. Quodſi in uno predictorum locorum idem Archiepiſcopus vel eius ſucceſſores inceperint colligere teloneum a nobis de novo conceſſum, propter hoc non minus liceat ſibi aut ſucceſſoribus ſuis in alterum transferre, quociens eis videbitur expedire.

Datum *Ingelnheim*, Kal. Septembris. Regni noſtri anno Primo

CCCCXXVIII

Digitized by Google

CCCCXXVIII
EIVSDEM,
Confirmatio Privilegiorum.
An. 1298.
[*p. 631. n. 3. ad §. IV.*]

Albertvs Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis ſacri Imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris preſentes audituris Litteras aut viſuris, graciam ſuam & omne bonum.

Decet noſtre Celſitudinem Maieſtatis, ut nos, Divorum clariſſime recordacionis Imperatorum & Regum Romanorum predeceſſorum noſtrorum ſequentes veſtigia, cunctarum Eccleſiarum, & pocius eccleſie *Moguntine*, per quam & nos in perſona Venerabilis Gerhardi Archiepiſcopi Moguntini, Principis noſtri Kariſſimi, ad Regale faſtigium promoti magni Culmen honoris accepimus, cuncta privilegia ſub noſtre felicitatis evo modis omnibus conſerventur illeſa.

Cuncta itaque Privilegia, munimenta, documenta, ſeu eciam inſtrumenta, Libertatum eccleſiaſticarum & mundanarum, eciam ſuper non trahendis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prelatis, Collegiis, Cenobiis, Clericis, & Perſonis eccleſiaſticis univerſis, Civitatis Dioceſis & Provincie *Moguntine* quorumlibet, ad Iudicium ſeculare: ſuper dignitate, utilitate & honore Archicancellarie: ſuper Comitatu *Bachgowe:* ſuper Opido *Seligenſtad*, & ſuper Miniſterialibus, Fidelibus, Caſtrenſibus, Hominibus, ſupradicte Eccleſie Moguntine annexis, cuiuscunque vel qualiscunque debito vel officio, ſervitutis vel ſervicii ad noſtre Serenitatis ſeu alterius Iudicis noſtri examen ſuper Cauſis aliquibus inantea non trahendis, quam ſi Archiepiſcopus Moguntinus qui p. t. fuerit, requiſitus de ipſis, in reddenda iuſticia negligens fuerit vel remiſſus; Nec non generaliter & univerſaliter omnia, quarumcunque Graciarum,

lar-

largicionum, donacionum, libertatum, terrarum, poſſeſſionum, iurisdictionum, beneficiorum, indultorum, iurium & honorum privilegia ſeu munimenta; que Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prelatis, eccleſiis ſeu monaſteriis & perſonis eccleſiaſticis civitatis & dyoceſis & provincie Moguntine a dictis noſtris predeceſſoribus Imperatoribus & Romanorum Regibus; & nominatim a pie record. quondam Rege Adolfo Predeceſſore noſtro hactenus ſunt conceſſa, rata tenentes & grata, quaſi tradita de noſtris manibus, ex certa ſcientia confirmamus, Regiaque liberalitate peruſi, preſentibus innovamus. Nolentes ea in aliqua parte ſui, cuiusquam improbitate convelli, ſeu novitate mutari, ſed illeſa pocius & intacta perpetuis temporibus cuſtodiri.

Nulli ergo hominum liceat hanc noſtre confirmacionis Paginam, innovacionis ſeu tradicionis Scripturam infringere, vel eidem auſu quolibet contraire; Si quis autem hoc facere vel quomodolibet attemptare preſumpſerit, Noſtre indignacionis acrimoniam ſe noverit incurriſſe, pena gravi pro culpa huiusmodi feriendus.

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras *Maieſtatis* noſtre typario tradimus communitas. Datum *Holtzkirchen* Idus *13 Sept.* Septembris. Anno Domini MCCXCVIII, Indictione XI. Regni noſtri anno Primo.

CCCCXXIX

EIVSDEM *aſſertio Iurium & Privilegiorum, competentium* MOGVNTINÆ SEDI *intuitu* Archicancellariæ: *in accipienda videlicet parte decima, una cum Rege, de bonis & exactionibus Iudæorum: Aulæ Imperiali Cancellarium præficiendi* cet.

An. 1298.

ALBERTVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis Sacri Imperii fidelibus tam preſentibus quam

quam ſuturis ad quos preſentes littere pervenerint Graciam ſuam & omne bonum.

Animadverſione digniſſima recolentes, quanta efficacia & fidei puritate nobis aſtiterit Venerabilis GERHARDVS, Archiepiſcopus Maguntinus, Princeps noſter cariſſimus, ad Regale nos faſtigium ſpecialiter promovendo, & promotos in ipſo firmando; ut ipſum, contemplacione Sui, & Eccleſiam eius, non ſolum in eorum libertatibus, iuribus & honoribus foveamus, ſed & alias preveniamus uberiori gracia & favore, dignum cenſemus & arbitramur.

Recognoſcentes, prefatum Principem, & quemlibet eius in Archiepiſcopatu predicte Eccleſie Succeſſorem, eſſe, & fore debere Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarium. Et fideliter promittentes, ad hoc preſentibus litteris obligati, quod eundem Archiepiſcopum & Succeſſores eius in Iuribus, Honoribus, Dignitatibus & libertatibus, que racione Archicancellarie predicte debent habere, videlicet in accipienda ſemper Nobiſcum decima parte de Bonis, Peticionibus, & Exactionibus Iudeorum: preficiendo Cancellarium Aule noſtre perpetuis temporibus loco Sui, aliisque ſuis utilitatibus, ſive ſint in noſtra Curia, ſive extra Curiam iidem Archiepiſcopi conſtituti, manutenebimus, defendemus, & tuebimur, ut Preſentes. Eorum eciam abſencia non obſtante. Dantes eis has noſtras Litteras, conſignatas noſtre Typario Maieſtatis in teſtimonium ſuper eo.

Datum *Holtzkirchen* Idus Septembris, Anno Domini MCC *Nonageſimo octavo*. Regni vero noſtri anno Primo. *13 Sept.*

Digitized by Google

CCCCXXX

Eiusdem, *quod Error facti in Decreto nuperæ Electionis circa* Archiep. Trevirenſem *admiſſus*, Moguntino, *ceu Principum Germaniæ omnium, & ubilibet* Primo, *in conſequentiam vergere haud debeat.*

An. 1298.

[*p. 631. n. 4.*]

Albertus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, univerſis ad quos pervenerit preſens Scriptum, perpetuam & indubitatam notitiam ſubſcriptorum.

Vt ſub tempore noſtre felicitatis, cuncta, potiſſime que noſtro lateri magis vicina exiſtunt, ordine ſuo procedant, appareant, & ſubſiſtant; ſtatuimus, & publice diffinimus ad univerſorum notitiam luculentam, quod Venerabilis Gerhardus, S. Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri *Imperii per* Germaniam Archicancellarius, ſuique poſt eum *Succeſſores*, in ordine & honore proceſſionis, ſeſſionis, nominationis & ſcripture, ratione Archicancellarie per Germaniam inter Principes eſſe debent & locari priores, non obſtante, quod in Decreto electionis noſtre nuper ab Illuſtribus Alemannie Principibus celebrate ſupradictus Gerhardus Archiepiſcopus ordine prepoſtero ſeu turbato poſt Venerabilem Boemundum Treverenſem Archiepiſcopum tam ſcriptura quam figura poſitus invenitur, per errorem facti, quem in hac parte ſcienter damnamus, ne trahatur ad conſequentiam ullo modo.

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras conſcribi fecimus, & noſtre Maieſtatis Typario communiri. Datum *Rotenburg*, IX Kal. Octobris Anno Domini MCC *Nonageſimo octavo*, Indictione XI. Regni noſtri anno Primo.

23 Sept.

CCCCXXXI

Digitized by Google

CCCCXXXI
GERHARDI II
Statuta Eccleſiaſtica.
An. 1290. *vel* 1298.
[*p. 626. n. 10.*]

GERHARDVS D. G. S. Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius Dilectis in Chriſto Prepoſitis, Decanis, ceteriſque Prelatis & Clero Civitatis & Dioceſis Maguntine ſalutem in Domino.

Cum officium paſtorale quod ſuſcepimus poſtulet & requirat, ut Subditorum noſtrorum remediis, & maxime circa ea que ad cultum Divini nominis, & honeſtatem Eccleſiarum ac morum correctionem pertinent, intendere debeamus; ne ſubditorum noſtrorum culpa propter noſtram negligenciam nobis valeat imputari; Quedam, que Viſitacionis officium exercendo invenimus, quibusdam Statutis generalibus corrigere decrevimus, ac eciam emendare.

Statuimus igitur, & ſub pena Suſpenſionis diſtricte precipiendo mandamus, ut Decani eccleſiarum nobis ſubiectarum de cetero ſtudioſe invigilent, ut ſubiectos ſibi, ad frequentacionem Chori, & ad diſciplinam choralem ſervandam, ac celebrandum & miniſtrandum quodlibet in ſuo ordine ſeu officio, pena qua convenit coherceant & compellant. *Decani compellant ſubditos ad frequentationem Chori.*

Precipimus eciam ſubditis predictorum Decanorum in virtute ſancte obediencie, ut ipſis Decanis, in his, & aliis preceptis ſuis licitis & honeſtis exhibeant debitam obedienciam & honorem. Vobis eciam Decanis omnibus & ſingulis precipimus in his ſcriptis, quatenus veſtros Concanonicos & Socios chori publice moneatis, ut reverenciam in omnibus locis iuxta conſuetudinem cuiuslibet eccleſie Prelatis debitas, ipſis plane & reverenter exhibeant; alioquin omnes contrarium facientes, *Subditi Decanis reverenciam ac honorem exhibeant.*

 quo-

quociens & quando vobis conſtiterit, a ſuis Beneficiis per octo dies ſuſpendatis; in tantum, ut ſi dictam Suſpenſionem ultra predictum terminum animo ſuſtinuerint indurato, de premiſſis ſatisfacere non curando; ex tunc ipſos usque ad ſatisfactionem condignam per Excommunicacionis ſentenciam compellatis. Quicunque eciam Decanorum ex quacunque cauſa preſens Mandatum noſtrum diligenter non fuerit executus, ipſum a percepcione ſue Prebende per octo dies volumus eſſe ſuſpenſum; contra eum gravius proceſſuri.

Decime non debent locari Canonicis earundem eccleſiarum.

ITEM volentes Eccleſiarum indempnitatibus precavere, & inter Fratres litis materiam quantum poſſumus, amputare; Statuimus, quod a Decanis & Capitulis, Decime, aut alia bona eccleſiarum, Prelatis aut Canonicis earundem ſub annuo Cenſu ſeu penſione nullatenus locentur, ſeu eciam concedantur; ne exinde inter fratres Queſtiones exurgant, & querele concreſcant, aut lites & odia eruantur. Quod ſi Decani & Capitula contra hanc inhibicionem venire preſumpſerint; tam diu, una cum conductoribus a divinis officiis ſint ſuſpenſi, donec locaciones huiusmodi revocent & retractent.

Ne quis in civitate Mog. duo obtineat beneficia.

ITEM cum eccleſiarum Perſonatus & Officia, *maxime* ea que requirunt Chori frequentacionem & reſidenciam perſonalem, ſint talibus conferenda que in ipſis eccleſiis volunt, & poſſint perſonaliter reſidere; ſequentes veſtigia fel. record. Predeceſſorum noſtrorum, Statuimus, ut nullus in Civitate Maguntina duas Prelaturas, Perſonatus ſive officia, Canonicatus & Prebendas, in diverſis Conventualibus eccleſiis, aut eciam in una talium conventuali, Officium cum Prelatura habeat vel habere preſumat. Quod ſi quisque Canonicorum duas Prelaturas, Perſonatus, Officia, Prebendas & Canonicatus ſimul habeat, infra unius menſis ſpacium dimittat ipſorum alterum, ſeu reſignet; alioquin primum quod ex predictis Prelaturis, --- recepit, ex tunc vacare decrevimus ipſo iure. Iniungentes omnibus & ſingulis ad quos Electio, proviſio, preſentacio, collacio ſeu inſtitucio ipſius beneficii, videlicet Prelature, Perſonatus, -- pertinet, ut infra tempus a Canone prefinitum, ad id

Digitized by Google

id aliam Perſonam idoneam eligant, ordinent, ſeu preſentent.

Clerici non nutriant tortos crines;

neque Choreis ſe immiſceanti.

Arma ne ferent.

Item ſtatuimus, firmiter precipientes, ne Clerici nutriant tortos crines, que vulgariter *Crulle* dicuntur. Nec *Mitras* extra domos & curias ſuas deferant, niſi in Equis conſtituti fuerint ad eundum vel ad equitandum parati; & Coreis laicorum in plateis & vicis ſe nequaquam immiſceant, vel *corizent*. * Volumus quoque, ut loricas, gladios, cultellos fixorios, ſeu alia arma nocturno tempore in laicali habitu incedentes, ſub tunicis, aut alias non deferant quoquo modo; ne, ſi hoc modo fuerint deprehenſi, tradantur iudicio Seculari.

* Choreas agere, ſaltare. *Breidenbach* † Itinere *Hieroſol.* p. 216. Omnis hoſpitis noſtri familia inſanire cepit & cantare, & corizare, & cum inſtrumentis muſicis ludere.

† BERNARDVS: *Can. Mogunt. An.* 1484 *Decanus.* *1497. 5 Maii.*

Clerici ſub divinis officiis non tranſeant ſine religione.

Tranſitum non faciant per eccleſiam ſine ſuperpelliceis ſive cappis eo tempore quo divinum officium peragitur. In eiſdem veſtibus eciam nimia brevitate notatis, & lateralibus ſciſſis, aut cum collirio eminenti ſeu nimis alto diſpoſitis, dum ſuperpelliceis ſunt induti de cetero non utantur. In pectoralibus, vel collo, uno, duobus, vel tribus nodulis ſint contenti; Attendentes prudenter, quod converſacio & habitus Clericorum, diſſimiles eſſe debeant a Laicis; & ſit dignum, ut, qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſenciant cum aliis diſciplinam.

Prelati & Clerici, qui res iniuſte ſubtraxerint, reſtituant eaſdem infra menſem.

Item, cum Clerici in ſortem Dei electi ſic Dignitate, ita fide & caritate Laicos precellere debeant, & circa omnes fideliter ſe habere, maxime autem circa Eccleſias quarum ſtipendiis ſuſtentantur; Firmiter precipimus & mandamus, ut Prelati, Canonici & alii Clerici, qui res eccleſiarum ſuarum ſubtraxerint, occulte vel manifeſte, & detinent minus iuſte, reſtituant integraliter infra Menſem; alioquin ex tunc Suſpen-

Digitized by Google

ſionis vinculo ab officio & beneficio, quam in eos ferimus, ſe noverint innodatos.

Clerici obligati Eccleſiis licito modo, ſatisfaciant ſub Suſpenſionis pena.

Illi eciam Prelati & Clerici, qui eccleſiis licito modo, id eſt, non ex Maleficio, ſed Contractu vel quaſi, ſunt in Debitis obligati; Si a die publicacionis huiusmodi noſtrorum Statutorum infra duos menſes non ſatisfecerint, vel arbitrio Capituli Cautionem, quam per Capitula volumus a Debitoribus ipſis ſtudioſe requiri, pro ipſis debitis ſolvendis non preſtiterint competentem; eodem vinculo Suſpenſionis, quod in eos ex tunc proferimus, ſe noverint irretitos.

Clerici in religione non vadant ad forum.

Item precipimus, ut Clerici non frequentent forum rerum venalium in ſuperpelliceis ſive cappis, vel in religione alia conſtituti; nec portent calopides ** Corpus Dominicum deferendo, vel eccleſias tranſeundo; nec Sacerdotes calceis excisis utantur dum ad Altare miniſtrant.

** *Calcei lignei, aut ſaltem calcei, quorum pars inferior lignea eſt, ſuperior vero coriacia.* Du Fr. *T. II. p. 55. In* Regeſto . . . *Non portentur Calopodia in choro ſub pœna diſtributionum unius diei.* —— *Item inhibemus, ne aliquis deambulet per chorum in calopodiis ſeu patinis ferratis, vel non ferratis dum Hore cantantur.*

Tractatus capitulares non debent obſervari niſi vocatis vocandis, & in loco ad hoc deputato.

Item ſub pena ſuſpenſionis officii & beneficii iam late ſentencie firmiter inhibemus, ne quas Conſpiraciones, Colligaciones vel confederaciones illicitas in Eccleſiis faciant, vel procurent. Et cum, quod omnes communiter tangit, debet ab omnibus approbari; & loca certa & communia ab antiquo in eccleſiis ſunt ſtatuta, in quibus Tractatus capitulares haberi conſueverunt; Statuimus, ut deinceps ab aliquibus de Capitulo, tractatus qui ſuper rebus ſeu ſtatu eccleſie aliquatenus habeantur, niſi vocatis omnibus quorum intereſt, & qui de iure vel conſuetudine poſſunt & debent huiusmodi tractatibus intereſſe, nec in Locis aliis quam in locis communibus ad hoc ab antiquo deputatis, Conventicula ſua privata & ſpecialia habeant, niſi de communi conſenſu tocius Capituli ex aliqua cauſa

Digitized by Google

cauſa racionabili ſeu neceſſaria contingat ad Tractatus huiusmodi locum alium aſſignari.

Si qui autem contra Statutum huiusmodi ſuper rebus vel ſtatu eccleſie aliquid tractare vel ordinare preſumpſerit in preiudicium eiusdem eccleſie vel perſonarum ipſius, Tractatus & ordinaciones huiusmodi decernimus non valere, & nullius penitus eſſe momenti. Tractatores & Ordinatores ipſos, usque ad ſatisfactionem condignam, in his Scriptis a voce Capituli ſuſpendentes.

Clerici non debent tenere in ſuis domibus famulas ſuſpectas.

ITEM, quia nonnulli Clerici in domibus ſuis Famulas ſive *Beckinas* ſervicii nomine ſecum habent; Ne hac occaſione Angelus tenebrarum, qui in Angelum lucis aliquando ſe transformat ut ſimplices & incautos ſubtilius fallere valeat, ſua, Eos, quod abſit, calliditate decipiat; Precipimus & mandamus, ut poſt Menſem unum nullus Clericorum ſecum in hoſpicio famulam habeat vel Beckinam, niſi etate, conſanguinitate, vel affinitate reputari valeat non ſuſpecta; Quod ſi ſecus a quoquam factum fuerit, contra talem gravius procedemus.

Non vendere in ſuis domibus Vinum.

Statuimus eciam, & precipimus obſervari, ut nullus Clericorum in domo ſua vel in curia vinum vendat, niſi illud vinum tantum, quod de Beneficio, vel patrimonio ſuo habet.

Fructus deputati ad Fabricam, in alium uſum converti non debent.

Inſuper, ne, quod pia devocione introductum eſt, tranſeat in abuſum, & cupiditate qualibet annulletur; Adnectendum duximus, ſtatuendo firmiter inhibentes, ne fructus Prebendarum ad Fabricam deputati in alios uſus quam ad fabricam de cetero convertantur; preſertim cum plures eccleſie in edificiis collabantur, & alios defectus ſuſtineant in ornatu.

Mercimonia vini & annone interdicta.

ITEM ſtatuimus, ne Prelati vel Clerici noſtre civitatis & dyoceſis Negociacionem exerceant, emendo vel vendendo, vinum, annonam, vel res alias cauſa lucri, ſecundum quod Canonice prohibent ſanctiones; Et qui huiusmodi Statuti transgreſſores extiterint, vel exiſtunt, niſi ſe infra unius menſis ſpacium

cium

Digitized by Google

cium a tali negociacione ſubtraxerint, ex tunc ipſos ab Officio, & Beneficiis ſuis ſuſpendimus ipſo facto.

Clerici Vſurarii & Concubinarii excommunicantur, niſi ſe correxerint.

Inſuper Clericos uſurarios, & turpe fenus querentes, ac Clericos concubinarios manifeſtos, niſi ſe infra menſem correxerint, excommunicamus in nomine Domini in his ſcriptis. Adicientes, ut nullus Prelatorum, Canonicorum, ſeu aliorum Clericorum quorumcunque noſtre civitatis vel dioceſis aliquem in domo vel familia ſeu procuracione ſua habeat, qui turpe fenus exerceat vel uſuras. Si quis vero Prelatus, Canonicus vel Clericus in familia, domo ſeu procuracione *ſua* aliquem habeat, ipſum a ſe removeat infra menſem, alioquin ex tunc eum ab officio & beneficio ſuſpendimus in his ſcriptis.

Hac Statuta in ſingulis Eccleſiis per Decanos debent publicari.

Predicta autem Statuta generalia, que de conſilio Sapientum invenimus neceſſario ſtatuenda, precipimus inviolabiliter obſervari, & in ſingulis Eccleſiis, ad minus bis in Anno, in preſencia omnium qui de membro eccleſie fuerint, per Decanos eccleſiarum ſollempniter publicari, ne quis ab earum obſervancia per ignorantiam ſe valeat excuſare. *Actum & datum* Anno Domini MCCLXXXXVIII Idus Septembris. *

* *Hos numeros vetus Scriptor tam arcte coniunxit, ut pura ſubiectum ſit divinationi, an legere oporteat :* 1290, VIII Idus Sept. *an:* 1298, Idus Sept. *Interea* D. IOANNIS, *loco poſt Titulum ſignato, ad an.* 1290 *iſthec Statuta retulit ; Quem etiam in ordine locandi fuiſſem ſecutus, niſi Æra ambigua, aſteriſco ſemel axnotaſſem annum* 1298. *Signo, quod iſtum aliunde exploratum habuerim, ceu rei geſta proprium.*

CCCCXXXII

Digitized by Google

CCCCXXXII

„*Littera* Lantgravii THVRINGIE, *continens, quod Ca-*
„*ſtrum & Opidum* GOTA *tenet ab Eccleſia*
„MAGVNTINA *in feudum.*
An. 1298.

Nos THEODERICVS Dei gratia *Iunior* Thuringie Lantgravius, Orientalis & Luſacie Marchio. Nos BERTOLDVS Comes *de Henneberg.* Recognoſcimus, tenore preſentium publice profitentes, nos Venerabili Patri, Domino noſtro GERHARDO, Archiepiſcopo Moguntino & Eccleſie eius, in ſolidum fore obligatos in Mille marcis puri argenti & examinati, ponderis *Erfordenſis*, perſolvendis eisdem in feſto bti MARTINI proximo affuturo, ſi prefatus Dominus noſter Archiepiſcopus per ſuam induſtriam, vel quocunque modo, impeticionem quam Sereniſſimus Dominus noſter ALBERTVS Romanorum Rex habet ad Principatum vel dominium Terre *Thuringie*, depoſuerit infra quindenam, a feſto Purificationis *bte* MARIE *Virginis* proximo computandum. Quod ſi factum fuerit, & predictas mille marcas non ſolverimus in termino prenotato, tunc *Erfordiam* perſonaliter intrabimus, exinde nullatenus preter eius beneplacitum vel expreſſam licentiam exituri, donec eandem pecuniam ipſis integraliter perſolvamus. Si autem medio tempore Caſtrum dictum *Steyn*, ſitum apud Cenobium Sanctimonialium, dictum *Celle*, ipſis dederimus liberum & ſolutum, cum his que ad ipſum Caſtrum pertinere noſcuntur, nos a predictis obligatione & pacto modis omnibus erimus abſoluti.

Preterea nos THEODERICVS Lantgravius ſupradictus, ad honorem DEI, & utilitatem Eccleſie Moguntine, quam favore proſequimur ſpeciali, nec non ad ſalutem anime noſtre, profitemur liberaliter per hec ſcripta, quod Caſtrum & Opidum GOTA, cum honoribus iuribus & pertinentiis uni-

verſis, deſcendentia ab Eccleſia Moguntina ad patrem noſtrum, & nos, iure & titulo feodali; ſi forte, quod abſit, ſine herede deceſſerimus Domino ſic volente, ſic, ut ad nos pertinent, revertentur preciſe ad ius, dominium & proprietatem Eccleſie Moguntine. Ex nunc a nobis data recognoſcimus ſub pretacta forma.

Ceterum nos THEODERICVS Lantgravius antedictus ſimiliter promittimus bona fide, quod prenotato Domino noſtro Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntine preſtabimus adiutorium, pro poſſe noſtro, contra omnes Inimicos vel adverſarios eorumdem, ſolo Imperio duntaxat excepto; ſic & Ipſi Nobis preſtare tenentur, omni dolo & fraude excluſis, quandocunque, & quotiescunque nos ab ipſis fuerimus, vel Ipſi a Nobis fuerint requiſiti.

In horum firmitatem & evidens teſtimonium preſentem litteram noſtro Sigillo iuſſimus communiri. Datum & actum *Nurenberg*, in domo *Fratrum* Ordinis *Minorum*. Anno Domi-
27 Nov. ni MCCXCVIII, V Kal. Decembris.

CCCCXXXIII
R. ALBERTI,

quod GERHARDO *omnia nomina Iudæorum* Moguntiæ *occiſorum & hæredes non habentium cedere debeant.*

An. 1299.

[*p. 631, ante n. 6.*]

NOS ALBERTVS D. G. Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Tenore preſencium profitemur, quod Nobis pro Tribunali ſedentibus in Caſtro *Nuremberg* Anno .. MCC *Nonageſimo nono* in die Epiphanie Domini, omnium circumſtancium applaudente caterva, & eciam approbante, ſentencialiter extitit

titit iudicatum, quod Venerabili GERHARDO, Maguntinenſis Ecclefie Archiepiſcopo, Principi & familiari noſtro dilecto, omnia Debita ſuorum Iudeorum occiſorum heredes non habencium cedere debeant, & ipſum Archiepiſcopum reſpicere integraliter & perfecte.

In cuius rei teſtimonium Maieſtatis noſtre ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Loco Anno & die predictis. Regni noſtri anno Primo. *Iam.*

CCCCXXXIV

„*Littera* BVRCHARDI *Archiep.* Magdeburgenſis, *continens, quod ipſe donat* H. *Pincernam* de „Apolde, *Eccleſie Mogunt. in perpetuum Miniſterialem.*

An. 1299.

Nos BVRCHARDVS Dei gratia Sce *Magdeburgenſis* Ecclefie Archiepiſcopus. Recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes, Nos, Nobilem Virum HEINRICVM, Pincernam *de Appolde*, Miniſterialem noſtre Ecclefie, Venerabili Domino, Maguntine Sedis Archiepiſcopo & Eccleſie ſue, in Miniſterialem preſentibus perpetuo donaviſſe. Renuntiantes nichilominus omni iuri, quod in eodem Miniſteriali noſtro hactenus dinoſcimur habuiſſe. Et ne cuiquam ſuper eo inpoſterum dubium aliquod oriatur, preſens Scriptum inde confectum fieri fecimus, & Sigilli noſtri munimine roborari. Teſtes huius rei ſunt

OTTO de *Brezna*, noſtre Eccleſie Canonicus. Nobilis Vir HEINRICVS Comes *de Blankinborch*, frater noſter dilectus. RICHARDVS Dapifer *de Alsleve*. HEYNO de *Alsleve*. HEYDEKO de *Nygrip*. FRIDERICVS de *Pomezin*. HEINRICVS *Troſt*: Milites noſtri. THI-

DERICVS *Croyzek* Famulus noſter, & quam plures alii fide digni.

Actum & datum *Magdeburg*, Anno Domini MCC *Nonageſimo nono*, XVI Kal. Martii. Pontificatus noſtri anno III.

14 Febr.

CCCCXXXV

„*Littera* H. *&* T. *de* APOLDE, *in qua ſupplicant Dno* „MAGVNTINO, *quatenus Archiepiſcopus dignaretur, Patrueles ſuos de Advocacia in* „HVSDORFF *infeodare.*
An. 1299.

Reverendo Domino ſuo GERHARDO Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopo, HEINRICVS & THEODERICVS fratres, Pincerne *de Appolde*, morantes in *Polonia*, obſequium tam debitum quam fidele.

Dominationi Veſtre omni qua poſſumus inſtantia ſupplicamus, quatinus omnium noſtrorum predeceſſorum, ac noſtri perpetui ſervicii intuitu, Advocaciam in *Husdorf*, quam de manu veſtra tenemus iure feodali, HEINRICO & THEODERICO Pincernis veſtris in *Appolde*, noſtris patruelibus, conferatis. Quam Vobis, ſi ipſis conferre dignemini, in preſentibus reſignamus.

1 Maii. Datum Anno Domini MCC *Nonageſimo nono*, Kal. Maii, in die beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*.

CCCCXXXVI

Digitized by Google

CCCCXXXVI

„*Littera* H. *Pincerne* de APOLDE, *que continet*, *quod* „*ipſe officium Pincerne tenet in feudum ab* „*Eccleſia* Maguntina. *An.* 1299.

HEINRICVS Pincerna *de Apolde*, filius quondam *Theoderici* Pincerne, omnibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit, indubitatam notitiam preſcriptorum.

Tenore preſentium recognoſco, publice profitendo, quod Venerabilis Pater, Dns BVRCHARDVS Archiepiſcopus, accedente conſenſu Honorabilium Virorum Decani & Capituli Eccleſie *Magdeburgenſis*, ad rogatum meum, me in Miniſterialem Venerabilis Patris ac Domini Archiepiſcopi & Eccleſie *Maguntine* tradidit liberaliter, & donavit. Et ſtatuo & promitto fideliter vive vocis oraculo ſub preſentium teſtimonio litterarum, quod, ſi umquam aliquam feminam de genere Miniſterialium aliorum quam Eccleſie *Maguntine* duxero in Vxorem; filii, quos ex tali uxore genuero, petendi vel habendi Nomen & officium *Pincerne*, quod michi iam pridem prefatus Dominus meus Archiepiſcopus Maguntinus contuliſſe dinoſcitur, ius aliquod non habebunt.

In cuius rei teſtimonium Sigillum meum huic Scripto appoſui. Datum *Apolde*, Anno Domini MCC *Nonageſimo nono*, III Kal. Iulii, in die Scor. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*. *29 Iun.*

CCCCXXXVII

„*Recognitio Epiſcopi* SPIRENSIS, *quod Archiepiſcopus* „MOGVNT. *Clerum & Populum civitatis & dio-* „*ceſis* Spirenſis *ſibi ſubditos, auctoritate* „*Metropolitica poterit viſitare.*

An. 1299.

Sciant cuncti ad quos preſens ſcriptum pervenerit, quod Nos FRIDERICVS, Dei gratia Epiſcopus *Spirenſis*, Reverendo in XPO Patri ac Domino noſtro, Dno GERHARDO ſancte Sedis Maguntine Archiepiſcopo, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellario; quandocunque Nos, Eccleſiam noſtram *Spirenſem*, tam in Capite quam in Membris, Prelatos Clerum & populum civitatis & Dioceſis Spirenſis auctoritate Metropolitica, per Se, vel per alium viſitaverit, aut voluerit viſitare, debitas obedientiam & reverentiam facientes; ad honorem DEI, glorioſiſſime MARIE Virginis Matris eius, Sanctorumque omnium, honeſtatem Cleri, eccleſiaſticam utilitatem, animarumque Dominice gregis ſalutem, in corrigendis Exceſſibus, vel neglectis in melius reformandis ibidem, ſub debito iuramenti & fidei, quibus ipſi Dno Archiepiſcopo & noſtre Eccleſie ſumus aſtricti, pro toto poſſe noſtro modis omnibus, & temporaliter & ſpiritualiter poſtulatum vel poſtulandum conſilium & auxilium impendemus efficaciter, omni dubio procul moto; nec ipſum, ſibique & nobis adherentes, in his aliquatinus deſeremus. Ad hec nos preſentibus Litteris, quas Sigillo noſtro ſignatas ſuper eo tradimus, obligantes.

Datum in Caſtro noſtro *Rodenburc* Anno Domini MCC *nonageſimo nono*, in vigilia Aſſumptionis *bte* MARIE Virginis. *14 Aug.*

CCCCXXXVIII

Digitized by Google

CCCCXXXVIII

ALBERTI R. Diploma, *quo* 500 *libras, cedentes* Archiep. Moguntino *annis ſingulis â Iudæis* Francof.. *pro Decima & iuribus Cancellariæ; recipiendas imposterum de bonis Iudæorum per Germaniam; aut Exactionibus quas Rex iisdem imponendas duxerit, liberaliter aſſignat.*

An. 1299.

Nos ALBERTVS D. G. Romanorum Rex ſemper Auguſtus: De maturo conſilio fidelium & Procerum noſtrorum, Venerabili GERHARDO S. Maguntine Sedis Archiepiſcopo, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, Principi & *Conpatri* noſtro cariſſimo, acceptanti, Quingentas libras *Hallenſ.*, percipiendas annis ſingulis a Iudeis *Franckfordenſibus* pro Decima & Iuribus, eidem Archiepiſcopo racione Cancellarie cedentibus; in futurum de bonis Iudeorum per Germaniam, ſeu Exactionibus quas eisdem inantea duxerimus inponendas, liberaliter aſſignamus. Salvis ante omnia ipſi Archiepiſcopo trecentis marcis denariorum *Colon.* per fel. record. Dni ADOLFI predeceſſoris noſtri donacionem, & noſtram confirmacionem ex certa ſciencia ſubſecutam, debitis annuatim a Iudeis *Franckford..* ſupradictis. Litteris quoque noſtris, & prefati quondam Regis ADOLFI ſalvis & intactis omnino, confectis ſuper his, & aliis, que in ipſis expreſſius continentur. In quibus omnibus prenominatum Archiepiſcopum Principem & Conpatrem noſtrum dilectum manutenebimus, & per noſtre manum Magnitudinis defendemus, quandocunque & quociens-cunque fuerit hoc neceſſe. Nullam eciam peticionem, *Stuƒram* vel Exactionem prefatis Iudeis *Franckf.* . qui nunc ibidem ſunt aut erunt, aliqualiter inponemus; exiſtentibus taliter in manibus Archiepiſcopi memorati. Ad que Nos obliga-

obligamus preſentibus; Noſtris, & Ipſius Archiepiſcopi temporibus, & non ultra, inviolabiliter duraturis: Quas noſtre Typario Maieſtatis ad omnium premiſſorum certitudinem fecimus communiri.

3 Oct. Datum *Oppenheim*, Anno Domini MCC Nonageſimo nono, V Nonas Octobris.

CCCCXXXIX

EIVSDEM *annutus, ad conſtituendam â* CONRADO *de* Heuſſenſtamm, *Coniugi ſuæ Dotem, ex bonis Imperii feudalibus.*
An. 1300.

NOS ALBERTVS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Ad univerſorum ſacri Romani Imperii fidelium noticiam publicam cupimus pervenire; quod Strenuus Vir, CONRADVS de *Huſenſtam* fidelis noſter dilectus, ALHEIDI coniugi ſue, Ducentas quinquaginta marcas denar. *Colon.*, tribus *hallenſibus* pro denario computandis, nomine Dotis ſeu donacionis propter nuptias, de bonis feudalibus que a nobis tenet & Imperio, de conſenſu noſtro benivolo & aſſenſu valeat aſſignare.

In cuius conſenſus noſtri & aſſenſus teſtimonium evidens & memoriam ſempiternam, preſens ſcriptum Sigillo Maieſtatis noſtre iuſſimus communiri.

6 Iul. Datum *Maguntie* II Nonas Iulii. Indictione XIII. Anno Domini MCCC, Regni vero noſtri anno Secundo.

CCCCXL

Digitized by Google

CCCCXL

SENTENTIA *Arbitralis*, ſuper *Curte in* KELBERAV, *controverſa inter Capit.* Aſchaffenb.. & DD. de IAZA. *An.* 1300.

In nomine Domini Amen.

Noverint univerſi, quod cum Honorabiles Viri.. Decanus totumq; Capitulum ecclesie *Aſchaffinb.*. ex una parte, nec non REINHARDVS, GYSO & CONRADVS, fratres *de Iazabe* ex parte altera, ſuper curia ſive Curte, ſita in villa *Kelberauwe*, & ſuis pertinenciis univerſis, ac omni Queſtionis materia que ratione eiusdem curie vertebatur aliquandiu inter eos, in Nos HEYLMANNVM dictum *de Wiler* Cantorem, BRYSINGVM de *Heydebach*, & SYFRIDVM de *Bomersheim* Canonicos *Aſch.*.. tamquam in communes Arbitros Iuris compromiſiſſent voluntarie hinc & inde, iuxta quod in Compromiſſo deſuper confecto & Sigillo Curie ſeu Iudicum *Aſchaffinb.*. ſigillato plenius continetur;

Nos Arbitri predicti, auditis omnibus que Partes hinc vel inde pro iure ſuo coram nobis proponere voluerunt; & receptis teſtibus utriusque partis iuratis, & ſuper intentionibus Partium examinatis legaliter & prudenter, ac eorum Dictis in ſcripto redactis, publicatis, perlectis cum diligentia, & diſcuſſis, ac prudentum Virorum ſuper eis & aliis coram nobis propoſitis; habito Saniorum conſilio, quos habere potuimus meliores, ſecundum ea que vidimus & audivimus; Nos Cantor & BRYSINGVS de *Heydebach* ac SYFRIDVS de *Bomirsheim*, Canonici, Arbitri prenotati, concordes & unanimes, prefatis.. Decano & Capitulo Curiam ſive curtem in *Kelberauwe* ſitam, de qua eſt queſtio, cum ſuis attinenciis univerſis & ſingulis, arbitrando diffinitive adiudicamus in his ſcriptis, per-

petuis ab ipſis temporibus poſſidendam: Sepedictis fratribus de *Iazabe* ſuper eadem perpetuum ſilencium imponentes.

Lata eſt Sententia arbitralis in Clauſtro eccleſie *Aſchaffinb.* 20. Iulii Anno Domini MCCC, tertia feria poſt *Marie Magdalene*, continuata a ſecunda feria precedente, que fuit ad pronunciandum diffinitiva de conſenſu partium pro termino aſſignata.

CCCCXLI
„De Advocacia in *Obernburg*.
An. 1300.

Vniverſis Xpi fidelibus preſens Scriptum viſuris, tam preſentibus quam futuris, GOTFRIDUS de *Bickenbach*, & ALHEYDIS, Relicta Nobilis Viri quondam PHILIPPI de *Bickenbach* fratris eiusdem, ſalutem in vero ſalutari.

Recognoſcimus litteras per preſentes, & publice profitemur, quod nos, dampna intolerabilia Vſurarum, & gravia onera Debitorum per nos & quondam *Philippum* predictum fratrem noſtrum communiter contractorum, que ſuper nos occaſione Diſſenſionum & Preliorum graviter excreverunt, & cottidie iam excreſcunt; minuere, & futurum periculum precavere ut poſſimus cupientes de noſtrorum conſilio amicorum Advocaciam in *Obernburg*, & omnia bona noſtra ibidem, que proprietatis titulo poſſedimus; & Iura noſtra univerſa, cum Cenſibus feſti *Sci Michahelis* in *Huſen* ſita trans *Mogum* annuatim ſolvendis, ſive predicta Bona & Iura conſiſtant in Iudiciis, poſſeſſionibus, curtibus, manſis, agris, pratis, vineis ſeu vini proventibus, denariorum cenſibus, pullis, anſeribus, precariis, hoſpiciis, molendinis, ſilvis, paſcuis, piſcariis, aditibus, exitibus, intra vel extra, ſupra ſe vel infra ſe, aut aliis quibuscumque, queſitis & non queſitis, quocunque vocabulo cenſeantur; Honorabilibus Viris CONRADO Decano & Capitulo Eccleſie *Aſchaffinburgenſis*; quam Advocaciam ab ipſa eccleſia,

ſia, ſeu ab Honorabili Viro, Dno SIFRIDO dicto *de Solmeſſe*, Prepoſito ipſius Eccleſie, titulo tenuimus feodali, vel quocunque alio titulo alia bona dinoſcimur habuiſſe, ſeu etiam poſſediſſe; Vendidimus, & vendimus, unanimi voluntate pariter & aſſenſu in perpetuum poſſidenda, pro *Sexcentis libris Hallenſium* legalium & bonorum numerate pecunie nobis tradite integraliter & ſolute, quos in ſolutionem debitorum per nos communiter contractorum convertimus, ut ſuperius eſt premiſſum.

Reſignantes & aſſignantes corporalem poſſeſſionem eorumdem bonorum BRYSINGO * Canonico Eccleſie *Aſcb.* predicte; qui recepit & intravit poſſeſſionem eorumdem, nomine ſuo & Decani & Capituli memorati, ad habendum, tenendum, & perpetuo faciendum. * *de Heydbach.*

Renuntiantes nichilominus per preſentes omnibus & ſingulis Exceptionibus; videlicet exceptioni Doli mali, & in factum Actioni: Condictioni indebiti, Sine cauſa, Omni tempori feriato, omni Appellationis remedio, omni privilegio *Crucis* * & fori. Conſtitucionibus de duabus Dietis, & quod nemo trahi poſſit ad Iudicium extra ſuam Dyoceſin. Conventioni locorum & Iudicum, & beneficio Reſtitucionis in integrum; Privilegio Dotis, Contradictioni Litterarum Apoſtolicarum, Petitioni & oblationi Libelli, & Copia preſentis inſtrumenti; Omnique alii exceptioni, & Iuri canonico & civili, generali & ſpeciali, contra hoc Inſtrumentum vel factum quomodolibet facientium: Et predicta omnia & ſequentia attendere & obſervare, & in nullo contravenire, de iure, vel de facto per Nos, vel per alios, per que dicta venditio & emptio dictorum Bonorum vicietur ſeu infirmetur, vel predictis Decano & Capitulo preiudicium aliquod generetur. Advocaciâ in villa *Huſen* trans *Mogum*, nec non Hominibus noſtris, qui dicuntur *Godesleben*, tam in *Obernburg* quam in *Huſen* reſidentibus, dumtaxat exceptis. Quam Advocaciam in *Huſen* & quos Homines nobis preſentibus reſervamus. * *diſtincte ſic.*

Hoc proviſo, quod univerſitas Ruſticorum in *Obernburg* habeat ius ſecandi ligna pro ſuis uſibus & edificiis, & pecora depaſcendi in ſilvis ſitis inter villam *Huſen* & Clauſtrum *Himmeltal*,

meltal, tale, quale hactenus habuerunt, & habere eciam debuerunt. Promittentes inſuper bona fide, quod dictos Decanum & Capitulum contra omnem hominem, ſi a quocunque eos inpeti contigerit, quod non ſperamus, quantum poſſumus defendemus.

Et ut ipſis Decano & Capitulo, CONRADI, filii quondam PHILIPPI fratris noſtri, GOTFRIDI, adhuc infra annos exiſtentis, conſenſum voluntarium & expreſſum circa dictam vendicionem, dum ad annos diſcretionis & legitimam etatem pervenerit, procuremus; quod faciendum promiſimus, & promittimus per preſentes nos facturos & curaturos; & pro nobis contra omnem hominem debitam warandiam ſecundum ius & bonam terre conſuetudinem faciamus; Eis fideiuſſores dedimus infraſcriptos Nobiles Viros, videlicet Dn. OTTONEM de *Bickenbach*, Dn. VLRICVM filium ſuum, Dn. GODEFRIDVM de *Sluzelburg*, Dn. EBERHARDVM Pincernam *de Erpach*, & Dn. Philippum de *Falckenſtein* iuniorem: PETRVM dictum *Stumph* de *Tannenberg*, & GOZONEM dictum *During* Milites. HEINRICVM dictum *de Reckershuſen*, GOZONEM dictum *Fechenbach*, & GOZONEM dictum *Mekefiſch* Armigeros: Qui omnes fide preſtita promiſerunt *Briſingo* Canonico predicto, nomine ſuo & predictorum Decani & Capituli ſtipulanti, ſi predicta omnia & ſingula, de warandia, per nos, & per prefatum *Conradum* puerum facienda dum ad annos diſcretionis pervenerit, non fuerint ut dictum eſt, totaliter adimpleta; recipient ſe apud *Aſchaffinburg;* Et nos GODEFRIDVS de *Bickenbach* prenotatus, ipſis Decano & Capitulo principaliter obligati & fideiuſſorie, intrabimus Hoſpicium cum eisdem, tam diu ſimul omnes more fideiuſſorio commeſturi, & nunquam inde exituri, donec omnia & ſingula fuerint legitime conſummata.

Quodſi medio tempore, quod abſit, fideiuſſorum aliquem predictorum mori contigerit, infra unius menſis ſpacium a tempore premortui ſubrogabitur eque bonus; alioquin alii fideiuſſores, moniti, ex tunc apud *Aſchaffinburg* in uno hoſpicio ſatisfacient, fideiuſſorie comeſturi, & tam diu fideiuſſionis debitum expleturi, donec alter fideiuſſor eque idoneus ſubrogetur.

Vt

Digitized by Google

Vt autem omnia & ſingula ſupradicta rata permaneant atque firma; preſens Scriptum inde confectum in evidens teſtimonium ſuper eo, noſtri *Gotfridi* de *Bickenbach*, ac Nobilium Virorum fideiuſſorum ſuperius poſitorum, procuravimus Sigillorum munimine roborari.

Et nos Otto de *Bickenbach*, Godefridvs de *Sluzelberg*, Eberhardvs Pincerna *de Erpach*, & Philippvs de *Falckenſtein* ſupraſcripti, ad preces prefatorum Gotfridi & Alheydis, Sigilla noſtra duximus preſentibus apponenda. Nos quoque Vlricvs de *Bickenbach*, Sigillum proprium non habentes, ſigillo patris noſtri predicti, *Ottonis* videlicet, uſi ſumus. Nos etiam Alheydis predicta, quia ſigillum proprium non habemus, Sigillum Civium *Aſch.*. apponi rogavimus huic ſcripto. Et Nos Heinricvs Sculte-tus & Scabini *Aſchaffinb.*. Sigillum noſtri Opidi ad rogatum Nobilis Matrone *Alheydis* preſentibus duximus appendendum. Teſtes autem huius rei ſunt:

Lodewicvs de *Staden*. Wortwinvs & Fridericvs fratres, Cognati Pincerne, Vicarii Eccleſie *Aſch.*. Arnoldvs dictus *Ruſchebuſch*, & Conradvs *Sadelere*, Sacerdotes.

Conradvs Vicedominus *Aſchaffinb.*. dictus *de Wede*, Miles. Gerhardvs dictus *de Sweyneburg*, Clericus. Frater Wolframvs dictus *Mage*, de *Hymmeldal*. Bertholdvs de *Walſtad*. Hermannvs *Bigere*. Conradvs *Keſtenberg*, & Heylmannvs de *Portula*, Scabini *Aſch.*.

Conradvs de *Beſſinbach*, Herbordvs dictus *Gans*, Brvnwardvs de *Bratſelde* Armigeri; & alii quam plures.

Datum & actum Anno Domini MCCC, in die Decollationis Sci *Iohannis* Baptiſte. 29 Aug.

Metam Numero rotundo Anni 1300 præfixam feliciter attigi. Cum vero Chartæ tres ſeſe inter operas ſubduxiſſent, eas in Cumulum adiicimus.

CCCCXLII
Traditio Walpurgis.
An. 1103.

Ego Walpvrga laica, Hvmberti quondam coniux, Allodium meum, duas Molas meas, Navigium unum, que *Acruftele* poſſedi, & duos Manſos in pago *Liche*, Fratribus Sci Iacobi *Moguntie* extra muros dedi, ut noſtrorum amborum, & Lvze cuiusdam ſemper agatur memoria. Et pro ſingulorum commemoratione, Fratribus ibidem quinque conſtitui uncias. Inſuper pro me meisque parentibus & filiis in capella Sce Marie ibidem bis in ebdomada Defunctorum celebretur Miſſa; una, die Sabati, & alia, die qua Fratres ordinaverint. Ad Sanctam *Mariam* novem quoque conſtitui uncias: decem pro lumine; & quinque, Fratribus ibidem, ad Caritatem in dedicatione eiusdem capelle. Actum Anno Domini *Milleſimo Centeſimo tertio.*

CCCCXLIII
Contractus feudalis inter Archiepiſcopum *&* Fridericvm de Kelberau, *quoad bina Caſtra*, Ronnenburg *&* Waldenberg.
An. 1227.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Fridericvs de *Kelberauen* Camerarius *Maguntinus*. Notum ſit tam preſentibus quam futuris, quod ego proprietatem Caſtri mei *Ronnenburg* dedi Eccleſie *Maguntine*; & ipſum recepi de manu Domini Archiepiſcopi, in feodo poſſidendum. Huius

Digitized by Google

Huius rei cauſa ipſe vice verſa Caſtrum *Waldenberc*, cum univerſis feodis que tenebat ab Anteceſſore ſuo Dno CONRADO b. m. Archiepiſcopo Maguntino, & ab eo CONRADVS Vicedominus *Aſchaffenburgenſis*, dictus *de Waldenberc*, & pueri eius, michi contulit titulo feodali; ita duntaxat, quod ſi Ego, Legitimam habens ſine liberis fatis ceſſero, Vxor mea, predicta Caſtra iure feodali diebus tantum vite ſue poſſidebit. Si autem filios & filias ex uxore legitima genuero; ad illos dicta caſtra & feoda integro iure tranſibunt. Si autem ero ſine liberis & uxore, medietas predictorum caſtrorum libere & ſolute redibit ad Eccleſiam Maguntinam.

De medietate reliqua utriusque caſtri hereditabo quos voluero, qui ipſam medietatem utriusque caſtri & feoda, iure feodi poſſidebunt. Illi autem heredes mei de ipſa medietate utriusque caſtri iuratoriam cautionem, que vulgo ſonat *Ledicheit*, preſtabunt Eccleſie Maguntine. Dominus Archiepiſcopus Mag. etiam ipſos heredes, quoscunque conſtituero, manutenebit & fovebit, & tamquam illos qui dicuntur *Ledigman* diligenter defenſabit.

Camerariatum *Maguntinum*, & Vicedominatum *Aſchaffenburgenſem* diebus vite mee omnibus poſſidebo, inde nullo modo removendus, niſi forte demeruero, & ab Archiepiſcopo Maguntino commonitus, infra tres menſes non ſatisfecero, vel compoſuero, amicabiliter ſive iuſte. Quod ut ratum & inviolabile obſervetur, Cartam iſtam Sigilli mei impreſſione roboravi. Teſtes huius rei ſunt

HENRICVS de *Ravinſpurg* Prepoſitus *Pinguenſis*. & Can. *Mag.* REINHARDVS de *Hagenauwe*. DIETHERVS de *Rusteberg*. HENRICVS *Aſchaffenb.*. Vicedominus, & HERTWICVS Sculteſtus *Pinguenſis*.

Datum apud *Erphord*, quarto Kal. Decembris. Pontificatus Domini noſtri Anno XXVII°. 28 Nov.

CCCCXLIV.

Digitized by Google

CCCCXLIV.

GERHARDI I. *Traditio manſorum nomine Feudi caſtrenſis & hæreditarii.* *An.* 1252.

[Connexa cum N. CCLX.]

GERHARDVS D. G. S. Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Recognoſcimus & tenore preſencium publice proteſtamur, quod nos, de conſenſu & voluntate Capituli noſtri *Maguntini* dedimus ALBERTO & GERHARDO, & EMBRICHONI filio fratris ſui, de *Wolveskelen*, Militibus, tres manſos in Caſtro noſtro *Wolveskele*, nomine caſtrenſis feodi iure hereditario perpetuo poſſidendos; Ita quod ipſi & eorum heredes dictum caſtrum noſtrum fideliter cuſtodiant ad honorem & utilitatem Eccleſie *Maguntine*. Teſtes huius rei ſunt

ARNOLDVS Camerarius *Magunt.* SIFRIDVS Dapifer *de Rinberg.* GISELBERTVS *Volpes de Rudensheim*, & CONRADVS de *Zagelbach.* Milites. FRIDERICVS de *Waltertheim* Scultetus, & ARNOLDVS *Walpodo*, Cives Maguntini. OTTO de *Crumpach.* HARTMODVS de *Cronenberg*, & MASO de *Nerſtein*, Milites.

In teſtimonium huius rei preſentes Litteras noſtro & Capituli noſtri Sigillis duximus roborandas. Actum *Maguntie*
21 *Iun.* Anno Domini MCCLII, XI Kal. Iulii. Pontificatus noſtri anno Primo.

AD-

Digitized by Google

ADDITAMENTA.

Pag. 265, *ubi de fundatore Monaſterii* Arnsburgenſis *diſſerui; Addo, hunc probabiliter eſſe illum* Conradum *de* Hagene [f. Hanovicum] *qui, teſtibus inter Liberos adſcriptus legitur p. 83.*

Præterea (quod ad ipſa Diplomata notare excidebat) monendum, plures, qui ſub Comitum *appellatione occurrunt, non* genuïnos *extitiſſe* Comites; *ſed ipſis tantummodo titulum iſtum ſeu prædicatum, reſpectu* Comiciarum *quas adminiſtraverant, fuiſſe tributum. Tales e. g. ſunt* Godefridus COMES, & Gyſo *de* Gudensburg, *p.* 427. Comes *Albertus* de Wallenſtein, *p.* 703, *aliique; revera Nobiles ordinarii Terræ* Haſſiæ, *huiusmodi Comiciis, ut Chartæ ſatis commonſtrant, abundantis. Atque hunc appellationis abuſum, multis eſſe cauſam ſuſpicor, ut novas Comitum familias, quæ nunquam fuerunt in rerum natura,* ſibi *imaginentur.*

✿ ✿ ✿

Poſt Additiones *ſequi ſolent* EMENDATIONES. *Eſt autem Error Vnus, isque, ut revocetur & corrigatur ſilentio minime tegendus. Videlicet circa ea, quæ ex relatione aliena imputavi* Archiepiſcopo CONRADO. *p.* 253, *ibi:* Quod, cum ad mandatum - - - - quæ commiſerat. *Huic ſiquidem imputationi anſam dedit ſtupidus ille Scriba, qui vocem, à me pro* Archiepiſcopo *acceptam, expreſſit littera unica,* A. *hic ſignificante* ABBAS. *Inquam* CONRADVS Abbas Lauriſſenſis: *de Eo ibidem quæſtio erat.*

Per quam ſub dicta ſigla vocem latentem, ego, utpote meras res Moguntiacas manibus, oculis, & animo tractans, A: Archiepiſcopum, [Moguntinum CONRADVM] *fide optima rebar intelligi.*

telligi. Auxerat conceptam exinde fidem meam, a) *contemplatio Expreſſionis huius :* propter Dilapidationem : *Qua nempe*, *Calicem iſtum immenſæ molis aureum indigitari*, *mihi porro præfigurabam*, *quem Archiep.* Conradus *ex Theſauro* S. Martini *aſſumptum alienaverat.* [n. LXXXVII.] b) *Quod illi tres*, Arnoldo *trucidato*, *in ſchiſmate electi*, *hunc theſaurum invaſiſſe*, *ac ſpoliaſſe*, *notentur in Hiſtoria.* [V. p. 244.]

Et hæc quidem ſunt, *quæ loco* Emendationum *explicare debuit ; veriora edoctus â* Trithemio, *qui totam*, *expreſſo* Conradi Abbatis *nomine*, *Epiſtolam protulit in Annal.* Hirſaug.

MAN-

MANTISSA

VICEDOMINORVM ELECTORALIVM:

I) Moguntinæ Vrbis,

II) Aſchaffenburgenſium,

III) Rhingavienſium.

Nec non

SATRAPARVM SVPREMORVM:

IV) Terræ Eichsfeldiæ,

V) in partibus Haſſiæ,

Succeſſionis ordinem exhibens.

Laborioſo noſtro Diplomatum, Litterariorumque monumentorum theſauro in uſum publicum colligendo occupatus, eo ſimul animum applicui, ut annotarem Perſonas illas omnes, quæ aliquando in Electorali Moguntina Diœceſi, primaria, tam Eccleſiaſtici ſtatus, quam Secularis, obiverunt Munia & Dignitates; atque Easdem concinnarem & redigerem in Catalogos, ſive ELENCHOS, *accuratam ſucceſſionum ſeriem, quantum per induſtriam licuit, a longis retro ſeculis ad noſtra uſque tempora curioſo Lectori ad oculum proponentes. Eſt enim Poſteris utile ac iucundum, huiuscemodi ſucceſſiones legendo percurrere, ac ſubinde offendere modo hunc, modo illum, noſtri Nominis, Familiæ, aut celebris famæ Virum, iam pridem, temporum antiquitate, ex memoria deletum, qui hanc, illamve olim ſpartam cum ſui commendatione laudabiliter exornaverat.*

Digitized by Google

Et ſane pro Chartarum, quas in tot Archivis indefeſſo ſtudio perluſtravi, multitudine decumana fieri non potuit, quin propoſiti hac in parte concepti ſcopum feliciter attingerem.

Eccleſiaſtici *ſtatus ſucceſſiones in Eccleſiarum Prælaturis quod attinet, harum potiſſima pars iam tum Anno 1722 in Cl.* IOANNIS *Tomo II.* Rerum Moguntiacarum *in lucem prodiit; nimirum Catalogi Reverendiſſimorum* Præpoſitorum, Decanorum, Cuſtodum, Scholaſticorum *&* Cantorum *ſummæ* Ædis Metropolitanæ; *quin imo abſolutus omnium fere* Canonicorum *Syllabus. Eorundem ordinata ſeries habetur in Chronicis illarum Inſignium* Collegiatarum: *S.* Petri, *S.* Stephani, *S.* Victoris, *Beatiſſimæ* Virginis *ad gradus. Elenchos Rmor.* Pro-Epiſcoporum *ſive Vicariorum Generalium in Pontificalibus, accedente.*

Reliquarum vero Eccleſiarum Prælati, utpote S. Crucis, *S.* Mauricii, *S.* Ioannis, *& S.* Gangolfi: *Item ſucceſſio* Suffraganeorum *per* Haſſiam *&* Thuringiam: *Vicariorum Generalium in* Spiritualibus, *Vicariorumque* Regiorum * *penes nos etiam nunc aſſervamus, &, ſi* DEVS *vitam & vires concedat, typis pariter edemus.*

* *Hos quidem occaſione* Vicariarum *Templi Metropolitani: Quarum originem ac fundationes, cæteraque illuc ſpectantia colligendo redegi in* Opuſculum *ſeparatum. Numerantur autem LII Vicariæ, ſingula ſingulos ſuos habentes poſſeſſores; quos inter, primas obtinet* Vicarius REGIVS, *ceu ab Auguſtiſſimo Imperatore conſtitutus.*

Telam proinde in præſentiarum exordimur a Statu SECV-

LARI; *ab iis ſcilicet, quos Mantiſſæ noſtræ titulus deſignat. Qui ſunt reliqui, Tomis futuris reſervantes.*

Curioſitati Lectoris aliquomodo in antecesſum ut ſatisfiat, breviter eos recenſeo. Sunt igitur a) Proviſores, & b) Vicedomini, *Erfurtenſes.* c) Camerarii, d) Schulteti, *Moguntini: iunctis* Iudicibus *ſeculi XIII, XIV, &c.* e) Aulæ Marſchalli, f) Præfecti Violentiarum, *vulgo* Gewalts-bott. [*Cancellarios* iam dedimus in noſtra *Sylloge*, anno 1728 publicata.] *Et denique in* Annalibus Vniverſitatis, *ſive* Studii generalis Moguntini, *quos compilavi*, Rectorum & Cancellariorum *ſucceſſiones, una cum* Profeſſorum *veterum nominibus* per *Facultates ſingulas; Atque omnes quidem Perſonas illas non quoad nuda ſolum Nomina, ſed & alia ſata referemus.*

Vicedominos noſtros perſtringere antequam aggrediar, libet imprimis prævie adumbrare ex Gloſſario DU FRENE, *quam diverſimodæ Officii iſtius partes quondam fuerint. Gloſſographus iſte Vicedominis varia, ſparſim, adſcribit prædicata, generalia, & ſpecialia.*

„VICEDOMINVS, (ait) qui vices aut locum Domini obtinet. —— „Eſt igitur — idem qui *Vicarius* ſeu locum tenens. Chron. Erford. „an. 1315. *Epiſcopus ad nutum Imperatoris* Ludovicum *in totam Thurin-„giam miſit, & ibi Vicedominum*, id eſt, *Vicarium per totam Thurin-„giam fecit.* Charta Goſcelini Archiep Burdegalenſis - - - *Simon fra-„ter meus, Partiniacenſis caſtri mei Vicedominus.* &c.

„Apud Adamum Bremenſem - - & Alb. Stadenſem an. 1068 *Vicedomi-„natum* dicitur poſſidere is, qui poſt Principem in Regno *rerum ſum-„mam* obtinet.

EPISCOPORVM *Vicedominis, ſignanter applicabilia videntur ſequentia, dum* p. 1567 T. VI *filum continuando pergit:*

„*Vice-*

Digitized by Google

„*Vicedominos* ad hoc conſtitutos conſtat, ut eſſent, qui rerum tempo„ralium, ad eccleſias pertinentium, curam gererent, quamdiu E„piſcopi, quorum vices agebant, & a quibus erant inſtituti, rebus „ſpiritualibus & divino officio vacabant. — — — — Hincma„rus Remenſis Opuſc. 27. rerum ſecularium ſeu externarum, Vice„domino; ut Eccleſiaſticarum Præpoſito Eccleſiæ incubuiſſe munus „indicat, ad Regem Carolum *&c.*

P. 1568: „Vicedominos eligebant ipſi Epiſcopi, qui ipſorum res ſtre„nue tutarentur, Vaſallorum ſeu clientum eccleſiæ ſuæ Cauſas iudi„cio dirimerent.

P. 1570. „Curabant præterea Vicedomini, ut morientibus Epiſcopis res „ab iis relictæ in tuto eſſent, neque domus eorum expilarentur. Pra„vus quippe mos invaluerat ſuperioribus ſæculis, ut ſtatim atque „deceſſerant, domus eorum invaderentur, resque ab iis quondam „poſſeſſæ diriperentur.

P. 1573: „*Vicedominorum* præterea officium erat, Epiſcoporum exer„citus conducere in hoſtem, ſi bellum pro bonis Eccleſiæ conſervan„dis ſuſcipi ab iis neceſſe foret &c. Denique ſi Epiſcopus ratione „Regalium ſuorum a Principe ſubmoneretur ad exercitum, Vicedomi„nus eccleſiæ vaſallos conducebat, eaque obibat munera, quæ Epi„ſcopus, cuius vices eo caſu tenebat, pro ſua dignitate implere non „poterat.

Atque hæ propemodum erunt provinciæ, quas antiquiſſimis temporibus Vicedomini Moguntiacenſes adminiſtraverunt. Noſtro ævo Vicedominus Moguntinæ Metropoleos eſt Senatus urbani Caput; Cui iuxta cum aſſiſtentibus Senatoribus incumbit primario vigilare rebus ad Politiam *pertinentibus, exercere ius Centenæ minoris; Cognitio ſuperior de rebus Ædilitiis &c. Vicedominus ſine adiunctis Solus præeſt Villis quibusdam Vrbi vicinis, quæ nominatim ſunt* Caſſel, Coſtheim, *&* Weiſſenau.* *Eſt inſuper Archiepiſcopalis Curiæ Iudex perpetuus.*

* *In vernacula* Vizdom-Ambt.

Hæc-

Hæcque ad notitiam Vicedominorum in genere, *ac quoad* Moguntinum *in ſpecie*, *præmiſſa ſufficiant. Bini reliqui*, Aſchaffenburgenſis & Rhingavienſis, *reipſa Archiſatrapæ, per excellentiam nuncupantur Vicedomini. Itaque ne benevoli Lectoris exſpectationem diutius ſuſpendam*, *ad rem ipſam procedo.*

ELENCHVS

I) *Vicedominorum* MOGVNTINÆ *Vrbis.*

Primus omnium qui in antiquis noſtris literariis munimentis ſubit, eſt, & vocatur

WISO, *Vicedominus.* Scilicet numero præſentium diplomatum 136, p. 370. cuius tenore an. 1056 paludem prope murum Civitatis Moguntinæ, inutilem & infructuoſam, donavit cuidam *Meingoto.* 105..

GERHARDVS *Vicedominus:* GEBENI Præfectus Vrbis. Obvii T. II. *Rer. Mog.* p. 463., ſive in Litteris *Sigefridi I*, datis Eccleſiæ Collegiatæ D. *Petri* ſuper iure Decimationis in Thuringia, an. 1069. Et *p. 461*, ubi in apographo quo tunc utebamur perperam *Bernhardus* audit. Quippe multis annis poſt, (1737) occaſionem opportunam ipſa *Autographa* inſpiciendi nactus, loco Bernhardi, ſtatim reperi *Gerhardum.* 106..

HEREMANNVS *Vicedominus.* Teſtis in Charta *Wezelonis* (an. 1073. Ind. III) qua comparaſſe refert certa Prædia. *T. II. p. 579.* Cum vero Indictio III, Æræ 1073 haud quadraret, Cl. *Ioannis* eidem applicavit æram 1064. Poſtea tamen reperta ad manus venerunt originalia, quæ Annum 1073 diſerte exprimunt. Ego ſane in huiusmodi occurrentibus contrarietatibus opinor, indictionem potius ſecundum Annum, quam annum iuxta Indictionem regulandum eſſe. Quoniam præterea impreſſum etiam exemplar cum orthographia non accurate convenit, ideo operæ pretium duxi, hæc eadem ad apicem ipſius autographi ſubiungere. 10..

Digitized by Google

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *Notum ſit omnibus Xpianis, preſentibus & futuris, quod Ego* WEZZIL, *in Congregatione Sci* Victoris *Canonicus, in* Mogoncienſi *Archiepiſcopatu emi quedam Predia, ſcilicet duos manſos, apud villam* Badenheim *ſitos, a liberis hominibus Comite* EMBREKONE, *& fratre ſuo* de Dideſe, * *& Domino* WOLFGANGO. *Que predia eodem iure, quo ipſi ea poſſederant, ego & ipſi collatis manibus Altari Sce Crucis in eccleſia S.* Victoris *absque omni contradictione, & absque omni iure placitandi ſuper ea, vel potrocinandi, pro animabus noſtris & anteceſſorum noſtrorum, contradidimus, ut ipſi Canonici ſingulis ſeptimanis in III feria, & V, Miſſas pro defunctis ad idem altare perpetuo celebraverint. Ego etiam tres manſos & dimidium, apud* Nordolſesheim & Vndenheim *ſitos, & unum apud* Mumenheim & Brizcenheim, *ad idem altare eadem lege tradidi. Hanc quoque conditionem adiunximus, ut, ſi aliqua ab eisdem prediis querimonia mota fuerit, in Sinodo Archidiaconi eiusdem Eccleſie inde tractetur. Si ibi nequeat diffiniri, in communem Sinodum Archiepiſcopi differatur.*

* Diez.

Huic autem Traditioni SIGEFRIDVS *Archiepiſcopus banno ſuo, & omnium orthodoxorum pacem confirmans, eius teſtimonio ſuam Imaginem impreſſione ſui Sigilli teſtem precepit apponi. Anno incarnationis Domini Mill°. Septuag°. III°. Indictione III.*

EMBREKONE ſummo Prepoſito.
BERNHARDO Camerario.
„HEREMANNO Vicedomino.„
RAZONE Decano.
GOZVVINO ſummo Magiſtro.
FOLBERDO Cantore.
SIGEBODONE Prefecto.
WALTERO Comite.
MEGENGOZ Centurione.

Teſtibus:

GVNCELINO Prepoſito eiusdem eccleſie.
WILLO Decano.

HVM-

Digitized by Google

HVMBERDO Scolaſtico.
WEZELONE Cantore, & omnibus fratribus.

Laicis:

GODEFRIDO, Advocato eiusdem eccleſie. DISONE. GEZONE. DVDELINO. IMMELINO. ECKEHARDO. WOLBERONE. HEREMANNO. REGENBOLDO. ENGENZONE. GERHARDO. BVBONE.

GISELBRAT *Vicedominus:* in Diplomate *Ruthardi* de fundatione Monaſterii *Cambergenſis*, An. 1090. Supra p. 32. *Gerhardus* Vrbis Præfectus, apud *Hartungum* Abbatem D. *Iacobi* an. 1102. T. *II. p. 806.* 10..

EMBRICO *Vicedominus* ad an. 1108, p. 39 hic. Vltima vice an. 1123 in Charta fundationis Coenobii *Ilbenſtadt*, (p. 55) ubi ſimul *Comes Vrbis*, *& Eccleſiæ Advocatus* ARNOLDVS adducitur. Idemque rurſus an. 1132. (p. 104.) & an. 1135: *Præfectus Civitatis* Arnoldus. (*p.* 120) Nec fere hic alius eſſe poteſt, quam Comes *Arnoldus* de *Laurenburg*, e Domo *Naſſovica.* 110.

ERNOLT *Vicedominus.* An. 1127 in tabulis *Adelberti I.* (p. 67.) 112.

RVTHARDVS *Vicedominus*: An. 1128 (p. 75. 79.) Porro in Litt. fund. *Schwabenheimenſis* monaſterii de an. 1130. (p. 91.) 1131 (p. 100.) 1132. (p. 104.) 112.

EMBRICO *Vicedominus* 1132 (p. 107) 1133 (p. 111) 1135 (115. 121.) 11..

RVTHARDVS *Vicedominus.* An. 1142 (p. 133. 138.) 1143 (143.) 1144 (159.) DVDO de *Ruſleberg* Vrbis Præfectus. p. 143. ſq. 11..

MEINGOZ: MEINGOTVS *Vicedominus.* An. 1145 (169.) 1146 (177. 182.) 1151 (p. 211. 213.) 1152 (p. 217. 218.) 114.

Intermedii: GERLAVS vel *Gerlacus* (p. 164. p. 207) & HENRICVS (p. 196.) ad *Erfurtenſes* Vicedominos ſpectant. WICHNANDVS vero (p. 166) ad *Aſchaffenb.*.

HELFRICVS, ſubinde HELPERICVS, *Vicedominus.* An. 1155. (p. 222) 1158 (p. 232) 1160. (p. 237) 11..

CONRADVS *Vicedominus.* Teſtis in Litt. *Chriſtiani I.* an. 1175, queis Fratribus S. *Mariæ* ad celebrandam quot annis Cenam Domini largitus eſt XX Solidos bonorum nummorum, & unam amam

 boni

Digitized by Google

boni vini, & tot panes albos qui fieri poſſunt de uno maldro tritici. *&c. T. II. p. 648.* fin.

11.. DIDERICVS *Vicedominus* de *Selhoven.* * De eo, iam mortuo, ſequens mentio fit in Litt. *Conradi I,* an. 1190 Eccleſiæ D. *Stephani* datis. *T. II.* p. 523. „*Villam* Hohdorf, *quam habuerunt* - - - -, *&* „*Cenſum denariorum, quem* DITRICVS Vicedominus *de* Selhoven „*a nobis in beneficio habuit, - - & qui nobis, eo defuncto &c.*

* Eſt illud Nomen familiæ, eius ſcilicet, unde oriundus fuerat Archipræſul ARNOLDVS. Quo conf. *p.* 220.

119. EMERCHO *Vicedominus:* Eodem in diplomate Teſtem agens. *T. II. p. 524.* An. 1192 (*p. 317* hic.) 1194. (*p.* 330) nec non in Litt. quibus ipſe *Conradus* I. eccleſiam S. Nazarii in *Mummenheim* tradidit Præpoſito D. *Ioannis,* RVTGERO. *T. II. p. 695.*

120. EMBRICO Comes Rheni, *Vicedominus:* An. 1219, 1227 in tabulis *Sigefridi* II.

12.. HENRICVS *Vicedominus,* ſequenti, ex latino in germanicum idioma translatis Litteris occurrens: Wir Henrich Apt zu Fuld bekennen - - daſ Henrich, Vitztum der Stadte Mentze geſtarp, und unſ die Votie zu Maſſenheim die er von unſ zu Lehen hatte, ledig ward rc. An. 125..

Poſt hæc per duo ſecula & ultra nec ullus, quoad *Moguntiam,* Vicedominus in Chartis uſpiam comparet. Cuius rei ratio alia eſſe non poteſt, ac ſtatus ille Libertatis, vel Independentiæ, quem Moguntini Cives ex Privilegiis iſtis SIFRIDI III (Supra n. 240) obtinuiſſe credebant. Vtpote Noſtris conveniens haud viſum, formâ Regiminis tam feliciter mutata, *Vice*-Dominum ſuſcipere, dum ab imperio Ipſius priſtini quondam DOMINI, exemptos ſeſe reddiderint, atque ſolutos. Quidquid tamen eius ſit, certum eſt, hocce Vicedominatus officium quieviſſe, usque ad Vrbem an. 1462 de-
* 8 *p.* 384. victam: * Tuncq; ei, Triumphator ADOLFVS II, rebus cum DIETHERO prius compoſitis, præfecit Sororium ſuum; non quidem ſub Vicedomini titulo, ſed Supremi Capitanei: Eſt is,

1464 EBERHARDVS de *Eppenſtein* Comes *in Königſtein:* Daſ wir (ita *Adolfus*) betracht haben unſer Statt Mentze notturfft, und wie wir die in notturfftigen Sachen verſorgen und beſtellen - - - . Vnd darumbe den Edeln, unſern lieben Swager - - Eberharten von Eppenſtein Herrn zu Königſtein zu unſerm - - Heuptman in derſelben unſerer Statt Men-

Digitized by Google

ze uffgenomen; alſo daſ Er in allen und iglichen unſern Sachen und geſchefften, uſſgeſcheiden in Geiſtlichen Sachen, unſer Oberſter Heuptmann in derſelben unſer Statt ſin, und die getruwelich, ſo ferre Im vernunfft und Synne leren und wiſen, mit Wechtern, Thornern, Pfortnern - - beſtellen uff unſern Koſten und Belonunge, und darinn - - gutwillige anwiſunge thun ſoll. - - - Der obgenant unſer Swager ſoll auch Thorne an dem Zolle oben an unſerer Statt Mentz gelegen, und die Viltzpecher Porten, mit vier Wechtern ſinen eigen Knechten beſtellen *&c. &c.* Condicto ſtipendio 1200 flor. Actum die Martis poſt feſtum S. *Ioannis* Bapt. 1464.

Prælaudatus Dynaſta *de Eppenſtein* non parum adiumenti ad vincendam occupandamque *Moguntiam* contulerat, uti ipſe ADOLFVS teſtatur in Litteris fundationis Collegii Clericorum ſecularium *Eppſteini*, an. 1466; Quibus, incluſum per parentheſin, encomium *Eberbardo* tribuit tale:

„*Qui non ſolum dominium & terras ſuas pene in devaſtationem,* „*ſed etiam in propria Perſona, pro gloria* DEI, *tamquam ſancte* „*Apoſtolice Sedis obediens filius, Nobis ad apicem* S. Sedis Moguntine, „*licet immeritis, vocatis, in gravibus & continuis periculis ac per-* „*turbationibus conſtitutis; ac tandem glorioſo Triumpho in Victo-* „*ria Civitatis noſtre Maguntine obtento, velut alter* Machabeus, „*pre ceteris potenter & viriliter contra Hoſtes noſtros fideliterque* „*pugnans, aſſiſtentiam prebuit.*

Obiit eodem, quo *Adolfus* Elector, anno, nimirum 1475.

PHILIPPVS *de Eppenſtein* Comes *in Königſtein.* Anteceſſoris F. Sub nomine Satrapæ Moguntinis Defenſor datus ab Archiep. DIETHERO: Daß wir den Edlen Philipſen von Eppenſtein - - - zu unſerm - - Amptman in unſer Stadt Mentze geſezt u. gemacht han. Alſo daſ er alle unſere u. unſers Stiffts Paffheit u. Cloſter, geiſtlich u. werntlich, Manne und Burgman, Arme lute u. Hinderſeſſen - - getrulich ſchuren, handhaben, verantworten und verteydingen ſoll, glich ſinen eigenen Luten u. Gutern. *&c.* Anno 1478, Martis poſt Dominicam *Iudica.* 1478

LVDOVICVS *de Iſenburg*, Comes *in Büdingen.* Ab eodem DIETHERO, cuius frater fuit, auctoramento plane conſimili renuntiatur Vrbis Mog. Satrapa an. 1480, Lunæ poſt Dominicam *Quaſimodo.* 1480

Digitized by Google

1481 WIGANDVS de *Dienheim*, hactenus Vicedominus *Rhingaviæ*. Ad Præfecturam Moguntinam aſcitus An. 1481 d. 21 Febr. & An. 1484 d. 14 Febr. per ALBERTVM, Dietheri ſucceſſorem ad quadriennium confirmatus. Obiit, notante *Helwichio* in MS. 1521. d. 17. Dec. Æt. 84, ſepultusque *Oppenhemii* in D. Sebaſtiani templo.

1489 EMERICVS de Naſſau. Sub *Vicedomini*, poſtliminio introducti, titulo primus. 1489 Sabb. poſt Dominicam *Miſericordias*, ab Electore *Bertholdo*. Et FRANCO de *Schwallbach*, zum Burggraven uff dem Zoll-Thurn zu Maynz.

1494 IOANNES de *Breitbach*, Dominus *in Olbruck*. Ex Rhingavienſi, conſtituitur Vicedominus Moguntinæ Vrbis 1494 die S. *Ioannis Bapt.* Anno poſtero ſcripſit ad eundem Rex *Maximilianus* Litteras, ratione deperditæ in itinere Ciſtæ; quatenus ei reperiundæ, operam quærendo impendat. Præfuit muneri usque ad an. 1503, quò, m. Octobri, Archiantiſtes *Bertholdus* eum cooptavit in Conſiliarium ad annos X.

1503 EMERICVS de *Carben*, Burggravius *Fridbergenſis*: à *Bertholdo* ipſa die S. *Andreæ* 1503 conſtituitur Vicedominus. Et 1511 Mercurii poſt *Michaelis*, Conſiliarius, ad dies vitæ, ab *Vriele*.

151. ORENDEL de *Gemmingen*. Antea Præfectus provincialis (Land-Vogt) per Dioeceſim ſuperiorem, & Satrapa *Amorbacenſis*. Qua Vicedominus occurrit prima vice an. 1512. Nam Litteræ admiſſionis eiusdem, manus noſtras effugerunt.

Nota: In Senatu Moguntino urbico tria Membra ſingulis annis (feſto S. *Laurentii*) abdicabantur, & in locum eorum totidem Nova ſurrogabantur, quæ Vicedominus p. t. exiſtens, præſentabat DOMINO. Præſentabat inquam ſex Perſonas, e quibus tres iſtas, muneri Senatorio vice decedentium admovendas, Princeps eligebat. Exercuit hunc actum *Orendelius* an. 1513, VRIELE fratre eius Moguntinis imperante.

151. EITELWOLFVS a *Stein*: communiter *de Lapide* nuncupatus. Hic Nobilis Suevus erat unus ex Doctiſſimis ſui temporis, & hactenus Aſſeſſor Cameræ Imperialis; de quo munere (ut videtur) illum recens poſtulatus Archiepiſcopus ALBERTVS *Brandenb.* ad officia ſua traxit, creavitque Magiſtrum Curiæ & *Vicedominum*. Receptionis ſive auctoramenti Litteras ipſe quidem non reperi; de utroque tamen fidem faciunt ſequentia.

a) Quoad

Digitized by Google

a) Quoad *Vicedominatum*, prædicti *Alberti* tabulæ: Als Wir angeſehen (*ſervitia grata*) ſo unſ unſer Marſchall, Caſper Lerch bis-hero bewieſen hatt, -- und alſo -- aus gnaden -- hundert Gulden zu erkauffung einer Behauſung ihme -- verordnet, -- die er auch em-pfangen; und dan mitlerweil ſich zugetragen, daſ durch Tödlichen abgang Frantz von Sickingen das hauſ in gedachter Statt Meintz hinder den Frauen-Brüder * gelegen, darin etwa Johan Cron-berger unſer Secretari, und dernach drey Vitzthumben daſelbſt, nemblich Johan von Breitbach, Emerich von Carben, und „Ei-telwolff von Stein „ alle drey Ritter, geſeſſen, -- unſ wieder erb-lich heimbgefallen iſt. [*Dato carent.*] * *Carmelitæ.*

b) Quoad Magiſterium Curiæ vero notitiam ſuppeditat Protocollum *Cleri Secundarii*, cum Clerus iſte conveniret, *Alberto* de felici adventu gratulaturus: „*Ex tunc* (inquit) *Rmus* „*Dns Poſtulatus huiusmodi congratulationem* -- *ac Propi-* „*nam*, -- *ſibi factam per organum Nobilis & Strenui Viri*, „IDELWOLFF vom *Stein* Militis, & Magiſtri Curie eiusdem „Illmi Domini, cum gratiarum actione acceptavit, ſeque „Privilegia ſolita confirmari -- obtulit; præfatosque Depu- „tatos * ad prandium invitavit.

* Fuerunt ii IOANNES de *Vilbel*, & GISELBERTVS de *Buſeck*, Canonici maioris: BERNARDVS *Schuffus* Decanus S. *Petri*, GERLACVS *Haas* Scholaſticus S. *Stephani*, IOANNES von *Hof* Schol. S. *Victoris*, IGNATIVS *Mentzer* Schol. S. *Ioannis*, & RICHARDVS *Fridwald*, D. *Petri* Canonicus.

„*Germania tunc temporis Illum fere unum & primum Equeſtris ordinis habuit, qui cum decoribus familiæ atque rerum* „*magnarum adminiſtratione, literarum ſtudia coniunxit.* „*Charus fuit* Maximiliano I. *Imp. â quo, cum accepta laurea,* „*& Orator & Iureconſultus ſalutatus eſt.* ADAMI *in Vitis* „ICtor. & Politicorum *p. 4.*

Porro: „*Inter equitandum nunquam non aliquos ſecum ex Au-* „*ctoribus melioris notæ habuit; neque unquam ſine libris fuit* „*viſus, quos* alterum genus armorum *ſolitus fuit appellare.* -- „*Otii autem ſui ſedem* Moguntiam *delegerat, ubi Scholam li-* „*terarum, qualis in Europa non eſſet, paravit inſtituere.* --

Sed

Digitized by Google

* Diem V. infra.

„*Sed hæc & alia agitantem atque parantem immatura mors*
„*abripuit Anno Chriſti* 1515, * *cum nondum* 50*mum*. *annum æ-*
„*tatis attigiſſet.*

Terræ reconditus iacet in Eccleſia metropolitana; ubi e Sacello *Gotbardino* (per quod via ex foro ducit) intratur, a læva, prope murum, in angulo. Et ſane, Tumulum claudens Lapis, ex inciſis eidem armis gentilitiis (tribus obverſis quaſi ſemi Lunis) *Eitelwolfi* exuvias ſubtus latere, me, multis hunc loculum perſcrutantem vicibus, magis magisque ſuſpicari fecit. Ambientes enim Saxum litteræ, tum incommodi Situs, tum exeſionis cauſa legendo plane ſunt inaſſequibiles. Tandem vero hæſitationis reliquum omne ſuſtulit Tabula quædam lignea orbiculata, quæ ibidem ad murum ſupra ſepulchrum in alto affixa pendebat; exilis & vilis adeò, ut antea minime rebar, eam reſpectum ſive connexitatem quandam habere cum ſepulchrali iſto cyppo inferius exiſtente. Præprimis, quod huius tabulæ inſcriptionem, orbiculariter inſculptam, non cohærere, eminus adverterem. Recognoſcens tamen aliquando, & quaſi pro tentamine *Fytelwolfum* certo certius eruendi ultimato, eundem, non ſine animi tripudio, quem diu quæſieram, offendi. Nomine, Anno mortis, & Die qui fuit X*ui*. Iunii (*1515*) bene adhuc legibilibus; cæteris, quæ in titulis munerum conſiſtere poterant, obliteratis.

Anno 1738 Tabula iſta, ſive epitaphiolum ligneum amotum fuit, locum cedens ſplendido marmoreo, quod illic honori & memoriæ Rmi D. *Hugonis Wolffgangi* de *Keſſelſtatt*, Summi Præpoſiti, dicatum.

1515 IOANNES de *Lüne*, dictus *Mohr*, quondam Schultetus *Francofurtenſis*. Eitelwolfo mox (d. S. Ioannis) ſuffectus; ſimulque renuntiatus Iudex, nove tunc inſtituti Iudicii Aulici. [Hoff⸗richter.] a quo tempore bina iſta munia cohærent, ut quilibet Vicedominus ſit & Curiæ Archiepiſcopalis Iudex.

Lunii peregre abſentis vicarias vices egit FRIDERICVS de *Stockheim*. Probatio: Wir Eberhart Grav zu Königſtein und Diez, Herr zu Eppenſtein, Johan Furderer Cantzler, Valentin von Sunthauſen, Doctores, und Rudolf von Schwalbach, alle Meintziſche Rete, bekennen; -- Als der Erſam Jacob Oſtertag, Wirth zum Roten Kopff zu

Meinz

Meintz -- mit Clag angebracht, daſ, wiewol er nach der Statt-Ordnung allhier, -- durch den Ernveſten Friderichen von Stockheim, als der Zeit Verweſern des Vitzthumb Ampts, und die Zwelffer des Rathes daſelbs, -- angezeigt ſey, ---- * Ihme doch der Ernveſt Johan von Lüne, genant More, als er wiederumb gein Meintz an das Vitzthumb Ampt kommen, darahn Verhinderung gethan haben &c. An. 1517 Iovis poſt *Franciſci.*

* *Acſi nimirum iſte Hoſpes non ſatisfaceret ordinationi de advenis peregrinis annuntiandis. Quoſuper exortam Litem, Conſiliarii principio memorati definiverunt.*

Sedenim Noſter Moguntinenſibus haud diu præfuit ; quippe circa an. 1519 naturæ debitum, Nobiliſſimi ſtemmatis ſui ultimus, ſolvens.

IACOBVS de *Cronberg*. Cuius ad Vicedominatum Litteræ auctoramenti datæ ſunt Iovis poſt diem Mauricio ſacrum anno in margine ſignato. 1520

MARTINVS de *Heuſſenſtamm*, antea Schultetus *Francofordiæ*; d. 3 Marcii 1523 renuntiatur Vicedominus ad quadriennium; poſtea anno uno adhuc. Quo termino elapſo (1528. d. 3 Marcii) dimittitur, & ad obſequia & conſilia e Domo [von Hauſ auſ: pro differentia eorum qui victitabant in Aula] promovetur; ita ut quovis tempore tres paratos Equos, Servum unum, cum Puero, habeat in promptu. Daſ er Unſ jederzeit mit drey reyſigen Pferden, 1. Knecht, und 1. Knaben gewärtig ſeyn ſoll. Fuit is Archiepiſcopi *Sebaſtiani* genitor. Mortuus an. 1540, ſepultusque in *loco Memoriæ*, ſive atrio mortuali, quod patet ad ingreſſum periſtilii ædis maioris. 1523

Philippus de *Schwalbach*. Vicedominus ſecundarius conſtituitur an. 1525, Dominica proxima poſt *Philippi* & *Iacobi*.

CASPAR *Lerch* de *Dirmſtein*. Aulæ prius Marſchallus, nec non *Frauenſteinenſis* ac *Gernsheimenſis* Satrapa, creatus 1528 Petri cathedra. Anno vero 1532 dimiſſus, aſſumitur in Conſiliarium Domus, ad decennium. 1528

Digitized by Google

1532 Henricvs *Moſbach* de *Lindenfels :* Eodem die Anni 1532 Vicedominus factus. Ceſſit an. 1540 ; Vitamque in longum producendo † 1561, 18 Octobr. ætatis 96. *Nierſtenii* iuxta *Oppenheim* una cum Coniuge, Margareta *Echterin* de *Meſpelbrunn*, *ſepultus*. Helwich *MS*.

1540 Conradvs de *Hattſtein. P. C.* An. 1540. Electoralis etiam Aulæ Marſchallus.

1544 Philippvs de *Stockheim.* Aſſeſſor Iudicii Aulici ab an. 1538. Satrapa . . . 1539 ; Vicedominus vero 1544. *Petri C.* Hic , raro hactenus exemplo, in munere vel perſeveravit, vel toleratus fuit, usq; ad obitum. Indicante id Epitaphio ære fuſo, in ambitu metrop. prope *locum Memoriæ* ad murum affixo:

> *Cum Nobilis & Validus* Philippvs de Stockheim *poſt prius haud ſegniter geſtam in* Olmena *&* Algesheim *præfecturam* , Vicedominum *huius Civitatis ac Iudicem Curiæ*, *tempore regiminis trium Archiepiſcoporum & Electorum Principum Moguntinenſium*, *videlicet* Alberti, Sebastiani, *&* Danielis *ad viginti tres usque annos non minori gravitate & fidelitate , quam recta rerum adminiſtratione laudabiliter egiſſet , tandem Deo Creatori ſuo animam pie offerens , ex hac luce migrat die XI Septembris. Anno Virginei Partus 1564.*

Lapidi autem ipſi qui tumulum tegit inſculpta eſt Militis cataphracti figura, enſem permagnum antrorſum tenentis. Ad cuius pedes hi verſus leguntur:

> *Clauſa ſub hoc Tumulo requieſcunt oſſa* Philippi
> A Stockheim : *Domini functus in Vrbe vice.*
> *Atque Moguntinis trino ſub Præſule Iudex*
> *Civibus eripitur , Cœlitibusque datur.*
> *Obiit XI Septembr. 1564.*

1564 Philippvs *Brendel* de *Homburg.* Lunæ poſt *Mathæi* deceſſori ſurrogatus a Daniele, cuius erat frater. † 1573, poſtquam anno priori reſignaſſet, *Moguntiæ* d. 6 Iunii. Devectus autem *Aſchaffenburgum*, terræ redditus eſt in eccleſia Collegiata ; teſte Epitaphio ſpectabili a ſiniſtris, Imaginem ipſius Heroicam exhibente.

Hen-

Digitized by Google

HENRICVS de *Selbolt*. Satrapa in *Olm* & *Algesheim* ab an. 1557; & 1572,3 Marcii Vicedominus. Θ 1578. d. 5 Febr. ultimus Stemmatis ſui. In ambitu maiori ſepulturæ locum nactus; ubi procera ipſius Statua, ſupra oſtium quo aſcenditur ad Bibliothecam, erecta cernitur. Inſcriptione tali: 1572

Anno Domini 1578 den fünfften Tag *Februarii* iſt in Gott verſchiden der Edel und Ehrnveſt Henrich von Selboldt, der letzt ſeines Stammes und Namens, damals der Churfürſtlichen Statt Meyntz Vicedom und Hoffrichter. dem Gott genad.

EBERHARDVS *Brendel* de *Homburg*. Pridem Satrapa in *Lonſtein*, *Clingenberg*, & *Protſelden*. Qua Vicedominus ſubit.. 1578 —— 1588. Θ An. 1592 d. 24 Nov. Et is Moguntiâ *Aſchaffenburgum* translatus fuit, atque in B. M. V. æde parochiali ſepultus. Egerat etiam Satrapam *Grotzenbergæ*, pro Capitulo *S. Petri* Moguntini. 1578

CASPAR, Nobilis Dominus *in Elz*, hactenus Aulæ Marſchallus ſuperior: Ad provinciam Vicedomini ſublectus 1593, 15 Marcii. Anno vero 1604 dimittens eam, cum a *Ioanne* SVICARDO renuntiaretur Summus Aulæ Magiſter. De quo Georgius *Helwich* notat in ſuis MS. quod fuerit *Vir corporis heroici præſtantia conſpicuus, nec non dignitatis & auctoritatis nomine apud Principes plurimum commendatus; Cuius promptiſſima facundia, prudentia, ac conſilium ſummum in diverſis legationibus & Principum Conventibus, ſæpe ſtupori fuerit*, ac *admirationi*. Θ an. 1618. m. Ian. Sepultus in vico *Ringaviæ* Kiderich, eiusdemque templo ad S. *Valentinum*. 1593

IOANNES RICHARDVS *Brömſer* de *Rüdesheim*: Vicedominus *Mog.* & Archiſatrapa in *Königſtein*. An. 1608 tranſivit ad Vicedominatum *Rhingavienſem*. 1604

PETRVS de *Leyen*. Vicedomini Vicarius denominatur a *Ioanne* SVICARDO 1609 m. Decembri. Vicedominus autem *ipſe*, frequenter recurrit 1616 —— 1631. Θ anno poſtero. *Humbracht* Tab. geneal. 121. 160.

163.. HENRICVS *Bromſer* de *Rüdesheim*, deceſſoris in locum ſuffectus. An. 1645. ablegabatur *Oſnabrugam* ad Tractatus pacis generalis. Vbi præſens, eodem mox anno d. 16 Aug. *Liber Baro* creatur a Cæſare. Anno 1647 m. Sept. redux *Francofurti*, quorſum, occupatà a Gallis *Moguntia*, Elector *Anſelmus Caſimirus* ſeceſſerat. † 1668; Proſapiæ ſuæ, e qua tot inſignes in utroque ſtatu prodiere Viri, poſtremus. Sep. cum Coniuge in templo Carmelitarum ante Altare maius ſub Scuto inverſo.

Henrich Freyherr Brömbſer von Rüdesheim, Herr zu Saurberg und Gaulsheim, der Röm. Kayſerl. Maj. Reichs Hoff-Rath, Churfürſtl. Mayntziſcher Geheimer Rath, Hoff-Richter, und *Vicedom* zu Mayntz; Iſt geſtorben den 25 *Novembris* 1668, ſeines alters im 68 Jahr. Der letzte dieſes Stammes und Nahmens. *R. I. P.*

Maria Magdalena Freyfrau Brömbſerin von Rüdesheim Wittib, gebohrne von Hedesdorff, Frau zu Saurberg und Gaulsheim; Iſt geſtorben den 25 *Novembris* 1672, ihres alters im 71 Jahr. *R. I. P.*

Henrici abſentis vicem vicariam obivit *Ioannes* de *Dalberg*, *Olmenſis* Satrapa, qui † 1670. 13 Ian. terræ apud FF. Prædicatores mandatus.

1669 FRANCISCVS de *Sickingen*: Cuius ſtationes hæ ſunt. Anno 1654 fit Conſiliarius Aulicus. 1662 Satrapa *Biſchoffshemii*. 1669 d. 20. Apr. Vicedominus. 1671 Conſil. ſanctior. Atenim 1686 ſervitiis Moguntinis valedicendo, rerum ſuarum ſedem fixit in Aula Seren. Electoris *Palatini*. Moguntiam tamen poſt aliquot luſtra reverſus, ibidemque vitam ex omni parte laudabiliter exemplariterque traductam morte beata claudens, Henrici *Brömſeri* ad latus depoſitus fuit. Epitaphio, memoriam ipſius non intermorituram conſervante, digno quod hic apponatur.

STA VIATOR

Et ex ſepulchrali nido cantantem Olorem auſculta. Paucis dicam. Quieſcit hic Excellentiſſ. & Perilluſtris Dominus, *D.* FRANCISCVS *L. B.* de & in Sickingen, *Dns in* Landſtuhl, Sain & Sauerberg. *S. Cæſ. M. Camerarius*, *Electorum Moguntini & Palatini Conſiliarius Intimus*, *Vicedominus Vrbis Moguntinæ*, *Cameræ Heidelbergenſis Præſes*, *& Archiſatrapa in* Bretten. *Donatus is erat mundo 8 Febr. 1629*, *vitamque ſingulari Dei beneficio in annum 87 protraxit;*

xit ; utique, ut virtutum ſplendore luceret, ac prodeſſet diutius. Suſcepit ex Illma Coniuge ANNA MARIA *Comitiſſa* de Metternich, Winnenburg & Beilſtein, *aviti ſanguinis Hæredes undecim, ex quibus quinque præmatura morte ſublatis, ſupervixere*

D. Franciſcus Antonius, *Eccleſiar. Metrop. Moguntinæ & Trevirenſis Canonicus Capitularis p. m.*

D. Henricus Suicardus *Eccl. Metrop. Mog. & Equeſtris ad S. Albanum Can. Capit.*

D. Ioannes Ferdinandus, *Seren. Electoris Palatini Conſil. Intimus, Supremus Cubicularius, Ordinis S. Huberti Eques, & Archiſatrapa in Bretten.*

D. Philippus, *S. Cæſ. M. Conſil. Intimus, Generalis rei Tormentariæ Præfectus & Commendans Pragæ.*

D. Philippus Lotharius, S. C. M. Capitaneus, qui in Hungaria contra Turcas occubuit.

D. Henricus Wilhelmus, *Seren. Electoris Palatini Conſ. Intimus & Supremus Cameræ Præſes. Archiſatrapa in Baccharach & Caub.*

Dna Anna Lioba, *Coniux L. B. de Greiſſenclau in Volrats.*

Vide, quanta paternæ virtutis encomia & teſtimonia: donec tandem dierum meritorumque plenus inter ipſa Virtutis ac Pietatis exercitia vivere deſiit 3 Novembr. 1715. Reliquit tibi Viator exemplar candidi in Deum Divosque affectum, Zeli indefeſſi erga Religionem Romano Catholicam in graviſſimis muniis & Dignitatibus incorruptæ æquitatis, &, quod hoc mirere ævo, raræ chriſtianæ ac germanæ ſinceritatis. I nunc Viator, piis Manibus precare requiem, & fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt. Poſuit Filiorum in amantiſſimum D. Parentem obſervantia.

DIETERICVS FRIDERICVS *Camerarius* de *Wormatia*, L. B. à *Dalberg*. Satrapa in *Höchſt* 1665, & 1686 d. 28 Sept. Vicedominus. 1686.
† 1712 m. Martio, ſep. in eccleſia Prædicatorum.

1712 Philippvs Christophorvs L. B. *de Knebel* a *Catzenelenbogen*, Satrapa in *Bökelheim*, *Olm* & *Algesheim*, Aulæ Marſchallus, & Vicedominus, ☿ 1714 d. 31 Mart. Ad S. *Quintinum* ſepultus.

1714 Franciscvs Eckenbertvs *Camerarius* de *Wormatia*, L. B. *â Dalberg*, Conſ. Intimus Spirenſis & Satrapa *Deudesheimii*. Defuncto poſtridie in Vicedomini munere ſurrogatus. Ceſſit an. 1732; Obiitque ut Conſiliarius Intimus S. Cæſ. M. 1741, d. 14 Aug. Sep. apud PP. Prædicatores.

1732 Damianvs Hartardvs L. B. *de Ritter* in *Grünſtein*. Qui, cum annis decem Spartam adornaſſet, eam moriendo depoſuit anno currente 1742, d. 13 Martii. Elatus *Altavillam*.

1742 Franciscvs Ldovicvs L. B. *de Knebel a Catzenelenbogen*, ſupremus usque huc Venationum Præfectus Celſ. Principis Eichſtadienſis; cui nupera Vicedominatus auſpicia feliciter cedant.

ELENCHVS
II) Vicedominorvm *Aſchaffenburgenſium.*

Cum Eorum nullus ſeſe obtulerit antiquior Illo, â quo initium Recenſionis ducimus, æſtimandum eſt, Aſchaffenburgenſem Vicedominatum naſcenti Seculo XII°. originem ſuam debere.

11.. Warmvndvs, Vicedominus de *Aſcaphenburg*: T. II. p. 744. ſive Litteris Adelberti I, quibus curtim ſuam in villa *Hexheim* oppignoravit Coenobio D. *Albani*: Anno 1122. T. *II. p.* 744.

112. Wichnandvs Vicedominus de *Aſchafenburg*; 1131 apud Eundem, de Oblatione Allodii in *Woverbach*, per Matronam nobilem *Idam*. Supra p. 100 in recenſu teſtium. Rurſus an. 1144: (p. 166) Wichnandvs Vicedominus, Wernhervs Scultetus, & *alii quam plures*, *Vrbem*.. Aſchpheneburc *inhabitantes*.

Con-

CONRADVS. In Litt. Archiepiſcopi quoad decimas *Dettingenſes* an. 1189. (p. 294.) Cognomine *de Waldenberg*. Vid. charta ſub n. 442. „*que Caſtra tenebat ab anteceſſore ſuo* Conrado *Archiep. Maguntino*, & *ab eo* CONRADVS Vicedominus Aſchaffinb. & *pueri* „*eius*„ &c. 11..

CONRADVS de *Beſſenbach*: de quo ſequentes agunt tabulæ: 121.

Nos LVDEVICVS *Comes* de Rienecke *recognoſcimus & tenore preſentium publice proteſtamur*, *quod* CONRADO *Militi de* Beſſinbach *Vicedomino* Aſchaffinburgenſi, & *ſuis heredibus ſi deceſſerit*, *videlicet filiis & filiabus*, *Advocaciam noſtram in Villa* Aſchaffe *cum omnibus ſuis attinenciis*, *conceſſimus & concedimus titulo feodali perpetuo poſſidendam*; *nec ipſum vel ſuos heredes utriusque ſexus in poſſeſſione huiusmodi Advocacie impedire de cetero non debemus vel volumus ullo modo. Vt autem hec predicta debitum ſortiantur effectum*, *pro teſtimonio preſentes Litteras Sigillo noſtro ſibi dedimus communitas. Teſtes Nobiles Viri:*

FRIDERICVS de Kelberowe, & CVNRADVS de Bruberg. WIPERTVS de Cremſſe. WIPERTVS de Luden. FRIDERICVS de Kenninkeim. HEINRICVS *dictus* Horant. WERNHERVS Marſchalcus *de* Gamburg. GERHARDVS de Beſſinbach. WIPERTVS de Amorbach. ALBERTVS Codebuz; *Milites*.

Actum apud Biſchoffisheim *Anno Domini* MCCXXII, *in die bti* Vrbani. [ex autographo.]

HENRICVS Vicedominus de *Aſcaphenburc*: An. 1225 teſtis in Charta SIGEFRIDI II, quâ repreſſit exactiones *Gerhardi* de *Eppenſtein*, quas ille præſumpſerat in bonis Canonicorum S. *Stephani*, â monaſterio *Porcetenſi* nuper comparatis. *T. II. p. 530.* Nec non ad An. 1227 (443) Cognomine *de Rudenkeim*. (p. 502.) 122.

FRIDERICVS de *Kelberau*. Qui, ſecundum easdem modo relatas Litteras medias, in quibus *Henricus* teſtem agit, *Vicedomini* officio recens admotus fuiſſe videtur; Dum ipſe *Fridericus* formula utitur tali: „*Camerariatum Moguntinum*, & Vicedominatum Aſchaffinburgenſem *diebus vite mee omnibus poſſidebo*, *inde* „*nullo modo removendus*, *niſi forte demeruero*.„ Probabiliter quod HENRICVS tunc abſcedere debuerit. 1227

AR-

12.. ARNOLDVS Vicedominus de *Aſchaffinburg:* in Litteris concordiæ cum *Rieneckciis* an. 1260. (p. 675) 1261 (p. 682.) Familiâ *de Stockar*. Quod Cognomen in ipſius *Arnoldi* ſigillo, duo erecta cornua cervina exhibente, additum legi.

126. SIBOLDVS. In tabulis *Gerbodonis*, Decani ad S. *Gangolfum* Moguntiæ, ceu Iudicis ab Archiepiſcopo conſtituti, ad definiendam Cauſam quæ inter Capitulum D. *Petri* & Coenobium *Selgenſtadt* agitabatur *ſuper quodam iure libertatis curie* (Petrenſis) *in* Crotzenberg, *dicto* BVTEL. Quæ tamen controverſia, *Siboldo* noſtro cooperante, amicabiliter ſopita fuit. Iuvat audire Decanum ipſum. Sic autem ille:

Cum itaque - - - certo termino conſtituto, Nuncii eccleſie B. Petri, *mandatum ad hoc habentes, Abbate & Conventu - - præſentibus, in Plebiſcito publico in* Selgenſtat *iuxta formam huiusmodi Arbitrii comparerent, Sententiam recepturi; De conſilio proborum Virorum, videlicet* Sehys, *Burgravii in* Starckenberg, „SIBOLDI „Vicedomini *in* Aſchaffinburg„ *Burghardi* Advocati, *Militis; Eccleſiæ in* Selgenſtat *attinentium, conſenſu Abbatis & Conventus accedente, non exſpectata Scabinorum & Iuratorum ſententia, dictum negotium taliter eſt deciſum,* —— —— *Datum - -* MCCLXVII *menſe Maio, vivente* WERNHERO *Archiepiſcopo Maguntino.*

126. GOZO. Teſtis vicem ſubit An. 1271 in Litteris *Vlrici* Dynaſtæ *â Düren*, de Caſtro *Wildenberg*. (p. 732.)

127. FRIDERICVS Viced. *Aſchaffinburgenſis:* una cum *Hermanno* illic Decano, & *Rudegero* Cuſtode Arbitratoris partibus fungens inter *Kreizonem*, filium *Hartwici* Militis *de Rolbach*, & Fratres *Teutonicos*, ſuper Donatione quadam, facta ab ipſius ſorore PETRISSA; quam, ceu irritam, revocare volebat, contendebatque Vicedominus *Fridericus* an. 1275. In Sigillo gerit ramum Capricorni.

Fuit autem e proſapia *Equeſtri* de *Düren*: [non confundenda cum huius nominis *Dynaſtis*.] teſtibus Litteris *Wiperti* de *Duren* Militis, queis confitetur, ſe donaſſe Monaſterio *Seligental* bona ſua in *Eberſtadt* pro Anniverſario, tum ſuo, tum quondam patris ſui, FRIDERICI *Vicedomini*.

12.. EBERHARDVS Vicedominus, *de Vſſenkeim*, & *Fridericus* de *Stabl* frater eius, Milites. Ad an. 1285. (p. 813.)

HEN-

Digitized by Google

HENRICVS. Anno 1290 m. Maio Litteris Concordiæ inter *Ludovicum* de *Iſenburg* & *Godefridum* de *Eppenſtein*, teſtium ſequenti ordine adſcriptorum numerum auxit: *Honeſtus Vir & Nobilis Dns* HENRICVS de Wilnauwe *Canonicus* S. *Stephani* Magunt. CVNO de Riffenberg. HILTWINVS & HILTWINVS de *Eckerhuſen*. LENTZEMANNVS de *Vilmere*. * THEODERICVS Burggravius de *Starckenberg*. „HENRICVS Vicedominus *Aſchaffinburgenſis*„ CONRADVS de *Morla*. EBERHARDVS de Nuheim, BVRCHARDVS dictus *Brendelin*. THEODERICVS de *Erlenbach*. CONRADVS filius eius. RVZO *Dingel*, & HENRICVS dictus *Fritz*; Milites. *Actum apud Monaſterium de* Trono. 128. * Vilmar.

Anno eodem pro parte *Moguntini* lectus Arbiter, ad componenda diſſidia cum Domo *Brunſvicenſi*. (p. 840.)

HERMANNVS dictus Schelm, *primum*. 1291 (p. 849.) 1294 (p. 877.) 129.

CONRADVS Vicedominus *Aſchaffinburgenſis* dictus *de Wede*, Miles. In Charta *Godefridi* de *Bickenbach* ad an. 1300. (p. 925.) 129.

HERMANNVS Schelm *ſecundum*. Anno 1308 Iudicem egit feudalem, dirimendo controverſiam ſuper Caſtro Rhingavienſi *Scharpfenſtein*, exortam inter Archiep. Mog. PETRVM: *Ludovicum* & *Henricum de Kindeshauſen*. Paſſus concernens: *Nobis itaque* HERMANNO dicto *Schelme* Milite, „Vicedomino Aſchaffenburgenſi„ *de mandato* D. PETRI *Archiep. Maguntini preſidentibus in Iudicio, in villa* Eltevil, *que eſt de proprio fundo Eccleſie Maguntine, in termino ad quem ipſe* D. Petrus *Archiep. predictus eosdem Milites mandaverat in Iudicium evocari*, *prefatus* Ludovicus *in nos tanquam in Iudicem conſenſit*, *& pro* Henrico *fratre ſuo*, *abſente contumaciter*, *de rato ſufficienter caverat de iudicato ſolvendo*, *eo quod iudicate rei pareret. Terminis igitur & dilacionibus datis* cet. 130.

WILDERICVS de *Vilmar*: Anno 1333 d. 23 Iulii, inveſtitus legitur a *Balduino* Adminiſtratore de bonis *in villa cemiterii ſuperioris prope* Dipurg, revolutis ad Moguntinam Eccleſiam *per obitum Dominarum conſororum*, *dictarum* de Linwey. 13..

Anno 1339 ſuffragatoris explevit partes in Iudicio ſolemni, vigore Litterarum VDALRICI Domini *de Bickenbach*, in quibus narrando exponit, ſe conſtitutum Iudicem ab HENRICO Archiepiſcopo, umb mit rechtem Urthel des Stiffts Meyntz Mannen, in der Sach die Er hat wieder Hern Crafft von Hohenloch und Ulrich von Hanawe,

Digitized by Google

umb ſolche Lehen als Jhme u. ſeinem Stifft lediglich erſtorben und verfallen ſind, als er ſpricht, von Graf Ludwig ſeligen von Rieneck Todes wegen, deren ſich gemelter Craffe u. Ulrich wieder Recht unterwunden ꝛc.

Crato Hohenloicus non proprio, ſed Tutorio *Ludovici* Rieneckcii liberorum nomine Cauſam defendebat. Pares vero Curiæ huic negotio adhibiti, præter *Wildericum* fuere GEORGIVS Comes *de Veldentz*, FRIDERICVS *Wildgravius* in *Kirburg*, CONRADVS *Rugravius*, HENRICVS & GERHARDVS Comites *de Rieneck*, DIETERICVS Dominus *in Runckel*, CONRADVS Pincerna *de Erpach*.

IOHANNES von dem Stein, CONRADVS, TILMANNVS & DIEDERICVS dicti *de Rüdesheim*, PHILIPPVS de *Wonnenberg* Vicedominus *Rhingaviæ. (Noſter.)* IOHANNES Marſchallus *de Lorch*, EBERHARDVS de *Roſenberg*, EBERHARDVS *Rude*, GODEFRIDVS *Stahl*, GERHARDVS de *Biegen*, WALTHERVS de *Cronberg*, FRIDERICVS de *Greiffenclau*, Buſch von Schornßheim; Agmen claudentibus NICOLAO & GERHARDO de *Scharpfenſtein*.

133. EBERHARDVS de *Fechenbach*. Hunc, an. 1344 vita defunctum, cum ſepulchrali inſcriptione (ſub *Vicedomini Aſchaffenb.* titulo) producit R. P. Ignatius *Gropp* in Annal. *Amorbacenſibus* p. 136.

134. HENRICVS *Geiling* de *Altheim*: Unſer Hoff-Marſchall in *litt. Henrici* A. Ep. 1347. Qua *Viced. Aſch.* inveſtitur de certis *prædiis* a GERLACO. Anno 1360 reddit Rationes, & ab Officio decedit.

135. EBERHARDVS de *Fechenbach*. Cuius Vicedominatus multorum annorum tractu continuatur; utpote in Chartis obvius 1361 —— 1394. Filium habuit etiam *Eberhardum*, qui ceu Aulæ Magiſter Archiepiſcopi IOANNIS II occ. 1401.

139. ALBERTVS de *Hirſchorn*. Ioannes modo dictus an. 1398. feria 3 poſt *Luciæ* ei remittit Cenſum, curiæ Hirſchornianæ *Aſchaffenburgi*, zum Haſenſtaub nuncupatæ, adhærentem. Fuit & Burgravius Caſtri *Starckenberg*. Anno 1399 Satrapa in Schurburg & Winſperg. Eidem qua Vicedomino demandatur, Militi Wolff von Wonnenſtein, den man nennt den gliſſenden Wolff, zu bezalen fünff tauſent Gulden, nach dem anſprach Pfaltzgraff Ruprechts.

1399 HENNE von Hofheim. Satrapa *Selgenſtadenſis*. Vicedominus conſtituitur ab Ar. *Ioanne* II, 1399 ipſa die B. *Andreæ* Ap. Occurrit porro 1400 & 1401. Epitaphium eius inopinato reperi in eccleſia parochiali *Selgenſtad*, quæ eſt in cemeterio, hac cum epigraphe:

Digitized by Google

phe: *Anno Domini MCCCCXV* θ Iohannes *de* Hofheim *Armiger.* Extra dictæ eccleſiæ chorum in columna muri hæc inſculpta legitur inſcriptio. *Anno 1438 inceptum eſt hoc Opus, Gwerris Morte & Fame maxime regnantibus, in vigilia Corporis Xti.*

HAMANNVS *Echter* de *Meſpelbrunn.* Vicedominus renuntiari meruit Anno 1404, craſtino *Diviſionis App.*, ſimulque Præfectus *Selgenſtadii*, & Caſtri *Alzena.* 1404

Anno 1408 collatis cum Archiepiſcopo Rationibus, IOANNES in data ſyngrapha confitetur, ſe eidem *Hamanno* teneri quoad amiſſos in obſequio Herili Caballos; quorum colores & fata hac ſerie recenſentur:

Mit nahmen vier Pherde die er verleiſt hatte * von Katherinen Vbrein wegen. *Item* ein roid Hengeſt, der yme zu Aſchaffinburg ſtarp. *Item* ein Schwartz Hengeſte, der blint wart, und here zu Aſchaffinburg in unſer Burg qwam. *Item* einen Falen Hengeſt der yme ſtarb. *Item* ein Schwartz meſſelich Phert, das er gein Smerlebach gab. *Item* ein Gra Phert, das er zu Heſſen in der Niderlag verlore. *Item* ein Roid meſſelich Pherte das yme ſtarp. *Item* ein Gra Phert, das yme vor dem Nuven hof erſchoſſen wart.

* *Obſtagium.*

Anno 1413 EBERH. *Wamboltium*, Fratrem Ordinis *Ioannitici* captivum duxit Electoris iuſſu; qui illum poſtea, ſatisfactione accepta in libertatem reſtituit, tenore Litterarum quas ſubiungo:

Geiſtlicher Bruder Eberhart Wambold, Sant Iohanns Ordens des Hoſpitals zu Ihrlm, Lieber beſunder. Als wir etwas unwillen und ungenaden zu dir gehabt hain, darumb dich Haminan Echter, unſer Vitzdum zu Aſchaffenburg und L. G. von unſern wegen gefangen hatte; und Du unſ nu ſoliche ungnade u. unwillen gutlichen benommen, und die gein Unſ abegetragen haiſt; des ſagen wir dich vor unſ und den egenanten unſern Vitzdum ſoliches gefengeniſſe, und darzu alles argwillen, wie wir den an dich bis uff dieſen hutigen tage gehabt haben, mit dieſem unſerm offen brieffe qwyt ledig und loiß; doch mit beheltniſſe ſolicher Orffehede, die du unſ mit dinem verſiegelten Brieffe getain haiſt. Des zu orkunde --- MCCCCXIII, *die converſionis* Pauli.

Præter iſtius temporis morem diu *Hamannus* noſter Vicedominatum tenuit, tandemque dimittitur an. 1419, feria poſt diem *Bricii* tertia; ſtatuto termino trimeſtri. In Matrimonio vixit cum Anna Löw de Steinfurt, filios relinquens *Hamannum*, *Conradum* &

Digitized by Google

Wilhelmum; quorum Tutelam, ipſo ſub an. 1427 hoc de ſeculo migrante, adminiſtravit PETRVS *Echter*, Decanus maior Moguntinus.

1420 DIETHERVS *Landſchad* de *Steinach*. Aſch.. Vicedominus renuntiatur â CONRADO III Dominicâ *Exurge*, Anno in margine ſignato., occ. usque ad an. 1424.

1425 DIETHERVS *Camerarius* de *Wormatia*: Satrapa in Neuenbamberg ab an. 1416. Eiusdem *Conradi* nutu deceſſori ſuffectus 1425 d. *Cathedrâ Petri*. Burgravius quoque *Starckenbergenſis*. An. 1427 in Bello cum Landgravio *Haſſiæ* in captivitatem abducitur, & *Fritzlariæ* detinetur. Frequens Eius fit mentio - - - 1431.

1432 PHILIPPVS de *Hirſchorn*. Muneri præficitur feria 3 poſt Dominicam *Reminiſcere*.

1435 PETRVS de *Roſenbach*. Die S. Kiliani ab Electore THEODERICO in Vicedominum aſſumptus.

1438 MARTINVS *Forſtmeiſter;* Satrapa in *Wirtheim* & *Orb;* cui provincia Vicedomini concredita fuit ipſa Dominica *Invocavit*.

1439 CONRADVS Dominus *de Bickenbach;* Suſcipiens eam 1439 die *Michaelis*. Burgravius etiam *Miltenbergæ*. Præfectum ſylvarum eodem tempore egit VDALRICVS de *Bickenbach*.

1441 IOANNES de *Erlenbach*, hactenus Aulæ Marſchallus. Vicedominus renuntiatur Lunæ poſt Dominicam *Iudica*. Reſignans 1449, evadit Aulæ Magiſter, & Satrapa *Steinhemii*.

1449 EBERHARDVS *de* Riedern, *primum*. Satrapa *Wildenbergenſis* & *Amorbacenſis*: Ioannis in locum ſubiit 1449 Lunæ poſt Dominicam *Iubilate*. Munere anno 1451 dimiſſo, tranſit ad Satrapiam *Biſchoffsheim*.

1451 PHILIPPVS *Pincerna* & Dominus *in Erpach*. Dignitatem hanc conſecutus eſt die Martis poſt *Petri ad vincula;* poſteaque Electoralis Aulæ Magiſterium.

1455 EBERHARDVS *de* Riedern *ſecundum;* Lunæ poſt Dominicam *Exaudi* hoc pacto ad eandem vocatus, mit acht Reiſigen Pferden nebſt einem Knaben ſich gerüſt und beritten zu halten.

1458 EBERHARDVS de *Eppenſtein*, Comes *in Königſtein*. Cui, An. 1458 Sabbati poſt *Petri ad vincula* Vicedomini muniis admoto, THEO-

DERI-

Digitized by Google

DERICUS Elector ſalarium deputavit 400 fl. Sed enim anno mox poſtero de ſtatione deceſſit. Impoſitus *Moguntiæ devictæ* ſupremus Capitaneus an. 1464.

HAMANNUS *Echter* de *Meſpelbrunn*: usque huc Satrapa in *Fürſtenau*. Vicedominus, ſimul ac Sylvarum Præfectus creatur 1459 feſto D. *Thomæ* Ap. 1459

PHILIPPUS Comes de *Rieneck*. Anno 1464 d. *Petri cathedra* ab ADOLFO II, & 1478 a DIETHERO, dum is ad Pontificatum Mog. ſecunda vice emerſerat, aſcitus. Superſtes in munere adhuc 1480. 1464

GEORGIUS *Brendel* de *Homburg*: 1482 die *Galli* ab ALBERTO *Saxonico*, Moguntini Præſulatus Adminiſtratore. 1482

FRIDERICUS *Brömſer* de *Rüdesheim*: Martis poſt *Franciſci* à BERTHOLDO. Anno 1489 deputabatur ad Conſilium Foederis Suevici. Ceſſit eodem anno, futurus (1494) *Rhingavienſis* Vicedominus. 1488

PHILIPPUS de *Thüngen*. Ex Satrapa *Wildenbergico* in Vicedominum ſublectus d. Veneris poſt *Conceptionem B. V.* An. 1494 cum Delegatis cæteris finem impoſuit Controverſiæ, quæ intercedebat BERTHOLDO, cum Antiſtite Wirzburgenſi, de Portorio in *Walbach*. 1489

IOANNES de *Cronberg*, Satrapa *Höchſtenſis*. Quoniam Decretum admiſſionis ſuæ in manus noſtras non pervenit, indico ſaltem Æram, qua ut Vicedominus adducitur; annis ſcilicet 1501. 1502. 149.

OSWALDUS Groſchlag *de* Dipurg, *primum*. Aulæ Marſchallus; Quocum res eodem ſe habet modo. Subit tamen ſemel atque iterum 1507 —— 1512. & 1520 d. 7 Sept. Humatus in *Michelſeld*. 150.

REINHARDUS Comes *de Rieneck*. Is occeptam Martis poſt *Petri Cathedra* anno margini præfixo, ſpartam Vicedomini haud diu adornavit: Conſtitutus 1518 ab ALBERTO *Magdeburgum* tendente Locumtenens per Dioeceſin ſuperiorem; aſt m. Xbri, Veneris poſt *Luciæ*, morti ſuccumbens, Viduam reliquit AGNETEM, *Sigismundi* Comitis *in Gleichen* filiam; quæ Maritum ſecuta eſt 1519 die *Sebaſtiani*; ambo tumulati *Lobræ*. 1514

OSWALDUS *de* Groſchlag, *ſecundum*. Diſerte qua *Aſch*.. Vicedominus recurrit in Litteris, an. 1517 die S. Dionyſii datis. 151.

PHILIPPUS *Echter* de *Meſpelbrunn* ſenior. ALBERTO Cardinali dig- 1520

dignus viſus, quem Muneri huic adhiberet 1520 *Petri cathedra.* Obvius nobis —— —— 1527. In coniugio ſtetit cum Comitiſſa, AGNETE de *Werdenberg* quæ Θ 1536, 21 Xbris. Sepulta in *Haſendal* iuxta caſtrum *Meſpelbrunn* in nemore *Speſshart.*

1530 BERNARDVS de *Hartheim. Wildenbergenſis* & *Amorbacenſis* Satrapa ab anno 1521. *Eichsfeldiæ* 1523. Vicedominus 1530 die *Bartholomæi.* Anno 1539 Aulæ Marſchallus; ac tandem 1541 Præfectus *Miltenbergenſis* ad dies vitæ.

154. CHRISTOPHORVS *Fock* de *Walſtatt.* Recurrens multoties 1544 —— 1547 13 Mart.

1547 IOANNES OIGIER *Brendel* de *Homburg.* Satrapa usque huc in partibus *Haſſiacis.* Ab Electore SEBASTIANO 1547 d. *Barthol.* non ſolum Vicedominus, ſed & Satrapa in *Hauſen*, *Salmünſter*, ac Burg-Joſſ renuntiatus; Anno autem 1555 d. 11 Martii Aulæ Marſchallus.

1555 IOANNES REINHARDVS *Mosbach* de *Lindenfels.* Hunc idem Archipræſul *Sebaſtianus* Lunæ poſt Dominicam *Reminiſcere*, atque ſic paucis ante obitum diebus ad Vicedominatum promoverat. Sed enim neo Electus DANIEL ſelegit alium. Eſt is,

1555 MELCHIOR de *Graenrod:* Decreto receptionis die *Petri ad vincula* ſignato. Creberrime obviam eum habui ad annum usque 1577. Ex ſerie autem continua præmiſſa patet, FRIDERICVM *Brendel* de *Homburg*, Archiepiſcopi DANIELIS genitorem, in ipſius Vita, uti a *Serario* ita pariter a *Ioanne* perperam pro *Vicedomino Aſch.* . deprædicatum fuiſſe. *Ameneburgi* enim Satrapam egerat Ille, iam anno 1531 in libitinæ cenſum redactus.

Θ *Melchior* 1578, die Iunii 20, *Aſchaffenburgi*, ubi monumentum eius æneum, ſingulari opera & artificio elaboratum, in eccleſia Collegiata proſtat.

1578 HARTMVDVS de *Cronberg*, *medius.* Quippe tres *Hartmudi* tunc ſimul vixere. Surrogatus fuit *Graenrodio* d. Lunæ poſt Exaltationem S. *Crucis.* Anno 1583 Electoris WOLFFGANGI nomine, Regalia fiduciario iure accepit *Poſonii*, a Cæſare *Rudolfo.* Θ 1608.

1610 IOANNES DIETHERVS de *Reiffenberg.* Provinciæ noſtræ admotus legitur 1610, Iulii d. 26 per *Ioannem* SVICARDVM. Ceſſit, anno

Digitized by Google

no 1614, factus Camerarius S. Cæſ. M. Conſiliarius bellicus, Colonellus atque Commendans *Comorræ.*

1614 WILHELMVS FERDINANDVS de *Eſſern:* Sabbato ante *Exalt.* S. *Crucis:* quem iam antea publicis magni momenti negotiis adhibitum fuiſſe, ex actis compertum habeo. Anno enim 1610 legatione functus eſt apud Galliæ Regem in Cauſa *Iuliacenſi*, quæ res propter *Henrici* R. cædem effectu caruit. Dein 1613 & 14 Catholicæ Vnionis confœderati miſerunt ipſum Bruxellas ad Archiducem *Albertum.* Eodem adhuc anno menſe Sept. ad Electorem Trevirenſem, nec non *Henricum* D. Lotharingiæ, Nancæum. An. 1616 denuo Bruxellam, a *Maximiliano* Auſtriaco ſupremo Ordinis Teutonici Magiſtro ablegatus eſt.

Vir fuit egregie doctus, dexterrimus in agendis, conſiliique plenus. Diſertus, ut imprimis dicendo valeret: Temporibus ſagaciſſime inſerviens. Cæſari non minus quam Principibus Catholicis in obeundis Legationibus perutilis. Quæ cauſa fuit, ut multum gratia valuerit apud MATTHIAM. Conſiliarius deinde Ipſius Imperatoris, ut & in Hiſpanico Conſilio, Burgravius tandem *Alzeiæ* factus eſt.

Prius vero quam Moguntino Electori officia ſua addixiſſet, an. 1609 ab Agnato ſuo, WILHELMO Wormatienſi Epiſcopo, nec non Electore Palatino FRIDERICO ceu Ducatus *Simerani* poſſeſſore ad Iudicii Cameralis ſupremi Aſſeſſoratum una cum *Ioanne Wernero* Roiſt *de Wers*, & D. *Simone Tollemann* præſentatus, Munus iſtud declinavit, quod magis ad rei Publicæ negotia tractanda quam ad cauſas Iudiciarias expediendas natus videretur. Spiritum edidit *Viennæ* 1629.

1618 IOANNES PHILIPPVS de *Hoheneck*: Satrapa in *Höchſt* & *Hoffheim* ab anno 1614. Ad Vicedominatum pervenit 1618. Aulæ pariter ſupremus Marſchallus. Vnitorum Conventibus, qui agebantur ſucceſſive, anno nimirum 1621 *Auguſtæ Vindelicorum*, 1627 *Herbipoli*, 1629 *Mergenthemii*, 163.. *Dinkelſpilæ*, Principum Herorum nomine interfuit. Inveſtituram quoque ipſorum loco an. 1630 ab Imperatore accepit *Ratisbonæ.* Vicedominatus quoad vixit, dignitatem continuavit. Moritur m. Iulio 1638.

1638 GERHARDVS L. B. *de Waldenburg*, dictus *Schenkern.* Hic gradatim penetravit ad ſumma. Anno 1608 Conſiliarius Aulicus nominabatur; abinde publicis adhibitus negotiis. An. 1614 Satrapa *Amor-*

Digitized by Google

morbacenſis, poſtea Caſtro *Starckenberg* impoſitus Burgravius. Anno 1638 28 Sept. Vicedominus *Aſch*.., tandemque 1641 d. 21 Oct. ſupremus Aulæ Magiſter ſolemni Decreto renuntiatus; in quo meritorum ipſius, officiorumque inſignium, præprimis in Imperii Comitiis præſtitorum, ampla fit mentio. Cæſari gratus idem, propterea in numerum Conſiliariorum Intimorum lectus. Superfuit adhuc 1658, cum LEOPOLDVS auguſtalibus redimiretur infulis. Qui fuerit huius tanti Miniſtri terminus vitæ, hunc non magis quam tumuli locum, omni licet opera conniſus, detegere valui.

1660 IOANNES REINHARDVS L. B. *de Hobeneck*: Ex Satrapa in *Miltenberg* & *Protſelden* Vicedominus evaſit 1660, 22 Febr. θ 1672. 30 Iulii.

1672 MELCHIOR FRIDERICVS L. B. *de Schönborn*; Principis Electoris ſummus Cubicularius & Marſchallus; ob maxima in Patriam merita Comitis S. R. I. nec non Intimi Conſiliarii S. Cæſ. M. dignitate auctus. Sub an. 1701 Vicedominatu ſe abdicat. θ *Francofurti* d. 9 Maii, ſepultus in *Heuſenſtamm*.

170. FRANCISCVS ERWINVS Comes *de Schönborn*. Idemque ſupremis in Aula Moguntina functus eſt muneribus; Vicedominicum circa 1733 reſignans. S. Cæſ. M. Conſiliarius Intimus, Aurei Velleris Eques.

173. IOSEPHVS FRANCISCVS Comes *de Schonborn*: digniſſimus Parentis Illmi. ſucceſſor. S. C. M. Camerarius: Quem ut DEVS longum ſervet in ævum, eſt quod enixe precamur.

✿ ✿ ✿

Temporibus antiquis Aſchaffenburgenſes *Schultetos* æque generis Militaris fuiſſe, ac ipſi Vicedomini, ſequens indiculus demonſtrat. HENRICVS dictus *Ruſchenbuſch* 1304, FRIDERICVS de *Mosbach* 1354. SIBOLDVS de *Weiler* 1361. Der Edle Knecht, Jungker Henrich von Gunſrod, Schultheis zu Aſchaffenburg 1384. Henrich von Weiler Edel-Knecht, Schultheiſ zu Aſch.. 1385. CONRADVS de *Ronnenburg* 1396. CONRADVS de *Lamersheim* 1427. NICOLAVS *Rumrod* dictus *Schmidburg* renunt. 1463

✿ ✿ ✿

ELEN-

ELENCHVS
III) VICEDOMINORVM *Rhingavi-enſium.*

RINGAVIÆ *Terram, cui ob Vini quod copioſe gignit, excellentiam, celebre in Orbe nomen eſt, peculiares olim* Comites *rexiſſe, teſtatum faciunt aliquot noſtri Codicis diplomamata. Occurrit enim* RICHOLFVS Rinckgaugiæ Comes *ad an.* 1109. (p. 40) LVDOVICVS, *ad an.* 1140. (p. 125 *) EMBRICO, *ad eundem annum.* (p. 127) *Vtrum vero iidem proprietarie, an vicario Regum nomine, aut fors iure clientelari ab Eccleſia Moguntina Comitatum tenuerint, tuto affirmare non licet.*

* Is tunc iam, una cum Coniuge ſua LVTGARDE, ſeſe ſubdiderat Regulæ S. *Benedicti* in Monaſterio D. *Ioannis.* d. p. 125.

CONRADVS de *Rüdesheim.* Vixit anno 1251. *Humbracht* Tab. geneal. 159. 12..

GISELBERTVS Vicedominus *Rinegowiæ.* Cui *Gerhardus* I mandat, ne S. *Stephani* bona in *Olmene* ullatenus aggravet, Exactiones vel tallias imponat. Actum 1257, 7 Idus Febr. *T. II. Rer. Mogunt.* p. 537. Citatur porro 1260, 1261. p. 675. 682 Supra. *Vulpes* dictus: quod cognomen una Linea Nobilis familiæ *de Rudesheim* gerebat. 12..

LVDOVICVS Vicedominus *de Ecchenſtein:* An. 1281 (p. 785.) Habuit fratrem, uno Prænomine, ſed Cognomine diverſo, in Charta anni 1287 his adductum verbis: LVDOVICVS, *frater* Ludovici *Vicedomini*, *dictus* Schlüſſel *de* Moguntia. Biennio poſt iuramentum præſtitit in animam R. *Adolfi*, de pactis nuptialibus cum Rege *Bohemiæ* initis liberorum nomine ſervandis. Anno 1294, XIII Kal. Martii ab Imperatore conſtituitur Iudex ac Conſervator iurium & privilegiorum parthenonis D. *Claræ* Moguntiæ. 12..

Digitized by Google

1294 Erenbertvs. 1294 (p. 875) Anno 1308 ceu aſſiſtens Iudicio feudali, de quo ſuperius *p.* 953. in Vicedomino *Aſch.*. Hermanno.

13.. Conradvs de *Rüdesheim* Vicedominus *per Rinckoviam:* Coram fuit 1315 II Id. Iunii, quando *Fridericus* de *Roſtorf* Advocacias ſuas *in Scheiden* & *Siboldesbuſen* renuntiavit Archiepiſcopo Petro.

13.. Philippvs de *Wonnenberg*: 1339 vnus Parium curiæ, ex ordine recenſitorum *p.* 954.

134. Conradvs de *Rüdesheim.* Vicedominus Rhingaviæ audit Litteris promiſcuis Henrici III, ad an. 1343.

134. Wilhelmvs *Keſſelhut* de *Seheim.* Datus 1345 fideiuſſor *Henrico* Domino *in Salza*, dum is Archiepiſcopo *Salzenſe* oppidum vendiderat.

134. Ioannes de *Randeck.* An. 1346 eundem legi inveſtitum feudo caſtrenſi, per obitum *Wilderici* de *Gaubickelheim* vacante. Eodem anno conſtituitur cum *Conrado* de *Kirckel*, aliisque, Proviſor Moguntini principatus ab *Imp.* Lvdovico. [Vormundere und Pflegere des Stiffts Menze] Quo vid. *T. II. p.* 661, *n.* 5.

135. Vdalricvs de *Cronberg:* Aulæ Magiſter, uti & Carolo IV a Conſiliis. Hic ſub Vicedomini *Rhingaviæ* titulo perpetim occurrit ab anno 1353 —— 1386. Vir magnæ auctoritatis in Moguntina Provincia, a cuius nutu & conſultationibus Gerlacvs Elector multum dependebat. Factus 1357 primus Gentis ſuæ *Dapifer hæreditarius.* Circa id temporis directum ad ipſum æſtimo libellum in hæc verba:

Domine Vlrice *de* Cronenberg,
Vicedomine Ringaviæ reverende.

Iſta ſunt nobis ablata. Primo LVII floreni in prompta pecunia. Item *unus Equus cum paramento ſuo, ad valorem XXX flor.* Item *unum Mantellum duplicatum, & unum Mantellum ſimplex, cum duobus aliis mantellis, & una Tunica, & una Iopa nova: Iſta omnia ad valorem X flor.* Item *unus Circulus aureus cum uno annulo aureo cum ſaphiro, & unum ſtilum argenteum: Iſta omnia ad valorem VI flor.* Item *una Mantica ſive Mala, volgariter* ein Watſack, *cum contentis in ea, ſcilicet veſtibus, lineis, caligis, & ſpeciebus aliis diverſis; ad valorem* VIII

Digitized by Google

VIII flor. Et tres gladios, & tres cingulos, & tres peras, ad valorem VI flor. Summa preſcriptorum omnium CXVII florenorum. Super quibus iurabit D. Heinricus *de* Franckenford, *Vicarius Eccleſie* Aſchaffenburgenſis, *Procurator ad id conſtitutus.*

Inferius: *Ex parte Clericorum ſpoliatorum apud* Babenhuſen.

a tergo. *Memoriale Presbiterorum ſpoliatorum* de Lubeck.

Anno 1365 Iudæis *Bingenſibus* præponitur Iudex. Poſtero eius protectioni Princeps Elector committit Dominos *de Homburg*:

Wir **Gerlach** - - - Ertzbiſchoff zu Mentze thun kunt - -, daſ wir unſer Stifte, unſere Amptlude, Manne, Burgmanne und untertane, die unter unſ geſeſſen ſint, und unſ zu vertedingen geburen, mit den Edeln Syfriden Herrn zu Homburg und Heinrich ſime Sone, - - - und mit allen iren geſeſſen Mannen u. Burgmannen, die yn geburent zu vertedingen, fruntlich han geſunet; und han den vorgenanten Syfride u. Heinrich - - zu unſern getruwen Dienern genommen und enpfangen.

Herumb han wir, Vlrich von Cronenberg unſern Lantvogt, und Vitzdum in dem Ringauwe, und andere unſere Amptlude geheiſſen, daſ ſie unſ an dieſer Sune wol bewaren ſollen. Auch ſol der vorgenante Vlrich und - - unſere Amptlude die vorgen. unſere Neſen und die iren truwelich ſchutzen, ſchuren u. vertedingen, wie yn des not iſt, und wo ſie das vermogen wan ſie das von yn heiſchen laſſen &c. Aſchaffenburg, die B. Nicolai MCCCLXVI.

Anno ab hinc proximo detinebatur captivus: **Gerlach** - - - E. z. M. - - Alſ Friderich von Hohenryet der Junge, Ulrichen von Cronenberg unſern Vitztum in dem Ringauwe - - gefangen hatte, und yn ſchetzit an XXXVI^c^ Gulden von der anſprach wegen, als er unſ zuſprach von Fr. Katherine von Bickenbach ſiner elichen Huſſfrauwen wegen; daſ wir darumbe mit ime gütlichen verichtet u. geſunet ſin &c.

Anno 1383 denominatus fuit, qui res Coenobii S. Ioannis in *Rhingavia* collapſas redintegraret. **Adolf** - - - Daſ Wir angeſehen haben armut und verderbnuſ des Cloſters S. Johans-Berg, - - und han daſſelbe mit ſeinen nutzen Renten u. gefellen, - - ob wir das etlicher maſſen wieder uffbringen mogten, zu unſern handen u. - - Schutz genommen; Et cum ipſemet intendere nequeat, ſo han wir das obgen. Cloſter - - - befohlen dem - - Vlrich von Cronenberg, - - - von unſern wegen zu regieren, zu handhaben, u. zu beſtellen, &c. *MCCCLXXXIII die S. Iohannis Bapt.*

Eodem anno Ipſi demandatur cura Salvi Conductus, quem prælaudatus Elector Iudæis quibusdam Moguntinis conceſſerat, ut ex ſeq. Scheda patet:

Wir Adolff E. z. M. bekennen, —— daſ Wir Frauwen Mennen, und Menlin irme Eiden, Judenburgern zu Mentze, geben -- ein veſte gantz ſtragk Geleide, in unſerme Land gelt zu lihen, und ir ſcholt zu fordern, wo oder wenne ſie das begerent. Und gebieten das unſerm Vitzdum in deme Ringauwe Vlrich von Cronenberg, -- daſ ſie vorgen. unſere Juden ſollent beſchirmen und beſchuren, u. beholffen ſin zu irme Rechten an unſern Gerichten. Und das Geleide geben wir yn dru iare nach datum dies Briefes. Eltevil, *feria tercia poſt diem* S. Elizabeth. *MCCCLXXXIII.*

Anno poſtero periculum incurrebat excidendi Heri ſui gratia, propter relationem Veritati minus congruam, HERMANNO *Haſſiæ* Landgravio factam; de qua Littera teſtatur hæc.

Wir Adolf -- bekennen; umb ſolichen Brieff den Vlrich von Cronenberg unſer Vitzdum in dem Ringauwe dem Hochgebornen Hermanne Landgrafen zu Heſſen gegeben hat, darynne Wir verzihen ſollen haben uff ſoliche Hulffe, die der Hochgeborne Furſte, Herr Otte Hertzoge zu Brunſwig, unſ und unſerme Stiffte von Verbniſſes wegen tun ſolche widder den obgenanten Hermanne Lantgrafen zu Heſſen; Des bekennen Wir und ſprechin, als wir billich ſollen, daz Vlrich von Cronenberg unſer Vitzdum vorgenant denſelben Brieff als einen ungerechten Brieff dem egen. Hermanne L. z. H. one unſern willen, wiſſen und verhengniſſe getan u. gegeben hat; als daz auch der vorgen. unſer Vitzdum vor viel Grafen, Herren, Rittern und Knechten liplichen zu den Heiligen geſworen, und unſ des entſchuldiget hat. Des zu urkunde &c. *Datum* Treyſe *feria quinta poſt diem* SS. Petri & Pauli *Apoſtolorum.* MCCCLXXXIV.

Superſtes fuit usque ad annum 1386; brevi demum intervallo de mortali ſtatione diſcedens, ſepulturæ locum nactus eſt in coemeterio Monaſterii *Erbacenſis*, una cum *Gertrude* uxore ſua, nata de Bellersheim, quorum lapidem ſepulchralem ibidem ſub tilia maiori ſe vidiſſe refert *Helwichius* in MS.

Tempore huius *Cronbergii* Vicedomini erat unus alterque Subvicedominus. *a)* CONRADVS *Schenck* de *Altavilla:* etwanne Undervitztum in dem Ringaue: An. 1372 Arbiter cum *Henrico* de *Rüdesheim* Milite, in Cauſa, vertente inter Capitulum metrop. & Parthenonem Dahlheim, circa ius paſcuorum, a coenobio in pratis *Mumbacenſibus*

Digitized by Google

ſibus ſibi privative competere aſſerentem. *b*) HERMANNUS *Hebel*; Cui ſuperius memorata Monaſterii S. *Ioannis* cura ſimul iniuncta fuerat. Et an. 1390 infeudatur de Officio dicto Stadelambt, gelegen uff dem Rhein an dem Fiſch-Marck zu Mentze, a CONRADO II.

SIFRIDUS de *Lindau*: feria 4 poſt diem *Barbaræ* V. ab ADOLFO ſubſectus. Diu præfuit Muneri. An. 1396 ſigillo ſuo roboravit Litteras, queis IOANNES Dynaſta de *Limburg* recognoſcit, ſe in feudum accepiſſe a CONRADO Archipræſule partem tertiam Caſtri & Oppidi *Limburgenſis* ad *Lanam* fl. Ita quidem ut, ſi abſque prole decederet maſcula, ipſius filiæ, CUNIGUNDIS & CLARA, eodem feudo frui debeant. Addito: Und were es ſach, daſ ſie ſich verendern werden, ſo ſollen ſie ſich manuen mit iren glichen Edeln Mannen; und dieſelben Mannen ſollen dan daz -- Lehen haben, und tragen ire Lebetag uſſ. 1386

Anno 1400 adſtitit actui Exauctorationis WENCESLAI.

CUNO de *Scharpffenſtein*: Ante hac *Hoffheimenſis* Satrapa; crebro recurrens 1401 ſq. Anno 1413 diſcordias quæ IOANNEM inter Archiepiſcopum & IOANNEM Dominum *de Wied* verſabantur, & in diffidationes mutuas eruperant, hiſce compoſuit litteris: 1401

Jch Cune von Scharpenſtein Vitzthum in dem Ringauwe bekenne -- Als der Edell Juncher, Johann von Wyde, Herre zu Jſenburg, eyn Bewarunge gethan hait an mynen Gnedigen Herren von Mentze und ſinen Stifft; daz ich zwiſchen demſelben mynem gn. Herren von Mentze, ſinen Helffern, und Helffers helffern von eyner: und dem obgen. Juncher Johann, ſinen Helffere und Helffers helffern von der andern ſyten, ein recht ſchlecht Sune beredt u. betedinget hain, ane alle geverde; alſo daz die bewarunge von beiden ſyten gantz und zumale abe ſin ſal, und abegethain iſt. Und geben auch dem obgen. Junchern Johann, ſinen Helffern u. helffers helffern von des vorgeſchr. myns Herren von Mentze wegen, fur yn, ſin Lande, Lude u. Helffere, eyn ſchlecht Sune mit crafft dieſſes Brieffs, ane geverde. Des zu orkunde *&c.* MCCCCXIII.

Anno 1415 alienatus eſt ab Hero ſuo, cui propterea Dicam ſcripſit ſequenti epiſtola:

Minen ſchuldigen dinſt gnediger Herre, Herr Johann E. z. M. Jch Cune von Scharpenſtein, Heuptmann myns gn. Herren des Romiſchen Koniges, und Vitzthum im Ringauwe, laſſen Uch wiſſen; ſoliche Mannlehen und Burglehen als ich von uch hain, und auch, als ich uwer Diener

u. Raid bin, und waz eyde u. globde ich uch daruber gethain hain, daz ſagen ich uch uff, -- und wil uch darumb zu der zyt nit me verbunden ſin, uſſgeſcheiden myn Vitzthum Ampt, und Frauenſtein. [In ſq. conqueritur, quod Archiepiſcopus ipſi aliqua promiſſa haud ſervaverit] Daruff ir mich dringet, und gedrungen hait, daz ich uch Raid dinſte u. alle verbintniſſe in vorgeſchribener maß offſagen; und were des lieber uberhoben geweſt. &c. MCCCCXV *die Diviſionis Apoſtolorum.*

Elector contra cauſatus, ſibi iniuriam a *Cunone* inferri, eidem propterea Diem conſtituit, *Aſchaffenburgi* coram Paribus curiæ Martis poſt *Iacobi* ſubeundum. Citationis clauſula finalis ſic ſe habet: Und ſchicken dir unſern Forderungs-Brief by dieſem geinwertigen, Johann Marſchalcke von Waldecke, und Johann Mertz von Crufftel, unſern Mannen. Vix dubium eſt, quin Vicedominatum retinuerit oppignorationis titulo.

1415 IOANNES *Brömſer* de *Rüdesheim*, Curiæ Magiſter, * Archiepiſcopo ad *Conſtantienſe* Concilium abeunte, CUNONI ſurrogatus.

* Succeſſor *Cratonis de Elckershauſen.*

En ipſas Litteras: Unſern gruſ zuvor, Erſame liebe getruwe Schultheiſſen, Scheffen, Burgermeiſter und Gemeinde, zu Eltvil, zu Lorche, in dem Ringauwe uberall, und zu Algesheim. Als wir ſezte mit unſern Frunden die wir zu unſ gein Bingen verbodt hatten, und yn lieſen furlegen, in welcher maſſe wir willen hetten uff unſern Lande zu ryden; und wie Cune von Scharpenſtein auch enweg geriden were, davon wir meinten, unſ u. unſer Lant mit einem Amptman u. Vitzthum zu beſtellen u. zu verſorgen; Des laſſen wir uch wiſſen, daſ wir den Strengen Ritter Johann Brumſer von Rudesheim --, der bisher unſer Hoffmeiſter iſt geweſt, zu unſerm Vitzthum in dem Ringauw gemacht u. geſazt han. Herumb ſo begeren, und heiſen wir uch, daſ ir yn alſo fur unſern Vitzthum haldet -- und gehorſam ſyt &c. Aſchaffenburg, *in die B.* Stephani *protomartyris.* MCCCCXV. Occurrit usq; 1417.

141. CUNO de *Scharpffenſtein* ſecundum. Frequenter obvius ab an. 1420; ita ut CONRADO III regimen auſpicante Muneri poſtliminio admotus eſſe videatur: quo, feria 3 poſt Domin. *Reminiſcere* 1424 dimiſſo, conſtituitur ad dies vitæ Caſtellanus in *Luckenmül.* Lares ſuos *Erbaci* fovebat.

Io-

Digitized by Google

Ioannes de *Helmſtatt*, filius Reinhardi: Cuius Litteræ receptionis datæ ſunt 1424 feria 5 poſt Dom. *Invocavit*, in caſtro *Fantzberg*. 1424

Ioannes *Booſ* de *Waldeck*. Initia eius ducuntur a vigilia Aſcenſionis Domini 1424. Anno 1435 aſylum præbuit Hero ſuo, quemadmodum hæc notat chartula: 1428

Wir Dieterich E. z. M. bekennen - -, Als der Veſte Johann Boiß von Waldecke der elter, unſer Vitzthum im Ringauwe — unſ zu Montfurt wider Peter Vngefugen enthalten hat; Alſo gereden — Wir by unſern Fürſtl. Truwen, Eren und Wurden - -, den Burgfrieden zu Montfurt fur unſ, unſere Helffer, und die unſern zu halten, als lange unſer Enthalt daſelbs zu Montfurt weret &c. Eltvil 1435 Iovis poſt Dom. *Oculi*.

Eodem anno *Booſius* de Munere abſceſſit.

[Conradvs *Breder* de *Hohenſtein*, qua Vicedominus inferior, 1434 die *Nicolai*.]

Adamvs de *Aldendorf*: *Dionyſii* die a Theoderico aſſumptus, continuo recurrit —— —— 1453. 1435

Ioannes Comes *de Naſſau*. Veneris poſt Dom. *Iudica* ab Eodem; ſub obligatione, illic (in *Ringavia*) reſidendi. Anno 1460 conduxit ipſum Diethervs, ad belligerandum contra Moguntinæ Eccleſiæ hoſtem, *Palatinum* Fridericvm. 1455

Gernandvs de *Schwalbach*. Zum Vitzthum im Ringauwe, und zum Landſchreiber daſelbſt, u. zum Ambtmann zu Algesheim, d. *Martini* 1460. 1460

Emericvs de *Rheinberg* primum. Dominica poſt *Michaelis* ab Adolfo II delectus. 1461

Philippvs Comes *de Naſſau* Sarbrücken: Iovis poſt Dom. *Cantate* ab Eodem. 1462

Emericvs de *Rheinberg* ſecundum: Anno mox ſecuto, die S. *Ioannis* Bapt. datus *Philippo* Succeſſor. Θ 1467. 1463

Ioannes de *Greiffenclau* in *Volrats*. Cui Rhingavienſis Vicedomini munia idem concredidit Elector Adolfvs, æra in margine expreſſa die S. *Michaelis* Archangeli. 1467

[Pe-

[Petrus *Fürſtenberg*, Moguntinus Patritius; zum Unter-Vitzthum 1471 Sabb. poſt *Petri ad vincula.*]

1480 WIGANDVS de *Dienheim.* Vicedominus *Rhingaviæ* & Satrapa *Algeshemii* cooptatur 1480 Lunæ poſt d. *Eliſab.* Anno poſtero fit Præfectus Moguntinæ Vrbis.

IACOBVS *Winter* de *Rüdesheim*: Erb-Forſtmeiſter und Unter-Vitzthum im Rhingau: Teſtis in tabulis pactorum Dotalium ADAMI *Schlump* de *Winternheim* & CATHARINÆ de *Scharpffenſtein*, filiæ HAYMANNI. 1483.

1481 IOANNES de *Breitbach*: Lunæ poſt Dom. *Eſtomihi.* Pari cum deceſſore fortuna utens, 1494 ad Vicedominatum Vrbicum translatus eſt.

1494 FRIDERICVS *Brömſer* de *Rüdesheim*, Aſchaffenb. quondam Vicedominus. *Rhingaviæ* præficitur 1494 Lunæ poſt Pentecoſten a BERTOLDO. Occ. —— 1503.

BRVNO de *Hohenweiſel* Unter-Vitzthum im Rhingau 1599. *Humbracht* Tab. 282. Cuius, ſub an. 1508 defuncti, filiæ minorenni IACOBVS Archipræſul ordinat Curatores FRIDERICVM *Kuchenmeiſter* Satrapam *Neubrunnenſem*, HARTMANNVM de *Windeck* Schultetum Mogunt. & ARNOLDVM de *Hohenweiſel* agnatum: Veneris poſt Dom. *Lætare.*

1505 FRIDERICVS de *Stockheim.* Lunæ poſt *Diviſ. App.* a IACOBO. Anno 1521 dimittitur ab ALBERTO, *Wormatiæ*, locum ei aſſignans in Iudicio Aulico. θ 1528. *Geiſenhemii* ſep.

1521 HENRICVS *Brömſer* de *Rüdesheim.* Primordia cuius referuntur ad 1521, Litteris deſuper *Wormatiæ* d. *Petri Cathedra* datis. Anno 1522 ſublectus in Membrum tunc recens inſtituti dicaſterii Regiminis. *T. I. p. 829. n. 12.* Occ. —— 1530.

IOANNES de *Hohenweiſel*: 1523 die *Iacobi* zum Unter-Vitzthum.

1532 FRIDERICVS *Schlüchtern* de *Erſtenſtein*: die *Petri Cathedra*, a Cardinale ALBERTO.

IO-

Digitized by Google

Ioannes Henricvs de *Morsheim.* Eodem, an. 1538 recurrente 1538
die.

Fridericvs de *Stockheim*, Satrapa *Amorbacenſis*: Quem dies i- 1544
pſa, anni 1544 Vicedominum conſpexit. θ 1556.

Ioannes de *Stockheim* Aulæ Marſchallus: Ad Vicedomini munia 1556
a Daniele Archiep. Lunæ poſt Dom. *Iubilate* 1556 promotus.

Philippvs de *Graenrod* Satrapa in *Lohnſtein.* Huius meminerunt 155.
Litteræ anni 1560. Evocatorias 1562 ad Romanorum R. Electio-
nem inſinuavit Septemviro *Saxoniæ* Avgvsto. θ 1565. 25
Xbris, ſepultus in *Scherſtein.*

Ioannes Oigier *Brendel* de *Homburg* Aulæ Marſchallus, & A- 1566
ſchaffenb. . antea Vicedominus. *Rhingavienſem* induit 1566 Dom.
Reminiſcere.

Damianvs *Camerarius* de *Wormatia*, dictus *Dalberg.* Lunæ poſt 1571
eandem, 1571.

Ioannes Georgivs de *Bicken:* Poſtridie SS. Trinitatis. Vi- 1575
cedominus usque ad obitum. θ autem 1608. 1 Nov. *Altavil-
læ*, ubi domicilium fixerat, ſepultus.

Ioannes Richardvs *Brömſer* de *Rüdesheim.* Ex Vrbico trans- 1608
fertur ad *Rhingavienſem* Vicedominatum d. Mercurii *poſt Marti-
ni.* Anno 1613 a Cæſare (cui erat a Conſiliis) ablegatus ad *Saxo-
nem*, ut Comitiis Imp. *Ratisbonam* indictis præſentem ſe ſiſtere
Pr. Elector haud gravetur. Miniſter fuit conſummatiſſimus; ap-
tiſſimusque Negotiis publicis tractandis ſi quis alius. Cuius proin
opera multis Legationibus ad Imperatorem, Reges, Principes,
obeundis feliciter uſus eſt Elector *Ioannes* Svicardvs. Qui
porro an. 1614 eundem evexit ad ſupremum Aulæ Magiſterium.
Vicedomini munus abdicavit 1618, obiitque 1622, 20 Martii.

Wolffgangvs Henricvs de *Breitbach* Satrapa in *Dipurg* & 1618
Protſelden. Vicedominus Dom. *Reminiſcere* 1618. Occ. —— ——
163 ——

Henricvs de *Greiffenclau* in *Volrats.* Frater Electoris *Georgii Fri-* 163.
derici. Satrapa in Orb & Hauſſen 1610. Biſchoffsheim 1615. Stein-
heim 1629. Viced. *Rhingaviæ* 163. θ 1638. 29 Maii.

1638 FRIDERICVS de *Greiſſenclau* in *Volrats* : aſſumptus 1638 d. 14 Iulii ab *Anſelmo* CASIMIRO. Annis plane 42 rerum potitus eſt. Θ 1682.

1682 FRANCISCVS DIETHERVS ADOLFVS L. B. *de Ingelheim*. 1682 d. 2 Maii ab *Anſelmo* FRANCISCO. Abdicat 1698, factus Præſes Cameræ Imperialis, ac denique 1730 ſupremus Iudex.

1698 IOANNES ERWINVS L. B. *de Greiſſenclau* in *Volrats* : d. 20 Nov. Burgravius etiam (ab an. 1710) *Fridbergenſis*. Θ *Moguntiæ* 1727. 3 Martii. Reconditus *Vinicellæ* in Buſto Maiorum ſuorum.

1727 IOANNES PHILIPPVS L. B. (nunc Comes) *de Ingelheim*, dictus *Echter* de *Meſpelbrunn*: Vicedominus *Rhingaviæ* hodiernus. S. C. M. Conſ. Int.

ELENCHVS
IV) Supremorum EICHSFELDIÆ Præfectorum.

In Eichsfeldia *Monti editiſſimo ſuperinſtructa eſt Arx*, Ruſteberg *nominata, quæ ab antiquiſſimis temporibus, diuque ante ipſius Terræ Eichsfeldenſis acquiſitionem, in* Moguntinæ *Sedis dominio fuit, licet haud conſtet, a quo, vel quo titulo Caſtrum illud comparatum ſit.*

Habuit ſemper Locus iſte proprios ſuos Officiales & veluti Toparchas, a Moguntino Principe ibidem conſtitutos; quos vel aliqua auctoritate valuiſſe, inde datur colligi, quod in diplomatibus Seculi XII quidam ex eorum numero, inter Comites & Liberos *relati legantur ceu Teſtes, mox tamen rurſus in* Miniſterialium *claſſe conſpicui.*

Prætereundum vero non eſt, occurrere in dictis Chartis nonnullos ſub nomine appellativo Ruſteberg; *ut omnino ſit credibile, peculiari familiæ nomen iſtud adhæſiſſe, nullo ad* Officium *habito reſpectu. Ita ſeſe offert ad annum*

1143 (p. 145) ADELBERTVS
1151 (207) VDALRICVS
1155 (222) HERTWICVS
1300 (927) DIETHERVS

} *de* Ruſteberg.

De his autem, quibus geſti Officii cauſa nomen Ruſteberg *tribuebatur, tenendum eſt, eos ex antiqua, opibusque multum valente, inter Nobiles Eichsfeldenſes proſapia* Hanſteiniorum (*olim* Hanenſtein) *fuiſſe. Cum certum ſit*, Hanſteinios *per longum temporis tractum extitiſſe* Hæreditarios *in* Ruſteberg Vicedominos. *De cuius Vicedominatus primordio quanquam nihil conſtet, finis tamen eius indicari poteſt, in Annum quippe* 1323 *incidens*; *quo* HENRICVS de Hanſtein, *hæreditarium ſuum Vicedominatus officium, in Sedem Moguntinam, venditionis titulo tranſtulit, ut ex Litterarum particula hic adſcripta videre eſt.*

„Nos HEINRICVS Vicedominus de *Ruſtebere* Miles recognoſcimus per
„preſentes, ac univerſis ——— cupimus fore notum, quod de conſen-
„ſu ——— LVCKARDIS uxoris noſtre ———, non metu aliquo nec
„minis intervenientibus, —— —— vendidimus Reverendo Domino no-
„ſtro, Dno MATHIE, Sancte Maguntine Sedis Electo & conſecrato, &
„ſue Eccleſie —— Officium Vicedominatus noſtri in *Ruſteberg*, cum omni-
„bus ſuis iuribus —— & pertineneiis. Item Curiam noſtram in Caſtro
„*Ruſteberg*. Item VIII manſos circa ipſum caſtrum ſitos —— —— Item
„medietatem ville *Arnshuſen* cum tribus manſis ibidem ſitis, que bona a
„*Lupoldo* de *Hanſtein* pro XL marcis puri argenti poſſunt reemi. Item me-
„dietatem ville *Schachtebeche* liberam & ſolutam.

Et poſt magnam Prædiorum poſſeſſionumque in ſeq. ſpecificatorum copiam, pergit:

„*Item* omnia bona noſtra alia, magna & minuta, ubicunque in Civitatibus,
„villis, decimis, pratis, agris, montibus, vallibus, paſcuis, ſilvis ſita,
„—— —— ſupradicto Domino noſtro ——— ——— vendidimus — —— per-
„petuo poſſidenda; & eo iure quo noſtri progenitores & nos dinoſcimur
„ea hactenus poſſediſſe. Exceptis Vaſallis noſtris, & Beneficiis ſpiritua-
„libus, ac bonis feodalibus que ad nos pertinent; & excepta Decima
„noſtra in *Gerwardshuſen*, quam *Luckardis* uxor noſtra predicta dudum le-
„gavit Eccleſie B. *Martini* in *Heilgenſtad*. &c.

In quorum Bonorum redhoſtimentum, pretii loco annua præſtatio tam in numerata pecunia; [*XXV marca puri argenti*] *quam in aliis rebus*

 ad

ad victum ſpectantibus, quoad viverent Venditor & ſua Coniux, ſub nomine penſionis promiſſa fuit. Henrici *Sigillum litteris* * *appenſum, eſt ipſum* Hanſteinenſe, *tres ſemi lunas oſtentans.*

* de Dato MCCC XXIII, XV Kal. Aug.

Terram Eichsfeldiæ *ſpeciatim quod attinet, pervenit illa in proprietatem Moguntinam Anno* 1294, *auctore* Henrico *Comite* de Gleichen, *dicto* de Gleichenſtein, iuxta tabulas, *ſupra n.* CCCCXIX p. 887 *relatas. In quibus nullam plane Vrbis* Heilgenſtadt *mentionem fieri, obſervatu dignum eſt. Probabiliter ideò, quod illa diu ante iam pertinuerit ad Archiepiſcopatum.*

Atque ex illo tempore Celſiſſimi Præſules, modo Perſonis eccleſiaſticis, modo ſecularibus, Provinciam gubernandam commiſerunt. Ruſtebergâ, *ob prærogativam ex antiquo, in Litteris auctoramenti primo ſemper loco poſita. Prout etiam ex Præfectis ſubalternis,* Ruſtebergicus *proedriam præ cæteris obtinet.*

Duderſtadium *ſeculo demum XIV in ius* & *poteſtatem Moguntini Principis pervenit. Venditoribus Ducibus* de Brunſwig Henrico & Ottone, ſucceſſive, *ac per partes, an.* 134. & 1366. *Ab inde diſtrictui Eichsfeldenſi unitum.*

His pro aliquali informatione præmiſſis, ipſum ſucceſſionis ordinem recenſeo.

II.. Dudo de *Ruſteberc, Vrbis Præfectus.* Anno 1143. (p. 143) Vrbem ſubintelligi puto, vel *Moguntiam*, vel *Erfurtum.* Item *Caſtellanus* de *Ruſtberc.* 1143 (p. 164) *Præfectus* de *Ruſteberg*, & Gebehardus *frater eius.* 1151. (207)

II.. Helewigus Marſcalcus de *Ruſteberc*: ad annum 1193. (p. 326)

12.. Theodericus Vicedominus de *Ruſteberch.* 1209 (413) 1212 (419) 1213 (429) 1223 (488) 1233 (518. 521. 524.)

123. Heidenricus Vicedominus de *Ruſteberg* 1239 (554) 1240 (565) 1245 (591) 1247 (597.)

129. Lupoldus de *Hanſtein* Præpoſitus in *Nörten* & Can. Mog. Vicedominus *Ruſteb.*. hæreditarius, primusque ditionis *Eichsfeldiæ*, an. 1294 partæ Præfectus. *T. II.* Rer. Mog. *p. 367.*

Fri-

FRIDERICVS de *Roſtorf* & THEODERICVS de *Hardenberg* Milites: „*De quorum induſtria, fide firma, & circumſpectione gerentes* „*fiduciam ſpecialem,* * *in noſtros Officiatos recepimus,* ——,„ *& committimus fidei eorum Caſtra & Munitiones noſtras, videlicet* Ruſteberg, Hanſtein, Hartenberg, Horeburg & Heiligenſtad, *cum univerſis eorum iuribus* —— *& fructibus, ut ex his ipſas munitiones cuſtodiant, regant,* —— *protegant & gubernent.* 1296

* Ita GERHARDVS II in Auctoramento 1296. Supra n. CCCCXXI. p. 891.

HENRICVS de *Hanſtein*. Hic idem ille eſt, qui Officium Ruſtebergenſis Vicedominatus emptionis iure tranſtulit in Eccl. *Moguntinam* 1323. Ex quo tempore titulus Vicedomini diſparuit. 13..

RVPERTVS de *Buches*. De quo notamen extat in libello Rationum ſuarum: „*Ego* Rup. *de* B.. *veni A. D. MCCCXXIII in die* Agnetis *ad Officium in* Ruſteberg. 1323

BERTOLDVS de *Worbis* & IOANNES de *Winzingerode*. Mentio horum fit 1342 ſequenti Charta: 13..

Wir die Ratmeiſter und die Gemeinde zu Duderſtat bekennen ——, daſ wir von geheiß des Hochgeb.. Furſten, — Herrn Heinrich Hertzogen zu Brunſwig, und auch von den Brieffen da er unſ daſſelbe angelobet und geſworn habe zu den Heiligen, unſerm — Herrn Henrich Ertzb. zu Mentze, ſinem Stifft alldaſelbis, und an ire ſtat den — — — Hern Bertold von Worbis Ritter, und Johann von Winzingerode, Amptlude zu Ruſtenberg, zu all dem Recht als unſer Herr Henrich H. z. B. an unſ hatte, den dritten theil der vorgenl. Stat Duderſtat alſo beſcheidentlich kauffte, — — ſo ſollen wir der Huldung quit und loſ ſin. —— Erkauffte unſ aber unſer Herr Henrich — nit, ſo ſollen wir bleiben moglich in Huldung unſers Herrn von Mentze &c. 1342. Sabb. ante Dom. *Lætare*.

IOANNES Comes *de Naſſau*, Dominus in *Merenberg*. Cui GERLACVS (ipſius frater) demandat: unſer Pflege, Vices und adminiſtratien, und zum Oberſten Amptman in dem Land zu Heſſen u. Thuringen, und uff dem Eichſfelde. Datum in monaſterio *Arnsburg* 1354 fer. 6 ante Dom. *Iucunditatis*. 1354

1356 HERMANNVS de *Mila*. Huic terra *Eichsfeldiæ* in abſentia dicti Comitis regenda, committitur *Frizlariæ*, fer. 5 poſt *Valentini* 1356.

1357 HENRICVS de *Elckershauſen*: Unſer Landvogt: modo *Ruſteberge*, modo in *Eichsfeldia*, legitur 1357. 58. 59. Anno 1360 abdicavit coram Gerlaco, *Eltvillæ*.

136. VDALRICVS de *Cronberg*: vigore Litterarum, quarum ſubiungo excerpta:

Wir **Gerlach** —— daſ wir dem Veſten Vl. v. Cronenberg Viztum in dem Ringauwe —— unſer —— Land und Lute die wir in Heſſen, Weſtvalen, Saſſen, Doringen und uff dem Eichßfelde, mit allen Gulden, Gerichten —— bevolen han, —— —— Und iſt gered, wer es Sach, daſ der vorgenant Vlrich Niderlege, oder gefangen wurde, ſo mogte Frauwe **Gerdrut** * ſine Hußfraw, oder ire Erben einen Vormunden kieſen, der unſ —— globen und ſweren ſol, als der vorgenl. Vlrich gethan hat, und ſolte dan unſer Amptman —— ſin an des —— Vlrich ſtat, alſo lang bis daſ wir ihn ledig und loſ gemachten des gefengniſſes: Und wan der ledig wurde, ſo ſolde er unſer Land und Lude dann wider ynne haben glicher wiſ als vore &c. Nimirum, ſi tali occaſione ipſum occumbere contingat, Vxori & hæredibus integrum ſit, provinciam per Tutores adminiſtrandi. Æra apographum deſtitutum eſt.

* nata de *Bellersheim*

Anno 1363 Miſniæ Marchiones hanc ad eum perſcripſerunt epiſtolam:

Friderich und **Wilhelm** gebrudere Lantgraven in Doringen und Marggraven zu Myſſen.

Her Vlrich von Cronenberg, beſunder Frund. Wir bieten Uwir Liebe mit gantzem Flyß und ernſter begerunge, daz ir unſ, nach anwyſunge und mit wiſſen Hern Lutzen von Wanginheim unſers Voits, oder ſiner Dyner dy er darzu ſchicket, an Koſten und Spiſen uſſrichtet und gewynnet off hundert Marg loitiges Silbers. Des globen wir uch gutlich und one Schaden abe zu nemende und zu ledigene, mit urkunde diſes Brives, darane wir beyde unſir Ingeſigele haben lazen henken; und der gegeben iſt zu Wiſſenſebe - - MCCCLXV am Donirſtage vor Palmen.

1367 IOANNES Comes *de Naſſau*. Anno 1367 fer. 4 poſt *Franciſci* ſecundum aſſumitur iiſdem terminis quibus prima vice.

WER-

Digitized by Google

WERNERVS de *Falckenberg.* Zum Oberſten Amptman und Landvoit: ab ADOLFO I, 1374 vigilia *Matthæi.* Datum Heiligenſtatt. 1374

SIFRIDVS de *Bulzingsleben*: Similiter. Litteris deſuper fer. 6 poſt Dom. *Quaſimodo* exaratis. Occ. —— 1381. 1377

CONRADVS *Spiegel.* Sublectus ab eodem Protopræſule ADOLFO: Daſ wir angeſehen haben gemeinen Nutzen ——, den unſ —— der Veſte Ritter, Conrad Spiegel, Dicke —— gethan hat, und haben darumb yn zu unſerme —— Oberſten Amptman und Lantvogte geſezet und gemacht mit crafft dieſes Brieffes in unſern Landen zu Heſſen, Saſſen, Weſtfalen, Doringen, und uff dem Eichſfelde. —— Darumb heiſen und gebieten wir &c. *Ameneburgi* Dom. ante *Simonis* & *Iudæ* 1382. 1382

HENRICVS iunior, & DIETERICVS, fratres *de Hardenberg.* Et his quidem Litteris (quæ *Heiligenſtadii* datæ ſunt fer. 2 poſt feſtum Paſchæ) *Saxoniam Thuringiam* & *Eichsfeldiam* ADOLFVS exprimit. 1385

Anno 1393 *Theoderico* damna & iniurias in Officio accepta, CONRADVS II compenſaſſe profitetur ſq. Litteris:

Daſ wir gentzlich uberkommen mit dem Veſten Ritter, Dieterich von Hartenberg, als von dem Ambt wegen zu Ruſtenberg das er von unſers Stiffts wegen ingehabt hat; umb allen Coſten, Schaden und Gefengniſſe, Niederlag, Verluſt, Zerung, Hengeſt und Pferde; auch umb alle ander anſprach und forderung wie Er die, ſeine Geſellen, Mitrider, Diener und die Seinen, in unſerm Dienſt verloren, gelitten, abgeritten, und gehabt haben, bis uff hutigen tag &c. 1393 fer. 6 proxima ante diem S. *Ioannis.*

HENRICVS & GVNTHERVS de *Bodenhauſen.* Eodem quo deceſſores modo aſſumpti a CONRADO II 1393 die *Galli* Conf. Datum *Bingæ.* Subeunt usque ad Seculi huius finem. 1393

ANDREAS de *Leyboldes*: Unſer Amptman zu Ruſtenberg: adductus aliquoties in Chartis IOANNIS II 1401 & 1402. 140.

DIETERICVS Comes *de Honſtein.* Quocum Ioannes antea Bellum geſſerat. Litteræ reverſales intuitu Muneris ſibi collati ita habent: 1405

Wir Dieterich Grave zu Honſtein und Herre zu Heringen bekennen ——, Als der Erwirdige in Got Vater —— Her Johan —— unſ

unſ zu ſyme —— Oberſten Amptman zu Ruſtenberg geſezt und gemacht hat, alſo daſ wir daſelbs Sin —— Amptman ſin ſollen; Daſ wir demſelben Ampte, und allen Paffen, Stifften, Cloiſtern, Steten, Landen und Luten, Arme und Riche in das egenl. Ampt gehorig, getruwelich furweſen, Die ſchuren, ſchirmen, verantwourten und vertedingen ſollen und wollen, gleich unſern eigen Landen u. Luten &c. Ameneburg *fer. 6 poſt diem* B. Elizabeth *Landgraviæ* 1405.

Frequenter occurrit ad an. usque 1410.

Nota: IOANNES *Elector a Comite laudato emit Caſtrum* Oppidumque Heringen; *cui tamen eadem mox feudi iure rurſus confert. Anno* 1402 *Sabbati poſt* Andreæ.

140. CONRADVS Ringravius zum Stein, Wildgravius *de Daun*, Can. Mog. Per modum adiunctionis munus hoc iam 1405 exercuit. Vocaturque 1412 Amptman zu Ruſteberg, cum Rationes ederet Principi. Abdicavit brevi poſt factus 1419 IOANNIS in Sede Moguntina Succeſſor.

1412 IOANNES *Adolfi* de *Naſſau*. Is ſequenti notamine, libro coævo inſcripto, adducitur:

„*Nota. Anno Domini MCCCCXII in die SS.* Symonis *&* Iude „*Apoſtolorum ordinavit & conſtituit Rmus in Xpo Pater &* „*Dominus*, D. IOHANNES *Archiepiſcopus Moguntinus in Ad*„*vocatum ſuum in Caſtro* Ruſtenberg *Dn.* Iohannem Adolfi de „Naſſaue *Prepoſitum* Iecheburgenſem; *& invenit illa utenſi*„*lia poſtſcripta.*„ Das iſt das Geſchutze mines gnl. Herren zu Ruſteberg. *Primo XXXV* Buſſin, cleyne und groſe. *Item XIX* Armbroſt. *Item* ein Faſſ mit Philn. *Item* vier kleine faſſ mit Pulver. *Item* zwey faſſ mit Swefel &c.

Perpenſis nominibus huic Viro attributis, qualia ſunt a) *Iohannes* b) *Adolfi* c) *de Naſſau*; ceu indubia quædam mixtura, ſingulare quid indigitare & ſubtus latere videtur. Inprimis ſi ipſius conferatur Sigillum, Naſſovicum *Leonem* perfecte repræſentans.

Vero igitur ſimillimum Eundem eſſe iudico filium a Comite *Naſſovico* ADOLFO extra iuſtas nuptias procreatum, atque hoc modo Fratrem ADOLFI I & IOANNIS II Archiepiſcoporum. Quorum utrius-

Digitized by Google

utriusque nomina, a binis præfatis deſumpta, Genitor ita coniunxit, ut τὸ *Adolfi* eidem Cognominis inſtar fuerit, ad ſe patrem, æque ac fratrem, filiumve legitimum, reſpectum habentis.

Hinc facile intelligitur, quare apud Epiſcopum *Ioannem* plurimum potuerit, multumque Gratia valuerit; propterea paſſim ab eo vocatus *Secretus noſter dilectus:* (unſer Lieber heimlicher.) Varia ſucceſſive geſſit Munera: Primum enim Præfectus eſt conſtitutus villæ *Mumbach*, dein Sigillifer & telonei Receptor in oppido *Höchſt*, porro Satrapa *Ruſtebergæ;* 1413 Proviſor *Erfurtenſis*, ac demum 1416 Commiſſarius per *Haſſiam* generalis Præfectusque ſupremus.

Anno 1418 die *Vincentii* IOANNES ei conceſſit Unſer Sloſſ Giboldehuſen an der Rune gelegen by Duderſtatt; mit Mannſchaffte, Burgmanſchaffte, Ampte, Dorffern &c. ſub conditione daſ er drahn verbuen ſoll in den nechſten vier Jaren 2000 fl. teneatque, donec eadem Summa redimatur. Obiit Noſter 1420.

ERNESTVS de *Vſslar*, Ruſtebergæ & Eichsfeldiæ (zum Oberſten Amptmann) præpoſitus a CONRADO III eodem hoc anno 1420 die Egidii, Heilgenſtadii, aſſignato ſtipendio 800 fl. Inter conditiones hæc erat, ut in domo ſua, ſuoque ſumptu ſex aleret milites, haſtis inſtructos, probeque exercitatos. [In ſeinem eigen huß und Coſt zu halten ſechs Mann mit glenen, * wol erzugte Lute.] Vt hoc expeditius muneris ſui defungi poſſet partibus, adiunctus ei poſtea frater, IOANNES de *Vſslar*. 1420

* f. Gleven.

Anno 1423 Nobiles quosdam cum ſervis ipſorum fecit captivos. Sic enim Charta coæva: Dis ſint die Gefangene, die Ernſt von Vſslar vff dem Eyßfelde gefangen hat. Vnd zu dem Erſten von Guten Luden Engelhart Trotten, Sifrid und Conrad von Bultzingesleben, Herman von Weberſtede, Eberwin von Nether, Conrad Marſchalck, Johan von Huſen, Hanſ Ludolff. Item dis ſint die Knechte: Zum Erſten Apel Habekuck, —— *Item Summa* der Pferde die er genommen hat, XLI

IOANNE fratre eodem hoc anno magiſtratu abeunte, rem ipſe deinceps ſolus adminiſtravit; quam cum ita ſuſtineret, anno ſequenti 1424, GOTSCHALCVS & IOANNES Domini *de Pleſſe* in *Ruſteberg* Caſtrenſes facti. Dimittitur tandem & ipſe *Erneſtus* an. 1425, vigilia Nativ. Chriſti. Cæteroquin das Vitzthum Ambt zu Duderſtatt contulerat Elector 1421 ERNESTO de *Grüne*.

 WIL-

Digitized by Google

1426 WILHELMVS Comes *de Naſſau* in *Beilſtein*, Præpoſitus Moguntinus. *Heiligenſtadii*, *Duderſtadii*, *Giboldehuſæ*, zum Stein, totique tractui Eichsfeldenſi imperare iuſſus, duorum millium flor. conſtituto ſtipendio, lataque ei hac conditione, ut haud alibi quam *Ruſtebergæ* ſedem ac domicilium collocet. Quod utrumque tabulis, *Hofhemii* in *Wetteravia* 1426 Dominica poſt Purif. B. V. confectis, quam luculentiſſime continetur.

1427 ERKINGER de *Seinsheim* Dominus *in Schwartzenberg*. Wilhelmo eadem ſufficitur poteſtate a CONRADO 1427. fer. 6 poſt *Aſc. Domini*. Daſ wir den Strengen Ritter, Erckinger von Sawensheim -- zu unſerm Oberſten Amptmann und Lantfoyte uber unſer Stete u. Sloſſe, mit namen Ruſteberg, Heiligenſtat, Duderſtat, und zum Stein off dem Eyſſeld —— gemacht han &c. Addito ſalario 600 fl. rhen. Enim vero non diu has ſuſtinuit partes, quippe factus Miniſterialis SIGISMVNDI *Imp.* Vxor ei fuit BARBARA *Geyer* de *Gibelſtatt*.

1428 ERNESTVS de *Vſslar* ſecundum. Satrapa Ruſtebergæ & Eichsfeldiæ renuntiatur a CONRADO, Litteris 1428 die Scholaſticæ *Heppenhemii* editis. Occurrit porro 1429. 31. Anno 1434 iam vita defunctus legitur.

1434 WERNERVS de *Hanſtein*. Deſignatur zum Vogten zu Ruſteberg und in unſerm Lande uff dem Eichsfeld, —— —— uber alle und igliche Ampt daſelbſt: 1434 Mercurii poſt Dom. *Invocavit* ab eodem CONRADO III.

1437 HENRICVS de *Bodenhauſen* iunior. Eadem qua *Hanſteinius*, formula 1437 die Martis poſt ferias D. *Bartholomæo* ſacras in Præfectum *Eichsfeldiæ* cooptatus ab Electore THEODERICO. De provincia deceſſit 1439. Sub eo (1437) OTTO Dominus *de Pleſſe*, Canonicus *Paderbornæ* & *Hildeſii*, factus Satrapa *Lindavienſis*.

1439 LVDOVICVS *Haſſiæ* Landgravius: a THEODERICO 1439 die S. *Dionyſii* Eichsfeldiæ & locis in Haſſia ditioni Moguntinæ ſubditis ad tres præficitur annos: So han wir ſolche unſere Lande zu Heſſen und uff dem Eichſſeld ime bevohlen —— —— vff die nechſte drey iare; unſere gedachte Lande, Paſſheit, Cloſter, Man, Burger —— —— zu beſchuten und zu beſchirmen. * decreto ipſi in quemlibet annum 1500 fl. ſtipendio.

* *Nota*, hanc formulam eſſe communem ſingulis conſtitutionibus.

HEN-

Henricvs *Greiffenclau* de *Volrats*, Canonicus Moguntinus; Provinciæ huic admotus fuit 1440 ipſa die *Circumciſionis*. Anno eodem Otto Dux *Brunſvicenſis* conſtituitur Satrapa Oppidi *Lindau* ad triennium; ac *Wisbadæ*, Dominica poſt Corporis Chriſti, Theoderico ſacramentum dixit fidelitatis. 1440

Nicolavs *Trott* Scholaſticus *Fritzlarienſis*; Similiter zum Oberſten Ambtman zu Ruſteberg und uff dem gantzen Eichßfeld aſſumptus a Theoderico 1441 die Cruci exaltatæ feſto. 1441

Ioannes de *Bellersheim*, hactenus Culinæ magiſter: *Trottii* in locum ſuffectus a Theoderico 1443 feriis Pentecoſtalibus. Occurrit adhuc an. 1445; quo quidem ceſſit, factus Aulæ Marſchallus & Satrapa in *Frauenſtein*; annoque 1450, die *Caliſti*, *Höchſtenſis*. 1443

Gvnthervs de *Uſslar*. Auctoramenti cuius Litteræ datæ ſunt 1445 Sabbato ante *Michaelis*. Et porro aliis: Daſ wir den Veſten G. v. V. ietz unſern Amptman zu Ruſteberg &c. quibus in Lindavienſem Satrapam eum Theodericvs adpoſcit 1448. Sequitur 1445

Hermannvs de *Bulzingsleben*: Is enim qua Præfectus *Ruſtebergæ* & *Eichsfeldiæ* confitetur ſe recepiſſe ſalarium von beſagter Amptmanſchafft wegen, ſo die verwichene Oſtern fellig war: Anno ſcilicet 1449 Dom. *Cantate*. 144.

Eodem tempore ipſimet Duces *Brunſviceuſes* haud ſunt aſpernati, Moguntinæ Sedi officia devovere ſua. Ita namque Theodericvs: Daſ wir die Hochgeborne Furſten, Herrn Henrich, Herrn Ernſt, und Herrn Albrecht, Hertzogen zu Brunſwig, Hertzogs Erich ſeligen Sone —— zu unſern und unſers Stiffts Amptluten zu unſerm Stiffts teyle nemlich zum Dritten teil zu Hyrtzperg geſatzt u. gemacht han. Datum *Olmen* 1449 vigilia *Aſſumpt. B. V.* Ipſorum vero Ducum *Reverſales* ſic ſonant: —— Des ſo han wir Henrich, Ernſt und Albrecht Gebrudere, Hertzogen zu Brunſwig vorgenant, iſt dem Veſten Johan von Volmerßhuſen, von wegen und an ſtatt des obgenanten unſers lieben Herren und Frundes zu Mentze uber ſolich vorgenl. Ampt in Truwen gelobt, und lyplich Eyde zu den Heiligen geſworn. Dato eodem.

Henricvs de *Bodenhauſen* iunior: Zu unſerm —— Amptman zu Ruſteberg und uber alle unſere Lande uff dem Eichßfeld: Ita ſæpedictus Theodericvs 1449, die *Iacobi* Ap. Occ. 1450. 51. 1449

Digitized by Google

1451 ADOLFVS Comes *de Naſſau:* Zum Proviſor zu Erffurt, und Oberſten Amptman zu Ruſteberg &c. a THEODERICO 1451 Merc. poſt *Vdalrici* ad dies vitæ. Poſtmodum 1459 Martis poſt *Diviſ. App.* confirmatus a DIETHERO. Qui, eundem præſentiſcens Æmulum, ipſi adiunxit WILHELMVM D. *Saxoniæ.*

1461 HENRICVS de *Vipeche.* (Vippach) A DIETHERO, orto inter ſe ac *Adolfum* diſſidio, in locum Adolfi ſufficitur, conſtituiturque zum Amptmann zu Ruſteberg mit aller ſeiner zugehörde; und mit namen Glichenſtein, Giboldehuſen, und mit ſampt Heiligenſtat und Duderſtat &c. 1461 *Dom. poſt* Petri *ad vincula.*

1465 HENRICVS Comes *de Schwartzburg*, Dominus in *Arnſtatt* & *Sondershauſen*, Can. Mogunt. ab ADOLFO 1465 Lunæ poſt diem *Viti* ſupremus *Eichsfeldiæ* Satrapa nec non *Erfurtenſis* Proviſor renuntiatus. Et porro: Auch ſollen wir ime das Ampt zu Ruſteberg und uff dem Eychßfeld ſin Lebtage gantz uff laſſen, und davon nit entſetzen, es were dan, daſ er ein Biſthum, oder ander hohe Wirde erlangen wurde, daſ er ſolichem Ampt nach notturfft nit vorgeſin konde. Aber das Proviſor-Ampt zu Erffurt mogen wir —— —— mit einem Andern beſtellen, wan und weliche zyt unſ das eben iſt. —— —— Und ſin Wonunge ſoll er uff dem Eichßfelde, und nit zu Erffurt halten; und wan etwas zu Erffurt zu verteydingen geburt, darzu ſiner geinwertigkeit not iſt, ſo ſoll er mit eyner kleynen zale Lude und Pherde, mit ſechs oder acht Perſonen dahin komen, und nit groſſer Zerunge oder Koſte daſelbſt machen &c.

El. DIETHERVS gubernaculis denuo admotus, & ipſum rurſus conſtituit; hæc in verba ſe diffundens: „*Cum igitur te, ſingu*„*lari fide, integritate & providentia ſublimem, & nedum Genere,* „*verum etiam Virtute eſſe nobilem perſpeximus; Te Proviſorem no*„*ſtrum per* Eichsfeldiam; Thuringiam & Saxoniam *facimus, crea*„*mus*„ &c. 1476. 8 Aug. Occurrit usque ad an. 1479.

Erat homo factioſus, qui magnas illic Terrarum turbas excitavit. *Ioannis* T. I. p. 791. *Helwichius* vero in MS. ſic: „*Cum iam diu*„*turnæ ac graves undique diſſenſiones ac bellorum turbæ iis in par*„*tibus tum verſarentur, Ipſe quoque, Adverſarius Archiepiſcopi,* „*quodam tempore nocturno urbem* Heiligenſtat *ſubito invaſit, Cives* „*quosdam cœpit, & captos longo tempore detinuit; ab iisque, in*„*terfectis quibusdam, Summam pecuniæ extorſit; eosque, ſicut &*

„*omnes*

Digitized by Google

„*omnes aliorum locorum Archiepiſcopi ſubditos, in ſuam fidem coegit.*
„*Quare motus* DIETHERUS, Adolfi *ſucceſſor, eum* 1479 *loco movit,*
„*Proviſionemque illius ditionis* Alberto —— *commendavit.*

ALBERTUS Dux *Saxoniæ* Can. Mog. Cui DIETHERUS Provinciæ regimen *Litteris* commiſit, per Extractum ſequentibus: 1479

Als in unſerer Lantſchafft uff dem Eichßfelde, Vehde und Kriege lange zyt geſtrebt haben; auch Grave Henrich zu Swartzburg, Dumherre ---- den unſer Vorfar Ertzbiſchoff Adolff ſelige zu Proviſor zu Erffurt und Oberſten Amptman zu Ruſteberg geſatzt und gemacht, unſer Statt Heiligenſtat by Nacht uberfallen, etlich unſer Burger darin gefangen, —— auch darzu eyns teils vom Leben zum Tod bracht, Etlichen gelt abgeſchetzt, — — — Des alles — — wir zu hertzen genommen haben, — — Und wir den Hochgebornen Furſten, Herren **Albrechten** Hertzogen zu Sachſen, Lantgraven zu Dhuringen, u. Margraven zu Miſſen, Dhumherren unſers Stiffts zu Mentze unſern beſundern lieben Herrn und Frund, zu unſerm Oberſten Amptman zu Ruſteberg — — — gemacht — — —
[Datæ ſunt *Duderſtadii*, 1479 Mercurii poſt diem S. *Severi.*]

In *Erfurtinum* Proviſorem iam adſcitus erat feriis pentecoſtalibus. *Duderſtadii* qui vices ipſius vicarias gereret ſimul denominabatur BURCHARDUS ab *Entzberg*. In reliquo Terræ tractu autem

HENRICUS *Reuſs* de *Plauen*, Dominus in *Graitz* & *Cranichfeld*. Quippe eiusdem DIETHERI in tabulis (1479 d. OO. SS.) audit Verweſer unſers Ampts zu Ruſtenberg und des Landes uff dem Eichßfeld. Et hac quidem Charta ipſi iniungitur, ut Homagium a Subditis, qui id necdum præſtiterant, excipiendi; his ſimul intimatò, ut ipſius, tanquam Proviſoris Vicarii, iuſſibus obtemperarent. 1479

Anno 1482 iuvenis ALBERTUS ſucceſſit *Diethero* in Moguntiacenſi Regimine, ſub titulo Adminiſtratoris; unde *Ruthenus* Eichsfeldiæ non amplius ut Subſtitutus, ſed principaliter imperavit.

GEORGIUS Dux *Saxoniæ*, Can. Mog. Provinciæ forma ampliſſima conſueta Rector imponitur a BERTHOLDO, 1485 vigilia *Petri* & *Pauli*; Nuntium, ipſius nomine iusiurandum præſtiturum, ad Aulam Moguntinam ablegans OTTONEM *Spiegel* I. V. D. Equitem. 1485

Digitized by Google

tem. Cum vero ætatem nondum haberet Muneri tanto parem, conſtitutus, qui *Georgii* vices reſpiceret,

1485 Brvno Nobilis Dominus *de Querfurt*. Θ 1496, Gentis ſuæ poſtremus.

1494 Fridericvs Dux *Saxoniæ* Canonicus Mogunt. Litteræ, queis gubernacula tum Eichsfeldenſis tum Erfurtenſis provinciæ ipſi a Bertholdo ad X. annos deferuntur, datæ ſunt *Mechliniæ*, 1494 Martis poſt diem *Michaeli* ſacram. Aſt cum ipſe quoque tenerioris adhuc eſſet ætatis, ac *Senis* in litteras incumberet, adſcjtus, qui vices eius interim obiret,

1494 Ernestvs Comes *de Honſtein*, eodem quo Ille die.

1499 Rvdolfvs de *Bulzingsleben*, Aulæ hactenus Marſchallus, iuſſu Bertholdi munus hoc ſubiit 1499 Lunæ poſt *Purif*. B. V. ſtatuto annorum quatuor termino. Qui tamen, ob intervallum usque ad primordia Succeſſoris fere longum, prorogatus fuiſſe videtur.

1513 Christianvs de *Hanſtein*: Ad triennium: 1513 *Petri Cathedra* ab Vriele. An. 1517 aſſumitur in Miniſterialem (zum Diener) ad Quinquennium.

1517 Volgmarvs *Vogt*. Decreto ampliſſimo Muneri huic præfectus 1517 vigilia Pentecoſtes ab Alberto, & quidem ad tres annos. Præfuit autem 5, ut ex ſequentibus patet Litteris:

> Wir Volgmar Vogt, —— Amptman des Eichßfelds geweſt, und Bernard von Hartheim Amptman zu Wildenberg, der zeit Vorſtender des Eichßfelds —— bekennen, —— demnach ich Volgmar Vogt das Ampt des Eichßfelds von meinem gnl. Herrn dem Cardinal von Maintz —— fünff Jar lang innen gehabt, und uff mein geſinnen gnedige Erlaubnus erlangt &c. 1522.

1523 Bernardvs de *Hartheim*. Decedenti ſuffectus 1523, 1. Maii ab Alberto. Is 1519 una cum *Sebaſtiano* de *Rotenhan* I. V. D. detulit Litteras patentes, quibus Rex Lvdovicvs ad electionem vocabatur Cæſaream, *Pragam* & dein *Budam*, ubi tunc *Ludovicus* agebat, Hungariæ metropolim. Tandem (1530) Vicedomini *Aſchaffenb.* in ſe ſuſcepit munia.

Volg-

Digitized by Google

VOLGMARUS *Vogt.* Zum gemeinen Ambtman des Eichßfelds 1527 pervigilio Pentecoſtes *ſecundum* ab ALBERTO Cardinale conſtitutus ad triennium eſt; quod tamen haud implevit. Quippe eodem anno, 1527

IOANNES de *Mingerode* iunior, feſto Nativitatis Chriſti ad ſexennium aſcitus. Enimvero & is brevi temporis ſpatio partibus his functus videtur. 1527

In litt. 1527 *Veneris poſt Aſc. Dom.* dicit: Als ich anderthalb Jahr das Ambt Ruſtenberg —— verſehen hab. Quod tamen cum anno initiali Succeſſoris haud concordat.

IOANNES de *Hardenberg.* Anno margini adſcripto Lunæ poſt Dom. *Quaſimodo* Præfectus regioni *Eichsfeldiæ* ad ſex itidem annos impoſitus fuit. Quibus exactis, cum Magiſtratu hoc abiret, 1528

SIFRIDUS de *Bulzingsleben* in locum ſubiit 1534 Lunæ poſt *Quaſimodo.* 1534

PHILIPPUS de *Habsburg;* ad id usque temporis *Dipurgi* Satrapa. Anno 1540 Merc. poſt *Luciæ* in Præfectum horum locorum ad 4 annos, in Conſiliarium vero ad dies Vitæ * ab ALBERTO deſignatus eſt. Ceterum is ſua meruit virtute, ut eodem hoc anno Iudicii provincialis ** noviter tum erecti, hodieque adhuc florentis, Iudex (Land-Richter vulgo) conſtitueretur. 1540

* Ich Philips von Habsburg, Ritter, gemeiner Ambtman des Eichsfelds —— Als ich mich verpflichtet, Sr Churfl. Gnl. —— mein lebenlang zu dienen; —— daſ ich —— darüber zugeſagt, —— (Eidem) im fall der noturfft, in ihren beden Stifften Magdenburg und Halberſtatt mit meinem ſelbs Leib wieder menniglich zu raten und zu dienen, —— mich auch für einen Hauptman zu der Artelarey gebrauchen zu laſſen. 1540.

** Habet Iudicium hocce concurrentem iurisdictionem cum dicaſterio Regiminis *Heiligenſtadii.* Quippe à Præfecturis Appellationes promiſcue diriguntur vel ad *Regimen*, vel ad *Iudicium provinciale*, Aſſeſſoribus tam Nobilibus quam ICtis inſtructum. A quibus porro binis dicaſteriis Provocationi datur locus ad Iudicium Sereniſſimi Electoris Aulicum.

Cuncti ſequentes ſunt ſimul Iudices Eichsfeldiæ *provinciales.*

PE-

Digitized by Google

15.. Petrvs de *Schwalſbach.* Ex Eichsfeldenſi factus Præfectus locorum *Haſſiæ* 1550.

1550 Ioannes Andreas *Mosbach* de *Lindenfels* Can. Mogunt. Datus Petro ſucceſſor 1550. 6 Ian. a Sebastiano. Cum duos annos adminiſtraſſet,

1552 Melchior. de *Graenrod* ſucceſſit, ab eodem Principe ſurrogatus. Huic vero

1554 Iodocvs de *Hardenberg* d. 7 Octobris. Non totos 4 annos munia hæc ſuſtinuit. Quippe

1558 Ioannes Oigier *Brendel* de *Homburg* Dominica *Reminiſcere* a Celſiſſimo Daniele ex Aulæ Marſchallo *Eichsfeldiæ* Satrapa factus eſt. Tenuit gubernacula ad annum usque 1566, quo Vicedominus *Rhingavienſis* deſignatus. Sequitur

1566 Caspar de *Berlips.* Muneris initia ducens a 22 Febr. Anno 1567 in Comitiis *Erfurti*, & 1572 in Conventu Electorali *Mühlhuſæ* Legati Moguntini functus eſt partibus.

1574 Leopoldvs de *Stralendorf*, Hæreditarius *Goldebelenſis.* Suffectus a Daniele 1574 d. 7 Iunii. Poſtquam provinciam multis annis laudabiliter rexiſſet, ea deceſſit 1600, factus Satrapa in *Præſelden* ac dein Conſiliarius Imperialis aulicus; tandemque *Vicecancellarius Imperii.* Quam dignitatem, cum annis circiter 10 ſumma prudentia moderatus eſſet, *Heiligenſtadium* reverſus, vitæ reliquum in otio privato exegit. Θ 161.. ibidem, tumulatusque in Choro templi B. V. Lapide ſepulchrali quoad inſcriptionem detrito.

160. Wilhelmvs de *Harſtall.* Occurrit ſub hoc titulo: Unſer Ambts-Verweſer des Eichßfelds und Vizthum zu Erffurt: 1602, 3. 4.

1605 Sebastianvs de *Hatzfeld.* Terram Eichsf. is ſuſcepit regendam Lunæ poſt *Michaelis* a Io. Svicardo. Comparet usque ad 1616, m. Apr.

1616 Wilh. Theodericvs a *Daun* Can. Mogunt. Novembris die prima ſuffectus. Θ 1622, 29 Aug.

1623 Fridericvs de *Weſtphalen*, Conſiliarius Archiepiſcopi *Colonienſis.* 1623 *Dom. Reminiſcere* Defuncti in locum ſubſtitutus ab eodem Io.

Io. Svicardo, cui iuriſiurandi religione ſe devinxit *Ratisbonæ* 16 Febr. Anno 1632 m. Martio, à Suecis Eichsfeldiam deprædantibus in captivitatem ductus fuit. Confirmatur poſtea ab *Anſelmo Caſimiro*, tabulis 1634. 2 Martii ſignatis *Coloniæ*. Et cum apprime gnarus eſſet rerum gerendarum, 27 dicti menſis die, Cæſaris ac Foederatorum Copiis, ſub imperio *Philippi* Com. *Mansfeldii*, conſiliis aſſiſtere iuſſus eſt; delectus, ut verba habent, zum Aſſiſtenz-Rath zu behuf der Kayſ. und Bunds-Armada unterm Feld-Marſchall Graf Philipſ von Manßfeld.

Henr. Christophorvs de *Griesheim*. Fata huius Viri paulo altius ſunt repetenda: Primo enim adminiſtravit Præfecturam *Darmſtadenſem* in Dynaſtia *Itter*; deinde, mutata fidei profesſione, Moguntinenſem *Fritzlariæ*. 1631 Conſiliarius nominabatur, qui aſſiſteret Comiti *Tyllio*, ſummo Foederatorum Exercitus Duci. 1635

Dira hoſtilis invaſio, quæ anno eod. d. 9 Sept. bonam *Fritzlariam* perculit, curate expoſita legitur *T. II. R. M. p. 945*. Poſtridie idem Noſter a milite *Haſſiaco* male tractatus, *Caſſellas* captivus rapitur; Vxore ipſius, filia *Hermanni* de *Malsburg* Caſſellani Locumtenentis, eo cum prole ſimul deducta; Sortem tamen experta mitiorem, talemque, ut non modo ab omni moleſtia præſervata maneret, quin potius multum comiter haberetur.

Ex Haſſiaca cuſtodia libertati reſtitutus, Aulam inviſit *Trevericam*; ubi degens, Celſiſſimi Electoris gratiam ita ſibi conciliare noverat, ut in numerum Conſiliariorum e *Domo*, (vulgo von Hauß aus) annua eidem aſſignata penſione cooptaretur; Ablegaturque m. Decembri ad Regem Chriſtianiſſimum, ut gratias ageret pro oblato contra Sueciæ Regem ſubſidio, ac continuationem Regii favoris exoraret. Ea occaſione ſecretum tractavit negotium, de Arce *Ehrenbreitſtein* Gallis tradenda; quod & m. Iunio intrante 1632, ad effectum perductum eſt.

Eichsfeldenſi Terræ *Griesheminum* præpoſuit *Anſelmus Caſimirus* 1635, 15 Aug. *Coloniæ*, in quem locum, tanquam commune Extorrium aſylum, ſeſe receperat Elector, cum Suecica arma dominarentur *Moguntiæ*. Anno circiter 1644 a ſtatione Eichsfeldiaca decedens, Satrapa locorum *Haſſiæ* factus eſt.

164. Ioan. Eberh. Dominus *in Eltz.* Hoc munere conſpicuus ſubit primo in Litteris 1645 d. 5 Iulii; ultimoque 1654.

1655 Philippvs Caspar L. B. *de Bicken.* Ex Præfecto in *Orb* & *Hauſen* renuntiatur, titulo novo, Eichsfeldiæ *Vicedominus* 9. Aug. 1655. † *Heilgenſtadii* 1687, 11 Oct.

1687 Ioannes Eberhardvs L. B. *de Leyen*, Burgravius hucusque *Starckenburgenſis*, mox 22 dicti menſis *Bickenio* datus ſucceſſor. Is a prima iuventute adſuetus Militiæ, rebus fortiter ac ſtrenue geſtis, gradatim ad Gloriæ apicem contendit. Siquidem S. Cæſ. M. nec non Moguntini Principis Electoris Summus Rei Tormentariæ Generalis & Commendans Moguntiæ effectus. † 1732, 6 Sept. in villa dominio ſuo ſubdita *Archenſwang*, æt. 81. Quocum Ill. familia defecit. Ipſo peregre abſente vices vicarias aliquandiu ſuſtinuit *Franciſcus Chriſtianus* de *Harſtall*; mortuus *Miblæ* 1712, 8 Aug.

1732 Hvgo Franciscvs Carolvs Comes *in Elz Kempenich*, Eccl. Metrop. *Mog.* Cantor, *Trevirenſis* Canonicus. Cathedralis *Mindenſis*: Abbatialis *Peeſvaradenſis* in Hungaria, itidemque Eccleſiarum Collegiatarum D. *Petri* extra muros Mog., prout SS. Georgii & Donati in *Moxſtadt* Præpoſitus. S. Cæſ. M. & Electoris Emi Moguntini Conſiliarius Intimus: Vicarius in Spiritualibus Generalis. Conſtitutus *Eichsfeldiæ* Locvmtenens anno 1732, 10 Sept. Vicarium ſplendidiſſimi muneris agit *Ioannes Caſpar* de *Hagen* Conſ. Int.

ELENCHVS
V) *Satraparum ſupremorum* in partibus Hassiæ.

Paulo ſerius obvia ſunt Officialium *nomina, quos* Moguntinus *Elector per* Haſſiam *conſtituit. Nullam ſane mentionem eorum faciunt Seculi XIII tabulæ; quandoquidem in partes curarum ſoli tunc adhibiti ſunt Caſtrenſes. Inclinante demum*

mum d. ſeculo XIII comparent; ea ratione, ut, quemadmodum in Eichsfeldia primum locum obtinuerit Ruſteberga, *ſic in Haſſiæ partibus idem ſemper tributus legatur* Ameneburgo; *quinimo non magis hic, quam illic,* Comites *deprehenduntur; id quod, Comitis* de Ameneburg, GODFRIDI, *trinis vicibus in Codice noſtro occurrentis, exemplum demonſtrat.* * *Sequenti autem ordine* Moguntinenſes *in* HASSIA Satrapæ *procedunt.*

* Ad an. 1147. p. 185. 1151. p. 206. 210. 213. 1152. p. 216.

H. dictus *Kalb.* De quo ſequens extat Epiſtola ad Electorem *Gerhardum* II directa, ſive Relatio de commiſſo ſibi Examine certorum teſtium. 129.

Honorabiliſſimo Domino ſuo GERHARDO, S. *Maguntine Sedis Archiepiſcopo*, H. *Miles, dictus* Kalp, *Officiatus ac Caſtrenſis in* Nuenſtad, *reverenciam debitam cum ſervicio & honore.*

Venerabilitati veſtre notum eſſe cupio, quod ſecundum mandatum veſtrum Cives in Nuenſtad, *priores ac ſeniores Ruſticos in* Glimenhan, *in* Kirchdorph, *in* Bernhardesdorph, *in* Arnoldeshan, *in* Brizenrode, *& in* Walhen *de iure Silve que ſpectat ad villam* Walhen, *diligentiſſime requiſivi; Qui omnes per ſuum iuramentum confirmaverunt & dixerunt, omne ius predicte ſilve equanimiter ſpectare ad quinque Allodia, quorum unum Vobis proprium eſt, & tria,* Conradi *de* Walhen *& coheredum ſuorum, & unum, H. Nobilis dicti* de Rumerode; *Et quod nullum allodium aliquod ſingulare ius inter illa allodia habeat; ſed quod omne ius, & omnes proventus, ſcilicet in iure quod dicitur* Ekkere, *& in aliis quibuscunque, ſimul & eque ſpectent ad allodia ſepedicta. Inſuper addiderunt, quod pater* Conradi *de* Walhen *aliis diligencius cuſtodivit ſilvam ſepedictam.*

Et ut â vobis de ſupradictis fides adhibeatur, preſentes ſigillo Opidanorum in Nuenſtad *conſtitui roborari. Datum Anno Domini MCCLXXXXVII.* [ex Autoprapho]

OTTO Comes *de Waldeck.* Is, de geſto hucusque Officio reddit rationes, hac quam proferimus Charta. 1...

Otto *Dei gratia Comes* de Waldecke. *Recognoſcimus*, *tenore preſencium publice profitentes*, *quod nos*, Ameneburg, *anno Dni MCCCIII*, *preſentibus Honorabilibus Viris* G. *Decano Eccleſie* Fritslar.., Iohanne *Scolaſtico* Frankinford.., *Nobili Viro* Gerlaco *Domino* de Bruberg, Theoderico *Randecken*, Magiſtro Ernesto, *& aliis pluribus fide dignis*, *Reverendo Patri in Xpo Domino noſtro* Gerhardo *Archiepiſcopo Moguntino*, *de Officialitate per* Haſſiam *nobis commiſſa debitam reddidimus*, *prout debuimus*, *racionem ; Ita quod omnibus perceptis & diſtributis a tempore quo ipſam Officialitatem aſſumpſimus*, *usque in diem* B. Agnetis *annui — preſcripti hinc inde complanatis*, *idem Dominus noſter Archiepiſcopus Moguntinus in mille & quingentis marcis minus triginta duabus marcis* Colon. *denarior.*, *tribus* Hallenſibus, *pro quovis denario computandis ; nec non mille*, *centum & XV libris denar.* Fritslarienſium *debitorum ſuper omnem computacionem nobis manſit. Exceptis M & D marcis denar.* Colon. *pro quibus nobis Caſtrum* Kellerberg *& oppidum* Battinburg *obligata exiſtunt*, *eidem Domino noſtro ſimiliter computatis racione Officii prelibati*, *pro quibus predicta caſtrum & oppidum tenebimus in pignore*, *iuxta ſuarum*, *quas nobis dedit ſuper eo*, *continenciam litterarum ; laudans & ratificans noſtram Computacionem predictam*, *dando nobis ſuas ſpeciales Litteras in teſtimonium ſuper eo.*

Inſuper recognoſcimus lucide per preſentes, *quod*, *quecunque pecunia de predicto Domino Moguntino nomine ſolucionis Debiti noſtri nobis fuerit preſentata*, *ipſam de Summa prioris debiti*, *videlicet M & D marcarum minus XXXII marcis denar.* Colon.. *nec non de M*, *C & XV talentorum denar.* Fritslar.. *ſine difficultate qualibet defalcabimus*, *ſicut iuſtum fuerit & conſuetum. Actum & datum* Ameneburg *Anno Domini & die B.* Agnetis *ſuperius annotatis.* [ex Autographo]

An. 1305 interremptus fuit a Nobilibus de *Strive* & *Adeleps*, prout in libello ſupplici, ab Henr. *Ottonis* F, Archipræſuli Petro porrecto, iuxta cum rebus aliis pluribus continetur:

Cum Venerabilis in Xpo Pater, D. Petrvs *Archiep. Mogunt. a nobis* Henrico *Comite* de Waldeckin *Articulos noſtre peticionis*, *ſuper quibus*, *Ius*, *ſive Graciam conſequi non diffidimus ab eodem*, *in ſcriptis ſibi dari exigat & requirat ;* Primo *proponimus & dicimus*, *quod*, *cum felicis memorie* Otto, *pater noſter Comes* de Waldekin,

dekin, *eſſet* Officiatus *Reverendi Patris* D. GERHARDI *olim Archiepiſcopi Mog.*, *& perinde Capituli Eccleſie Moguntine;* * *requiſitus Opidanis in* Heylighenſtad *& in* Geyſmar *aliisque hominibus Moguntine Eccleſie attinentibus, contra hoſtes ſeu invaſores Eccleſie memorate venire in auxilium & iuvamen; idem Pater noſter de iuſſu & conſilio Capituli ſupradicti, Adverſariis Eccleſie Moguntine cupiens reſiſtere, ut debebat, per eosdem invaſores, ſcilicet.. dictum* Strive, *& dictos* de Adeleybs *extitit detentus, & in captivitatem deductus, & in vinculis hoſtiliter ſuffocatus. Super hoc enim articulo, cum iuſticia deficiat,* D. Petri A. M. *non immerito graciam imploramus.*

* Subintell. Sede vacante 1305.

Com. Omnis Nex.

ITEM *proponimus & dicimus, quod prelibatus noſter pater, cum adhuc viveret & nos poſt ipſius obitum, in negotio & lite Eccleſie Mog. fecimus Expenſas, ad quarum computacionem faciendam petimus nos admitti.*

ITEM cum ALBERTVS *Dux* de Brunſwich *diffidaſſet Eccleſiam Moguntinam, pro defenſione opidorum ſeu hominum Eccleſie predicte attinencium; ante caſtrum* Sconenberg *novu.. Caſtrum conſtruximus, facientes expenſas; ad quarum computacionem ut ſupra petimus nos admitti.*

ITEM *proponimus, quod cum noſter Officiatus nomine Eccl. Mog. Iudicio preſideret,* Oppidani de Wetthere *in ipſum Officiatum noſtrum & ſuos Collegas hoſtiliter irruentes, quosdam ceperunt, quosdam vulnerarunt, quosdam eciam ſpoliarunt, Equis & aliis ſuis rebus.*

ITEM *proponimus, quod* D. GERHARDVS A. M. *Militi dicto* de Ittere Runcinum * *dedit, pro quo ſeped. patrem noſtrum fideiuſſorie obligavit; quem, cum ſtatuto tempore D. Archiepiſcopus non perſolveret, ut promiſit, noſter pater mediante famulo Obſtagium fecit, fideiuſſionis debitum exſolvendo; Quem inquam famulum nos de obſtagio exſolventes, pro pecunia autem principali Decanum* Fritzlarienſis *eccleſie,* GOTFRIDVM de Hatzinvelt *Militem,* ADOLFVM de Nordeckin *& fratres eiusdem, Fideiuſſores obligavit pater noſter, quos, cum Capitulum* Mog. *ab huiusmodi fideiuſſionis onere non abſolveret, ſupradicti* Adolfus *& fratres ſui* de Nordeckin *nos duabus carratis vini & XII Equis ſpoliarunt; & nichilominus huсusque ſuper eandem pecuniam dampnum cottidie ſupercreſcit.*

* Equus minor, gregarius.

Super his itaque Articulis, Reverendi Patris Dni PETRI *Archiep.*

Digitized by Google

chiep. Mog. gratiam imploramus; & nichilominus nobis fieri petimus iuſticie complementum. [ex autographo.]

13.. *Mgr.* BERTOLDVS, Dni PETRI A. Protonotarius, eiusdemque per Thuringiam, Saxoniam & *Haſſiam* in temporalibus Vicarius. Præſens fuit 1315 craſtino *Gertrudis*, quando bina Caſtra, *Mühlburg* & *Tundorf*, a Strenuo Milite *Ludovico* de *Blanckenheim* Eccleſiæ Mog. reſignata, d. Antiſtes cuſtodienda & gubernanda commiſerat *Hugoni*, Proviſori allodii *Erfurtenſis*.

1315 RABANVS *de Calenberg:* Diverſis in *Haſſia* locis præficitur *1315:*

Nos PETRVS - - *Archiep. Mog.* ... *recognoſcimus, quod nos Strenuo Militi, dicto* Raben de Kalenberg, *Officium noſtrum in* Fritslar, *cum ſuis Redditibus, iurisdictionibus* -- --, *preter Iudeos noſtros ibidem, & villam* Denſpurg, *& Emendas ultra LX Solidos denar.* Fritzlarienſium *ſe extendentes, que Nobis debent derivari,* —— *committimus in his ſcriptis. Item Officium noſtrum in* Geyſmaria —— —— —— *Item commiſimus ipſi* Raben *Caſtrum noſtrum* Haldeſſen, —— —— *& villam noſtram* Kalden, *& alias villas ſeu iurisdictiones, quas habemus circa nemus quod vocatur* Reynerswalt. *Que Officia, Caſtrum, iurisdictiones, villas & redditus ipſe* Raben, *quamdiu eſt noſter Officiatus, habebit, & ipſos Redditus recipiet, nec de eisdem nobis tenebitur reddere rationem. Sed homines & terras noſtras in ipſis Officiis, Caſtro, Villis* —— —— *exiſtentes,* —— —— *defendere tenebitur & tueri, & pro ipſis, quando & quociens neceſſe fuerit, Placita obſervare, & aliis Officiatis noſtris in terra* Haſſie, *& ſpecialiter in* Nuwenburg *&* Iaiſperg, *cum requiſitus fuerit, adeſſe conſiliis & auxiliis in Placitis & aliis factis Eccleſiam noſtram & noſtros contingentibus, fideliter & conſtanter, ſuis propriis in expenſis.* &c. *Aſchaffenburg - - MCCCXV, VII Idus Aug.* [ex Autographo.]

13.. CRAFTO de *Hazfeld Officiatus in Ameneburg:* Occ. 1324. 25. Ceteroquin de Caſtro huius familiæ gentilitio, ab Eccleſia Mog. 1333 in feudum accepto, fidem faciunt ſubiunctæ Reverſales:

Nos IOHANNES *&* GVNTRAMMVS* de Hatzfeld, *Armigeri, notum facimus,* —— —— *quod ego* Iohannes *pro me,* ac CRAFTONE *&* GODEFRIDO *fratribus meis, noſtram mediam partem Caſtri* Hatzfeld: *Et ego* Guntrammus *predictus partem meam contingentem in pred. caſtro, ſito in iurisdictione alta & dominio Eccleſie Maguntine,*

tine, recepimus, & nos recepiſſe recognoſcimus in ſeodum ligium & aperibile à Reverendo in Xpo Patre ac Domino noſtro, D. BALDEWINO *Archiepiſcopo Treverenſe tamquam Proviſore Eccleſie Maguntine, ita quod dictum caſtrum eidem Dno noſtro & Eccl. M. — aperibile erit, & eſſe debeat —— omni tempore contra omnem hominem ad omnem ipſorum utilitatem* &c. — *MCCCXXXIII in vigilia Nativ. B. Virginis.*

* Vxor *Guntrammo* fuit IRMENGARDIS, HERMANNI de *Abentrad* & INGELHILDIS ... filia Subeunt in Litteris, 1335, queis modo fatus *Henricus* Eccleſiæ *Mog.* reſignat curiam ſuam in villa *Gozfelden*: Præſentibus GOTSCHALCO de *Sarnowe*, CONRADO de *Treyſpach* & HENRICO de *Selheim* Militibus: ARNOLDO de *Wyra*, IOHANNE de *Selheim* Armigeris, DITMARO de *Selheim* Magiſtro civium in *Ameneburg*, & LVDOVICO de *Selheim*.

RVPERTVS de *Milchling*. Qualiter 1329 ſtipendia exſolverit Caſtren- 132.
ſibus in *Neuſtadt*, hæ produnt tabulæ:

Nos DYTMARVS de Glymenheim *Miles*, ECKEHARDVS de Muminberg, HARTMANNVS *dictus* Ryzigel, GERLACVS de Walen, CONRADVS *dictus* Nodung, al. *de* Werd. GERLACVS de Cycenhaim, GERLACVS de Kuppelin, LODEWICVS *dictus* de Walen, IOHANNES de Rosdorph, WOLFRAMVS de Aldendorph, & EMMIRCHO de Kirchdorph, *Armigeri Caſtrenſes in* Nuenſtad. *Recognoſcimus publice in his ſcriptis, quod, quia Diſcreti viri, Dns* IOHANNES *Cuſtos eccleſie* Fritzlarienſis, *Cellerarius in* Ameneburg, & D. RVPERTVS *dictus* Milchling *Miles*, Officiatus ibidem, *me* Dythmarum *de XL marcis denar.* Colon., *me* Eckehardum *de VII marcis, me* Hartmannum *de VI marcis, me* G. de Walen *de XXV marcis, me* C. *d.* Nodung *de XXV marcis, me* G. *de* Cycenhaym *de XX marcis, me* G. d. Kuppelin *de XIII marcis, me* Lutzonem *de* Walen *de XV marcis, me* Io. *de* Rosdorph *de VIII marcis, me W. de* Aldendorph *de VIII marcis & me* Em. *de* Kirchdorph *de VII marcis pro Reverendo in Xpo Patre ac Dno* D. BALDEWINO, *Treverenſis Eccl. Archiepiſcopo, Proviſore & Defenſore S. Moguntine Sedis eccleſie, & pro dicta ſua Eccleſia amicabiliter expediverunt; ſupradictum Dn. noſtrum* Baldewinum —— *de pred. pecunia quitum dicimus & ſolutum.*

In quorum teſtimonium preſentem Litteram Sigillo opidi Nuenſtad, *quod ad preces noſtras eſt appenſum, preſentibus fecimus communiri. Datum & actum .. MCCCXXIX, feria ſecunda poſt Dominicam* Miſericord. Domini. [ex Autogr.]

Agnato ipſius autem, quomodo ſatisfactum 1331 pro petitionibus

bus ex nupera Guerra cum Landgravio *Haſſiæ* coortis, ſequens docet Charta:

Ego CVNRADVS *dictus* Milchling *de* Schonenſtad, *Armiger, ſub appenſione mei ſigilli proprii recognoſco per preſentes, quod Honorabilis Vir*, D. LVDEWICVS de Luzellimburg *Cellerarius* in Ameneburg, *ex parte & nomine Reverendi in Xpo Patris & Dni D.* BALDEWINI *Archiepiſcopi Treverenſis, Proviſoris & Defenſoris Eccleſie Maguntine, pro meis ſerviciis eidem Eccl. Mag. factis, nec non pro Deperditis, & Dampnis quibuscunque penes eam receptis in Guerra inter ipſam Eccl. Mag. ex una, & Dn. Lantgravium terre* Haſſie *parte ex altera habita proximo, & preterita, viginti & unam marcas denar.* Aquenſium, *tribus* Hallenſ. *pro denario quolibet computatis, tradidit integraliter & perſolvit.*

De qua quidem pecunia Sibi, & de omni Actione ſeu impeticione, que ex cauſis quibuscunque, usque in diem confectionis preſencium contra ſupradictos D. Baldewinum *& eius Eccl. Maguntinam michi competebat, eos dixi & dico preſentibus, renunciando ſimpliciter & de plano, quitos penitus & ſolutos.* LXXX *marcis denariorum* Aquenſ. *predictorum dumtaxat exceptis, in quibus adhuc iidem D.* Baldewinus *& Eccleſia Mag. michi tenetur, & remanent debitores; pro quibus eciam, & eorum nomine Honorab. Vir* D. IOHANNES *quondam Cellerarius, & Strenuus Vir* D. RVPERTVS Michling *Miles, quondam Scultetus in* Ameneb. *michi quedam bona ipſius Dni* Baldewini *& Eccl. Mag., ſita in villa* Swarzenburnen *& eius terminis, ſicut in Litteris eorumdem Dnor.* Iohannis *&* Ruperti *deſuper confectis & michi traditis continetur plenius, obligarunt.*

Datum An. Dn. MCCCXXXI, XII *Kal. Oct. in teſtim. ſuper eo.*
[ex Autogr.]

1345 IOHANNES de *Bellersheim.* Satrapa *Ameneburgi* & *Battenburgi* conſtituitur ab HENRICO III 1345, ſub obligatione, ut preſto ſit cum V Armatis.

IOANNES Com. *de Ziegenhain* Officiatus *Renſchenberga* occ. 1354.

135. WERN. de *Schweinsburg.* De eo, ceu Præfecto *Ameneb.* & per terram *Haſſiæ*, iam vita functo, mentio fit 1362.

1354 IOANNES Comes *de Naſſau*, Dominus *in Merenberg.* Idem qui in Catal. *Eichsf.* p. 973, 74.

13.. VDALRICVS de *Cronberg.* Cuius, ad munia iſtarum partium receptionis tabulæ p. 974 quoque allatæ ſunt.

WER-

WERNERVS de *Falckenberg*. Similiter: über alle unſere Sloſſ, Land und Lute in Heſſen, Sachſen &c. ab ADOLFO I. in pervigilio *Matthæi Ap.* 1374. 1374

RVPERT9 Com. *de Naſſau*. Zum Amptman zu Ameneburg: Fer. 4 ante *Pentec.* 1380. Factus poſtea Iudex prov. in *Wetteravia.* 1380

CONRADVS *Spiegel* Auctoramentum eius v. ſupra in *Eichſf.* Meruit pro ſtipendio 1200 fl. An. 1385 inducitur his verbis: Als der Veſte Ritter Conrad Spiegel, unſer Lantvogt zu Heſſen und zu Weſtfalen, —— Fiend worden iſt des Lantgrafen von Heſſen; Wann nu daz von unſern Landen und Lude wegen geſcheen iſt, &c. queis ipſum ſervare cupit indemnem. Occ. —— 1394. 1382

WERNERVS de *Falckenberg*, *ſecundum*: Quippe Præfectus in *Ameneb.* & *Roſenthal* vocatur a CONR. II, dum 1393 ipſi mandabat, ut *Roſendalii* Caſtrenſem locaret *Erneſtum* von der Strut. 13..

HENRICVS Comes *de Waldeck*. Probatio: 1399

Wir Johan —— E. z. M. -- Entpieden allen unſern Schultheiſen, Burgermeiſtern, Scheffen, Reten und Gemeinden unſer Sloſſe, mit namen Fritzlar, Geiſmar, Battenburg, Roſental, Elenhog und Wetter, -- unſern gruſ, Liebe getruwen. Wir laſſen uch wiſſen, daſ wir den Edeln Henrich Graven zu Waldeck, unſern lieben Swager, zu unſerm Oberſten Amptman und Lantfogte in den vorgen. unſern Sloſſen, Dorffern und Gerichten geſazt und gemacht han; Des heiſen wir uch alle, und beſunder, daſ ir dem vorgen. unſerm Swager als unſerm Oberſten Amptman und Landfogde gewartet und gehorſam ſyt, nach lude und uſwiſunge unſer Brieve die wir yme daruber geben han &c. *Datum* Eltevil, *Dominica poſt diem* S. Martini *Ep. noſtri Patroni*, 1399.

Et porro: Hildebrand Gaugrebe, Lieber getr. Wir laſſen dich wiſſen, daſ wir [Comitem prælibatum] zu unſerm Oberſten Amptman —— gemacht han; Darum ſo heiſen wir dich —— daſ du von dem Ampt Battenburg abe geſt, und unſern vorgen. Swager von Waldeck dazu kommen laſſeſt. Beheltniſſen iclichem ſins Rechtens.

„*In ſimili forma due Littere miſſe ſunt* CONRADO Spiegel & WIGANDO de Hatzfeld, *Militibus*, *ut reſignarent Officia ſua* Fritzlar, „Geiſmar, Wetter, Elenhoch & Roſental.

Anno 1400 una cum *Falckenbergio* & *Hertingsbuſio*, criminis nefandi ſociis, FRIDERICVM *Brunſvicenſem* Ducem, Francofurto Domum revertentem, in via regia prope *Fritislariam* trucidavit. Communis quidem tunc fama fuit, cædem illam, inſtinctu iuſſuve *Moguntini* patratam eſſe; Veritati autem hoc adverſari, *Waldeckcius*

Digitized by Google

deckcius ipſe in Litteris fatetur; quibus, ſtylo ceteroquin valde acerbo conſcriptis, Moguntinum plane inſontem declarat.

In principio conqueritur, de ſe a Nobilibus nonnullis in vulgus rumorem ſpargi, eos ex ipſomet audiviſſe, quod *Friderici* cædem in mandatis a Moguntino habuerit; ſubdens: Wer daz uff unſ geſeigit haid, der lugit daz uff unſ alz eyn Dyb, Schalck und Virredir; und wir ſprechin uff unſirn Eyd, daz unſer vorgenanter Here von Menze der Geſchit allir wiſſinſchaifft und all zutundis unſchuldig iſt, und wir dez ouch nicht geſeigit han; Und woldin libir toid ſyn, dan daz wir ſulche Lugen uff unſirn liven gnedichin Herren ſeydin und dichtin; und kunde unſ dy Seigir zu wiſſen werdin, wir woldin en darume for dun ain (ohne) den Stridin, daz man Dybe und Virredire plegit zu for dun.

Vnd wir Heinrich Greve zu Waldegke haben dez zu Kuntſchafft unſir Jngeſiegel uff diſſin Bryff gedruckt. Der gegebin iſt zu Waldeck, dez Mitwochins nach Miſericordias Domini. [ab ipſo autographo: dediſſemque integras, niſi ſtylus exordii nimis obſcurus eſſet.]

139. GERHARDVS de *Buſeck*: Unſer Amptman zu Ameneburg vocatur a IOANNE II, cum ipſum inveſtiret de feudo quodam, *Wisbadæ* 1400 fer. 6 poſt Pentecoſten.

1400 HENNE *Riedeſel.* Præfectus *Ameneburgi* & *Neuſtadii* fit 1400 vigilia *Bartholomæi*. Datum *Bacharach.*

1404 ADOLFVS Comes *de Naſſau*, Archiep. IOANNIS e fratre *Walramo* nepos. Zum Oberſten Amptman zu Heſſen, *mit namen* Ameneburg, Neuſtatt, Fritzlar und Geiſmar aſſumitur 1404 fer. 4 *infra Aſſ. B. V.* Datum Höchſt.

> *Nota*: An. 1406 *Moguntinus*, BERNARDVS & HENRICVS Duces *Brunſv.* una cum *Haſſiæ* Landgravio HERMANNO ſanciverunt Pacem provincialem, qua inter alia cautum, daſ zu aufrichtung deſſelben Landfriedens ein jeder Herr einen Landrichter geben und ſetzen ſoll. Conſtituit igitur IOANNES Mog. *Ioannem* de *Breidenbach*. Fer. 2 poſt *Albani*.

1405 IOANNES Com. *de Naſſau*, den man nennt zu der Huben: Adſciſcitur zum Oberſten Amptman und Landvogt zu Ameneburg, Battenburg, Neuſtatt. 1405 Ven. poſt *Nicolai*.

1406 IOANNES de *Korbeck* Epiſcopus *Cyrenenſis*. Per terras *Haſſiæ*, Weſtphaliæ & Thuringiæ Vicarius in temporalibus a ſæpe iam dicto Archipræſule conſtitutus fuit 1406, vigilia *Sim.* & *Iudæ*.

1406 IOANNES *Schenck* de *Schweinsburg*. In *Ameneburgenſem* 1406 die *Sixti*.

> HERMANNVS *de* Hertingshauſen, *Index provincialis* Mog. *occ.* 1411

HENRICVS Comes *de Waldeck*, Quod his annis provinciam denuo admi-

Digitized by Google

adminiſtraverit, ſequentes nos docent tabulæ, inter Moguntinum & Landgravium pactitiæ, de Eo a munere removendo.

Wir **Herman** von Gots gnaden Lantgrave zu Heſſen, und Wir Lantgrave **Ludewig** ſin Son, bekennen mit dieſſem uffen Briefe; als der Edele **Heinrich** Grave zu **Waldegke**, des Erwertigen in Got Vaters und Herren, H. **Johans** Ertzebiſchoff zu Mentze, unſers lieben Herren und ſynes Stiffts Amptman uber ſyne Stete, Schloſſe und Land zu **Heſſen** itzunt etliche zyt geweſen, und noch iſt; Daz der egenante U. L. H. und Wir, umb redelicher Sachen willen, die unſ uf beide Syt darzu bewegit han, unſ miteynander vereinigit han und gentzlich uberkommen ſin, daz wir unſ von beider ſyt des egenanten Grav **Heinrichs** von **Waldegke** geuſſert han, und uſſern; alſo daz der vorgen. unſer Herre, und Wir, den vorgen. Graven **Heinrich** bynnen achte iaren, datum diſes Brifs allirſchirſt fulginde, unſer eyner gein dem andern zu Ampten, Dinſten, ader Hulffen in dheine wyſ nicht innemen ſullen oder enwoln; alſe der egen. U. L. H. unſ des, ſinen uffen verſigelten Brif gegebin hat.

Darumb haben wir unſ mit rechten wiſſen in guten truwen und rechtir worheid gein — U. L. H. verſprochen — in craft diſſ Briefs, daz wir den — Graven Heinrich widder — V. L. H. von Mentze zu dynſte adir hulffe bynnen achte iaren a dato nicht innemen ſoln adir enwoln; noch In ouch ſoliche zyt uſſ, widder den vorgen. unſern Herren nicht undirſteen zu verantwurten, zu ſchuren oder zu ſchirmen; noch ime dheine hulffe ader zulegunge widder — unſern Herren zu tunde in eynche wyſ, uſſgeſcheiden alle argeliſt und geverde; alſ auch — V. L. H. ſich geyn unſ verſchrieben hat, den — Grav **Heinrich** von ſinen Ampten zu laſſen und zu entſetzen bynnen zween Mehenden a dato, nachdeme ſin Brif — inheldit und uſſwiſet.

Dis zu orkunde han wir Lantgrave **Herman** unſer ingeſigel vor Unſ und Lantgraven **Ludewig** unſern Son an diſſen Briff gehangen; Des wir unſ Lantgrave **Ludewig** vorgenant irkennen, daz wir unſers lieben Herren und Vatirs Ingeſigel zu diſſer zyt herane gebruchen, want wir noch kein eygen ingeſigel han. Datum Anno Domini MCCCCXIII, *Sabbato ante diem* B. Petri *ad Kathedram.*

IOANNES *Adolfi* de *Naſſau*, Præpoſitus *Iecheburgenſis*. a IOANNE II conſtituitur Decreto ampliſſimo zum Oberſten Amptman und General Commiſſari in Heſſen: 1416 *fer.* 5 *poſt feſtum Conc. B. V.* Ita quidem, ut liber eſſe debeat ab onere reddendarum Rationum. [*Add. Elenchus* Eichsf. p. 976] 1416

IOANNES *Schenck* de *Schweinsburg*. In *Ameneburgenſem*, uti vice prima, ex nominatione CONRADI III, *Fritzlariæ* 1420 fer. 3 poſt diem B. *Mariæ Magd.* 1420

Digitized by Google

142. CRAFT Hobeher, Ambtman mines gnedigen Herrn von Mentze zu Ameneburg, occ. 1423 —— 1425.

1424 IOANNES & GODEFRIDVS Comites *de Ziegenhain* & *Nidde*. Vi Reverſalium, in hæc verba:

Wir - - - bekennen, als —— Herr Conrad E. z. M. unſ zu ſinen und zu ſines Stiffts Mentze uber ire Stett und Sloſſ, mit namen Ameneburg, Battenburg, Nuwenſtatt, Neylenburg, Roſental, Huſen, Fritzlar, Jagſperg, Geiſmar, Schonenberg,* Nuwenburg, Elenhoch und Wetter Dorffer und Gericht —— Oberſten Amptmannen und Landvogten ſammentlich und u. beſonder geſazt u. gemacht hatt &c. 1424 *Iovis poſt Aſſ. B. V.*

* Schonenbergenſis *familiæ ultimus nom.* HENRICVS, † 1429.

Godefridus haud diu ſupervixit. Quippe: Wir Johann Grav zu Ziegenhain ———, Als (Archiep. *Conradus*) unſ, mit ſambt dem Edlen, unſerm lieben Bruder ſeliger gedechtnus, Gotfrid Gr. zu Ziegenhain &c. 1426 fer. 4 poſt Dom. *Quaſimodo*.

142. LVDOVICVS *Schenck* de *Schweinsburg*. Trinis vicibus conſtitutus legitur. 1) *Ameneburgi* & *Stauffenbergæ* 1425 fer. 2 poſt *Iubilate*. 2) *Am.* & *Neuſtadii* 1427 Dom. ante *Ægidii*. 3) 1430 feriis Paſchal. Vtque vocatus ſubveniat cum VI Armatis, & Equis VIII.

1425 IOANNES Comes *de Naſſau* iunior. Zum Oberſten Ambtman und Faut der Stett und Sloſſ im Land zu Heſſen &c. 1425 Veneris poſt *Nicolai*. 1426 d. *Andreæ* edit rationes.

1427 DIETHERVS de *Iſenburg*, Dn. in *Büdingen*. Modo conſimili: 1427 die *Luciæ*. Pro ſalario ipſi deputabantur 400 floreni Rhen. 100 maldra ſiliginis, vini plauſtra 6, pabulumque, quod 18 ſufficeret Equis alendis. *Item* 245 Gulden, die Er als Rat vorhin hatte.

A munere diſceſſit 1430. Aſſignata tunc eidem ab Hero certa Summa pecuniæ: als vor Byer, fleiſch, habern, Ruwe und anderem Getreide, das Er (*Dietherus*) unſ zu Ameneburg, als er unſer Amptman da zu Lande geweſt iſt, gelaſſen hat: *Martis* poſt *Palmarum*. Die vero Paſcatos in *Ameneburgenſem* nominabatur (ut dictum ſupra) LVDOV. *Schenck*. Ipſeque *Iſenburgius* 1438 confirmatus fuit Conſiliarius a THEODERICO; hac lege appoſita, ut reſideret *Aſchaffenburgi*. An. 1448 zum Oberſten Amptman in den Buchen.

1434 HENNE *Schenck* von *Schweinsburg*. In *Ameneburgenſem*, feſto *Matthiæ* Ap.

1434 WALRAMVS Comes *de Waldeck*: a CONRADO III anno eodem Mercurii poſt diem *Bonifacio* ſacram, ſicque perpaucis ante obitum

tum diebus (quæ in 10 Iunii incidit) ad ſupremam *Haſſiæ* præfecturam accerſitus. Reſignans eam 1438.

IOANNES Comes *de Zigenhain*. In cuius conſtitutione, (1438 Dom. *Oculi* a THEODERICO) Loca exprimuntur ſq. Ameneburg, Battenburg, Neuſtatt, Neilnburg, Roſental, Hauſen, Friʒlar, Jagſperg, Geiſmar, Schonenberg, Neuenburg, Elenboch, Wetter, Wildungen, Rode. 1438

Eodem adhuc anno ipſe *Ziegenhainius* ſuum condidit Teſtamentum; ut tunc ab Extremis non procul abfuiſſe videatur.

LVDOVICVS *Haſſiæ* Landgravius. Suſcepit is provinciarum, tam *Haſſiacæ* quam *Eichsfeldenſis*, imperium poteſtate *Moguntini* delegata exercendum, anno 1439 die *Dionyſii:* Formulâ, cuius partem dedimus pag. 978. Pro cauſa impulſiva THEODERICVS Archiantiſtes allegat varia Diſſenſionum genera, queis implicati fuerint utriusque Principum Anteceſſores; Quocirca provinciam demandaret ipſi *Ludovico:* umb Unſer beeder Land und Leut Ehr, Nuʒ, Frieden und Frommen willen; Amicitiæque mutuæ firmandæ. 1439

Quam anguſto autem temporis ſpatio *Eichsfeldiam* eundem adminiſtraſſe ſupra obſervavimus; eo longiori annorum tractu conſecutivo præfuit *Moguntinis* in *Haſſia* locis. Quippe in M. Archivo ſpiſſus extat faſciculus, ipſius Principis *Ludovici* ſyngraphas, quitantiasve, numerati Eidem annui 1400 flor. ſtipendii complectens. Omnes in membrana ſcriptæ, Sigilloque appenſo munitæ ſunt.

Perſeveravit nexus iſte ad an. usque 1456, quo, ob ſubnatam colliſionem cum Officiatis inferioribus, gubernacula tam diu laudabiliter geſta, *Ludovicus* ad manus Archiepiſcopi reſignavit. Idque Chartulâ ſq.

Erwirdiger —— ——; Als wir nu ʒit her etliche uwer Sloſſe, Stett und Land in unſerer Vertheidigung gehabt han; hoffen wir, daſ wir unſ darin auch gegen die Ewern hie ʒu Land gehalten ——, daſ ſie unſ nit ʒu verdencken ——; Alſo mercken wir wohl, daſ Ewer Ambtman ʒu Ameneburg unſ gerne vor Ewer Lieb verunglimpfen wolte; und wird auch von ihm und etlichen andern den Ewern ʒu Amelburg in ſolcher maß gegen unſ und die Unſern vorgenommen, daſ darumb wir mit ihme in ſolcher verteiding nit geſeʒen mogen. Darumb wir nu E. L. ſolcher verteiding, als wir bis her an die ewern gehabt, uffſagen, und uffgeben mit dieſem unſerem Brief. &c. *Caſſel* Iovis poſt Dominicam *Invocavit* —— MCCCCLVI. *Lib. 6.* THEOD. *p. 78. b)*

1454 Stam de *Schlitz*, dictus *Görtz*. Loca in auctoramento * deſignata ſunt *Ameneb.. Neuſtadium*, & *Neilnburgum*.

* *Martis poſt Dom.* Miſericordias 1454.

Ceſſit 1458, factus Satrapa *Buchoniæ*, ditionis *Fuldenſis*, a Moguntino tunc iure pignoris poſſeſſæ.

1458 Guntherus *Schenck* de *Schweinsburg*. Iisdem a Theoderico Locis impoſitus fer. 5 poſt Dom. *Iudica*. 1463. iam obierat.

1462 Philippus Comes *de Naſſau-Sarbrücken*. Præfecit hunc Adolfus II, tempore pernicioſi cum Diethero diſſidii, *Ameneburgo* ſcil. ac *Neuſtadio*, Litt. 1462 Iovis poſt Dom. *Cant.* ſignatis.

1464 Stam de *Schlitz* dictus *Görtz*. Vice altera Muneri huic obeundo evocatur Ven. poſt *Lætare*. Electoralis etiam Aulæ Marſchallꝰ.

1467 Otto Comes *de Solms*: In *Ameneburgenſem*; ipſa die Purif. B.V. ab Adolfo.

1480 Albertus Dux *Saxoniæ* Can. Mog. Diethero, cum is ſecunda vice ad Clavum ſederet, dignus præ ceteris viſus, cui provincia committeretur: 1480 Lunæ poſt *Vdalrici*.

1480 Eberhardus de *Elbe*, Can. *Paderbornenſis* & S. *Victoris* Moguntiæ, *Fritzlarienſis* quoque Cantor: Fors iuveni *Alberto* adiunctus; quanquam in Charta conſtitutionis * mentio eius fiat nulla, ceu *Ameneburgum* pure ac ſolum exprimens.

* *Dat. 1480 die* Iacobi.

Fuit idem *Eberhardus* a Conſiliis trium Principum; nempe *Moguntini*, *Colon.*, & *Haſſiaci*.

1483 Ioannes *Klüppel* de *Elckershauſen*. In *Ameneburgenſem*, ab Alberto, † qui interea temporis Electoratus Moguntini evaſerat Adminiſtrator.

† *Lunæ poſt* Viti.

1486 Rudolfus de *Schwallbach*. Cui Bertoldus, *Alberti* in iuventutis flore ante biennium extincti Succeſſor, *Ameneburgenſe* Officium contulit, Veneris poſt *Viti* 1486. Factus poſtea Aulæ Marſchallus, & Satrapa *Alzenaviæ*.

1488 Eberhardus *Schenck* de *Schweinsburg*. Muneri eidem præficitur ad 10 annos, * quos autem non explevit.

* d. *Fabiani & Sebaſt.* 1488.

1493 Ioannes de *Wolffskeel* in *Laubſtatt*. *Ameneburgenſis* Satrapa renuntiatus a Bertholdo, Martis poſt *Viti* 1493. Occ. 94. 95.

Rv-

RVDOLFVS de *Swallbach* ſecundum: Eodem quippe ſub titulo ob- 149.
vius 1496 —— 99.

IOANNES de *Wolffskeel*. An. 1503, denuo recurrente die, quo pri- 1503
ma vice conſtituebatur.

> *Anno* 1516 *Elector* ALBERTVS *&* Rudolfus *de* Schwallbach *conferunt Rationes* von der Ambtmannſchafft wegen zu Ameneburg: *ut ergo* tertium *huic Præfecturæ admotus videatur.*

PHILIPP. de *Düren:* der Zeit Amptmann zu Ameneb. Occ. 1520 Lu- 15..
næ p. *Luciæ.* Rationes geſti Officii redduntur a Vidua 1524.

FRIDERICVS *Brendel* de *Homburg* Ambtmann zu Ameneburg dem 152.
Gott gnade. Ita in Litt. 1531 Dom. *Cant.*

PHILIPPVS de *Schönborn.* Hoc anno, Dom. poſt *Purif. B. V.* conſti- 1531,
tutus a Cardinale ALBERTO.

IOANNES de *Hertingshauſen.* Dom. *Reminiſc.* in *Ameneb.* 1535

IOAN. OIGIER *Brendel* de *Homburg.* Eadem Dominica anni 1544 1544
ſublectus. 1547 transfertur ad Vicedom. *Aſchaffenb.*

ADAMVS *Weiſs* de *Feuerbach: Ameneb.* & *Neuſtadii*, ipſa die *Bar-* 1547
thol. a SEBAST. Anno 1550 Satrapa *Steinheimenſis* factus.

PETRVS de *Schwallbach*: Locis iisdem ei commiſſis Dom. *Remi-* 1550
niſcere. In difficillima tempora adminiſtratio ipſius incidit. Su-
perſtes adhuc 1567.

IODOCVS *Rau* de *Holtzhauſen*: Lunæ, d. Dominicam inſecuta 1571
cooptatus a DANIELE. Continenter occurrit usque 1603.

WILH. BALTHASAR de *Schlitz*, dictus *Görtz*, Satrapa *Ameneburgi:* 160.
Obvius 1609, & 1610 m. Ian.

GERNANDVS de *Schwallbach*: Simulque *Neuſtadii*, 21 Oct. 1610 1610
a IO. SVICARDO.

IO. DIETERICVS de *Roſenbach*: utrique loco præfectus 25 Apr. 1611
æra margini adſcripta. Munere 1620 depoſito, ſuſcepit Præfe-
cturam *Königſteinenſem.* ✠ 1656, 8 Maii

HVGO WILHELMVS a *Daun.* Cui provinciam demandavit IO. SVI- 1620
CARDVS d. 11 Maii.

GEORGIVS de *Schönborn.* Qua Præfectus *Ameneb.* & *Neuſtadienſis* 162.
frequenter obviat 1622 —— 1625.

IOACH. ABRAHAM de *Wahl.* Eundem locis ſæpe dictis præpoſuit 1629
GEORG. FRID. 1629 Lunæ poſt *Remin.* An. 1631, poſtquam *Caſ-
ſellâ* TYLLIVS abſceſſerat, exagitabatur a *Landgravianis.*

HENR. REINHARDVS de *Buſeck*: Hunc ANS. CASIMIRVS; ſig- 1636
natis Litteris *Coloniæ* 9 Apr. 1636. ✠ 1638 menſ. Oct. d. 28.

CHRI-

Digitized by Google

1639 Christophorus Ernestus *de Plettenberg: Ameneburg, Fritzlar* & *Naumburg:* die 14 Martii.

164. Adamus de *Mandelslo:* Prioribus tribus locis Ans. Cas. adiunxit *Neuſtadium.* Deſinit 1647.

164. Herricus Christophorus de *Griesheim*: Partes has executus eſt 1648 ſq. Inſinuavit 1658 Electori *Palatino* Citationem ad futurum Cæſarem eligendum.

16.. Io. Wernerus de *Plittersdorf;* abdicat 1668, factus Satrapa Badenſis *Crucenaci*, dehinc Conſil. Imp. Aul.

1668 Io. Christoph. de *Schellert;* Comitatus *Falckenſtein.* olim Satrapa: Ditioni Haſſiacæ præfectus 1668.

1676 Io. Henr. Daniel de *Ritter* in *Grünſtein*, hucusque Vicedominus *Erfurti.* Locorum Haſſiacorum ſpartam occepit 1676 iuſſu Damiani Hartardi Electoris, 12 Maii. Quadriennio poſt nactus eſt Cameræ Imp. Aſſeſſoratum, obiitque 1710. *Altavillæ* in Rhingavia ſepultus.

1680 Ioannes Philippus von der Heeſ. Deceſſori ſurrogatus die Martii 10, 1680. Reſignans vero 1687, evadit Burgravius caſtri *Starckenberg.* † *Heppenhemii* 1717, 28 Xbris.

1687 Conradus Adolfus de *Radenhauſen.* Eminentiſſimi Principis Anselmi Francisci gratia binas *Ameneb..* & *Neuſtad..* Præfecturas capeſſivit 12 Nov.

1696 Io. Phil. Franciscus *Kœth* de *Wanſcheid;* ſuffectus 30 Oct. 1696. Poſteaquam multos annos Officii partes probe curaſſet, † 1725 d. 27 Aug. *Moguntiæ*, quo pridie *Ameneburgo* ægrotus delatus erat. Et illico nominatur, qui patri ſuccederet, Franc. Phil. Ant. de *Kœth*, tunc exiſtens *Pariſiis.* Properans inde *Moguntiam*, muneris ſibi collati auſpicata facturus initia, repentino morbo correptus, opprimitur d. 27 Sept.

1725 Damianus Franc. Ign. *Kœth* de *Wanſcheid.* Subſtitutus fratri 2 Octobris. Valetudine autem minus conſtante uſus, anno ſecuto *Moguntiam* ſe confert ad matrem, ubi præmatura morte † 1725, 7 Nov. Omnes in FF. Prædicatorum templo ſepulturæ traditi.

1727 Philippus Wilh. Christophorus L. B. de *Boineburg;* Qui Moguntinis in Haſſia Subditis hodienum utiliter præeſt.

TANTUM!

IN-

Digitized by Google

INDEX I

Pagorum, urbium, oppidorum, caſtrorum, villarum, monaſteriorum, ſylvarum, fluminum, rivorum &c. in Tabulis hiſce occurrentium.

A.

Abdigerod 21
Acruſtelo (Okrüfftel) 102. 926
Acruſtero *f.* idem. 125
Ahorn *Arbor* 141
S. Albani *monaſterium* 400
Alboldero t *monaſt.* 411
Albsheim 657
Alceia 378. 959
Aldenberg *monaſt.* 445
Aldenberg *parthenon* 687
Aldenburg *in* Miſnia 141. 535
Aldenburg *prope* Arnsburg 199. 203. 263
Aldenburg *prope* Alsfeld 267
Aldendorf 232
Aldendorf 854
Altengeiſmar 752
Aldengoſa 435
Aldenmunden 752
Altenmünſter *parth.* 212
Aldenſtat 78
Alſo 38. 72
Algesheim 38. 40. 73. 102. 125. 968
Alich 579
Almanshuſen 35
Aloſt *Terra* 805
Alsfeld 677
Alſtat 397
Altertheim *caſtrum* 397. 838
Alſunza 4
Alzena *caſtr.* 955
Amena 200. 491. 846
Ameneburg *Abbacia* 397. 487
Ameneburg *caſtr.* 484. 609. 763. 775. 835
Ammera 898
Anglia 424
Apolde 57 * 170. 180. 194. 917
Appenheim 102
Appula 4

Aquileia 515
Aquisgranum 754
Archenſchwang 986
Are *fluv.* 739
Arenſtein *monaſt.* 656
Armesheim 697. 698
Arnhuſen 971
Arnoldeshan 987
Arnoldesrot 479
Arnsburg *monaſt.* 199. 203. 263. 574. 809
Aſcha 21
Aſcafa 360
Aſchaffenburg 165. 226. 277. 351. 547. 609. 683. 816.
Aſchendorf 752
Aſchera . . .
Aſmanshauſen 38. 72
Aſolveroth 141
Aſpa 21
Aſpe in *Thur.* 703
Audelendal 411
Auguſta Vindel. 959
Aulesburg *Mons* 432
Aulesburg *Monaſt.* 153. 468. 558. 588

B.

Babendale 385
Babenhauſen 963
Bachgau *Pagus*: *Comicia*: 742. 745. 764. 867. 903
Backſtete 195
Badenheim (Bod..) 387. 697. 938
Ballenhauſen *caſtrum* 862
Bartenſtein 530
Battenburg *Caſtr.* 547. 669. *Oppidum* 854. 988
Battenfeld 854
Beckelnheim 77. 768. 782
Benfeld 232
Benheſen 752
Benningen 390
Bensheim 604
Berchenfeld 21
Bergern *in* Thur. 703
Berengereshagen 411
Bermerod, *It.* Germ.. *parthen.* 149
Bernardi *fons* 479
Bernbicke 752
Bernershof 816
Berneſſu 374. 376
Bernhardsdorf 987
Bernheid 154. 435
Bertolvesheim 697
Beſiaco 4
Beſſenbach 287. 781
Beſſingen 676
Beveſtete 731
Bibilnheim 697
Biblos 625
Bickenbach 723
Bildhauſen *Monaſt.* 806
Biltersleben 227
Binengarten *Sylva* 479
Bingen *v.* Pinguia
Birbach 114
Bircken 158
Birckenſtein *caſtr.* 820
Birckungen 411
Birgſtadt 76. 478. 635. 649
Biſchoffhauſen 21
Biſchoffrod 35. 135
Biſchoffsberg *Monaſt.* 80. 95. 101. 124. 197. 217
Biſchoffsheim *ad Moenum* 480. 951
Biſchoffsheim ad *Tub.* 542
Biſchoffsheim *in* Gauia 697
Biſterſchit 72

Bleich-

Digitized by Google

Bleichfeld 287. 310. 318
Bleiniche *curtis.* 387
Blithneſcheim 398
Boys 69
Bodungen 62
Bolandia 759
Bollenbach 190
Bonna 866
Born : Burne: 697
Borſtadt 4
Boppardia 783. 786. 902
Botfeld 366
Bottenbroch *monaſt.* 447
Brannwald *ſylva* 590.776
Bratſelden 287
Breckenheim 617
Breidenau *monaſt.* 60 * 397. 703
Breidenbach 435
Breidenried 396
Breidenrot *mons.* 124
Brenden 287.319.366.489.528.801
Bretzinkeim *in ſylvaOttonica* 876
Brizcenheim (*Brezenheim*) prope Mog. 938
Brizenrod 987
Brubach 176. 397.739
Bruchhuſen 726
Bruchſule 368
Bruga 409
Brunebach *villa* 225
Monaſt. 226
Brunecho 398
Brunehildeſtein 479
Brunichenwilre 92
Bruningelachſen 732
Brunne 269
Brunnun 168
Bruxella 959
Bubensheim 625. 532
Buchen *Terra* 558. 601
Buchehun 376
Buchenberg *ſylva* 498
Buchkebel 670
Buda 982
Bukkenhuſun 132
Budeſtete 61
Buddendale 38.72
Budingen *caſtr.* 469. 793
Budinsheim 378. 697
Bunesheim 625
Bunna 2
Bunnicken 752
Burchage 411
Burgræſerod 792
Burgſtadt 683
Burne (Born) 697
Burinchelun 376
Burnacha 4
Bursfeld 528. 553. 567. 590. 752.776
Burgioſs 958
Buſchenhagen 200

C.

Calſmunt *Caſtr.* 572. 721
Camberg *monaſt.* 27
Canthey *Villa* 14
Carben 890
Carmanrot 411
Capella *monaſt.* 148
Capua 365
Caſſele 351
Caſſel *in* Haſſia 597. 985
Caſtel *e reg.* Mogunt. 580. 697
Cenre 703
Cheri 378
Chetricho Kitterich 77.95.285
Chevela 78
Chirichberg 366
Chulleresberch 82

Chunigisuntra *Pagus* 347
Cigenhagen *caſtr.* 434
Cigernhuſen 92
Circulus 962
Ciſtercium 432
Claravallis *monaſt.* 485
Cleiberg *caſtr.* 545
Clezilſtat 376
Clingelmunda 40
Clopheim 479
Clopp *Caſtrum* 787
Colenhauſen 200
Colonia 406. 447. 586. 605
Comorra 959
Conradsdorf *monaſt.* 303
Cophungen *Abbacia* 536
Corbecki 485
Covern *Caſtr.* 740
Cranichfeld *Caſtr.* 519
Creginfeld 377
Crislacha *fluv.* 108
Crodelohen 78
Crozenberg 952
Cruffta 5
Crumelsdorf 195
Crumſtadt 625
Crutznacha 3. 771
Cuba 13. 817
Culacha 112
Cunighuſs 435

D.

Dadilebach *rivus* 14
Dalewinethun 21
Dalheim *Eccleſia deſtructa inter* Wezlariam & *parten.* Aldenberg 687
Dalheim *Parthenon* Ord. Ciſt. *prope* Moguntiam. 695. 964
Dalhofen 752
Decuna 4
Denlpurg 990
Dernbach 780
Dettingen 293. 366
Deudesheim 950
Didencheim 738
Difendal *Part.* Ord. Ciſt. 282
Mons. 465
Dingenburg *Caſtrum* 397
Dinkelſpil 959
Dypurg 762. 836. 953
S. Diſibodi *Monaſt.* 37. 135. 229. 296. 664
Caſtrum 570
Ditmelle 597
Ditzbuch 732
Dobrin 518
Dolgesheim 78
Donebach 732
Donnersberg *mons* 659
Dorla 573
Dornheim 625
Dreyſs *Monaſt.* 901
Dricelrot 411
Druckenhagen 411
Dudenhoven 761
Dudenhuſen 78. 656
Duderſtadt 884. 972. 973. 977. 981
Dudigeroth 21
Duduſe *Centa* 548
Duncdorf 640
Dungendal 28
Düren *v.* Waldüren
Duffina *aqua* 479

E.

Eberbach *monaſter.* 14. 94. 158. 211. 215. 964
villa 14. 285
Eber-

Digitized by Google

Eberlinga 4
Ebernburg 422
Ebersheim 387. 697
Eberſtadt 912
Eblizdorf 373
Eckersfeld campus 14
Ehrenbreitſtein 985
Eibingen 78. 233. 382
Eichelburg *caſtrum* 520
Eichenſcheid *ſylva* 435
Eigelolveshuſen 397
Eimbeck 219
Einriche *Pagus* 358. 378
Einvirſt 435
Eisleben 287. 310
Eitersburg *monaſt.* 57 * 397
Elbicherod 721
Elckleben 385
Elenhog 856. 993
Eliſa *rivus* 13
Elſo 101
Eltevil 77. 167. 209. 284. 953
Elverod 656
Elveſtadt *v.* Ilbenſtadt
Embilaco 4
Encekendorf 411
Englide 396
Enneriche 378
Ennencheim 200
Eppenſtein 66 * 397. 592. 941
Erbenheim 616
Erfordia 419. 510. 522. 535. 542. 611. 621. 668. 691. 840. 842. 980. 984
Ernſtkirchen 287
Erthegenhuſen 795
Erthuſun 199
Eſch *caſtrum* 683. 685
Eſchwege 536
Eſelpad *via* 479
Eſeneberg 722
Eſenheim 423
Ethrum 74
Etichenſtein (*Idſtein*) 397. 866
Etzenrod ..
Everneshein 4

F.

Falcken 573
Falckena *cella* 34
Falckenhain 795
Fanzberg *caſtr.* 997
Fargalaha 1
Faventinus Epiſcopatus 255
Findene (*Finten*) 389
Fiſchhhauſen 826
Flandern 435
Flersheim 828
Foga 473
Fons S. Mariæ *parthen.* 872
Forcheim 346
Franckenberg 703. 707
Franckenrod
Francofurtum 2. 200. 440. 451. 473. 478. 863
Frauenſtein 966. 979
Fridberga 494. 712. 783
Fridenſele 131
Fritislaria 189. 430. 433. 441. 517. 556. 594. 832. 842. 888. 985
Fromelskirch *centa* 548. 854
Fronhuſen 38. 72
Fulda 894
Fulina 4
Furbeche 62
Fürſtenau 957

G.

S. Galli *monaſt.* 290
Gamburg 225. 397
Ganderaha 396
Garbenheim 572. 720
Gaubickelheim 566
Gaugia *pagus* 40
Gehinkirch 70
Geiderichsdale 384
Geilhuſen 327. 440. 494. 662. 759. 783
Geilingen 435
Geimungun 396
Geiſenheim 77. 179. 219. 968
Geiſmar *Centa* 548. 565. 775
Geiſmar 553. 989
Gelnheim 901
Gelſtrebach (Keltersbach) 2
Geraha *Marca* 6
Geraha *fluv.* 108
Geraldimontis *terra* 805
Gerinesheim (Gernsheim) 3. 777
Germersheim 78. 812
Gerode *monaſt.* 61. 144. 396
Gerwardshuſen 971
Gerwichshagen 589
Geumungun 396
Giboldehauſen *caſtr.* 977. *ſq.*
Ginardeshagen 752
Giſenhachon 377
Gileſtadt 345
Gladbach 544
Glan *fluv.* 184
Gleffhardesberg 72
Gleichen 396
Gleichen *caſtr.* 417
Gleichenſtein *caſtr.* 820. 887. 980
Gleshardesberg 38
Glimenhan 987
S. Goar 786
Godelo 625
Goltpach 654. 717
Goltpach *in* Thur. 851
De Advocatia in Obernburg inter eccl. Aſchaff. & Godofr. de Bickenbach 922. 923. inter com. de Daſſel & eccl. Mog. 751. 752. inter eccl. Mog. & nobilem de Nuenburg intuitu caſtri Nuenburg cet. 714. ſeqq. inter Gerh. II. Archiep. Mog. & Henr. com. de Gleichen intuitu Eichsfeldiæ 887. inter monaſt. Padenhuſ. & Godefr. de Eppenſtein 726. 727. inter Rup. de Dueren & Gerh. II. intuitu oppidi Waldдueren 876. 877. inter Wernh. A. M. & Henr. de Sponheim de caſtro Bekelnheim cet. 768. inter Wezelonem Canon. & Embriconem Com. 938. de caſtro Wolfskehl cet. inter milites Wolfsk. & Archiep. Mog. 625. inter eccl. Mog. & Nobiles de Merenberg ſuper comit. Reuſchel 544. 545. inter eccl. Mog. & Herm. Advoc.

EMTIO VENDITIO
de Cygenberg 589. 590. add. *negotiatio.*

ENGELSTAT
In comitatu Egenonis aufertur comiti, donatur eccl. Mog. 345. 346.

EPISCOPVS
Eius vitæ ratio 16. 17. 19. coram eo ſolo vel Advocato ipſius reſpondere iubentur familiæ ſedis Mog. 8.

EPPENSTEIN
Eberh. de Epp. opera in expugnanda Moguntia 941. Eliſæ de Epp. ſigillum 728. *b*) Godofr. de Epp. monaſterio Padenhus. vendit bona quædam 726. 727. pignorum nomine capit pecora 635. excommunicationem & interd. ipſi minatur Archiep. Mog. 635. eius munera eccleſ. 849 * ſigillum 728. *d*)
Eppenſteinii abſolvuntur a ſententia excommunicationis 649. eorum conventio cum propinquo ſuo Wernh. A. M. de negotiis familiæ 761. eorum duæ familiæ 835. ** eorum ſigillum 685. *a*)

EQVI
In obſequio herili amiſſi ab Archiep. Mog. penſandi 955.

ERBACVM
Monaſterio huic inſulam quandam donat Sigefr. A. M. 456.

ERBENZINS
Vid. *Canon*, *cenſus*, *emphyteuſis.*

ERFORDIENSIS
Abbas, ipſi datur licentia circumeundi eccleſiam ſuam cum cruce cet. 188.
Eccleſia acquirit nemus in Buchenberg 498. ei offeruntur varia bona cum ipſo Erwino com. de Thunna 315. 316. S. Severi, eius cantori aſſignatur uſusfructus hortorum 108.
Monaſterium S. Petri ei venduntur duo manſi in Hochſtett 186.
Erfordienſes ab Archiep. Mog. conveniuntur coram regali curia 536. excommunicantur ab Archiep. & cum hoc in gratiam redeunt *ib.* absque conſenſu Arch. Mog. *ſtatuta* haud condunt 750. 1000 *marcas* debitorum a Gerh. II. contractorum ſolvendas ſuſcipiunt 884. eamve ob cauſam *emolumenta* quædam ipſis conceduntur *ib.* ſeqq. cives eccleſiæ Mog. recognoſcunt iura ſua in iure viri 749.

ESCHE
Caſtrum a Rieneckciis in dioec. Mog. exſtructum 683. deſtruitur *ib.* 685.

EVICTIO
Eius præſtatio promittitur 708. 711. add. *guarandia*, *warandia.*

EXCOMMVNICATI
Erford. divinis carent 535. a Princip. eccl. vitandi ſunt ab Imper. 471. ante abſolutionem non habent perſonam ſtandi in iudicio, niſi ad defenſionem *ib.*

Excom-

Excommunicatio
Eius efficacia 466. 673. relaxatur præſtita cautione ſalva cauſa princip. 552. ei ſe ſubiicit Phil. de Hohenfels 696. 699. Gerl. de Iſenburg 673. comites de Rieneck 686. 737. ei & proſcriptionis regalis ſententiæ ſubſcribunt Archiep. Mog. & Dux Brunſuic. 823. eam præcedere debet admonitio 551. 552. ſequitur proſcriptio Imper. 535. ſpatio ſex ſeptim. elapſo 471.
Excommunicationis & interdicti ſententia in Gottſch. de Pleſſe fertur ob neglectum conſenſum Archiep. Mog in alienat. caſtri Lapis 794. contra Henr. puerum, Alb. M. D. Brunſu. cet. lata a Wernh. Archiep. Mog. 746. ſeqq. contra Archiep. Mog. lata relaxatur a Pontif. Greg. IX. 551. ab Archiep. Mog. fertur contra Erfordienſes conculcata ab his compoſitione in regia curia facta 535. in concilio Mog. adverſus Soph. Brabant. & Henr. puerum lata 680. 681. Excommunicationis ſententiæ ſubiiciuntur fideiuſſores fidem fallentes 706. in Eppenſteinios lata propter ſpolium 635. relaxatur 649. illam in eos pronuntiat Gerh. II. Arch. Mog. qui non detegunt iura & reditus eccleſiarum 858. ab ea abſolvendus eſt Gerh. I. A. M. ob coronationem Reg. Boh. inſtantem 637. 639. 636.

F

Falkenau
Cella ſubiicitur monaſterio SS. Petri & Pauli Erford. 35. altaris exſtructio & dotatio 34. 35.

Falkenstein
Phil. de Falk. Imper. aulæ Camerarius eccleſiæ Mog. donat decimam in Hillesheim 817. Ipſi donatur feudum in Geilenhuſen 759. Wernh. de Falk. etiam de Minzenberg vocatur 846.

Familia
Cum bonis traditur eccleſiæ S. Mart. 92. de ſingulis manſis annuatim quatuor uncias ſolvit *ib.*

Fastnachtshuhn
Vid. *Carnispriv. pullus.*

Ferrum candens
Hoc ordalio dirimitur contentio inter monaſterium Gerod. & comitem Hirſchberg. 144. 145.

Feudalia bona
Alienantur conſenſu domini directi interveniente 818 abſque conſenſu domini directi conferri poſſunt monaſterio Reifenſtein 414. vendita monaſterio Hayn. reſignantur dominis directis 676.

Feudum
Eo nomine plura bona & iura ab Archiep. Mog. recipiunt Sophia Brab. & Henr. puer 703. ligium & aperibile eſt caſtrum Hatzfeld 990. 991. oblatum

FEVDVM

latum eccl. Mog. fit caſtrum Schonenberg 205. it. caſtra Ronnenburg & Waldenberg 926. 927. poſſeſſore ſine heredibus decedente aperitur fratribus 426. promiſſum ſi Vaſallo conferri nequeat, de alio providendus eſt 505. vacans eccl. Mog. confertur comitibus de Eberſtein *ib.* a Vaſallo vendi de iure non poteſt 682. eccleſiæ Fuld. donatur Haynenſi, donec exſtincta ſtirpe Vaſalli aperiatur domino directo 601. de feudo canon vel cenſus annuus præſtari debet 318. 319. 801.

Feuda eccleſ. vacantia cedunt Principibus eccleſ. 470. 471. omnia quæ tenuit Henr. Landgr. Thuringiæ ab eccl. Mog. conferuntur Henrico March. Miſn. 640. ſeqq. per modum poenæ conventionalis vacare debent eccleſiæ Mog 428. add. *beneficium.*

FIDEICOMMISSVM

Familiæ, eius exemplum 496.

FIDEIDATIO

Ea firmatur contractus emtionis venditionis ab Archiep. Mog. 545.

FIDEIVSSIO

Moguntinorum Imperatori facta de expellendo Adelberto 47. *f*)

FIDEIVSSOR

Fidem fallens excommunicationis & interdicti ſententiæ ſubiicitur 706.

Fideiuſſores ad obſtagium obligati 484. 485. 561. 562. 568. 569. 654. 704. 705. 727. 736. 737. 741. ſubiiciunt ſeſe excommunicationi, proſcriptioni cet. 563. fideiuſſoribus tribus firmatur traditio ſui ipſius & bonorum ſuorum 102. add. *obſtagium.*

Fideiuſſoriæ caut. exemplum 591.

FISCALINI

Filii ad loca Meininga & Walchdorf pertinentes qua lege utantur 364.

FISCALIS

Manſus in Lorcha refutatur eccleſiæ Mog. 385.

FRIDERICVS

Dux Brunſu. trucidatur prope Fritzlariam 993.

FLORENVS

24 albis conſtat 441. 27 albis conſtat 451.

FLVR

In uno Flur ſita ſunt 52 iugera 778.

FOEDVS

Archiepiſcopi Mog. cum Colon. & comitibus de Sayn cet. 571. eiusdem cum Volquino com. de Schwalenberg 483. civitatum quarundam Imper. contra eccl. Mog. reſcinditur ab Imperatore 494. inter Ottonem Duc. Brunſu. & Sigefr. III. A. M. 553. add. *conventio.*

FONS S. MARIÆ

Huic conventui conceditur ius patro-

FONS S. MARIÆ

patronatus eccleſiæ Eckartshauſen. 872.

FORMATA

Sua Archiep. Mog. ſignat chartam 155.

FRANCOFVRTENSIS

Huic capitulo reſignatur ius patronatus eccleſiæ in Biſchoffsheim 480. ſenatus acquirit curiam Hayn. 453.

FRATERNITAS

Monaſterii S. Galli & eccleſiæ Mog. confirmatur 290. 291. eccl. Mog. cum Claræuall. 485. 486. eiusdem cum eccleſia S. Mart. Turon. 467. 476.

FREVEL

Vid. *Vrevel.*

FRIDERICVS

Frider. I. Imper. eius protectorium pro monaſterio Rupertino 245.

Frider. II Imp. Lugduni deſtituitur ab Innocentio IV. Pont. 579. Hoſpitali S. Mar. Teut. donat eccleſiam in Wisbaden 457. Archiep. Mog. inveſtit de principatu Lauriſſ. 513. eidem renuntiat omnia bona & iura ab anteceſſoribus ſuis occupata 420. eius conventio cum Principibus eccleſ. 469. ſeqq. eius crudelitas 602.

FRIDESEL. eccleſiæ

Traduntur duæ eccleſiæ baptismales cet. 132.

FRIEIGEN

Bona libera ſunt ab omni exactione & quolibet onere ſervitutis 697. 698.

FRITZLARIA

Incendio vaſtatur 517. ab hoſtibus invaditur 985. ibi nouum caſtrum exſtruendi licentia datur Henrico II. A. M. 832. 833.

Fritzlarienſe Hoſpit. B. M. V. protegitur a Sigefr. III. Archiep. Mog. 556.

FRONEHOF

Curtis Wernheri A. M. 778. venditur eccleſiæ Aſchaffenburg. 812.

FVLDENSIS

Abbas ad præpoſituram redigit monaſterium Biſchoffsberg. 128.

Eccleſia pro Salichmunſter recipit Marſenheim 347. ei nonnulla tradit Hatto A. M. 6. eius adminiſtrator eſt Sigefr. III. A. M. 592.

FVNDATIO

Monaſterii Aldenburg. poſt Arnsburg. 199. ſeqq. eccleſiæ Aldenburg. ditionis Haſſo-Darmſt. 267. 268. monaſterii Ravingirsburg. 377. monaſt. Retters 176. monaſt. ordinis Ciſterc. in Hagen S. Schmerlenbach. 462. monaſt. Schonau. ord. S. Bened. 103. mon. Schwabenheim. 89. capellæ iuxta caſtrum Vinarium auctore Wernh. A. M. 781. mo-

FVNDATIO

naſt. Wollberg. ord. Ciſterc. 515. Xenodochii ad S. Spir. Mog. 537.

FVNDVS

Eius domino a Frider. II. Imp. confertur argentifodina ibi reperta 465.

FVRTVM

A duobus Canon. eccleſiæ S. Mar. ad gradus commiſſum quomodo vindicatum. 628. 629.

G

S. GALLI MONACHI

Et fratres eccleſiæ Mog. interceſſiones communicant. 290.

GAMBVRG

Caſtrum Archiepiſcopi Mog. cuidam Beringero in beneficium conceditur. 225.

GAVIA

In Gavia ſitæ ſunt Olmena ſuper. & infer. 726.

GEBHARDVS

Decanus Mog. eius ſigillum 826. b) fata ib. & 827. obitus & ſepulchrum 828.

GEBVSEME

Conſanguinei 790.

GEORGENTHAL

Monaſterium ord. Ciſterc. fundatur 139.

S. GEORGII

Cluſæ reditus aſſignantur monachis Biſchoffsberg. 127.

S. GEORII

Eccleſiæ donatur manſus unus de villa Woverbach 99.

S. GEREONIS

Capitulum mittitur in poſſeſſionem bonorum in Nackheim 652.

GERHARDVS

Gerb. I. Archiep. Mog. adoleſcens ſubdiaconus 619 confirmat ſententiam in March. *Miſn.* & Duciſſam Brab. latam 621. eorum civitates & villas interdicto ſubiicit *ib.* capitulo mai. vendit cenſus quosdam 632. 633. excommunicatus reſtituitur a Hugone Cardin. 636. 637. indignationem Regis Wilh. incurrit 643. *captivus detinetur* apud Duc. Brunſu. 653. monaſterio Otterburg confert monaſt. Diſibodenberg. 664. 665. eius obitus 668.

Gerb. II. A. M. de Eppenſtein 837. eius debita quædam ſolvere promittit Adolph. Naſſov. Imp. 863. eius ſigillum 880. eius ſtatuta eccleſ. 907. ſeqq.

GERODENSIS

Monaſterii fundatio 60 ſeqq. traditur eccleſiæ Mog. 61. ipſius & Hirſchberg. com. contentio de tribus prædiis 144. eius monachi utuntur reg. S. Bened. 61.

GERTRVDIS

Coniux Rudolphi Habsb. 753. 754.

Digitized by Google

GIESENHEIM
Eccleſiæ ius ſcholaſticum ordinatur 180. varia ei donantur ab Henr. Archiep. Mog. *ib.* & 181.

GIRLOSE
A Girl. liberi ſunt monachi Schwabenheim. 90.

GLAVBVRG
Eccleſia mater confertur monaſterio Conradisdorf 303.

GLEICHEN
Alb. Com. de Gl. templariis donat ius patronatus eccleſiæ in Helmelsdorf cet. 798. *H.* Com. de Gl. invadit caſtrum Ruſteberg 549. capitur a Præpoſ. Heilgenſtad. *ib. Henr.* Com. de Gl. eccleſiæ Mog. vendit Eichsfeldiam cum pertinentiis 887. *Lamb.* Com. de Gl. Erford. eccleſiæ tradit nemus in Buchenberg 498.
Caſtrum demoliri debet 417.

GLEICHENSTEIN
Scharfenſtein & Birkenſtein caſtra ſpectant ad eccl. Mog. 820. 821.

GLIZBERG
Wilh. com. de Glizb. donatio facta monaſterio Aldenburg. 203.

GOTHA
Caſtrum & oppidum eſt feudum eccleſiæ Mog. 913.

GOTTESDAHL
Vid. *Vallis Dei.*

GOTTINGENSIS
Eccleſiæ ius patronatus cedit eccleſiæ Mog. 416.

GRADVS
Admonitionis intuitu Archiep. Mog. ſervandi 30.

GRANGIA
Confertur monaſt. Eberbac. 97.

GREGORIVS IX
Relaxat ſententiam excommunicationis contra Archiep. Mog. latam 551.

GROSCHLAG
Milites antiquitus Grasloc vocati 762 *

GRVNENBERG
Et Frankenb. caſtra ſunt feuda oblata eccleſiæ Mog. 707. Grunenberg. presbyteri duo perpetuo officiare debent in capella caſtri Minzenberg 846.

GVARANDIA
Eius præſtatio promittitur in contractu emtionis vendit. 566. eam de feudis ottoni Duci Brunſu. præſtare promittit Sigefr. III. A. M. 553. add. *evictio*, *warandia.*

H

HACKENHEIM
Et Schemesheim donantur monaſterio Schwabenheim. 663.

HAGEN
Conradus de Hag. fundat monaſt. Aldenburg. 199 ſqq.

Mo-

HAGEN

Monaſt. ſanctimonialium ord. Ciſterc. fundatur 462. univerſitas eximitur a iure & onere Advocatorum 609. ei conferuntur iura Burgenſium Aſchafenb. *ib.*

HAGENOWE

Silva cum novalibus cet. traditur eccleſiæ S. Mar. ad gradus 835. 236.

HALBERSTADENSIS

Epiſcopus Ludolphus conſecratur a Sigefr. III. A. M. 542.

HANAV

Adelh. de H. Sigillum 765. *b*) Reinh. de H. ſig. 685. *c*) 765. *a*) hic renuntiat actioni in comiciam Bachgau 764. ipſi a Wernh. A. M. conferuntur feuda per mortem Conr. de Dornburg vacantia 680. Vlr. de H. ſigillum 766. *c*) 929. *d*) Hanovicorum armorum mutatio 767.

HANENSTEIN

Caſtrum ad quem pertineat 417. committitur fidei militum de Roſtorf & de Hardenb. 892.

Hanſteinii ſunt Vicedomini hereditarii caſtri Ruſteberg 835* 971. vendunt hoc officii eccleſiæ Mog. *ib.* eorum ſigillum 972.

HANONIA

Eius comes Ioh. de Avenis inveſtitur a Rud. Habsb. cum terra Aloſt, Waſiæ cet. 805. 806.

HARDENBERG

Caſtrum committitur fidei militum de Roſtorf & de Hardenberg 892.

HASELSTEIN

Milites de Haſ. bona ſua in Nordenſtat vendunt eccleſiæ Mog. 482.

HASSIÆ

Comicia aliaue iura & bona Sophiæ Brabant. & Henr. puero iure feudi conferuntur ab Archiep. Mog. 703. Landgravius bellum gerit cum eccleſia Mog. 790. Philippus occupat curiam Hayn. Francof. 454. Ludov. ſuſcipit præfecturas Eichfeldiæ & Haſſiæ ab Archiep. Mog. 997. præfectorum Mogunt. nomina ſerius obvia ſunt 986. ordine recenſentur 987 ſeqq.

HATTO

Atchiep. Mog. ſpiritualis pater Regis Ludov. IV. 346. 347.

HAVPTRECHT

Vid. *mortuarium.*

HAYNENSIS

Abbas cum fratribus exſul concedit Moguntiam 439. plures fundos ad monaſt. ſpectantes vendit Phil. com. Solmenſi *ib.* Alberto Cardin. Mog. vendit ædem Fritzl. 441. 100 flor. mutuo ſumit a Carmelitis Francof. 440. Ioh. confirmatur ab Alb. Cardin. Mog. 450. mitra inſignitur *ib.* fit Iohannes Falkenburg 445 ſeqq. cum Archiep. Mog. permutat bona qua-

Digitized by Google

HAYNENSIS

quædam 655. eius ſigillum 656. ei conceditur mandatum poenale cæſareum de bonis conventus aliis haud concedendis 440. 441.

Curia Francof. exſtruitur 443. cedit ſenatui Francof. 453. eam occupat Philippus Haſſiæ Landgrauius 454.

Eccleſia acquirit bona quædam in Kebel ſita 648. ei bona ſua in Kirchdorf cet. ſita donat Ludou. Miles. 802. ei traduntur duo manſi in Rohrbach 711. facta ipſi donatio bonorum in Buchen confirmatur & augetur 601. ei venduntur bona monaſterii Werberg in Huckeln ſita 492.

Monachi Aldenburgum confugiunt 444. 445. eorum alimenta 441. ſeqq. ipſis ceditur curia Antonitarum Mogunt 441.

Monaſterium fundatur ſub nomine Aulesburg 153. quo titulo acquiſiverit curiam Hayn. Francof. 452. quid conferat ad expeditionem contra Turcas 451. emit bona quædam in Rode ſita 662. a milite Carben emit bona ſua in Vtph 791. acquirit bona quædam in Grunda conſentiente com. de Iſenburg 858. emit bona Ruperti de Carben in Vtph ſita 871. in xenodochium commutatur 439. & milites de Stichel permutant bona in Rode, Grunda cet. ſita 667. 668. eius ortus & progreſſus 432. ſeqq. eius transactio cum Hartungo de Grunda ſuper bonis quibusdam 507. ei donatur manſus ad territorium villæ Butzbach pertinens 602. 603. ei conferuntur bona militis Guntrami de Oliffe in Odiffe ſita 701. ipſi confertur capella in Treiſe. 702. eius exitus 455.

HEGENE

Vid. *Haynenſis.*

HEIDELBERG.

Academiæ dimidii proventus eccleſiæ Ravingirsburg. adiudicantur a Pontif. Rom. 381.

HEILIGENBERG

Caſtrum reædificatur a miniſterialibus de Wolfershuſen 597.

HEILIGENSTAD

Committitur fidei militum de Rosdorf & de Hardenberg 892. eius non fit mentio in tabulis venditæ Eichsfeldiæ 887. 972.

HELMELSDORF

Parochialis eccleſia donatur templariis 798.

HENRICVS

Henr. I. Arch. Mog. deponitur 219. moritur *ib.* contulit eccleſiæ Mog. decimam in Gieſenheim *ib.* 179. eius reſcriptum contra ius ſcholaſt. ſubreptitie impetratum revocatur 295.

Henr. II. Arch. Mog. ordinis Minorum ex proſapia obſcura 810. eius obitus & epitaphium 837.

HENRICVS

Henr. Rex immunitatem eccleſiæ Mog. ab oneribus confirmat 372. moritur 593.
Henr. IV. Imp. confirmat permutationem locorum quorundam inter Archiepiſcopos Mog. & Magdeb. 392. eccleſiæ Mog. 120 manſos tradit ad redimendas decimas ipſi alias præſtandas 374. 376.
Henr V. Imp. carceri mandat Albertum Mog. Archiep. 118.
Henr. VI. Imp. privilegium de contrahendo matrimonio inter miniſteriales Imperii & Mogunt. 312.
Henr. Landg. ab Episcopis & Principibus Rex Rom. eligitur 593.
Henr. Landgr. Haſſiæ ſuperarbiter conſtituitur inter Archiep. Mog. & Duces Brunſu. 841.
Henr. Misn. & orientalis Marchio 821.
Henr. Parochus Aschaff. vineas cet. confert eccleſiæ Mog. 300. ipſius & eius ſororum oblationes eccleſiæ Aschaffenb. factæ 276. 277.
Henr. Puer una cum matre excommunicatur 680. eiusq. terra interdicto ſupponitur 746. 747. ea ſententia contra omnes eius adiutores extenditur 747. 748. plura bona feudi nomine accipit ab Archiep. Mog. 703. proſcribitur a Rudolpho Habsb. 755. contra eum eccleſiæ Mog. auxilium promittunt Godefr. Com. de Ziegenhayn & huius mater 763. bellum gerit cum eccleſia Mog. 790. Gerhardo II. A. M. auxilium promittit contra Alb. Duc. Brunſu. 868. eius ſigillum 706. 870. *

HENTSCHVCHSHEIM

Et Bensheim eccleſiæ paroch. donantur capitulo Mog. 604.

HEPPENHEIM

Eccleſia paroch. donatur capitulo Mog. ab Archiep. Wernhero 712. 713.

HERES

Inbeneficiati ex pacto cum domino directo ſuccedit in beneficium 195.
Heredes futuri conſentiunt in alienationem 98. 102. 105. 140. 141. 153. 154. 186. 315. 411. 423. 507. 648. 662. 726. 730. 788. 791. 813. 854. 856. add. *alienatio.* Inter heredes numerantur frater, uxor & filiæ 411.

HEREDITARIVM

Ius emphyteutæ ſ. cenſiti 370.

HERINGEN

Caſtrum & oppidum a dieter. com. de Honſtein emit Joh. A. M. 976.

HERMANNVS

Angelicus abbas ultimus Hayn. 454. moritur 455. eius epitaphium & ſepulchrum *ib.*

HERSFELDENSIS

Eccleſiæ decimationes cet. confirmantur a Conr. II. Imp. 157.

HIMMELTHAL

Vid. *Wollberg.*

HIRS-

HIRSAVGIENSES
Monachi aſſumuntur in Monaſt. Breidenau. 60. *
HIRSCHBERG.
Comes & monaſterium Gerod. contendunt de tribus prædiis 144.
HOHENFELS
Phil. de Hoh. cum ciuibus Mog. tranſigit de caſtro Weiſſenau. 631.
HOMBVRG
Et Burſfeld eccleſiæ conferuntur eccleſiæ Mog. 528. caſtri in Wetteravia quartam partem eccleſiæ Mog. donat Wernh. Arch. 807. 808. iura in Homb. a Wernh. S. Mart. traduntur ſuper alt. B. Mart. 724.
HOMO
Archiepiſcopi Mog. contractum permutationis init cum eccl. Ilbenſt. 129. homines comitis de Sponheim ab Arch. Mog. non recipiuntur in ciues. 790. homines nonnulli traduntur eccleſiæ Mog. iure perpetuo habendi 393.
Homines proprii excipiuntur in venditione curtium 812. eorumque heredes venduntur ſimul cum fundis 701.
HOREBVRG
Caſtrum committitur fidei militum de Roſdorf & de Hardenberg 892.
HOSPITALE
B. M. V. Fritzl. protegitur & confirmatur a Sigefr. III. A. M. 556. pauperum Mog. eius cura demandatur Præpoſito Vallis Dei 167.
HOSPITALARII
Jis donatur ius patronatus eccleſiæ in Vdenmuenſter 893.
HVBA
Adhibita exſtructioni eccleſiæ Gehinkirche 70. hubas quatuor eccleſiæ S. Diſibodi donat Lupoldus Archiep. *ib.*
HVGO
Cardin. reſtituit Gerh. I. excommunicatum 636. eius vita & obitus 637. 638.

I.

S. JACOBVS
Eius monaſterium Mog. incendio deletur 239. ei varia traduntur a Walpurga 926.
JAGSBERG
Caſtrum venditur eccleſiæ Mog. 568.
ILBENSTAD.
Canonia fundatur 53. ei confertur eccleſia in Soedel 331.
Eccleſia vineas cum feudo permutat 129. eius iura 54.
Monachi viuunt ſecundum regulam S. Auguſt. & inſtitutionem fratris Norberti 114.
IMMISSIO
In bona in in Nackheim decreta capitulo S. Gereonis contra Hohenfelſium 651. 652.
IMMVNITAS
Areæ cuidam in ſuburbio Aſchaffenb. conceditur 459. a qui-

IMMVNITAS
quibusuis ſeruitiis conceditur bonis capit. Mog. in Gavia ſitis 725. 726. civium Mog. a præſtatione ſervitiorum & onerum 119. 580 1) ſeqq. eccleſiæ Mog. ab exactionibus & auctoritate Advocati l. comitis. 372. 373. xenodochii ad S.Spir. ab angariis 538.

IMPENSÆ
Quatenus præſtentur Archiep. Mog. coronandi Regis Boh. cauſa proficiſcenti 691.

IMPERATOR
Archiepiſcopum Salisburg. ad ſedem Mog. repoſtulat 281. Conr. II. confirmat decimationem aliasve eccleſiæ Hersfeld. poſſeſſiones 156. 157. Frider. II. Advocatiam in Biſchofsheim iure feudi tenet ab eccleſia Mog. 542. Archiepiſc. Mog. inveſtit de eccl. Lauriſſ. 513. domino fundi confert argentifodinam in eo repertam 465. eius diſpoſitio de Miniſter. quodam 534. Otto regalia confert Sigefr. II. Archiep. Mog. 406. ipſo mandante ſanctiones fiunt a Willegiſo circa ius ſcholaſt. in eccleſia Aſchaffenb. 355. Imperator reſcindit foedus civitatum quarundam Imper. contra eccl. Mog. 494. ſine nomine publ. curiæ ad civitatem Principis eccleſ. accedens nihil iuris in ea habet 472. Imperatores Adolphus Naſſou. & Alb. Auſtr. eccleſiæ Mog. concedunt telonium quoddam 901. 902.

IMPERIVM
Eius curam circa partes Wetteraviæ gerit Gerlacus de Budingen 503.

INDOMINICATA
De Indom. Conradi II. Imp. decimationes reſtituuntur Abbati Hersfeld. 156.

INDVLGENTIÆ
Monaſterio Arnsburg. conceſſæ a Wernhero Archiep. contrahuntur in unum 809. 40 dierum offeruntur ſuccurrentibus fabricæ Archibaſilicæ Mog. 527.

INFAMIA
Obligatio ad eam per modum poenæ convent. 565.

INFVLA
Quid 354. *i*)

INGELHEIM
Curia regalis expugnatur a Rege Wilh. 607.

INGENVVS
Vir de Muhleburg vendit caſtrum ſuum Velinhuſen 227.

INNOCENTIVS IV
P. M. eius epiſtola ad Wilh. Reg. de reconciliatione cum Gerh. I. A. M. 64. ad Gerh. I. de ead. mat. 644.

INQVISITOR
Hæret. prauitatis ſæc. XIII. manum ſuam in nobiles, nominatim com. de Sayn extendere ſatagit 595.

INSTITVTA

Eorum mentio iniicitur 156.

INTERCESSIO

Pro Chriſtiano mortuo commendatur Prælatis German. a Lucio III. P. M. 280.

INTERDICTVM

Contra illud miniſtrantes Clerici irregularitatem contrahunt 747. 748. eius efficacia 466. ei ſupponi nequit xenodochium ad S. Spir. Mog. abſque conſenſu Archiepiſcopi 539. ei ſubiiciuntur ciuitates & villæ March. Miſn. & Duciſſæ Brab. in Haſſia & Thuringia ſitæ 621. add. *excommunicatio.*

INVENTARIVM

Rerum ad monaſt. ſpectantium a nouo Abbate intra tres menſes conficiendum eſt 449.

INVESTITVRA

Abbatis Ilbenſtad. ab Epiſcopo facienda 54. ab Imper. fit conſentientibus Principibus 513. Abbatis Breiden. fit ab Archiep. 58. Archiep. Mog. Chriſt. II. fit a Rege 618. Archiep. M. ab Imp. inueſtitur cum eccleſia & principatu Lauriſſ. 513.

IOHANNESBERG

Monaſterium regendum & reficiendum ab Vlr. de Cronberg 964.

IRREGVLARITAS

Eam contrahunt Clerici contra interdictum miniſtrantes 747. 748.

ISENBVRG

Ludou. de Iſ. conſentit in alienationem bonorum feud. in Grunda 858. nobilis fit caſtrenſis eccleſiæ Mog. 835.

IVDÆI

Bingenſibus Iudex præficitur Vlr. de Cronberg 963. Erfordienſes, emolumenta inde prouenientia conceduntur ciuitati Erford. 884. non obſtringuntur ad portanda ſigna Iudaica cet. 886. Francof. Gerhardo II. Archiep. Mog. annuatim pendere debent 500. libras 919. 920. Mogunt. tanquam feudum imperii ſubſunt eccleſiæ Mog. 837. eorum exactiones pro decima parte cedunt Archiep. Mog. 914. 915. Petitiones ad eos Archiepiſcopo Mog. iure feudi conceduntur ab Ottone IV. Imp. 419.

IVDEX

Criminalis durante iudicio equos ſuos alligare debet ad palum 753. delegatus, eius relatio ad delegantem 278. 279. feudalis eſt Herm. Schelm 953. Wetzlar. a Præpoſ. conſtituti officium & emolumenta 814. coram Iudicibus fit traditio ſecundum leges Saxonum 162.

IVDICIVM

Ciuium Mog. dicaſterium antiquiſſimum 875* poſterius vid. *Afterdink.* prouinc. Eichsfeldiæ habet concurrentem iuriſdictionem cum regimine

 Heilgenſt.

IVDICIVM
Heilgenſt. 983. Iudicium ter annuatim in ſtrata communi habere poſſunt nob. de Bichenbach de exceſſibus intra quatuor valuas commiſſis 853.

IVRAMENTVM
Comitum de Sponheim ſuper S. evang. factum 783. per procuratores præſtat Wencesl. Rex Boh. 859. ſuper reliquiis ſanctorum præſtitum 134. reſcinditur ab Imperatore 494. Canonicorum S. Mariæ ad gradus de obſervanda ſententia ferenda 628. Eo firmatur transactio inter Archiep. Mog. & Godefr. com. de Reichenbach ab hoc & 20 militibus ſuis 543. 544. eo firmatur donatio 64. ab eo Sigefr. A. M. abſoluit capitulum S. Mauritii Mog. 557.

IVRISDICTIO
Eam in cives Mog. non habet Archiepiſcopus 580. 4) in civitatibus principum eccleſ. officialibus Imperatoris competit per octo dies ante & poſt curiam ibi indictam 471. criminalis quatenus nobilibus de Bickenbach competat in villa Heidebach 853. in hoſpites quis eam exerceat in eccl. Aſchaff. 356.

IVSTITIA
Eius definitio Iuſtinianea habetur in diplom. de 1144. 156. eius denegatio vel protractio eſt cauſa trahendorum Clericorum ad forum ſæcul. 993.

IVSTITIARIVS
Reipubl. Comes de Waldeck 651.

K

KARRATA
Vini annuatim confertur Abbatiæ Northem. 163.

KELBERAV
Frider. de Kelb. caſtrum Ronnenburg in feudum offert eccleſiæ Mog. 926. Gerh. de Kelb. Dettingenſem decimam reſignat eccleſiæ Aſchaff. 293.

KELLERBERG
Et Battenburg cum comitia Stifft appropriantur eccleſiæ Mog. 547. caſtrum pretio 2000 marcarum venditur eccleſiæ Mog. 897.

KEPPEL
Parthenon ordinis Præmonſtr. 656.

KEVERLINGBVRG
Aedem B. M. V. ſacram fundat Otto IV. Imper. 420.

L

LAICVS
Bona eccleſ. iure hered. poſſidere nequit 495. fit iudex delegatus in cauſa eccleſ. 283. Laici circa oppignorationem curiæ cuiusdam in conſilium adhibentur 243. in alienatione eccleſ. in conſilium adhibentur 235.

LANDESERE
Caſtrum a Rieneckciis conſtructum prope Aſchaff. deſtruitur 683.
LANDGERICHT
Vid. *comitia*.
LANDGRAVII
Thuringiæ eccleſiæ Mog. cedunt iura ſua in caſtra Gleichenſtein cet. 820. 821. Alberti, Frider. & Theod. cognatio. 821.
LANDSCHREYE
Quid 545.
LAPIS
Caſtrum a Godeſchalco de Pleſſe venditur Alb. Duci Brunſu. 794. Curia acquiritur eccleſiæ Mog. 612.
LASASSI
S. laſſi homines ſerviles 861.
LAVDVM
Arbitrorum inter capit. Aſchaff. & fratres de laza 921. Archiep. Colon. inter Archiep. Mog. cet. 570. Gerhardi II. Archiep. Mog. inter fratres Teutonicos & dynaſtas de Bickenbach de iure patronatus eccleſiæ Rollbach 847. de iurisdict. in Heidebach 852.
LAVRISSENSIS
Palus deſiccandus ſumtibus capituli Mog. mai. 712. tertia eius pars confertur dicto capit. *ib.* principatus transfertur ad eccleſiam Mog. 512.
LEDICHEIT
Iuratoria cautio ab heredibus Vaſalli Mog. præſtanda 927. ſervitii genus eccleſiæ Mog. præſtandum a com. de Reichenbach 543. ſpecies feudi intuitu cuius ſervitia præſtantur 519.
LEDIGMANN
Fidelitatis & certi ſervitii debitor 565. ſ. adiutor Archiep. Mog. contra quemlibet hominem fit Conr. Com. de Eberſtein 550.
LEGATVM
Vinearum in Garbenheim eccleſiæ Wetzlar. factum 720.
LEGATVS
De latere a Pontif. mittitur ad confirmandum Wilh. Regem 619.
LEHEIMENSIS
Clericus ſex maltra tritici & quatuor avenæ quotannis accipit ex territorio Riethus. 401.
LEINA
In hoc flumine piſcatio conceditur eccleſiæ colleg. Noerthenſi 20.
LIBERI
Cum bonis traduntur monaſterio Biſchoffsberg 81. 85. & uxor conſenſum interponunt in alienatione a patre & marito facta 140. 141. 186. vid. *alienatio*, *heres*.
LIGIVM
Et aperibile feudum eſt caſtrum Hatzfeld 990. 991.
LIMBVRG
Præpoſitum Limburg. conſtituit

Ar-

LIMBVRG

Archiep. Mog. 672. Gerlacus de Limb. dimittit dominium directum manſi in Vtphe, receptis bonis aliis ab Hartmudo de Carben 793. Ioh. de Limb. caſtrum & oppidum Limb. iure feudi habet ab Arch. Mog. 965.

LOCARIVM

Cum exceptione grandinis & publici exercitus ſolvendum 308. 401.

LOCATIO

Iure hereditario fieri poteſt 699. vinearum colendarum iure hered. facta 667. eſt ſynonymon conceſſionis 885. 886.

LOINSTEIN

Et Biſchofsheim quomodo pervenerint ad eccl. Mog. 358. 359.

LORSCH

Vid. *Lauriſſenſis*.

LVCIVS III. P. M.

Eius commendatio Chriſtiani defuncti. 279. confirmat poſſeſſiones eccleſiæ Aſchaffenb. 286.

LVDOVICVS

Ad varias dignitates promotus 605. 606.

Com. Rhing. ſubiicit ſe regulæ S. Bened. 125.

Lud. III. Rex Chriſtiano com. 14. donat mancipia 344.

Lud. IV. Rex eccleſiæ Mog. donat Engelſtad 346.

LVPOLDVS

Antarchiep. Mog. eccleſiis Mog. & Wormat. privatur 408. huic reſtituitur 422. Præpoſ. Northun. 835. Lupoldus quatuor hubas cum dimidia offert eccleſiæ S. Diſibodi 70.

LVTHERVS

Liber homo bona ſua in Sultheim donat eccleſiæ Fridesl. 132.

M

MAGISTER

Eius iurisdictioni ſubſunt ſubdiaconi cet. in eccleſ. Aſchaffenb. 356. hic *titulus* ſolus quid indicet 596.

MALSBVRG

Caſtelli traditio *eccleſiæ Mog.* facta 63.

MALTRVM

Tritici ſolvendum pro *aquæ profluentis* decurſu 184.

MANCIPIVM

Quatuordecim Ludovici III. Reg. traduntur comiti Chriſtiano 344. tria donantur ad altare S. Martini 387.

MANSVS

De manſo annuatim quatuor unciæ ſoluuntur 92. manſi 120 eccleſiæ Mog. traduntur pro redimenda inquiſitione decimarum regalis terræ in Thuringia 374. 376. manſi dimidii & curtilium poſſeſſori incumbit, ut perpetuo duabus quadrigis ligna exportet 151.

manſi

MANSVS

manſi duo venduntur pretio 8 marc. & 5. talent. 186. manſi nonnulli conferuntur altari Falkenau. 34. 35. manſi 8 monaſterio S. Ruperti conceduntur a Diſibodenberg. 227. manſi pars 16ta traditur eccleſiæ Biſchoffsberg. 126. manſus qui dicitur Ratzmanneshuben & Megetzlineshuben in proprietatem traditur Canonicis Mog. 385. de manſo quodam talentum annuatim ſoluitur 474. manſi 13 comparantur pretio 80 marc 97. manſi 20 ſilvat. terræ conferuntur eccleſiæ Eberbac. 158. manſi 11 cum dimidio permutantur cum annuis reditibus 5 talentorum 195. ad manſum unum duæ curiæ pertinent 125.

MANSIONARII

Villarum Bleichfeld & Eislebe conſentiunt in id, ut præſtationi porcorum ſurrogetur pecuniaria 310.

MARCA

Duodecim ſolidorum Colon. 710. marcæ argenti 200 donantur fratribus S. Mart. de domo 77. marcarum 120 pretio comparatur prædium quoddam 114.

MARCHIO

Aliquandiu fuit Rudolphus comes 147. Miſn. & orient. Henr. eccleſiæ Mog. cedit ius ſuum in caſtra Gleichenſtein cet. 821. Stadeuſis & Saxon. cet. 146. 147.

MARCOLPHVS A

Archiep. Mog. 131. eius obitus 134.

MARESCHALLVS

Eius officium iure feudi confertur Marchioni Miſniæ 640. ab eorum poteſtate abſolvuntur horti quidam Erford. 108. Mareſchalli eccleſiæ Aſchaffenb. iure hered. cedit filiis natu maioribus 394.

S. MARIÆ

Ad gradus convent. lis cum congregatione S. Diſibodi intuitu finium terminatur 183. 184.

MARIENBORN

Vid. *fons S. Mariæ.*

MARITVS

Eius conſenſus interponitur in donatione uxoris 124.

S. MARTINI

Altari Mog. quotannis offerenda eſt ſtola mediocris pretii 163.

Canonicorum præbenda augetur prædio in Burebach ſito 114. ipſis opes ad victum aſſignantur 76. ſeqq.

Cella dedicata SS. Petro & Paulo non dividitur cum reliquo prædio Biſchofferode 136.

Eccleſiæ donantur manſi 19 de villa Woverbach 99. donatur allodium 92. plures donationes conferuntur 114.

MASOVIA

Eius pars donatur militibus Chriſti de Pruſſia 518.

MATRIMONIVM

Conſummatur per coniunctionem deſponſatorum in uno

 lecto

MATRIMONIVM
lecto 736. 883. matrimonialis contractus inter Robinum de Covern & Eliſab. de Eppenſtein 738. ſeqq. add. *dos*, *dotalia pacta*.

S. MAVRICII
Capitulum a iuramento quodam abſoluitur 557.

S. MAXIMINI
Monaſterio Treuer. varia loca ad victum fratrum conceduntur ab Arnolpho Imp. 4.

MAYNASCHAFF
Vid. *Aſchaffa*.

MEDERSHEIM
Bona Conradi Com. Sylv. ibi ſita cedunt eccleſiæ Mog. 560.

MEININGA
Quomodo pervenerit ad eccl. Mog. 363. 364.

MEISSENBERG
Pars foreſti prope Northun ſpectat ad Canon. Northun. 223.

MENSA
Menſæ Archiep. Mog. unitur præpoſitura Aſchaffenb. 845. deputantur reditus Advocatiæ in Rosdorf & Wittern 523. præſtantur 8 unciæ 215. Treuirenſi unita eſt præpoſitura Wetzlar. 572.

METALLIFODINA
Ab Imper. confertur domino fundi 465.

METENSIS
Eccleſiæ Canonicis traditur eccleſia Odernheim 409.

MILES
Asmus de Erlenbach eſt miniſter. nobilis viri Godefr. de Brunecke 745. Milites de Brenden acquirunt duas decimas ſub canone annuo inde præſtando 319. Milites Chriſti de Pruſſia a Conr. Duce Maſoviæ acquirunt partem huius Ducatus 518. Milites de Grasloch, de Pleſſe, de Rosdorf, de Heimburg & Advocatus de Grune fiunt arbitri inter Henr. *II.* A. M. & Alb. Duc. Brunſu. 822. 823. Miles de Hohenfels eccleſiæ Mog. reſignat villam Viltzbach 873. Miles Imper. Adolphi fieri haud debet Vlr de Hanau 862. *Milites liberi* debent eſſe ab *exactionibus* quibuscunque 716. Militibus nobilibus de Winſperg reſignantur bona feudalia in Beſſingen 676. Milites de Rosdorf & de Hardenberg fiunt caſtrenſes eccleſiæ Mog. in Ruſteberg, Hanſtein, Hartenberg, Horeburg & Heilgenſtad 892. Miles de Voydesberg Gileb. Sigillum apponit chartæ militis de Derenbach 730. Milites Wolfskehlii ſunt in ſervitio eccleſiæ Mog. 626. Milites ſex alere debet Ern. de Vslar Eichsfeldiæ præfectus 977. Milites 20 comitis de Reichenbach cum hoc firmant tractatum inter ipſum & Sigefr. III. A. M. 543. 544. Milites & ſervi nobiles

MILES

437. Milites opponuntur ruſticis 582. armigeris 560. militaris conditionis homines excipiuntur in venditione oppidi Walddueren 876.

MINISTERIALIS

Alberti II. Archiep. Mog. mancipia quædam propria donat eccleſiæ Biſchoffsberg. 125. Miniſteriales eccleſiæ Aſchaffenb. fiunt, qui antea fuerant de familia eccleſiæ Mog. 399. fit egregia familia in Wertheim 349. eorum officia iure hered. cedunt filiis natu maioribus 394. Miniſterialis comitis Bernh. duos manſos in Hochſtet vendit monaſterio Petr. 186. Miniſteriales Bolandii & Falkenſteinii nobiles 765. Miniſterialis Abbatis Fuld. fit caſtrenſis Archiepiſcopi Mog. 609. de Hedersheim novem manſos tradit monaſterio Biſchoffsberg. 125. Miniſterialibus Herm. & Henr. de Wolfershuſen iurisdictiones centæ dimittuntur iure feudi. 596. 597. Miniſteriales, vaſalli cet. nobilis Widekindi de Nuenburg, venduntur eccleſiæ Mog. 714. 715. Miniſterialis imperii Meynhardus de Grunda omnes poſſeſſiones ſuas donat congregationi de Aulisburg 463. Min. imp. ex parte matris debebat eſſe Sifridi Mareſchalli Mog. filius 534. vir nobilis Cuno de Minzenberg caſtrum Arnsburg confert eccleſiæ Dei 263. Min. Imperat. Conradi prædium donat eccleſiæ Biſchoffsberg. 122. Miniſteriales Imperii & Mogunt. matrimonium libere contrahunt, eoque facto liberi & hereditas dividuntur 212. Miniſt. Conradi March. hoc rogato & conſentiente ſe ſuaque bona & homines tradit monachis Petr. 150. Miniſt. Methildis proles legit. fit miniſt. eccl. Mog. licet pater ſit Quedlinburg. 221. Miniſt. eccleſiæ Mog. eſt Henr. com. de Veldenze 774. monaſterio Winkel donat molendinum & vineam 209. Miniſterialibus ſ. fidelibus eccleſiæ Mog. iure feudi concedi debet comitia Reuſchel 545. Miniſteriales eccl. Mog. adiuvare debent cives contra Archiep. ſi fidem fefellerit 582. quidam permutantur cum Quedlinburg. 221. Miniſterialis Regis eſt miles Conr. dictus Advoc. de Erlebach 503. Miniſt. nobilis viri Godefr. de Brunecke eſt miles Aſmus de Erlebach 745. Miniſterialium de Wolfershuſen conventio cum Sigefr. III. Archiep. Mog. 596. 597. Miniſt. non fit heres patris ſui 221. Miniſteriali patre ſata Adelheidis Minzenbergia nobilis eſt 765. Miniſterialium filii ſuccedunt parentibus in miniſterio 917. Miniſteriales op-

MINISTERIALIS
opponuntur Burgenſibus 425. 494. civibus 555. comitibus & nobilibus 434. familiæ 396. 397. familiæ humiliori 395. liberis 105 & paſſim in teſtibus. liberis & Marſcalcis 188. 189. liberis & vaſallis 417. Vaſallis 513. 575. 576. Miniſterialium & vaſallorum eccleſiæ Mog. conſenſus adhibetur in concedenda Epiſcopo Eichſtet. proedria præ reliquis ſuffraganeis eccleſiæ Mog. 575. 576. Miniſteriales Archiep. Mog. qui Oppenhemium conceſſerant, libere dimittuntur ab Imperat. 494. a miniſterialibus ſuis fundos comparat Ern. com. de Thunna 411. Miniſteriales venduntur cum prædiis 227. 395. 396. Miniſteriales ſ. Dienſtmann traditi eccleſiæ Mog. 393. decem Sigefrido III. A. M. donat Otto Dux Brunſu. 553. cum fundis donantur eccleſiæ S. Martini 92. traduntur cum curia 61. Miniſterialis nobilis vir Henr. Pincerna de Apolde donatur eccl. Mog. 915. 917. Miniſteriales & familia cum prædio ad heredes tranſeunt 104. Miniſterialis mancipia 36 donat monaſterio Biſchoffsberg. 125. Miniſteriales excipiuntur in donatione reliqui patrimonii 114. eorum beneficia eximuntur in donatione monaſterio Schwabenheim facta 89. Min. novi ſolvuntur à iure advocati 399. Min. duos pincernam & Mareſchallum ſibi conſtituit Præpoſitus Aſchaff. ex cenſualibus 394. coram miniſterialibus fit traditio 498. Miniſteriales beneficia de prædio capiunt iure hered. 112. Miniſterialis comparat fundum in utilitatem eccleſiæ 94. cenſum ſoluit de fundo hered ib. Miniſteriales & familia ſoli Præpoſito & fratribus ſunt ſubiecti, non autem advocato 92. in conſilium adhibentur circa traditionem fundi 60 * Miniſteriales ad allodium pertinentes donantur cum fundis 98. Præpoſito ſervitium exhibent 92. 99. Miniſterialis morientis bona quo pacto fiant fratrum S. Mart. 92. 99. mortuo miniſteriali præſtatur mortuarium ab eius herede 99. Miniſterialium iure monaſterio Petr. Erford. ſervire debet famula propria cum liberis nepotibusque 112. de miniſterialibus & familia eccleſiæ Mog. uxores ducere promittunt nobiles de Linſingen vaſalli Mog. 568.

MINISTERIVM
Ad miniſt. & cenſum dantur homines Herm. de Wocenesberg 151.

FF. MINORES
Eorum coemiterium quatenus pateat ciuibus Mog. 647.

MINZENBERG
Hæc gens num ſit eadem cum illa

MINZENBERG
illa de Hagen & Arnsburg 265. 266. exſtinguitur 765. Vlrici de Minz natu de Falkenſt. diſpoſitio de capella in Minzenberg 846.

MISNIÆ
Marchio & duciſſa Brab. hoſtes eccleſiæ Mog. 621. 622. Marchioni Henr. conferuntur feuda varia ab Archiep. Mog. 640. ſeqq.

MISSA
In eccleſia Turon. celebratur pro fratribus Mog. tam vivis quam defunctis 477. ſecundam in eccleſia conuentuali Mog. celebrant Plebani 658.

MITRA
Eius uſus conceditur Abbati Petr. Erford. ab Archiep. Mog. 324. eius portandæ priuilegium Abbati Biſchofſsberg. concedit Sigefr. III. Archiep. Mog. 566.

MOGVNTIA
Ab antiquo nequam 117. an fuerit civitas Imper. 585. 586. ibi concilium habetur 555. 576. muris priuatur 248. 249.

MOGVNTINVS
Archiepiſcopus Conradus I. Hartrado concedit aream quandam ſub cenſu 291. Abbati Petr. Erford. concedit vſum mitræ 324. *Gerhardi I.* conventio cum March. Miſn. de feudis variis huic conferendis 639. ſeqq. *Gerhardus II.* a nexu feudali liberat decimas in Steinbach & Huntheim 838. eius iterata conventio cum Ducibus Brunſu. de terminandis diſſidiis per arbitros 840. eius conventio cum Henr. Puero de bello contra Alb. Duc. Brunſu. gerendo 868. 869. *Henrici II.* & Alberti Ducis Brunſu. compromiſſum de terminandis controverſus 822. ſeqq. violatur a Duce 829. Henricus II. in atrio Fritzlar. iudicio præſidet 832. *Sigefr. III.* conſecrat Epiſcopos Halberſtad. & Prag. 542. Curienſem 546. Principes Imperii Erfordiam citat *ib.* Eius conventio cum Conrado Landgrauio 594. *Wernherus* plura bona iure feudi confert Sophiæ Brab. & Henr. Puero 703. ipſius & Colon. Engelberti controverſia de ſeſſione ad dextram occaſione coronationis Rudolphi I. 753. 754. 600 marcas promittit Reinhardo de Hanau pro renuntiatione actionis in comit. Bachgau 764. qua ratione compenſari ipſi debeant damna ex bello Sponhem. contracta 784. ſqq.
Moguntinus Archiepiſcopus eſt præcipuum Imperii membrum 644. primus Imperii Princeps 906. ei competit ius ungendi & coronandi Reges & Reginas Bohemiæ 500. 639. 692. 693. ipſi a Rege Bohemiæ promittitur indemnitas intuitu coronationis 692. 693. occupat bona vacantia Iudæorum Mog. occiſorum 914. 915. ipſi licet eme-

re & exſtruere caſtra & munitiones in Landgraviatu Thuringiæ 819. non licet intra muros civitatis vel intra milliare exſtruere caſtrum vel oppidum 580. 6) civitatem cum pluribus hominibus quam viſum fuerit civibus haud intrat 581. 11) urbem obſeſſam ipſe defendere tenetur *ib.* 13) eius Aſſeſſores ſunt Epiſcopi Pragenſis, Spirenſis, Wormatienſis 353. ipſi Fridericus II. Imper. omnia bona & iura ab anteceſſoribus ſuis detenta, occupata cet. libere dimittit 420. eius officiati & iudices iura in civit. Erford. quæſita retinent 750. ipſi feudaliter conceduntur petitiones ad Iudæos 419. eius & Abbatis Hersfeld. lis de finibus ſopitur 369. relaxatur a ſententia excommunic. 551. eius bellum cum Conrado fratre Landgravii Haſſiæ 517. eius controverſia cum Rieneckciis caſtrorum in dioeceſi Mog. exſtructorum cauſa orta 682. ſeqq. præbendam monachalem habet in monaſterio Camberg. 29. Imperatori opem fert in expeditione Mog. 225. ceu Metropolit. dioeceſeos Spir. hanc viſitat 918. confert præpoſituram Limburg. 672. excommunicationis & interdicti ſententiam ferre poteſt in dominio Limburg. dioec. Treuer. 673. ipſi ſubiicitur monaſterium de Capella 148. ei offertur allodium in Woverbach 98. ipſius conventio cum Conrado comite ſylv. 559. ſeqq. cum Godefr. com. de Reichenbach 543.

Moguntini Archiepiſcopi præſtare debent iuramentum de non contrahendo mutuo abſque conſenſu capituli 526. eorum iura in civitatem charta Maximiliani Imper. afferuntur 586. 587.

Mogunt. Canonici ipſis dimidium allodii ſui & decimarum in Niedernberg donat Sigefr. Archiep. Mog. 509.

Mog. Capitulum acquirit eccleſiam in Oſterna 650. *ipſi* venditur tertia pars *decimæ in* Bekelnheim a Sigefr. III. A. M. 566. duas eccleſias parochiales ipſi donat idem Sigefr. 694. eius bonis in Gauia ſitis conceditur immunitas a quibuslibet ſervitiis 725. emit duas partes decimæ vini in Hentſchuchsheim 708. 709. ei confertur tertia pars proventuum ex deſiccatione paludis Lauriſſ. 712. eccleſia parochialis in Heppenheim 712. 713. emit cenſus quosdam a Gerh. I. A. M. 632. 633.

Moguntinini Cives mulctantur 6000 marc. argenti puri 861. urbe capta partim trucidantur, partim in exſilium mittuntur privilegiis ipſorum combuſtis 584. 585. eorum lis cum

MOGVNTINVS
cum Archiep. Mog. de immunitatibus 583. eorum turbæ compeſcuntur a Sigefr. III. A. M. 582. ipſis datur ius eligendi 24 conſiliarios civitatis 581. 8) immunes declarantur a ſervitiis & eneribus Archiepiſcopo præſtandis 580. ipſis privilegium immunitatis conceditur ab Alberto Archiep. Mog. 116. a Sigefrido III. A. M. 580. 581. iuramento confirmatur ab Archiepiſcopis Mog. 584. a Wernhero 748. deſerere haud debent Archiepiſcopum 581. 14) quatenus ſepeliri poſſint in coemiterio FF. Minorum prope Moguntiam 647. eis ceditur dimidia area caſtri Weiſſenau 631. e carcere liberant Albertum A. M. 118.

Moguntina civitas, ipſius aliarumque civitatum confoederatio intuitu electionis Regis Romanorum 744. eius ſigilla 586 *

Moguntinus Clerus ſolvere debet 500 marcas, quas cameræ apoſtol. debet Wernherus 710. eius conventiones cum Phil. de Hohenfels de natura certorum bonorum 694. ſeqq. absque eius conſenſu compoſitionem cum civibus haud initurus eſt Archiepiſcopus 729.

Moguntina eccleſia donationes & oblationes ipſi tempore Adelberti factæ ſummatim recenſentur 395 ſeqq. *acquirit* advocatiam in Wittern & Rosdorf 523. caſtra Battenburg & Kellerberg cum comicia Stifft 547. plenum dominium dimidiæ advocatiæ in Bursfelde & dimidii nemoris Branwalt 590. bona Conradi com. ſylv. in Medersheim ſita 616. 617. eccleſias Homburg & Bursfelde 528. caſtrum Iagsperg 568. curiam de Lapide 612. principatum Lauriſſ. 512. dominium directum caſtri Rudesheim 787. caſtrum Velinhuſen 227. vineas cet. Henr. parochi Alchaſt. 300. caſtrum Wildenb. 732. dominium dir. caſtri Witgenſt. 486. 487. & dimidii caſtri Ziegenberg 795. caſtrum Ziegenhayn 543 alia 416. quo titulo acquiſiverit inſulam, nemus Branwalt & advocat. monaſt. Bursfelde 775. 776. quomodo acquiſiverit Loinſtein & Biſchoffsheim 358. 359. manſos 120 ab Henr. IV. 374. 375. ipſi *ceditur* caſtrum Eichelburg 520. telonium Loinſteinii perpetuo exigendum 901. 902. actiones in caſtra Wildungen, Keleberg cet. a vidua Burch. Burggr. Magdeb. 600. iura in caſtra Gleichenſtein cet. ipſi cedunt Alb. ſen. Frider. & Theoder. Landgravii Thuringiæ 820. & Henr. Marchio 821. ipſi ceditur dimidium comiciæ Daſſel. & caſtri Schardenb. 774. 775. decima in Hillesheim ad

MOGVNTINVS
ad certa damna ſarcienda 817. ipſi *donatur* Engelſtad 346. quartam partem caſtri Homburg in Wetteravia ipſi donat Wernh. A. M. 807. 808. ei donatur allodium & decima in Niedernburg 509. prædium 310. 386. 387. ei donantur bona plura a Wernh. A. M. 777. 778. *emit* caſtrum Bekelnheim ab Henr. de Sponheim 768. Eichsfeldiam ab Henr. com. de Gleichen pretio 1600 marc. 887. prædium apud Eſchwege ſitum a capitulo Spirenſi 536. caſtrum Kellerberg pretio 2000 marc. 897. bona militum de Haſelſtein in Nordenſtatt 482. dimidium caſtrum Nuenburg cet. a Widekindo nobili de Nuenburg 714 ſeqq. conventio intuitu reliqui dimidii 715 ſeqq. comiciam Reuſchel a Conr. & Wedek. nobilibus de Merenberg 544. officium Vicedomini in Ruſteberg ab Henr. de Hanſtein 971. montem Schonenberg, comiciam & iurisdictionem plurium villarum & Advocatias in Lipposdesb. & Hilwardeshuſen 751. 752. caſtrum & oppidum Waldduneren pretio 1540 libr. Hal. 876. caſtrum Wolfskehl & comiciam in 13 villis pretio 150 marc. 625. ipſi *in feudum offeruntur* caſtra Grunenberg & Frankenberg 707. in feud. offerri debent caſtra Kirchberg, Spanheim & Ruwenberg 570. 571. in feud. offertur caſtrum Schonenberg 205. loco nemoris tres manſos in feud. accipit 498. *recuperat* comitatum Bachgau 867. caſtrum Starkenberg comiti de Leiningen proditum 633. 634. illi *refutatur* advocatia in Biſchoffsheim a Frider. II. Imper. 542. ipſi *reſignantur* bona quædam a Ioh. com. de Sponheim 771. ei ab *Ottone* III. *reſtituitur* curtis Nierſtein 367. 368. ipſi ſemper ſubiectum eſſe debet monaſt. Vallis. S. Mar. 851. ipſi *traditur* monaſt. Conradisdorf 303. ei traduntur homines nonnulli iure perpetuo habendi cum iuſtitia der Dienſtmannen 393. bona quædam apud Lorcham ſita 384.

Moguntinæ eccleſiæ auxilium contra invaſores promittit Bertoldus com. de Ziegenhayn 622. contra Duces Brunſu. Adolphus Naſſou. Imper. 862. cum Landgr. Haſſ. bellum gerit 790. ipſius civitates, oppida, munitiones & prædia ſub reg. tutelam recipit Otto IV. Imper. 417. patrocinium ipſi pollicetur Adolphus Naſſou. Imper. 867. eius immunitas ab omnibus exactionibus & iurisd. advocati l. comitis 372. 373. ipſius conſuetudines intuitu monaſt. S. Galli & v. v. recenſentur 290. & confirmantur

tur

MOGUNTINUS

